BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXII
D
9
NAPOLI



D. PETRI ANT. A PETRA IVRISCON. PLACENTINI

DE FIDEICOMMISSIS, ET SIGNANTER EX prohibita alienatione reſultantibus, Tractatus admodùm vtilis, neceſſarius, & practicabilis.

In quo omnia, quæ deſiderari poſſunt, dilucidantur, pertinentia ad perfectam cognitionem qualitatis fideicommiſſorum, probationem requiſitorum ad obtinendum ex latere fideicommiſſarij, præterea ad euidentiam exceptionum fauorabilium reis conuentis, necnon & omnium ſpecierum deductionum ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, & liquidationis eorum, & in quo omnia diligenter, & accuratè pertractantur, vt nihil vltrà exquiras.

Cum ſummarijs ſuis coaptatis locis, & indice locupletiſsimo.



PLACENTIAE,

Ex Officina Ioannis Bazachij, Superiorum permiſſu.

M. D. LXXXVIII.

D. O. M.

D. PETRI ANTONII DE PETRA I. C. PLACENTINI

De Fideicommiſsis,

ET SIGNANTER EX PROHIBITA ALIENATIONE RESVLTANTIBVS,

TRACTATVS ADMODVM vtilis, neceſſarius, & practicabilis.

PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Tractatus vtilitas propter frequentiam.*
2 *Quotidiè diſputatur ſuper fideicommiſſis plus, quàm oporteat.*
3 *Difficilis eſt fideicommiſſorum materia.*
4 *Propter modicam varietatem caſus, variatur conſultatio tota.*
5 *Variè ſcripſit Dec. & alij in hac materia.*
6 *Verba teſtamentorum potiſſima pars ſunt ad cognoſcendum voluntatem diſponentium.*
7 *Reprehenduntur moderni ſentientes contra conſultores variè ſcribentes.*
8 *Iudicis arbitrium in hac materia quale eſſe debeat.*
9 *Pauca arbitrio iudicis ſunt remittenda.*

1 Fideicommiſſorum vſus eſt frequens † admodum, maximè in partibus Lombardiæ, vt etiam fatentur moderni Mantuani conſil. 226. numero 14. volumine 2. ſed nulla eſt materia, quę frequentiùs verſetur in hoc foro noſtro, quàm fideicommiſſorum, quæ vt plurimum trahunt originem ab expreſſa prohibitione de non alienãdo, in qua quo-
2 tidiè videmus † diſceptari acerrimè, & ſubtiliter admodum, & ſæpè plus, quàm par ſit. Propter quod iam diu in animo meo conceperam quaſdam recollectas meas ordinare pro mea, & communi amicorum vtilitate, ſed id peragere non valui. Nunc autem data aliquãtulum otij commoditate, putaui deſiderium iſtud explere, & ad actum deducere Deo Optimo fauente.
3 Eſt autem hæc materia † valdè difficilis, & nodoſa. quia num ex prohibitione alienationis inducatur fideicommiſſum, res verſatur in magno pelago, vt inquit poſt alios per eum citatos Purpura. conſilio 375. numero 14. ad fin. volum. 1. & maximè, vbi agitur de fideicommiſſo abſoluto, Alba conſ. 54. in princip. & quòd res verſetur in alto pelago, quando quęritur, an ex prohibitione alienationis dicatur inductum fideicõmiſſum, tenet Dec. conſ. 637. in princip. vbi addit, hoc eſſe propter varietatem caſuum etiam mo-
4 dicam, † propter quam, vt ipſe refert, is etiam
5 vario modo conſuluit, † & alij ſcribentes. nã
6 verba teſtamẽtorum † magnum pondus habent ad cognoſcendum, quod eſt; vt poſt Bald. Boe. deciſ. 155. numero 22. in fin. Sed

certè non ſolum propter caſuum diuerſitatem, is, & alij multi variarunt fortè, & ſibi ipſis parum conſtantes fuerunt, ſed principaliter id ipſum contigit non propter auri
7 † ſacram famem, vt malè ſenſerunt quidam moderni, qui in maledicendo gloriam ſibijs experunt, & meliores cæteris videri volunt, ſed propter materiæ difficultatem, quæ vt plurimum conſiſtit in ſcrutanda voluntate diſponentis, cum quo locuti non ſumus, & verè ſolus Deus ſit cordium ſcrutator, & quandoque ſolùm cortici verborum inhærere voluerunt, modò mentem diuinantes, l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſtrat. modo verba ſectantes, l. ſi alij fundum. ff. de vſufructu lega. vt meritò propterea Imperator dixerit, voluntatis quæſtionem defuncti in æſtimatione iudicis eſſe, l. voluntatis. C. de fideicom. Vnde bonum
8 eſt † ſemper habere iudicem fauorabilem, & ſpecialiter in hac materia, quæ vt plurimũ, eius arbitrio eſt remiſſa. Quod tamen ſic ſanè accipiendum eſt, vt liberum, & abſolutũ non ſit eius iudicium, ſed regulatum à veris, & non commentitijs rationibus, conſiderationibus, ne quandoq; plus ſibi attribuant iudices, quàm viros bonos deceat. Immò quàm minima debemus arbitrio eorum relinquere, cum ſcriptum ſit, leges rectè poſitas omnia terminare debere, & quam pau-
9 ciſſima, † id eſt, difficilia iudicis arbitrio relinquere: ſecundum Ariſtotelem, quem ſequitur Bal. conſil. 149. num. in prima parte. Quò fit, vt malè quibuſdam viſum ſit, plerasq; quæſtiones, vel leues, arbitrio iudicis decidendas relinquere, cum ad tutandum ſe licem ſtatum ciuitatis, nihil ſit magis neceſſarium, quàm ciues ſcire non aliundè pendere, quàm à legibus ſcriptis fortunas ſuas, quæ nihil habent paſſionis, & ſenſuum affectionis admixtum. Huius autem corruptelæ non iniuria culpa reijcienda eſt in illos, qui de iure reſpõdét. Cum enim ipſi ſummina ope niti deberent in diſſoluendis implicatiſſimis legum nodis, remittũt arbitrio iudicis, qui diſſecet, & quaſi Alexãdri circa Gordium nodum, duui non curant, quomodo ſoluant difficultates, vel eludunt, vel euadunt.

Hanc igitur materiam ſub infraſcriptis Quæſtionibus perſtringere curaui, eo breuius, & facilius, quò fieri poterit.

Prima itaque erit Quæſtio, quæ pertinet ad validitatem prohibitionis de non alienando, quando ſcilicet prohibitio dicatur valida, vel non, ad effectum fideicommiſſi inducendi.

Secunda Quæſtio erit, quot ſint ſpecies prohibitionis, & quot modis expreſſa prohibitio alienationis fiat.

Tertia erit Quæſtio de differentijs inter expreſſam, & tacitam prohibitionem de non alienando in vltimis voluntatibus, & de forma prohibitionis.

Quarta erit Quæſtio de differentijs inter prohibitionem de non alienando in vltima voluntate, & illam, quæ fit inter contrahentes.

Quinta erit, quibus caſibus fideicommiſſum abſolutum, id eſt, in caſum alienationis, & mortis dicatur inductum per prohibitionẽ de non alienando.

Sexta Quæſtio, an per ſubſtitutionem, vel ſubſtitutiones expreſſas præcedentes, vel ſequẽtes prohibitionem de non alienando dicatur præiudicarum efficaciæ fideicommiſſi, per alienationis prohibitionem.

Septima, quis effectus reſultet ex hoc, an fideicommiſſum ſit ſimplex, & abſolutum, an verò in caſum alienationis factum.

Octaua, quando prohibitus alienare dicatur contrauenire prohibitioni, vel non; & ſic, quid ſit licitum, vel non prohibitum.

Nona erit Quæſtio principalis, in qua agitur de coniecturanda voluntate diſponentis circa fideicommiſſum: & in fine ſubijcitur formula fideicommiſſi.

Decima pertinebit ad actiones, quibus res prohibita alienari vendicari poterit per eum, ad cuius fauores alienatio prohibita fuit.

Vndecima Quæſtio principalis percutiet requiſita neceſſaria ad victoriã pro fideicommiſſario.

Duodecima cõtinebit modum probandi rem, vel bona prohibita alienari, fuiſſe in bonis prohibentis, in caſibus, quibus ſat erit probare bona fuiſſe in bonis.

Decimatertia Quæſtio principalis continebit, quomodo, & qualiter probandum erit dominium bonorum prohibitorum alienari in caſibus, in quibus neceſſaria erit dominij probatio.

Decimaquarta ſit principalis Quæſtio continens exceptiones repellentes agentem ex fideicommiſſo, quo minus poſſit obtinere, etiam ſi probaſſet extrema neceſſaria ad victoriam.

Decimaquinta, & vltima erit principalis Quæſtio, in qua agendum erit de deductionibus, ſeu detractionibus, quas facere poſſit hæres reus conuentus, condemnatus ad reſtitutionem fideicõmiſſi, & de modo probandi, & liquidandi eas.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Quando prohibitio dicatur valida, vel non, ad effectum fideicommiſſi inducendi.

SVMMARIVM.

1 PROHIBITIO *de non alienando facta per teſtatorem nulla cauſa adiecta, nõ valet tanquam nudum præceptum, quod prohibitum non obligat.*

2 *Teſtator ſine cauſa non poteſt imponere legem hæredibus.*

3 *Prohibitio nuda de non alienando dicitur potius conſilium, quàm præceptum.*

4 *Prohibitio nuda in dubio cenſetur facta ſolùm fauore prohibiti.*

5 *Nudum præceptum teſtatoris de non alienando nullius eſt ponderis.*

6 *Prohibitio de non alienando eſt odioſa.*

7 *Prohibitio de non alienando facta filijs non porrigitur ad nepotes.*

8 *Teſtatoris voluntas habetur pro lege.*

9 *Contrauenien s voluntati teſtatoris dicitur venire contra legem.*

10 *Valet argumentum à prohibitione legis ad prohibitionem teſtatoris.*

11 *Prohibitio legis non eget aliquo veſtimento, vel cauſa pro eius validitate.*

12 *Teſtatoris voluntas habet vim legis ita demùm, ſi ſit iuſta.*

13 *Fideicommiſſum inducitur per quæcunq; verba diſpoſitiua.*

14 *Prohibitio ſi ſit facta fauore prohibiti tantùm, bona veniunt in confiſcatione, ſecùs, ſi alterius fauore ſit facta.*

15 *Prohibitio de non alienando non appoſita cauſa nullius eſt momenti, ſiue bona prohibita alienari immobilia ſint, ſiue mobilia.*

16 *Prohibitio de non alienando poteſt fieri ſuper rebus mobilibus, pecunijs, & alijs conſiſtentibus pondere, numero, & menſura.*

17 *Prohibitio de non alienando facta ſuper rebus, quæ ex tempore corrumpuntur, eis ad nihilum redactis abſq; culpa grauati, etiam fideicommiſſum in eis inductum corruit.*

18 *Quo remedio poſſit induci fideicommiſſum perpetuum ſuper rebus, quæ vſu conſumuntur.*

19 *Cautio vt legatorum nomine, quando non habeat locum.*

20 *Prohibitio de non alienando nuda non modò non valet, quando quis eſt prohibitus, ſed etiam ſi eius hæredes & ſucceſſores, dummodò illi non ſint in ſpecie nominati.*

21 *Prohibitio nuda non valet, ſiue concepta ſit in rem, ſiue in perſonam.*

22 *Prohibitio nuda de nõ alienãdo eſt ipſo iure nulla.*

23 *Prohibitio nuda non valet, etiam ſi ſint plures cohæredes, vel collegatarij alienare prohibiti, nec enim fideicõmiſſum reciprocum reſultat.*

24 *Teſtator ſi prohibet filijs, ne bona diuidant vſq; ad certum tempus, ſi ipſi conſentiant cum iuramento, an poſſint contrauenire.*

25 *Prohibitio non alienandi vſq; ad certum tempus non eſt contra legem, vel bonos mores.*

26 *Prohibitio non alienandi, quando facta eſt fauore prohibiti, non valet eo inuito.*

27 *Teſtator vetando pluribus cohæredibus alienare, an videatur fideicommiſſum reciprocum inducere.*

28 *Teſtator ſi reliquit prædium pluribus, & iuſſit non alienari, neq; extraneo, nec inter ipſos erit permiſſa alienatio.*

29 *Prohibitio alienationis vbi expreſsè facta eſt in fauorem aliquorum, inter eos dicitur factum fideicommiſſum.*

30 *Intellectus varij ad glo. in l. codicillis. §. inſtituto. C. de fideicomm. & num. 31. & 34.*

32 *Prohibitio de non alienando facta filijs, vel deſcendentibus an dicatur nuda, vel veſtita.*

33 *Prohibitio de non alienando facta hæredibus inſtitutis, & eorum deſcendentibus, non valet reſpectu deſcendentium, qui non fuerunt honorati.*

35 *Præceptum iudicis nudum non valet.*

36 *Præceptum Iudicis quando dicatur nudum, nullum, veſtitum, & iniuſtum.*

37 *Præceptum Iudicis vbi eſt nullum, debet tamen dici de nullitate.*

38 *In his, quæ concernunt officium Iudicis, valet præceptum, etiam ſi aliàs non ſit iuſtificatum.*

39 *Si in cauſa ciuili iudex pœnam corporalem in præcepto adiecerit, ſperni poteſt præceptum huiuſmodi tanquam nullum, nec tenetur iuſſus comparere.*

40 *Ab illegitimis præceptis poteſt appellari.*

41 *Præceptum ſine cauſæ cognitione factum non valet, & ſtatim debet reuocari.*

42 *Præceptum impoſſibile nullius eſt momenti.*

43 *Præceptum, ne partes recedant à tribunali ante litem conteſtatam, non valet.*

44 *Prohibitio de non alienando appoſita ratione inutili, putà, quia teſtator dixit, prohibeo filijs meis bona mea alienare, quia volo, quod ad eorum hæredes perueniant, an inducat fideicommiſſum.*

45 *Prohibitio de non alienando valet, ſi facta ſit reſpectu certæ perſonæ, ſecùs, ſi facta ſit reſpectu incertarum perſonarum.*

46 Vt præceptum teſtatoris de non alienando valeat quid requiratur.

47 Probibitio de non alienando nuda à cauſa expreſſa, vel tacita à iure approbata non valet, quamuis mente concipi poſſit teſtatorem potuiſſe moueri, vel motum fuiſſe ex certa cauſa, & iuſta.

48 Ratio illa dicitur ſatis expreſſa, quæ ſola potuit teſtatorem mouere.

49 Probibitio de non alienando non adiecta cauſa, dicitur nuda, etiam ſi teſtator vſus ſit verbis geminatis.

50 Geminatio verborum licet magis enixam oſtẽdat teſtatoris voluntatem, non tamen conualidat inualidum.

51 Quantum ad validitatem probibitionis non eſt differẽtia inter hos caſus an ſcilicet teſtator dixerit, probibeo bona mea alienari extra familiam, vel probibeo alienari, quia volo, quòd maneant in familia.

52 Probibitio de non alienando non adiecta cauſa valet, ſi probibiti alienare ſint etiam inuicem ſubſtituti.

53 Probibitio de non alienando nuda, licet non ſit apta producere actionem, parit tamen exceptionem ad fauorem probibiti.

54 Probibitio alienationis in rem concepta, an dicatur nuda, vel veſtita.

55 Probibitio realis cenſetur facta fauore omnium deſcendentium, ad quos res probibita deuenerit, non bæredis tantùm.

56 Probibitio de non alienando non adiecta cauſa valet, ſi babeat verbum infinitiuum ſecum, putà, probibeo bæredibus meis, & deſcendentibus in perpetuum, ne bona alienent.
Et idem ſi teſtator probibuit bona alienari, donec aliquis ex deſcendentibus ſuis extabit, vt num. 57.

58 An rectè ſenſerit Bartolus, quatenus voluit, grauatum cenſeri quoque bonoratum.

59 In probibitione diuiſionis an requiratur cauſa.

60 Probibitio alienationis nuda valet, vbi conſtat de mente diſponentis.

61 Probibitio alienationis nuda babens aliquam iuſtam cauſam, de qua apparet, quæ tamen cauſa reſpiciat fauorem alterius, quàm probibiti, valet.

62 Probibitio alienationis non dicitur nuda, quando facta fuit, vt bona non exeant de familia, vel deſcendentibus, & buiuſmodi, vel extra certum genus perſonarum.

63 In quo differat probibitio alienationis extra familiam, & probibitionem, vt bona remaneant in familia, iuxta nonnullorum opinionem.

64 Alciati error.

65 Probibitio dicitur ſemper facta extra certum genus perſonarum, non ſolùm ſi ſit facta extra familiam, ſed etiam ſi ſit facta extra deſcendentes.
Idem ſi teſtator probibuit ſuos bæredes, & eorum deſcendentes in alios alienare, vt nu 66.

67 Verbum alius de ſui natura importat ſimilitudinem qualitatis, & etiam aliter accipitur ſecundum ſubiectam materiam.

68 Probibitio non cenſetur facta in certum genus perſonarum, etiam ſi teſtator probibuit eius filijs, & bæredibus, ne alienarent, niſi inter ſe.

69 Teſtator, vbi vult bona inter eos de familia conſeruari, cenſetur in conſequentiam velle, ne in alios extra familiam alienetur.
Et idem, quando teſtator probibet bona alienari, quia vult, quod vadant de bærede in bæredem, vt nu 70
Idem etiam, ſi probibitio facta ſit, vt non poſſit fieri alienatio, niſi inter ſe, vt nu. 71.

72 Quid importent illa verba in probibitione poſita, Niſi inter ſe.

73 Si teſtator probibeat, ne quis filiorum ſuorum poſſit aliquo modo inter ſe diuidere bona quædam toto tempore vitæ ſuæ, quia vult, quòd perpetuò remaneant communia inter ipſos, & eorum deſcendentes, dicitur inductum fideicommiſſum de non alienando inter ipſos, & eorum deſcendentes, vt non fiat alienatio in extraneos.

74 Teſtator probibens alienationem filijs, & eorum deſcendentibus inducit fideicommiſſum ſucceſſiuum inter eos.

75 Probibitio de non alienando vt valeat, debet eſſe facta cum cauſa expreſſa, vel tacita, ſeu ſubintellecta.

76 Probibitio de non alienando ſatis dicitur babere cauſam expreſſam, ſi teſtator probibuerit alienationem extra familiam, vel vt in familia bona remaneant.

77 Cauſa ſufficit, quod ſit expreſſa, & appareat in aliqua parte teſtamenti poſita, licet ipſi probibitioni ſtatim non ſit adiecta.

78 Probibitio ſufficit, quod ſit veſtita ab initio ſecundum voluntatem teſtatoris, licet euentus aliter ſe babuerit.

79 Probibitio dicitur veſtita, etiam ſi verba veſtientia per modum cauſæ non ſint prolata.

80 Quæ cauſæ dicantur ſufficientes ad veſtiendum probibitionem de non alienando.

81 Si teſtator probibet alienationem perſonæ, quæ aliàs in certis caſibus erat à iure probibita alienare, non ideò extendetur bæc probibitio nuda teſtatoris ad caſus aliàs permiſſos à iure.

82 Probibitio de non alienando facta perſonæ, quæ erat odio teſtatori, valet.

83 Probibitio de non alienando facta perſonæ quæ erat odio teſtatori valet, etiam ſi ex culpa

teſta-

teſtatoris probibentis odioſitas huiuſmodi proceſſerit.

84 Probibitio de non alienando facta perſonæ, quæ erat odio teſtatori, valet ita demùm, ſi adſit perſona aliqua certa, quæ veriſimiliter ex mente teſtatoris poſſit reuocare alienationem, aliàs ſecus.

85 Ex qualitate rei probibitæ alienari præſumitur tacitè fideicommiſſum inter omnes de familia inductum.

86 Qualitas rei probibitæ alienari concernit affectionem teſtatoris ad eam.

87 Vbi aliquid eſt regulariter probibitum, & in aliquibus caſibus permiſſum, non ſufficit adeſſe caſum permiſſum, ut actus ualeat, niſi etiam ille exprimatur.

88 Qualitas rei probibitæ alienari confirmat, et corroborat dipoſitionem, ſed non ampliat eam.

89 Exemplum cauſæ tacitæ, quæ oritur ex qualitate rei probibitæ alienari; cum tribus declarationibus.

90 Aliud exemplum qualitatis rei probibitæ alienari.

91 Probibitio de non alienando Caſtrum donatum facta per teſtatorem, non egreditur perſonam probibitam: nec qualitas illius rei probibitæ operatur fideicommiſſum inter deſcendentes, nec ſufficit affectio, quam diſponens habebat erga ipſam rem; & ibi de veritate.

92 Exemplum aliud cauſæ tacitæ, quæ oritur ex qualitate rei.

93 Quartum exemplum cauſæ taci æ orientis ex qualitate rei.

94 Quintum exemplum.

95 Sextum exemplum.

96 Diſpoſitio ſimpliciter loquens de probibitione non habet locum in duplici diſpoſitione.

97 Probibitio hominis, & ſic teſtatoris an faciat ceſſare probibitionem legis.

98 Septimum exemplum cauſæ tacitæ, quæ oritur ex qualitate rei probibitæ alienari.

99 Octauum exemplum.

100 Nonum exemplum.

101 Decimum exemplum.

102 Vndecimum exemplum.

103 Duodecimum exemplum cauſæ tacitę orientis ex qualitate rei.

104 Interpretatio ea in dubio capienda eſt, per quam actus ſuſtinetur.

105 Probibitio vt dicatur veſtita ex qualitate rei, an requiratur, quod talis cauſa exprimatur, nedum rem exprimendo, & nominando, ſed etiam per modum cauſæ.

106 Probibitio generalis omnium bonorum teſtatoris, in quibus res qualificata exiſtis, non expreſſa cauſa ualet, reſpectu bonorum qualificatorum.

107 Sermo generalis omnia complectitur.

108 Idem iuris eſt de toto ad totum, quod de parte ad partem.

109 Vtile per inutile non uitiatur.

110 Iaſ. error.

111 Vbi illud, quod generaliter fit, non poteſt, niſi in uno uerificari, habetur pro expreſſo.

112 Probibitio de non alienando alicuius rei qualificatæ, an trahatur ad nepotes, ſi filijs ſit facta.

113 Probibitio de non alienando aliquam rem qualificatam ſine expreſſione cauſæ ualet, ſi in ea cadat probabilis affectio teſtatoris.

114 Probibitio ueſtitur ex pœnæ adiectione, ubi teſtator irritat contractum, uel actum.

115 Ex pœnæ adiectione probibitioni de non alienando, fideicommiſſum cenſetur inductum ad fauorem illorum de familia.

116 Nullitas alienationis facta fauore probibiti non ueſtit probibitionem, ſecus, ſi fauore aliorum.

117 Pœna pecuniaria impoſita contrafacienti non ueſtit probibitonem alienationis.

118 Probibitio dicitur ueſtita à pœna, ſi in caſu alienationis alius ſit uocatus, etiam penitus extraneus.

119 Pœna priuationis eſt apta ad ueſtiendum probibitionem de non alienando.

120 Teſtator, vbi priuat contrafacientem, licet perſonam non nominet, ad quam uult bona peruenire, tamen intelligitur, quod ad cohæredem, uel proximiorem uocatum debeat res deuenire.

121 Probibitio an dicatur veſtita, ſi in caſu alienationis eccleſia, vel alius locus pius eſſet vocatus.

122 Pœna per teſtatorem adiecta debet ſtrictè interpretari.

123 Tacita cauſa probibitionis de non alienando an oriatur ex conditione, vbi probibitus cohæredem habet, putà, ſi teſtator dixerit, ſi hæres meus alienauerit, Seius hæres eſto. Et an ex ea reſultet fideicommiſſum, vt n. 124.

125 Si teſtator probibuit fundum alienari, & vbi probibitus vellet alienare, quod teneretur Seio vendere pro tali pretio, probibitio valet, & eſt veſtita cauſa, quæ tacitè ſumitur fauore alterius, quàm probibiti.

126 Probibitio facta extra familiam valet, quia cenſetur facta fauore familiæ.

127 Si teſtator probibuit omnibus deſcendentibus ſuis alienationem in alios, cenſetur probibuiſſe, ne bona vadant ad alios, qui non ſint de familia, & de deſcendentibus.

128 Tacita cauſa probibitionis de non alienando oritur ex quauis ſubſtitutione expreſsè facta in teſtamento.

129 *Probibitio alienationis donec, & quouſq; aliquis ex filijs, vel deſcendentibus maſculis ſuperſit, eſt valida.*

130 *Tacita cauſa probibitionis de non alienando oritur ex diſpoſitis in teſtamento, quando teſtator probibuit hæredem poſſe detrahere legitimam, & Trebellianicam.*

131 *Ex probibitione diuiſionis bonorum cenſetur inductum fideicommiſſum.*

132 *Probibitio, ne vllo tempore fiat diuiſio, an valeat.*

133 *Teſtator grauando aliquas perſonas ad aliquid faciendum, vel fieri faciendum cenſetur etiam eis reliquiſſe bona ſua per fideicommiſſum.*

QVAESTIO. I.

CApio autem primam Quæſtionem, in qua in primis libet animaduertere, quòd aliqui ſenſerunt, differentiã eſſe inter fideicommiſſum, & ſubſtitutionem, & hos eſſe terminos differentes, Burſat. conſi. 227. num. 61. volum. tertio. Sed is errore lapſus eſt; neq; enim inter fideicommiſſum, & ſubſtitutionem probabilis differentia conſtitui poteſt, ſemota vulgari, & pupillari ſubſtitutione, l. cohæredi. §. cùm filię. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & latè habetur in Authentico de reſtitut. fideicom. & id ipſum etiã probant iura citata per eũ.

Secũdo illud etiam meminiſſe oportet, quòd prohibitio de non alienando, fideicõmiſſum, ſeu ſubſtitutio nedum cadit, & fieri poteſt in, & ſuper rebus vniuerſalibus, ſed etiam in particularibus relictis rebus, vt eſt tex. in l. vt liberis. ff. de leg. 2. & ita reſpondit Alcia. conſi. 575. col. 1.

Pro huius ergò Quæſtionis reſolutione principalis, facio duas concluſiones. Prima
1 eſt, quòd prohibitio de non alienando † facta per teſtatorem, ſi non ſit veſtita aliqua legitima cauſa, non valet, tanquàm nudum præceptum, quod per prohibitum arbitrio ſuo ſperni poteſt. Secunda erit concl. ꝙ prohibitio debet habere aliquã cauſam expreſſam, vel tacitam ſufficientem annexam, vt ſit valida.

Et capiendo primam concluſionem, breuiter ea probatur: quia ſine cauſa non
2 poſſunt teſtatores † legem huiuſmodi imponere hæredibus ſuis, vt dicit tex. in l. filiusfam. quæ eſt 117. §. diui. ff. de leg. 1. & ad idem eſt tex. in l. Pater filium, quæ eſt 36. Incipit, Pater filium. §. Iulius Agrippa. ibi, ne vllo modo, &c. ff. de legat. 3. Cepha. conſi. 401. num. 33. & ſeu non valet, tanquàm cõſilium datum per teſtatorem hæredi, vt dicit tex. in l. cùm pater, quæ eſt 79. §. mando filiæ meę pro ſalute ipſius ſollicitus, & cæt. ff. de leg. 2. Bart. in l. peto. §.
* fratre. ff. de leg. 2. & not.* cõmuniter Doct. in dictis locis, & præſertim in d. §. diui. vbi Iaſ. in 2. lect. col. 2. in 2. notab. num. 11. & Soci. iun. num. 11. dicens, quòd talis pro-
3 hibitio † potius dicitur conſilium, quod hæres prohibitus ſequi non tenetur, gl. in l. Titio centum. quæ eſt 70. in princ. ff. de condit. & demonſtrat. & ante eos Bal. in l. quoties ab omnibus. col. 1. nume. 6. in 3. quæſt. & num. 8. C. de fideicom. & ibidem num. 11. addit, idem eſſe in præcepto Iudicis, ſiue ſuperioris, quod cauſam expreſſam non habet. Cum itaq; hæc prohibitio
4 cẽſeatur facta in dubio † ſolum fauore ipſius prohibiti, vt latè probat Crot. conſi. 61. num. 24. & ſeq. vtiq; ipſe poteſt huic fauori renunciare pro libito volũtatis ſuæ, l. fin. C. de pac. & quod præceptum huiuſ-
5 modi ſit nullius momenti, † comprobatur etiam Cepha. conſi. 330. num. 28. volum. 3. Purpura. conſi. 304. col. 1. Beccius conſil. 100. Vegius conſi. vlt. num. 342. & nimi-
6 rum, quia hæc prohibitio † eſt odioſa, Rube. conſi. 55. in princip. & ibi nu. 3. ſubdit,
7 quòd prohibitio facta filijs † non extenditur ad nepotes. Contra tamen hanc concluſionem facere videtur illud vulgatum Imperatoris dictum, Diſponat itaq; teſta-
8 tor, † & eius volũtas habebitur pro lege, §. diſponat. Auth. de nup. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſt. & etiam per concord. de quibus per Cepha. conſi. 670. nu. 19. & ſeq. vol. 5. vbi con-
9 cludit propterea, quòd cõtrauenienſ† voluntati teſtatoris, dicitur venire contra legem. & in terminis, quòd valeat argu-
10 mentum † à prohibitione legis ad prohibitionem teſtatoris, Decia. conſi. vltimo, in princ. vol. 1. Sed ſic eſt, quòd prohibitio
11 legis † viuæ, vel mortuæ ligat quoſcunq; contrafacientes, nec eget aliquo veſtimento, vel cauſa pro eius validitate, l. non dubium. C. de legib. & in rebus eccleſiaſticis habetur de rebus eccle. non alien. in Decretal. 6. & Clementinis, & in profanis ſignanter C. de prædijs mino. & ff. de rebus eorum, & ff. de fundo dota. per totum, & alibi ſæpè in iure noſtro, ergò &c.

Sed citò ſoluitur hæc obiectio, vt ꝓcedat ita
12 demùm, ſi diſpoſitio teſtatoris † ſit iuſta, & legitima, alias ſecus, l. nemo poteſt. ff. de
* leg. 1. & ibi* omnes not. Sed ſic eſt, quod

quando

quando prohibitio de non alienando per
hominem facta reperitur nuda ab aliqua
rationabili cauſa, non eſt obligatoria, vt
ſuprà dixi, ergò &c. Et præter id, quòd
argumentum de prohibitione legis non
valet, quia potentins, & efficacius operatur
lex matura, & vina Principis regnantis,
vt in materia decreti cõtinuatiui poſſeſſionis
defuncti in hæredem ſcribens anno
præterito in vna Placẽtina Scotorum,
ſcio me latè probaſſe, dico etiam, lex matura,
& viua non ſine cauſa iſta diſponit,
& prohibet, c. erit aũt lex. 4. diſt. cũ vulga.
Præterea ad text. in d. §. diſponat. poſſet
etiam applicari alia reſponſio, quæ tamen
mihi non ſatisfacit, de qua infrà in 5. Ampliatione.
Secundò contra ſupradictam Concluſionem
fortius videtur ſtringere, quia fidei-
13 commiſſum inducitur † per quæcunque
verba teſtatoris diſpoſitiua; putà, verbum,
volo, mando, rogo, & ſimilia, tex. eſt in §. fi.
Inſtitut. de ſingu. rebus per fideicom. relictis,
& l. fi. C. communia de lega.
Sed hæc quoque obiectio ſoluitur ex præcedenti
reſpõſione data ad aliam obiectionẽ.
Plurimùm autem intereſt, an prohibitio
14 † ſit facta ſolùm fauore prohibiti necne;
quia primo caſu bona veniunt in ipſa
confiſcatione, vt infrà dicam in 8. quæſtio.
princip. in 2. concluſione, in 3. exemplo; ſecus
autem in 2. caſu, Alex. conſi. 23. per totum.
vol. 1.
Ampliatur modò hæc concluſio, vt procedat
in prohibitione de non alienando
15 † bona, ſiue ſint immobilia, ſiue etiam mobilia,
vt concludit Goffred. in d. l. pater filium.
§. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. & in mo-
16 bilibus cuiuſcunq; generis, † ſcilicet pecunijs,
vel alijs conſiſtentibus pondere, numero,
vel menſura, Marzar. de fideicom. q. 5,
Crau. conſi. 295. nu. 4. volum. 2. & in pecunia
numerata poſt Bald. & concordan. per
eum citatos, Rolan. conſil. 46. col. 1. vol. 3.
Eſt tamen hæc ampliatio ſic temperanda,
vt procedat reſpectu mobilium, & ſe mouentium,
quæ ex tempore corrumpuntur,
& dilabuntur, quòd ceſſante culpa grauati,
niſi aliud per prohibentem fuerit ordi-
17 natum, eis ad nihilum redactis, † fideicommiſſum
etiam in eis inductũ, neceſſe quoq;
eſt corruere, & ſic immunis ab huiuſmodi
prohibitione ſtatim erit prohibitus, l. domos
hæreditarias. & l. ædes deſtruendæ. ff.
de leg. 1. & habetur to. tit. ff. de reb. quæ vſu
conſum. Satius autem fecerit diſponens, vt
ſæpè vidi in facto, ſi res huiuſmodi, quæ vſu
18 conſumuntur, † iuſſerit vendi, & pretium
implicari in tot ſtabilibus, quæ ſubrogata
cenſeantur loco prohibitorum. Hinc ſequitur,
vltra illud tempus, quo res eſt duratura,
cautionem vt legatorum nomine
19 caueatur, † locum non habere; neq; enim
fideicommiſſarius poterit petere ab hærede
cautionem, vt eo extincto, & eueniente
caſu reſtitutionis fideicommiſſi, res mobiles
huiuſmodi reſtituantur, ſi eſſe deſierint
interim, vt habetur in l. 1. §. ſi cui. & §. Item
quæritur. vbi etiam glo. in verbo, res ſi extant.
ff. vt leg. no. cau. neque enim hæres
tenetur cauere fideicommiſſario, ſe rem
non perditurum, d. §. ſi cui.
Secundò Ampliatur ſupradicta concluſio,
vt locum habeat, nedum quando quis eſt
20 prohibitus, † ſed etiam ſi eius hæredes, vel
ſucceſſores ſint pariter prohibiti alienare,
dummodò illi non ſint ſpeciatim nominati;
ità concludit Bart. in d. l. Pater filium. §.
pen. per illũ tex. ff. de leg. 3. & latiùs Cur. ſen.
conſi. 45. nu. 22. & latius Rimin. conſil. 25.
num. 9. in fin. & ſeq. loquens in caſu, quo teſtator
bona ſua alienari prohiberet, quia
volebat ea ad ſucceſſores ſuos in poſterum
deuenire, & ſic etiam prohibitio erat realis,
vt dicam in ſeq. Ampliatione.
Tertiò ampliatur prædicta concluſio, ſiue
21 prohibitio † ſit concepta in perſonã, ſiue in
rem, vt reſpondit Soci. conſ. 227. col. 3. in vltimis
verbis. & col. ſeq. in princ. vol. 2. & ante
eum idẽ voluit Caſtren. in d. §. diui. in prin.
& probat Rimin. Iun. d. conſi. 25. Veruntamen
hæc ampliatio valdè periculoſa eſt, per
ea, quæ dicam in 3. limita.
Quarto ampliatur ſupradicta cõcluſio in tan-
22 tum, quòd ipſa prohibitio † nuda huiuſmodi
ipſo iure eſt nulla, Iaſ. in d. §. diui. in 1. lect.
nu. 4. & ibidem Crot. col. 2. in 4. limita.
Quintò ampliatur ſupradicta concluſio, vt
procedat, etiam ſi ſint plures cohæredes,
23 † vel collegatarij alienare prohibiti: neq; . n.
prohibitio huiuſmodi habet hunc ſenſum,
vt vno alienante, cæteri admittantur,
ſicq; ex ea fideicommiſſum reciprocum reſultet,
cùm præceptum, vt dixi, huiuſmodi
non valeat, & ità tenet glo. in d. §. diui. in
verbo, eos, quę vult expreſsè, d. §. diui.
procedere, ſiue prohibitio ſit facta vni hæredi,
ſiue pluribus cohæredibus, & eam
* glo. ſequuntur* communiter Doct. ibi, licet
ipſa nihil alleget, & idem tenuit glo. in l.
quoties ab omnibus. in glo. 1. C. de fideicõ.
quam etiam ad hoc adducit Ripa in d. §.
diui. num. 33. in princip.
Et hanc partem defendit abundè Bero. quęſt.

42.& conſi.84.num.6. vol.2.ubi teſtatur de
* *communi.& pulchrè,etiam ſi ſint illi hęre-
des grauati reſtituere bona hęredibus ſuis,
vel eorum ſucceſſioni,per l. pater.§.pater.ff.
de legat.3.reſpondit Riminal. iun.d. conſil.
25.num.9.in fine,& ſeq. vol.1. vbi pulchrè.
& ſecundum hunc ſenſum patet ſuſtineri
non poſſe intellectum Socini ad tex. in d.§.
pater. de quo infrà dicemus in 5. quæſtio.
prin.in 2.caſu,verſ.3.prælegare videtur &c.
Et hęc fuit notabilis deciſio Salic. in l.quo-
ties.la 1.num.2. verſi.interdùm ſunt plures
collegatarij &c. ibi, ſed hoc non teneo &c.
C.de fideicō. reprobata gl. in l. codicillis.§.
inſtituto.ff. de lega. 2. de qua infrà dicem⁹.
& pro Salic. plures alios concordan. citat
Bireta conſi.18.nume.21.in fine,& ſeq.& in
* effectu iſta eſt * cōis opinio, vt teſtatur Ga-
briel.lib.4.tit.de fideicom.concluſ.9.nume.
3.ad finem, vbi infinitos concordantes ci-
tat contra dictam gloſſ. & cōprobat Ceph.
conſi.401.num.27.verſi.& non obſtat gloſſ.
in d.§.inſtituto. vol.3.& Dec. in l.cum pro-
ponas.la 1.nu.3.in fine,& ſeq.C.de pact.cō-
24 cludēs, quod ſi teſtator prohibet filijs,† ne
diuidant bona vſq; ad certum tempus, etiā
ſi ipſi conſentiant,& cum iuramento, tamē
poſſunt contrauenire, quia hæc prohibitio
facta fuit fauore ipſorum, cui ipſi poſſunt
renūciare, dummodò ſint maiores,ſecus,ſi
ſint minores. & ſatis per Oldrad.conſi.241.
inimò etiam prædicta ratione putarem idē
dicendum, etiam ſi eſſent minores. & ibi
reſpondet ad d.§.diſponat. vt non proce-
dat, quando teſtator aliquid diſponit con-
tra legem, vel bonos mores. quæ quidem
reſponſio non ſufficit in propoſito: qa pro-
hibitio non alienandi vſq; ad certum tem-
25 pus† non eſt contra legē, vel bonos mores;
quia quidquid ſit in diuiſione prohibita
perpetuò,de qua loquitur l.cū pater.§.dul-
ciſſimis.ff.de lega. 2. ſecus tamen eſt in diui-
ſionis prohibitione ad tēpus; vt poſt cōcor
dan. per eum citatos, reſpondit Ruin.
conſi.134.col.1.vol.2.ideò melior eſt reſpō-
ſio ſupradicta, quod quando prohibitio
26 † eſt facta fauore prohibiti,non valet eo in-
uito,quia quilibet poteſt fauori ſuo renun-
ciare &c.& probat tex.in d.§. pater.vt latè
per Socin. conſil.250.col.1.& 2.vol.2.& de
* *communi Simon de Pret. in lib. 3. in 3.in-
terpreta. 1. dubij, in decima ſol. char. 282.
col.3.de interpreta.vlt.volunta.& ità etiam
ego tenui hoc anno in vna Mediolanen. de
Gallarate maximi momenti.

Verùntamen contra ſupradictam ampliatio-
nem, vt ſuprà etiam tetigi, eſt glo.aperta in
d. l. Codicillis, quæ eſt penult. §. inſtituto.
in verb. filijs.ff. de legat.2. dicens, quòd te-
27 ſtator vetando pluribus cohæredib.† rem
alienari, vel obligari, videtur viciſſim per fi-
deicommiſ. eis relinquere. quando. n. plu-
res ſunt prohibiti alienare, prohibitio di-
citur facta fauore non alienantium, aliquo
alienante. & illam gl.commendat ibi Ioan.
de Imo. & ſequitur Dec. conſi.23. ſub nu.4.
Grat. conſi. 21. num.13.vol.2.vbi etiam vl-
tra gloſſ.& Imo.refert, & ſequitur Alex.in l.
qui Romæ.§. cohæredes.in 3.col.ff.de verb.
obligatio. & rationem adducit; quia dicta
prohibitio cenſetur facta fauore non alie-
nantium. & dictam glo.& Imo.refert, & ſe-
quitur Dec.conſi.422.nume.5.in fine, poſt-
quam ab illa malè ſe explicat. & pro ea ſtat
Crot.conſi.48.num. 14. Alba conſi.7.num.
13.& conſi. 54. nume. 2. Idem tenet Rube.
conſi. 53.num.3.in fi. & ſequen. loquens in
prohibitione facta filijs, & deſcendentib. in
infinitum. & iterùm illam gloſſ. & Imo.vbi
ſuprà,refert, & ſequitur Dec. conſi.377.nu.
8.in fi.dicens, quòd debet intelligi de fidei-
cōmiſſo in caſu alienationis tm̄. & pro hac
ſententia ſtat etiam Gabriel. lib. 4. concl.9.
nu.3.tit.de fideicom.vbi etiam refert Guid.
Pap. & Alex. & pro hac ipſa gloſſ. ſtringit
etiam tex. in d.§.inſtituto.ibi enim teſtator
inſtituit hæredes ſuos filium, & nepotes ex
eo emancipatos, & prohibuit ædes ſuas
vendi ab hæredibus ſuis, ſed voluit manere
eas firmas,& ſimplices apud eos,aliàs quic-
quid in contrarium factum fuerit, illud ir-
ritum ſit, & inane. & tamen præſupponit
Iuriſconſult. ibi, quòd aliquo ex eis alienā-
te, locū eſſe fideicōmiſſo ad fauores aliorū
cohæredum. & ità illum tex.ad hoc expēdit
Cepha.d. conſi. 401.ſub nu.48.& latius per
Decia.conſi.50.num.19.volu.1. In dicto.n.
§.prohibitio facta fuerat fauore hæredum,
& tm̄ inducit fideicōmiſſum. Niſi dicamus,
quòd prohibitio ibi erat veſtita à pœna nul
litatis actus, vt infrà dicemus ſuo loco. &
pro opinione gloſſ.ſuprà citatæ facit etiam
notab.deciſ.Bal.in l.cùm hi.§.ſed & ſi pluri-
bus.in 1.not.ff.de tranſac.vbi concludit ar-
gumen.illius text.quòd ſi teſtator reliquit
28 prædiùm plurib.† & iuſſit non alienari, ne-
dum aliquis eorum extraneo alienare non
poterit,ſed nec etiam fieri poterit alienatio
inter ipſos, & conſequenter prohibitio eſt
valida, quia aliàs quilibet potuiſſet aliena-
re liberè ſpreto dicto præcepto d.§.diui. cū
vulga. Et miror, quòd Soci.in l. qui Romæ.
§. cohæredes. nu. 12.ff.de verb.obligat. qui
diſputat hanc queſtionē,non aduerterit ad

hanc

hanc deciſionem Bald. quem ad aliud pro-
poſitum citat; & tamen concludit, quòd
ſimpliciter prohibitio facta vni, vel pluri-
bus, dicatur nuda; quia ſi eorum contem-
platione facta fuiſſet, potuiſſent liberè alie-
nare, vt ſæpè dixi. ſed Soci. loquitur contra
Bald. reſpectu validitatis prohibitionis, &
ſic malè. Prætereà dictũ Soci. conuincitur
eſſe falſum ex alio. quatenus. n. dicit, quòd
quando prohibitio eſt facta fauore prohi-
bitorum, ipſi poſſunt inter ſe alienare, non
tamen in extraneos; ſed Bal. hoc nõ dicit,
quem ipſe citat; immò totũ cõtrarium af-
firmat, vt ſupra retuli, quod & probat tex.
in d. §. & ſi pluribus. & hoc, quando genera-
liter, vel in rem prohibitio facta fuit, vt in-
quit Bald. ſecus, ſi tantùm facta ſit in extra-
neas perſonas, vel fauore liberorum, vt in l.
voluntas. C. de fideicom. & in l. cum pater. §.
quindecim. ff. de leg. 3. prout & in caſu plu-
rium emphyteotarũ, quia vnus poteſt etiã
inſcio, vel inuito domino in alium aliena-
re. & ſic firma remanet deciſio Bal. pro iſta
parte. & conſentit idem Bal. conſi. 498. in vl
timis verb. in 1. parte. non valet ergò con-
ſequentia, teſtator fecit hanc prohibitioné
fauore prohibitorum, ergò nullum dicitur
fideicommiſſum inductum; per ea, quæ dixi
ſuprà in principio iſtius quæſtionis. hæc. n.
conſequẽtia falſa redditur per ſupradicta,
29 & quòd, vbi prohibitio alienationis † ex-
preſsè facta eſt in fauorem aliquorũ, quòd
inter eos dicatur factum fideicommiſſum,
* firmat ex* cõi ſententia Decia. d. conſi. 50.
nume. 21.

Pro concordia iſtius controuerſiæ plures ſe
offerunt declarationes ad hanc quintam
ampliationem; quarum prima eſt, quòd gl.
30 ſup. citata in d. §. inſtituto. † ſi ad eam benè
aduertamus, potius aſſiſtit huic ampliatio-
ni, tantùm abeſt, vt reſiſtat. & hoc proba-
tur, vt ſcilicet per prohibitionem alienatio-
nis factam pluribus, nõ dicatur prohibitio
veſtita, ob id, quòd pluribus ſit facta, niſi
etiam reperiatur, & appareat facta aliorũ
fauore, quàm prohibitorum, putà, vt in fa-
milia bona remaneant, & ità loquitur tex.
in l. cùm pater. §. libertis. ff. de leg. 2. per qué
mouetur glo. & ſecundum quem illa debet
intelligi, vt eſt vulgata doctrina Bar. in l. nõ
ſolùm. §. liberationis verba. ff. de libe. lega. &
ità ſignãter aduertit Bero. q. 42. nu. 4. verſi.
nec aduerſatur glo. &c. & non minus cla-
rè Marius Anguiſſola cõſi. 175. nu. 4. in fi. &
ſeq. loquens in caſu, quo teſtator poſſeſſio-
nem ſuam, quę vocatur Columbaria, prohi
buit alienari, vel quouis modo exire de di-
ctis nepotibus ſuis, & eorum liberis maſcu-
lis. cuius conſultatio, an ſit vera, quia ibi
prohibitio ſit realis, aliàs dicemus.

Secundò declaratur ſupradicta ampliatio, vt
non procedat, & vera ſit concluſio glo. ſup.
31 citatæ in d. §. inſtituto. † quãdo prohibitio
eſt facta filijs, & deſcendentibus in infinitũ;
ſic. n. inter eos cenſetur facta reciprocatio fi-
deicõmiſſaria, & ſic prohibitio dr̃ veſtita,
vt poſt alios plures per eum citatos, reſpon-
dit Rube. conſi. 53. nu. 5. verſi. præmiſſis ta-
men non obſtantibus &c. Idẽ tenet Decia.
conſi. 50. num. 2. vol. 1. quatenus concludit,
quòd vbi prohibitio alienationis expreſsè
facta fuit fauore aliquorum, inter eos dici-
tur inductum fideicommiſſum reciprocũ,
per Bar. & alios in l. qui Romę. §. cohæredes.
ff. de verb. obliga. & Ioan. de Anan. conſi. 47.
nu. 10. in 2. præmiſſo, & Dec. conſi. 23. nu. 4.
& in effectu hoc voluit Bal. d. cõſil. 498. in fi.
in 1. part. loquens in prohibitione facta fi-
lijs, quòd valeat, vt nõ poſſit alienatio fieri
in extraneum, non tamen inter ſe, per l. cùm
pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. à fortiori, q̃a
loquitur in libertis, habet enim inquit Bal.
vbi ſuprà, prohibitio iſta perſonalem cau-
ſam prohibitionis realem. ſed puto, quòd
voluit Bal. dicere, quòd hæc prohibitio, li-
cet perſonalis, habet tamen cauſam realẽ;
quia aliàs verba Bal. non conuenirẽt. idem
etiam tenuit Grat. conſi. 21. num. 13. & ſeq.
volum. 2.

Sed contrarium multi tenuerunt, quòd etiam
32 prohibitio facta filijs. & deſcendẽtibus, † ob
id alio non adiecto, veſtita minimè dici poſ-
ſit; & ita in ſpecie reſpondit Crot. conſi. 61.
in prin. & nu. 24. & ſeq. loquens in caſu, quo
teſtator filijs ſuis natis, & naſcituris, quos
inſtituerat, prohibuit alienationem vſque
ad certam ętatem, quòd ſit nulla dicta pro-
hibitio, quia nullius alterius vtilitatem re-
ſpicit, quàm ipſorum filiorum: & ſic potius
eſt conſilium, cui ipſi filij renunciare poſ-
ſunt; per ea, quæ dixi ſuprà in princip. iſtius
quæſtionis. idemq́; probat Ripa in d. §. dmi.
num. 33. vbi damnat Bal. per tex. in l. volun-
tas. C. de fideicom. à contrario ſenſu. ibi. n.
teſtator ꝓhibuit filijs vẽdere extra familiã.
ergò non dixit familię permiſſa eſt aliena-
tio abſolutè. Et pro iſta parte facit, quia
etiam quòd nedum ipſis hęredibus inſtitu-
33 tis facta ſit, † ſed etiam eorum deſcendenti-
bus, tamen reſpectu ipſorum deſcendentiũ,
qui non reperiuntur honorati, & expreſsè
vocati, prohibitio non valet, l. ab eo. C. de
fideicom. propterea de eis nulla eſt haben-
da ratio, Salic. & alij, quos ſuprà citaui, in
princ.

princip. huius ampliationis. & in terminis Cepha.conſi.730.num.55.& plu.ſeq.vol.5. Albari. cõſi.11.col.1.verſi.primò,quia &c. Bircta d.conſi.18.nu.5.in fi.& ſeq.& infrà etiam dicam in 8.limita.

Pro ſolutione iſtius difficultatis putaui quãdoq; ptimam opinionem veram eſſe, vbi etiam concurrat ſubſtitutio inuicem facta inter ipſos prohibitos, vt ſignanter animaduertit Grat.vbi ſup.

Quamuis hæc conciliatio non ſit tuta, & pacifica, quia contra eam expreſsè reſpondit Crot. vbi ſup. qui tamen intẽtionem ſuam non probat.

34 Tertiò declarat ſupradicta ampliatio, † vt non procedat, quando prohibitio habet annexam cauſam, quia vult teſtator bona remanere apud ipſos prohibitos; tunc.n. ꝓhibitio ſatis dicitur veſtita: ità tenet Ripa in d.§.diui. num. 33. quamuis id malè probet, quia tex.in d.l.pater filium.§.quindecim. non ſat probat, quod ipſe intendit, vt demonſtrabo latiùs in 5. quæſt. princ. in 3. caſu, in 16. exemplo.

Sextò ampliatur ſupradicta concluſio de nudo præcepto, quod non valet, vt procedat

35 etiam in præcepto Iudicis, † putà, ſi iudex præcipit tibi,ne diſcedas ab eo,vel quòd ſtes ſuper duos pedes, & huiuſmodi, vt concludunt doct.in l.quoties.la 1.C.de fideicom. vbi Cyn. loquitur in præcepto facto alicui, quòd debeat iurare de ſeruando præcepta ſua, & hoc ſiue cernat factum contentioſum,putà,quòd det,vel faciat aliquid Sempronio, ſiue auctoritatem ſuperioris reſpiciat, & non agatur de modico præiudicio, ſecundum Bald. ibidem,num.11.& ad hoc facit doctrina Bar.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.in 2.lect.ad finem. ff. de offi. procon. & lega. & in l.de pupillo.§.meminiſſe. ff. de op.no. nunc. vbi tradit magiſtraliter,

36 quãdo præceptum iudicis † dicatur nullũ, vel iniuſtum: ad quem me reijcio. & in præcepto facto alicui, quòd det, vel ſoluat alij ſine cauſæ cognitione emanato, quod ſit nullum ipſo iure, probatur in l.1.C.de execut.rei iud.vbi Bal.& alij notant. Ruin.cõſ. 107.nu.10.vol.5.oportet tamen iuſſum cõ-

37 parere,†& dicere de nullitate, vel petere præceptũ iuſtificari, vt conſiderat Bar. vbi ſup. & Sali. in l.1. num. 16. C. commina. vel epi. Benè verum eſt, quòd in his, quæ pertinent

38 ad officiũ iudicis,† valet præceptum, etiam ſi alias non ſit iuſtificatum: verbi gratia, ſi iudex timens oriri ſcandalum, iubet alicui, ne diſcedat de domo ,vel ne alienet rem in præiudicium alterius; Alex. cõſi.240.vol.6.

39 quod ſi in cauſa ciuili iudex † pœnam corporalem in præcepto adiecerit, ſperni põt præceptum huiuſmodi tanquam nullum, & non tenetur iuſſus comparere, Iaſ.in l.1. §.1.num.7.& ſeq. ff. ſi quis ius dicen. nõ obtemp. & iure etiã ab huiuſmodi illegitimis

40 præceptis † appellari poteſt,quatenus de facto proceſſerunt; Franc. in c.cùm ceſſante. num.6. & ſeq. de appellat. & hæc notanda ſunt maximè; quia in cauſis ſummarijs de iure, & paſſim etiã in ordinarijs inchoatur ab huiuſmodi præceptis; ſecundũ Caſtren. conſi.48.col.2.in 2. parte.nam,vt dixi,præceptum ſine cauſa legitima, & ſine cauſæ

41 cognitione factum,† putà, de ſoluendo,nõ valet, & ſtatim debet reuocari, ſecundum Bal.in l.2.num.45.C.de ſeruit.& aqua. Et

42 in præcepto impoſſibili,† ꝙ ſit nullius momenti, reſpondit etiam Hippoly. conſi.16. nu.15.& conſi.97. num. 17.& in præcepto,

43 ne partes diſcedãt † à tribunali ante litem cõteſtatam,Soc.conſ.47. vol.4.cum multis ſimilibus, quæ longum eſſet recenſere.

Septimò ampliatur ſupradicta concluſio, vt

44 procedat,etiã ſi adiecta ſit † ratio inutilis, putà, quia teſtator dixit; prohibeo filijs meis bona mea alienare, quia volo, quòd ad eorum hæredes perueniant: nullum enim ex hoc præcepto reſultat fideicommiſſum, l.pater filium.§.pen.ff.de leg.3. Alcia.conſil. 483.nu.11.& ſeq. niſi fortè ſit adiectà qualitas maſculinitatis, vt ibi per eum, quia tunc dicta qualitas demonſtrat prohibentem ſenſiſſe de deſcendentibus, vt habetur in l.ex facto.§.fin. ff. ad Trebell.& ibi omnes notant. quicquid contrarium conſuluerit Soci.quem refert,& ſequitur Riminal. iun. conſi. 371. ſub nu.154. volum.4. etiam circunſcripta dicta qualitate.

Octauò ampliatur ſupradicta concluſio, vt procedat abſolutè, niſi prohibitio facta ſit

45 reſpectu certæ perſonæ,† aliàs enim non valet,ſi facta ſit reſpectu incertarum perſonarũ,l qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pupill. ità concludit Alcia. in d.§. diui. col.7. ad fin.per l.pater filium.§.pen. ff.de leg.3. & per eundem col.ſeq.verſic. quod exemplum ego defendi,&c.& ibi addit,quòd vt prohibitio,& præceptum teſtatoris valeat,requi-

46 ritur,† quòd cõtemplatione certæ perſonæ factum ſit, & oportet, quòd conſtet aliquo modo de dicta perſona, aliàs ſi omninò omiſſa ſit eius mentio,præceptum non valebit, per l.quidam cùm filium, & ibi Bal.& Imol.ff.de hæred.inſti.& loquitur etiam cõ currente aliquali probabili affectione teſtatoris circa rem prohibitam alienari, vt ſi ſit

turris,

turcis, de qua infrà dicemus.
Sed hæc ampliatio pericnloſa eſt, per text. in
l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. vbi valet ꝓhibitio
alienationis facta extra familiam, vt etiam
Alcia. ipſe vbi ſuprà, admittit: & ſic prohi-
bitio eſt facta fauore familiæ, quæ perſonas
incertas, certum tamen genus perſonarum
continet: & dicitur tunc, ac ſi certæ perſo-
næ fauorem, de quo in d. §. diui. conti-
neret, vt inquit Socin. iun. ibi, nu. 18. in fin.
Et dictus §. penult. loquitur in pluribus hære-
dibus, vt ſuprà dixi, in ſecunda, & tertia am-
pliat. & dicta l. quidam cùm filium. &
Bal. & Imol. vbi ſuprà, loquuntur in exten-
ſione fideicommiſſi de perſona ad perſonā;
& vt ēt infrà dicam in octaua limitatione.
Nonò ampliatur ſupradicta concluſio, vt pro
cedat in tantum, quòd præceptum, & pro-
47 hibitio facta per teſtatorem ſit nuda, † niſi
cauſam expreſſam, vel ſaltem tacitam ha-
beat adiectam, à iure approbatam, vt etiā
ſi poſſit imaginari teſtatorem potuiſſe mo-
ueri, vel motum fuiſſe ex certa cauſa, iuſta
tamen, id non ſit attendendum, vt fauea-
tur liberæ facultati hæredis diſponendi de
bonis ad libitū. & ſic ſtat firma regula pro-
hibitiua, d. §. diui. ità concludit Soci. iun.
ibi, nu. 20. dicens, quòd teſtator potuit mo-
ueri ad faciendum præceptum, & prohibi-
tionem de non alienando non ratione affe-
ctus, quem habuit erga rē prohibitam,
ſed pro commodo, & fauore prohibiti. Vn-
de in dubio non tenet prohibitio; quia hoc
per regulam eſt ſancitum in d. §. diui. Et
duo caſus ab ea ibi excipiuntur; primus, ſi
cauſa ſit expreſſa, & legitima, vel vbi inue-
nitur perſona extra perſonam prohibiti, cu
ius fauore facta ſit, vt ibi per eum, nu. 17. &
ſeq. in fin. Et pro hoc facere videtur; quia
48 ratio illa † habetur pro expreſſa, quādo ea
ſola eſt, quæ potuit teſtatorem mouere, ut
per Bald. in l. quoties. la 1. nu. 8. C. de fidei-
com. Ergò ſecus eſt dicendum, quando plu
res poſſunt adfuiſſe rationes, inter quas eſt
ſemper fauor prohibiti.
Decimò ampliatur hæc concluſio, ut proce-
49 dat, ēt ſi teſtator in prohibitione, † ſeu præ-
cepto de non alienando, vſus ſit verbis ge-
minatis, putà, prohibeo, ueto, & mando hæ
redibus meis, & eorum deſcendentibus in
perpetuum, vel in infinitum, ne alienent
bona mea: adhuc enim ea prohibitio nuda
iudicanda eſt; ut abunde probat Bireta
conſ. 18. colum. 1. & ſeq. & per totum. Neq;
enim geminatio verborum huiuſmodi li-
50 cet efficatiorem, † & enixiorem oſtendat di
ſponentis voluntatē, l. Baliſta. ff. ad Trebell.
non tamen reperitur, quòd ualidet inuali-
dum. & verbum illud, Perpetuò, certæ per-
ſonæ adiectum, accipi debet ad vitam ip-
ſius tantùm: ut abundè per Syluan. conſ. 6.
Non deſunt tamen, qui huic ſententiæ con-
tradicunt, ut infrà dicam in 4. limitatione.
Vndecimò aduertendum eſt pro ampliatione
iſtius concluſionis: quia quantùm ad vali-
51 ditatem prohibitionis, † nō eſt differentia
inter hos caſus, an ſcilicet teſtator dixerit;
prohibeo bona mea alienari extra familiā,
uel prohibeo ea alienari, quia volo, quòd in
familia remaneant, vt latè demonſtrabo
in 5. quæſt. princ. in 2. exemplo. & habetur
per Rim. in conſ. 528. nu. 26. & plu. ſeq. vol. 5.
Limitatur modò ſupradicta concluſio, vt non
52 procedat, quādo prohibiti alienare † ſunt
etiam inuicem ſubſtituti, quia tunc prohi-
bitio dicitur valida fauore ipſorum; Petrus
Antonius Anguiſſola conſ. 9. num. 7. in fi. &
plu. ſeq. lib. 6.
Secundò limitatur ſupradicta concluſio, ut
non procedat, ſi prohibitus, non obſtante
præcepto, & prohibitione nuda, voluit ni-
hilominus illud ſequi. Nam licet ea prohi-
53 bitio non ſit apta parere actionē, † parit ta-
men exceptionem ad fauorem prohibiti, vt
poſt Bal. inquit Alcia. in d. §. diui. nu. 11.
Tertiò limitatur ſupradicta concluſio, ut non
procedat, ubi prohibitio alienationis in rē
54 cōcepta fuit; † quia tunc ſatis veſtita dici-
tur in ſe, vt ſentit Rube. conſ. 53. nu. 6. in fin.
quatenus ſoluēdo obiectionem, quòd pro-
hibitio facta filijs non porrigitur ad nepo-
tes, inquit, hoc non procedere in prohibi-
tione in rem, & Crot. conſ. 48. nu. 17. & ſeq.
Quòd ſi hæc concluſio vera eſſet, vtiq; valeret
ad multa, de quibus infrà dicam in 2. quæſt.
principali in prima ſpecie prohibitionis:
55 Et enim ubi prohibitio eſt realis, † vtiq; illa
cenſetur facta fauore omnium deſcenden-
tium, ad quos res prohibita deuenerit, non
hæredis tantùm: vt poſt Caſtren. per eum
citatum reſpondit Alba conſ. 93. nu. 2. quic
quid Ruin. conſ. 127. nu. 9. in fin. & nu. 12.
vol. 2. contradixerit. Et hanc partem pro
iſta limitatione tenet Capic. deciſ. 108. co-
lum. 1. & 2. de quo etiam dicemus in ſeq.
quæſt. princ. in 1. diuiſione.
Sed hæc limitatio eſt periculoſa, quia in caſu
l. peto. §. fratre. ff. de leg. 1. prohibitio eſt in
rem, ſecundùm Ruin. conſ. 122. col. 2. in fin.
in 2. ratione, vol. 2: & tamen ibi fideicōm-
miſſum eſt ſolùm in caſum alienationis, vt
infrà dicā in 5. quæſtio. in 3. caſu, in primo
exemplo. Sed ad hoc poteſt reſpōderi, quòd
immò prohibitio eſt imperſonalis, ut ibi
dixi;

diri. Nihilominus contra limitationẽ ſtat tertia ampliatio ſuprà adducta, quam veriorem puto.

Quartò limitatur, quando prohibitio habet
56 verbum infinitiuum ſecum; † putà, prohibeo hæredibus meis, & deſcendentibus in perpetuum, ne bona mea alienent, vt conſiderat Rube. conſ. 53. nume. 4. verſic. & iam illud uerbum in infinitum debet validare iſtam prohibitionem, &c. Et idem ſi teſta-
57 tor † prohibuit bona alienari, donec aliquis ex deſcendentibus ſuis extabit, vt concludit Gozad. conſ. 52. nume. 5.

Hæc tamen limitatio redditur dubia, quia reſpectu deſcendentium, & eorum, qui honorati non reperiuntur, nõ valuit grauamen, vt ſuprà tetigi in quinta ampliatione. Et præterea, quod attinet ad verbum illud, Perpetuò, obſtant, quæ poſui ſup. in 10. ampliatione.

Poſſet tamen ſedari hæc poſterior contentio, diſtinguendo caſum à caſu. quæ enim dixi in dicta decima ampliatione, procedũt, vbi ſolùm de hæredibus prohibitis, paritérq; honoratis mentio facta eſt; hic autem caſus loquitur in deſcendentibus hæredum etiam grauatis. niſi velimus ſequi opinio-
58 nem Bart. † in l. Centurio. nu. 37. ff. de vulg. & pupill. quatenus voluit, grauatum cenſeri quoque honoratum: quem multi ſecuti
** ſunt. ſed quia magis ** communis eſt cõtra eum, vt ibi per Rip. num. 166. & nume. 169. in 3. caſu, & ante eum Beltrand. conſil. 124. col. pen. & fin. vol. 3. propterea non puto ab ea recedendum.

Quintò limitatur ſupradicta concluſio, vt nõ
59 procedat in prohibitione diuiſionis. † nã in ea cauſa aliqua non requiritur: illa enim cenſetur fieri ad conſeruationem rerum diuidi prohibitarum, nec reperitur aliquis, qui dixerit, in ea cauſam requiri, inquit Curt. iu. conſ. 116. nu. 4. col. pen. Sed adhuc hæc concluſio, & limitatio pacifica non eſt: quia diuidere prohibiti fauore ipſorum adhuc arbitrio ſuo poſſunt conſultum & præceptum huiuſmodi ſpernere, ut dixi ſuprà in quinta Ampliatione poſt principiũ; & ideò puto periculoſam eſſe hanc limitationem, ut vera non ſit.

Sextò limitatur ſupradicta concluſio, vt non
60 procedat, quando aliter cõſtaret † de mente diſponentis, Ceph. conſil. 401. nume. 48. verſ. niſi ex verbis teſtatoris conſtaret de fideicommiſſo &c.

Septimò limitatur, vbi prohibitio licet facta ſolùm fauore prohibiti, habet tamen aliquam iuſtam cauſam, de qua apparet, vt per bona iura firmat Ruin. in d. §. diui. colum. 2. quæ tamen cauſa reſpiciat fauorem
61 alterius, † quã prohibiti, & hoc apertè probat ille tex. ibi, Niſi inueniatur perſona, cuius reſpectu hoc à teſtatore diſpoſitum ſit &c. quod & ſatis ſuprà probaui.

Octauò limitatur ſupradicta cõcluſio, vt pro-
62 hibitio nõ dicatur nuda, † quãdo facta fuit, vt bona non exeant de familia, vel deſcendentibus, & huiuſmodi, vel extra certum genus perſonarum; tunc enim veſtita ſatis dicitur, vt eſt tex. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & in l. filiusfamil. §. cùm pater. ff. de leg. 1. cũ ſimil. Et hæc concluſio eſt indubitata, Soci. conſ. 227. vol. 2. cẽſentur enim iſti de familia, & deſcendentes vocati per fideicommiſſum, Ruin. cõſ. 122. nu. 2. vol. 2. & in ꝓhibitione facta de non alienando extra familiã, quòd ea dicatur veſtita à cauſa, quia teſtator cenſetur familiæ reliquiſſe, & prouidiſſe tacitè, tenet Cyn. in l. quoties. la pri-
* ma, in fin. C. de fideicom. & eſt * cõmunis opinio in §. diui. licet aliqui faciant differen-
63 tiam inter prohibitionẽ † extra familiam, & prohibitionem, vt bona in familia remaneant, quoniam hoc ſecundo caſu apertius familiæ prouidiſſe cenſentur, vt per Soc. iu. in d. §. diui. nu. 46. ſed malè Decius conſ. 377 ſub nume. 7.

Et ex hac concluſione ſequitur, inaduertenter
64 locutũ fuiſſe Alciat. † in d. §. diui. colum. 7. ſub nume. 16. verſ verius ergò eſt &c. quatenus concludit, prohibitionem alienationis ità demùm valere, cùm fauore certæ perſonæ facta eſt, per l. pater. §. pen. ff. de leg. 3. ſecùs, ſi perſonæ incertæ ſunt, quia de eis teſtator nullam rationem habuiſſe cenſetur, per l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pupill. & idem repetit col. ſequen. nume. 21. vbi addit oportere, quòd nedum reſpectu certæ perſonæ facta ſit, ſed etiã quod de ea conſtet aliquo modo, ſaltem nutu. Etenim illud dictum eſt contra omnia iura ſuperius citata. nec mouet d. §. pen. quia loquitur de hæredibus hæredis grauati d. §. diui. & latè probaui ſup. in 8. ampliat. & conſului hoc anno in una Placentina pro Vulpibus contra Anguiſſolas. & tex. in d. §. hæc verba. nihil facit. præterea Alciat. admittit, valere prohibitionem factam de non alienando turrim extra familiam; & tamen ibi certa perſona non eſt deſignata: ergò ſe ipſum conſulit.

Non omitto autem, quòd prohibitio dicitur
65 ſemper facta † extra certũ genus perſonarum, non ſolùm ſi ſit facta extra familiam, Bartol. in l. pater filium. §. quindecim. ff. de legat.

legat.3.per illum tex. ibi. Ne quis eorũ partem ſuam alij vendere poſſit, concludens ver bum Alij intelligi debere de alijs extra coniunctos. ſequitur Rimin.iun.conſi.45.nu.94. vol.1. ſed etiam ſi ſit facta extra deſcendentes, vt dicit Ruin. vbi ſupra. Idem ſi teſtator
66 prohibuit † ſuos hæredes, & eorum deſcendentes in alios alienare. nam illud verbum, Alios, intelligi debet de alijs, qui non ſint de hæredibus, vel deſcendentibus prædictis, per glo.in l.pater filium.§.filium.in verbo hęrede relicto.ff.de leg. 3. qui caſus æquiparantur, ſecundum * commmunem, Curt. iun.conſil. 121.num.1.& per Ruin.conſi.134.num.6.lib. 2.& conſi.108.nu.13.eod. dum diſpoſitione, quæ dicebat bona conſeruari debere inter illos de domo ſua, intelligit, vt in alijs, qui nõ ſunt de domo, nõ poſſit fieri alienatio. & hoc modo loquendi ſæpè etiam vtuntur noſtri, vt in ſpecie Opizo in d.§. diui. num.9.in prin. ibi, Nolo, ꝙ alienetur, vel non perueniat ad
67 alios. nam & ſi verbum Alius † de ſui natura importet ſimilitudinem qualitatis, Ruin. conſi.68.num.3.vol.5.tamen aliter etiam accipitur, ſecundum materiam ſubiectam, vt latè per Riminal.iun. conſi. 358.nu. 258. & ſeq. vol. 4.& nõ minus clarè hanc concluſionem ponit Ruin. conſi.116.nume.15.in fi.& ſeq.vol.2.loquens in prohibitione de nõ alienando in alios &c. Sed hæc concluſio dubia redditur per Ang.in conſil. 57. domina Andrea.de quo dicam infrà in 8. quæſt. princip. in 2.concluſione, in 2.exemplo. id quod non admittit Cepha.qui etiam illud refert conſi. 730. num. 23. vol. 5.
68 Rurſus, ſi teſtator prohibuit † eius filijs, & hæredibus,ne alienarent, niſi inter ſe, neq; eo quoq; caſu cenſetur prohibitio facta in certum genus perſonarum, Curt. Iun. d.conſil. 121.nu.1.& ſeq. & Alba conſi. 54.ſub num.2. col.3.in prin.verſi.accedat 3.&c. nam vbi teſtator vult bona inter eos de familia conſer-
69 uari,† cenſetur in conſequentiam velle, ne in alios extra familiam alienentur, Ruin. dicto conſilio 108. Sed de illa deciſione Curt. Iun. & Albæ vbi ſupra, ego dubitaui in vna Placentina de Vulpibus. Et idem eſt dicendum,
70 quando teſtator † prohibet bona alienari, quia vult, quòd vadant de hærede in hæredē, Rolan.conſil.23.num.23.vol.4.idem etiam
71 eſſet dicendum, ſi prohibitio † facta ſit, vt non poſſit fieri alienatio, niſi inter ſe, vt per Ruin. conſi.127. numero 12.& ſeq. volum.2. de quo dixi in vna Placentina pro Vulpibus contra Anguiſſolas. & quòd illa verba Niſi
72 inter ſe,† importent, quod non in extraneos, Bireta conſil.55. num.3. & hanc concluſionem cõprobat Ruin.cõſ.134.nu.6.& ſeq.vol. 2. quatenus concludit, quòd ſi teſtator pro-
73 hibet, † ne quis filiorum ſuorum poſſit aliqualiter inter ſe diuidere bona quædam toto tempore vitæ ſuæ, quia vult, quòd perpetuò, & perpetuis temporibus remaneant cõmunia inter ipſos, & eorum deſcendentes, ꝙ dicatur inductum fideicommiſſum de non alienando, etiam inter ipſos, & eorum deſcendentes, vt non fiat alienatio in extraneos. & quòd valet talis prohibitio.quia vbi aliquid aliquibus relinquitur, & extra eos, alienatio prohibetur eorum contemplatione, tunc prohibitio valet. ſic, & vbi teſtator prohibet
74 † alienationem filijs, & eorum deſcendentibus, ſignificat fideicommiſſum ſucceſſiuum inter eos, Menoch.conſil.277.num.1.vol.3. quod non eſt perpetuum. quia reſpectu eorum, qui non fuerunt honorati, idest, inſtituti expreſsè, prohibitio non poteſt ſubſiſtere facta perſonis; per ea, quæ dixi ſupra in 5. ampliatione, in 2. declaratione.

Secunda eſt concluſio, quòd prohibitio de non
75 alienando, † vt valeat, debet eſſe facta cum cauſa, & vt ſuprà diximus, debet eſſe veſtita ex aliqua cauſa expreſſa, vel ſaltem tacita, ſeu ſubintellecta, vt dicũt * communiter Doct. in d.§. diui. & alibi ſæpè: vt in ſpecie reſpondit Cepha. conſi.153.nume.54. volum.2. & ante eum Alex. in d.§. diui. in princ. & omnes alij. & dicitur tunc habere cauſam expreſſam ſuf-
76 ficientem ſatis, † ſi teſtator prohibuit alienationem extra familiam, vel vt in familia bona remaneant, vt de hoc ſunt multa iura præſertim in l.cum pater.§.libertis, & in l.poto.§.fratre.ff.de leg.2.Ripa in l.filiusfamilias. §.diui.in 1. notab.nu.2. ff. de legat.1.& latiùs dicam in 5.queſt. principali. Hic autem non omitto, primò dicere, quòd hæc concluſio procedit intantùm, quod ſufficit cauſam ex-
77 preſſam eſſe, † & apparere in aliqua parte teſtamenti poſitam eſſe, licet fortè ipſi prohibitioni ſtatim non ſit adiecta, per ea, quę ponit Soci. conſi.73. num.4.volum.3. & pulchrè in vna Placentina de Todiſchis, Ruin. conſil. 173. nu.8. in fi. & ſeq. verſi.& hoc etiam confirmat.volum.2. & Decia. conſi. 50.num.21. & ſeq.vol.1.

Secundò declaratur hæc concluſio, vt locum ha
78 beat, ſi prohibitio† ſit veſtita ab initio ſecundum voluntatem teſtatoris, & ea inſpecta, licet euentus aliter ſe habuerit, vt conſiderat Crot.conſi.48.num.14.in fi.& ſeq.

Tertio declaratur hæc concluſio, vt procedat, etiam ſi expreſsè per modum cauſæ verba ve-
79 ſtientia non ſint prolata; † putà, quia teſtator dixit, prohibeo filios meos alienare bona mea, ſed volo ea apud deſcendentes meos permanere, vt eſt tex.in l.pater filium.§.filiũ.

ff.de leg.3.Ruin.conſi.173.num.4.& 8.in fi. &
80 ſeq. vol.2. quę autem cauſæ dicantur † ſuffi-
cientes ad ueſtiendum prohibitionem de
non alienando, quę alias fuiſſet nuda,& ſim
plex pręceptum, ſeu conſilium teſtatoris,
colligitur ex multis, de quibus nunc eſt vi-
dendum.

Prima itaq; cauſa iuſta eſt, ſi facta ſit perſonę, aliàs etiam prohibitę, ſecunda, ex qualitate perſonę, in quam prohibetur alienatio, quę fortè odioſa erat teſtatori.tertia,ex qualitate rei prohibitę alienari. quarta,ex pęna prohibitioni adiecta. quinta,ex conditione appoſita. ſexta cauſa poteſt etiam cõſiderari ratione,& fauore alterius, quàm prohibiti. ſeptima, tacita prohibitio elicitur ex expreſsè diſpoſitis in teſtamento.

Capio primam, quę eſt ex qualitate perſonę: & hęc eſt dùplex. quandoq; enim prohibetur gratia, quandoq; ex odio: & adhuc primo caſu, aliquando prohibetur fauore,& gratia ipſius prohibiti tantùm; quandoq; fauore, & commodo alterius. primo caſu principali, & in prima ſpecie, quando prohibetur gratia tãtùm prohibiti,vel alterius, loquitur tex.in d.l. filiusfamilias.§.diui.ff.de legat.1.ibi, Niſi inueniatur perſona, cuius reſpectu hoc à teſtatore diſpoſitum ſit.& ibi glo.quatenus intelligit illum textum, & reſpectum perſonę, quãdo. ſ. teſtator voluit ad illam rem prohibitam alienari peruenire in caſum contrafa-
* ctionis: & ſequuntur* communiter Doct.putà ſi teſtator prohibet hęredem alienare,& ea ſu, quo alienet vocat alium. pariter quando ratione prohibiti, & eius fauore facta fuit prohibitio, putà propter ętatis imbecillitatem, & minus ſtabile iudicium ei interdixit, ne alienet, vſque ad talem ętatem: hęc enim adiectio veſtit prohibitionem, aliàs nudam, & eam validat, vt non poſſit prohibitus illi renunciare, Purpurar. conſilio 304.numero 8. & ante eum Bal. in l.quoties ab omnibus. colum.1 numero 4.C. de fideicom. & nume. ſeq.verſi. item nota.& ibi num.9.addit rationem eſſe iſtius dicti, & concluſionis. quia talis perſona pręter dictam prohibitionem, erat etiam à lege prohibita alienari.& ad hoc etiam facit Ripa in d.§. diui. numero 7. verſi. quintò veſtitur ex cauſa, quę tacitè colligitur ratione perſonę prohibitę, putà ſi teſtator hęredi, vel legatario minus induſtrio interdicat alienationem &c. & quòd prohibitio facta vſque ad certam ętatem de ſe valeat, reſpondit Alba conſilio 57. numero 10. & ſequen. & Marza. in ſuis quęſt. fideicom. quęſt. 44. & vbi ratione minoris ętatis prohibita fuit alienatio, Beccius dicto conſilio 100. numero 11. declarando tamen, vt ibi per eum. & hanc cauſam, quando ratione imperitię perſonę prohibitum fuit alienati, probat Bald. in l. ſecunda numero tertio, in princip. C. de vſucap. pro empto. & hanc concluſionem probat Beccius d.conſilio 100. numero quinto. & iſto caſu prohibitio durat tantùm pro eo tempore, quia eo lapſo, licita erit alienatio, & ceſſabit prohibitio, Crot. conſi. 61. nu. 15. conſtat .n.quod ceſſante cauſa finali ceſſat effectus. & procedit hęc concluſio,etiam ſi cauſa non ſit adiecta, putà propter imbecillitatem intellectus prohibiti; l. Titio centum. in principio. quæ eſt ſeptuageſima. ff. de conditio. & demonſtrat.

Eſt tamen aduertendum circa hanc cauſam vltra ea, quæ diximus ſuprà in præcedentibus ampliationibus ad dictam regulam prohibitiuam, quòd ſi teſtator prohibet alienatio-
81 nem perſonæ, † quæ aliàs in certis caſibus
erat à iure prohibita alienare,certè non ideò hæc prohibitio nuda teſtatoris extenderetur ad caſus alias permiſſos à iure, vt latè firmat Natta conſilio 528. numero 13. & ſequent. quod eſt notandum, pro limitatione eorum, quæ infra dicam in ſequenti cauſa.

Aliud quoque exemplum ad cauſam præſentem pertinens adduci poteſt, putà ſi teſtator prohibuerit alicui Monaſterio, cui bona reliquit, ne ea alienet, ità concludit Bal.in d. l. quoties ab omnibus. columna 2. numero. 10. C. de fideicom.

Secunda eſt cauſa, quæ oritur ex qualitate perſonæ, quæ teſtatori odio erat, in quam fuit
82 prohibita alienatio; † tunc enim valet dicta
prohibitio, l. codicillis. §. matre. ff. de legat. ſecundo.& concordan. per Cyn.in l.quoties. la prima. ad fin. C. de fideicom. Alexan. in d.§. diui. in princip. verſic. comprehenditur etiam iuſta cauſa &c. putà, ſi teſtator dixit, nolo fundum titio alienari, vt ibi per eum, & per Opizo.num.11.

Declaratur autem hæc concluſio, vt procedat, etiam ſi ex culpa teſtatoris prohibentis,
83 † odioſitas huiuſmodi proceſſerit. vt contra
Crot. concludit Alcia. in d.§. diui. columna 7. ad fin.numero decimo, & benè, vt ibi per eum.

Secundò declaratur ſupradicta concluſio, vt procedat ità demùm,ſi adſit perſona aliqua
84 certa, † quæ veriſimiliter ex mente teſtatoris
extet,quę poſſit reuocare alienationem,aliàs ſecus. nã ſi hęres ipſe ſit, q fuit prohibitus,& ſolus inſtitutus,certè nemo erit, qui reuocet dictã alienationem factam contra voluntatẽ teſtatoris,vt etiam optimè conſiderat Alcia. in d.§. diui. in loco ſuprà citato. & eſt bonus textus in l.4.§. fin. ff. de conditio. inſtitu.

&

& ibidem Bar. & non minus clarè Bal. in vl-
timis verbis. Quod ſi alius, putà legatarius
fuiſſet prohibitus alienare rem legatam o-
dio ipſius perſonæ, in quam teſtator prohi-
buit alienari? tunc ſi is contrafaciat, hæres
reuocabit, quia in dubio ius reuocandi per-
tinet ad hæredes, l. qui ſub conditione. ff. de
conditio. & demonſtratio. & poſt Bar. in d. §.
diui. firmat ibi Alciat. numero 10. verſic. ve-
rius ergò eſt &c.

Tertia cauſa, quæ ſumitur ex qualitate rei pro-
hibitæ alienari, ſatis dicitur ſufficiens ad ve-
ſtiendum prohibitionem huiuſmodi, vt ſu-
prà, & dicitur eo ipſo veſtita alia cauſa non
expreſſa, vt eſt glo. in l. quoties ab omnibus.
quæ eſt prima. C. de fideicom. & ibidem
Cyn. & alij, & ſignanter Bal. num. 8. dicens,
quòd ex qualitate rei prohibitæ alienari præ-
85 ſumitur; † quòd teſtator voluerit eam in a-
gnatione permanere, & ſic præſumitur taci-
tè fideicommiſſum inter omnes de familia;
quod eſt notatu dignum, vt ille ait. idem fir-
* mant* omnes Doct. ibidē, quos refert Corn.
nume, 6. in princip. tacita enim ex cauſa in-
telligitur facta dicta prohibitio, ne res de fa-
* milia ſua exeat, vt illi dicunt, & * communi-
ter etiam Doct. in d. §. diui. vbi in ſpecie Alex.
* in princip. & eſt * communis opinio, vt teſta-
tur Ferdi. Loazes ibidem nu. 59. in fi. Soc. Iun.
ibidem nu. 16. & ſeq. qualitas enim rei huiuſ-
86 modi concernit † affectionem teſtatoris ad
eam, vt per Caſtren. in d. l. quoties. ſub num.
4. & ibidem Iaſ. col. 1. verſi. 1. quando fit con-
templatione rei &c. & hanc concluſionem,
quòd prohibitio alienationis rei, quę aliàs in
certis caſibus erat prohibita alienari, non
dicatur nuda, ſed veſtita eo ipſo, cùm à iure
communi cauſam habeat, quæ præ oculis te-
ſtatoris fuiſſe creditur, prout etiam Beccius
conſi. 100. num. 5.

Contrà tamen hanc concluſionem mouetur
Crot. in d. §. diui. num. 8. dum dicit, ꝙ quan-
87 do aliquid eſt regulariter prohibitum, † & eſt
in aliquibus caſibus permiſſum, non ſufficit
adeſſe caſum permiſſum, niſi etiam ille ex-
primatur, aliàs actus corruit, per deciſio-
nem notabilem Bar. & aliorum in l. 2. ff. ſi
quis in ius vocatus non ierit. & in l. 1. & 2. ff.
de ferijs. & concordan. per eum. ſed ſic eſt, ꝙ
prohibitio alienationis eſt materia prohibi-
ta, niſi in certis caſibus, vt eſt text. in d. §. diui.
ergò &c. & id putans fortè contrarium reli-
quit inſolutum, & dicit cogitandum eſſe.
& faciunt tradita per Macabru. conſilio 85.
numero 114. in fin. & plu. ſequen. quatenus
concludit, quòd qualitas rei prohibitæ alie-
88 nari; † putà, domus magnæ, confirmat, &
corroborat diſpoſitionem, ſed non ampliat
eam, nec ſufficit imaginari, niſi teſtator
dicat.

Sed ſupradictam Crot. obiectionem tollit Loa-
zes in d. §. diui. numero 58. dicens, quòd ob-
iectio procedit in iudicialibus, in quibus o-
portet iudici conſtare id, quod allegatur,
putà, quòd quis ſit exemptus à ſua iuriſdi-
ctione, vt in d. l. 2. ff. ſi quis ius dicen. non ob-
temp. ſecus autem in caſu iſto, vbi res pendet
à voluntate vnius, ſcilicet teſtatoris, in quo
ſufficit, quòd ad illum actum prohibendum
potuerit vnica ratione moueri ad ità diſpo-
nendum, quando illa ſolùm reperitur, per
multa exempla, quæ ipſe ibi ponit. & hanc
rationem tuetur etiam Rolan. conſilio 23.
num. 25. vol. 4.

Veruntamē hæc ſaluatio Loazes ad dictam ob-
iectionem Croti non ſatisfacit; quia tota
conſiſtit in ea conſideratione, quòd ſola vni-
ca ratio, & cauſa potuit mouere teſtatorem
ad prohibendum rei qualificatæ alienatio-
nem &c. conſeruationis in agnatione, licet
ipſe hoc non dicat. ſed ſic eſt, quòd hæc con-
ſideratio fragilis eſt; quia potuit etiam te-
ſtator moueri ad dictam prohibitionem fa-
ciendam fauore ipſorum prohibitorum hæ-
redum; quo caſu non valet ea prohibitio, d.
§. diui. & ſuprà diximus ſatis in principio i-
ſtius quæſtio. ergo &c. & exempla addita per
Loazium loquuntur in caſibus, in quibus
neceſſariò cauſa colligitur ex diſpoſitis.

Melior eſt autem ſolutio Socin. Iun. in d. §. diui.
numero 17. verſi. ſed ab hoc defendendo com
munem. quatenus concludit, quòd dicta ob-
iectio ceſſat, quia caſus iſte verſatur in exce-
ptis à regula prohibitiua legis. nam lex vult,
non valere prohibitionem de non alienādo,
niſi cauſa ſit expreſſa, vel niſi perſona adſit,
cuius contemplatione, & fauore facta ſit
prohibitio, vt hic, quia agnationis conſer-
uandæ gratia res qualificata cenſetur prohi-
bita alienari, vt ſuprà fuit dictum. Adhuc ta-
men hæc ſolutio non ſatisfacit, quia ea attē-
ta ſemper prohibitio cuiuſcunque rei vale-
ret, quia poſſet ſemper dici pro ratione agna
tionis facta prohibitio: quod tamen eſt con-
trà dictum. §. diui.

Niſi dicamus, ꝙ in alijs rebus non qualificatis
non cadit hæc affectio teſtatoris, quæ cenſe-
tur eum mouiſſe ad dictam prohibitionem.

* Retenta itaq; ſupradicta * communi con-
cluſione, ſubijcienda ſunt primò exempla ad
eam pertinentia, mox declarationes dictę
concluſionis.

Primū igitur exemplum erit, quod ponit glo. in
d. l. quoties. de turri prohibita alienari per
89 teſtatorem, † quia poterat eſſe protectio, &
tutela illorum de agnatione teſtatoris, vt in-

quit Alexã. in d. §. diui. in princip. & cęteri ſequũtur. & eſt * communis opinio, vt teſtatur Loazes ibidem num. 58. in princip. & Soc. Iu. nu. 16. & ſeq. & de * communi etiam teſtatur Loazes ibidem nu. 59. in fi. Iſtud autem exemplum particulariter recipit aliquas declarationes. Prima eſt, vt procedat, niſi aliud dictum ſit per teſtatorem, quia ſcilicet prohibuit turrim alienari extra familiam; ſecus ſi ſimpliciter dixit, quòd prohibet turrim alienari. tunc enim illud pręceptum tanquam nudum ſperni poterit per hæredem: ita declarat Alcia. in d. §. diui. col. 8. circà med. ea ratione, quia prohibitio non valet, niſi contemplatione certæ perſonæ ſit facta, de qua oportet conſtare. quod & latè Cepha. firmat cõſi. 605. per totum. concludens, quòd niſi cauſa prohibitionis reſpiciat fauorē alterius, quã teſtatoris, vel eius hæredis, putà ne alienetur extra familiam, huiuſmodi prohibitio non tenet, propter rei qualitatem.

Sed hæc declaratio non eſt vera, quia ratio, qua nititur eſt falſa, vt probaui ſuprà in princ. huius quæſtionis in ſeptima limitatione. eſt etiã cõtra cõmunem, vt ſuprà dixi. & inſuper hęc declaratio eſſet penitus de indubitabili, quia etiam ſi non turris, ſed alia quælibet res, vel leuis momenti ſit prohibita alienari extra familiam, tenet prohibitio, & dicitur veſtita, d. §. fratre. cum alijs iuribus ſuprà. citatis. ergò &c.

Secundo declaratur hæc concluſio, & iſtud exẽplum, vt procedat ità demum, ſi turris huiuſmodi ſoleat eſſe præſidium, & aſylum gentis, & familiæ ipſius teſtatoris, alias ſecus: ità declarat Alcia. in d. §. diui. col. 8. circa med. ſic intelligendo Doct. in d. l. quoties. nec enim ſufficit probabilis affectio teſtatoris in re ipſa prohibita alienari, l. ſi in emptione. ff. de mino. & ſimpliciter in hoc etiam conſentit Soci. Iun. in d. §. diui. numero 16. licet nihil alleget, & apertius numero 20. verſ. ſed ſi vis tenere communem &c. & ibidem in fine addit, quòd proptereà ſi turris iſta ſit per teſtatorem nouiter facta, fortè non procedit dicta communis opinio, quia non fuit ad tutelam familiæ ſuæ, vt ille ait.

Sed hęc quoque declaratio vera non eſt, nec aliquis ex ſcribentibus citatis per Alcia. hoc dicit, & quod ipſe ſubijcit de affectione teſtatoris, retorquetur, per tex. per eum citatum: vt etiam dicemus in quarto exemplo. & etiam confunditur hæc opinio ex his, quæ dicam in ſecundo exemplo. potuit. enim teſtator moueri ad dictam prohibitionem, quia fortè dicta turris erat ſplendor familiæ ſuæ, vt inquit Ripa in d. §. diui. numero 4. & ſic non intuitu tutelæ, vel defenſionis ipſius familiæ. item ratione affectus, quem teſtator habuit erga eam, vt dicam in dicto quarto exemplo.

Tertia eſt declaratio, quæ datur huic exemplo, vt procedat communis concluſio ſuprà facta, dummodò aliqui alij de familia, & agnatione teſtatoris extent præter hæredem grauatum nõ alienare turrim. nam ſi nullus extet de agnatione, vtique quia non extat aliquis, qui probabiliter poſſit reuocare alienationem, poterit is, tametſi grauatus, & prohibitus, poterit inquam arbitrio ſuo alienare: ità tenet ſub dubius Socin. in d. §. diui. numero decimonono. in principio, poſt Decium, quem ad hoc citat conſilio 637. columna fin. per tex. in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ſecundo. & comprobat Corn. in dicta l. quoties. numero 3. in princip. C. de fideicommiſſ. & ibi maximè Caſtren. num. 4. ad fin.

Sed certè hæc declaratio, quæ viſa eſt dubia ipſi Socin. Iun. mihi videtur indubitabilis, per d. §. libertis. licet ipſe dicat, quòd ſi eſt vera, eſt pulchra declaratio ad dictam communẽ opinionem ſuprà firmatam. trepidauit igitur Socin. vbi non eſt timor. & ideò meritò infert ibidem Socin. Iun. vbi ſuprà: quòd ſi turris huiuſmodi extraneo ſit relicta, & prohibita alienari, quòd rectè dici poſſit nudam eſſe eam prohibitionem. & ſic ceſſat communis opinio: quia ceſſat tunc fundamentum, & ratio dictæ opinionis. eſt uerum, quòd glo. in dicta l. quoties. non aperuit, an inſtituti eſſent de familia necne, ut conſiderat Corn. ibidem numero ſexto, in fi. qui dicit, quòd proptereà potuit alia eſſe intentio teſtatoris in dicta prohibitione, putà, quia ne fortè ipſi, quibus turris fuit relicta, alios habeant conſocios, quia forſan erat indiuidua, & de facili unus potuiſſet de alio ſuſpicari, & huiuſmodi; tamen, inquit ille, tene, quod placet.

Aduertendum tamen eſt, quòd & ſi fortè hæres prohibitus alienare ſolus extet, ſi tamen contingit poſt alienationem procreare liberos, ipſis competet ius recuperandi alienationem factam, ut per Curt. in d. l. quoties. num. 3. & latius per Iaſ. ibi.

Secundum ſit exemplum in aliquo Caſtro,
90 † quod teſtator prohibuit alienari: ità ſignanter concludit Albe. in d. l. quoties. idem tenet Ripa in d. §. diui. numero quarto. licet non citet Albe. idem reſpondit in una Placentina de Fulgoſijs in dimidia Caſtri Sarturani, quæ eſt quædam villa tenuis, Curt. Iun. conſilio 43. numero 10. verſiculo, ſi ergò in propoſito noſtro probauero, quòd prohibitio de non alienando primo loco fa-

cta

ćta per ſe non erat nuda &c. ſequitur Alba
conſi. 54. num. 4. & conſi. 97. num. 2. & 12. &
Curt. dicta in propoſito noſtro abundè reaſ-
ſumit, & ſequitur Vegius conſ. vlt. num. 389.
ad fi. & eundem etiam refert, & ſequitur Ri-
minal. Iun. conſ. 20. col. 2. & ego etiam idem
reſpondi in vna Placentina Caſtri Varſij, in
Caſtro habente iuriſdictionem cum mero, &
mixto imperio; idem pro iſta concluſione re-
ſpondit Ruin. conſ. 208. num. 6. vol. 1. & idem
not. Soci. Iun. in d. §. diui. in 2. notab. idem in
Caſtro Sarturani, in illa cauſa, in qua conſu-
luit Curt. Iun. vbi ſuprà, reſpōdit Ruin. conſ.
134. num. 18. verſ. & quamuis dicatur. vol. 3.
& ibi licet teneat contra Curt. quòd in ea ſpe
cie prohibitio de non alienando nō inducat
abſolutum fideicommiſſum; tamen admit-
tit apertè, quòd qualitas rei prohibitæ alie-
nari, quæ erat dignitas dicti Caſtri veſtiat ip-
ſam prohibitionē. præter id, quod, vt infrà
dicemus ſuo loco, Ruin. malè conſuluit in ea
ſpecie. & iſtud exemplum probat etiam Ri-
minal. Iun. conſ. 371. nu. 8. in fi. vol. 4. & Curt.
Iun. vbi ſupra refert, & ſequitur Rol. conſ. 23.
num. 24. vol. 4.

Sed in contrarium ſtat Socin. Iun. conſi. 13. nu.
23. & ſeq. vol. 4. vbi concludit, prohibitionem
91 de non alienando Caſtrum † donatum factā
per donatorem non egredi perſonam prohi-
bitam, nec qualitatem illius rei prohibitæ o-
perari fideicommiſſum inter deſcendentes,
ad differentiā turris prohibitæ alienari, quæ
ſolita erat ſtare pro præſidio, & defenſione fa
miliæ teſtatoris, ſeu diſponentis, nec ſuffice-
re affectionem, quam diſponens habebat er-
ga ipſam rem, per tex. in d. l. pater filium. §. Iu
lius Agrippa. ff. de lega. 3. vbi eſt caſus in pro-
hibitione de non alienando domum maio-
rem, & prædium ſuburbanum, quod propter
qualitatem rerum huiuſmodi, non dicatur
prohibitio veſtita, ſed adhuc dicta prohibi-
tio nudum præceptum remanet, & nulla,
per tex. in §. nos igitur. authen. de reſtit. fidei-
com. qui tex. loquitur in proauſtijs, ſeu ſub-
urbijs prædijs prohibitis alienari. Et quòd ſu
pradicta concluſio, quæ habet, quòd prohi-
bitio dicatur veſtita ex qualitate rei, intelli-
gatur in turri, ſeu fortalitio tantum, pro-
bat Iaſ. in vna Placentina de Puteo loquens
conſ. 96. col. fi. in princ. vol. 4. de quo etiā me-
minit Vegius conſ. vlt. nu. 410. de quo etiam
dicam in 3. declaratione.

Sed reſpondetur Soci. Iun. vbi ſupra, in primis
loqui contrà communem opinionem, vt pa-
tet ex tot auctoritatibus ſuperiùs allegatis,
& eum ſibi ipſi contradicere in d. §. diui. er-
gò &c. c. ne innitaris prudētiæ tuæ. de conſti-
tutio. & l. qui falsò, vel varia. ff. de teſti.

Nec obſtat tex. in d. §. Iulius Arippa. quoniā ex
ſola prohibitione alienationis reliquiarum,
ideſt, ſepulchri, & prædij ſuburbanij, vel dom⁹
maioris non elicitur, quòd res huiuſmodi eſ-
ſet talis qualitatis, quæ mouerit teſtatorem
ad conſeruandum eam in agnatione, prout
etiam habetur in d. l. pater filium. §. filiā. ibi,
Veto ędificium de nomine meo exire. & §. fun
dum Titianum. & in l. penult. §. inſtituto. in
verbo meas ædes. ff. de legat. 2. neq; enim res
huiuſmodi alio non apparente ſimiles ſunt
Caſtro prohibito alienari, quod quidem eſt
caſa alta muris, foſſiſq; circundata; vt inter-
pretatur per Bar. in tractatu, qui ſint rebelli
in verb. Lombardiæ. nu. 4. & Bal. in c. 1. §. in ge
nerali. nu. 4. ſi de feu. fue. contro. int. domi. &
agna. de quo vltimo latius infrà dicam quęſt.
13. ptin. & tantò magis, ſi Caſtrū haberet iu-
riſdictionem, merum, & mixtum imperiū an-
nexum, prout erat in dicta Placētina, in qua
conſului, & patrocinium præſtiti, ac obtinui
per binas conformes coram conſilio iuſtitię,
etenim qualitas huiuſmodi in Caſtro, vel in-
ſigni palatio, prout loquuntur Doct. ſuprà
citati, concernit decus, & honorem familiæ
teſtatoris, ac etiam defenſionem, & tutelam
longè magis, quàm turris. pro qua ſtat Soci-
nus vbi ſuprà, qui nulla ratione, iudicio meo,
facit differentiam inter Caſtrum, & Turrim
in propoſito noſtro.

Eodemq; modo reſpondetur ad tex. in d. §. nos
igitur.

Prætereà Socinus vbi ſuprà. cogitur fateri pro-
hibitionem de non alienādo Caſtrum, veſti-
tam eſſe ex qualitate rei, quod nobis pro nūc
ſufficit, ſed negat eam qualitatem, & tacitam
cauſam, vt fiat extenſio de perſona ad perſo-
nam. quod, an vérum ſit, ſuo loco diſcutie-
mus.

Sed pro nunc iſtud dictum Socini pugnat cum
deciſi. Bal. in d. l. quoties ab omnibus & ſe-
quacium, quos ſuprà citaui. niſi eos intel-
ligamus loqui in prohibitione imperſonali,
vel reali. ſed de hoc etiam dicamus ſuo loco.

Tertium exemplum eſt præſentis cauſæ tacitæ,
92 quæ oritur ex qualitate rei, † pută, ſi teſtator
prohibeat ſeruos, vel vaſallos ſuos alienari,
nā cenſetur teſtator id feciſſe, ne vaſalli durio
rem dominum experirentur, & ſic fauore ip-
ſorum facta cenſetur prohibitio, vel ſi hæres
prohibitus erat crudelis, ne vaſalli experiren-
tur mitiorem dominum, ſed excoriarentur
per hęredem, & ſic odio ipſorum tunc cenſe-
tur facta prohibitio, Ripa in d. §. diui. nu. 4.
verſi. & idem &c. & infrà etiam dicemus in
quinta cauſa.

93 Quartū ſit exēplū, † vbi. ſ. res ꝓhibita aliena-
ri fuit maiorū ipſius teſtatoris, l. ſi in emptio.

ff.de minor.& hoc propter iuſtam affectionē, quam veriſimiliter habebat teſtator ad bona huiuſmodi, quæ dicitur iuſta cauſa veſtiendi prohibitionem;ità concludit Iaſ. in d.§.diui. in 2.lect. num.11.& Crot. nu.7. & hanc qualitatem rei, ad quam veriſimiliter teſtator habebat affectionem, vt quia erat turris aliqua, vel palatium,quod fuerat maiorum ſeu anteceſſorum ipſius teſtatoris,apertè firmat Caſtren. in d.l.quoties. ſub num.4. & Iaſ.ibidem col.1. verſi.1. quando fit contemplatione rei,&c. C. de fideicom. eſt enim iuſta affectio conſeruandi illa in familia, inquit etiã Opizo in d.§. diui.num.9.in princip. loquens in quaque re,quæ fuit anteceſſorum teſtatoris, & Loazes nu.59.in fi.& Ripa. in d.§.diui. num.3.verſi.2.veſtitur prohibitio. Curt.Iun. dicto conſi.43. nume. 10.Vegius d.conſi. vlt. num. 391. Ancha. Iun. quæſt.72.nume.30.in 1.parte.& ante eos Cyn.in d.l.quoties. in prima.poſt med. C. de fideicom. loquens in domo patrimoniali. & comprobat Corn. ibidē num.6.in prin.& Loazes in d.§. diui.num.59. in fi.loquens in domo,vel alia quacunq; poſſeſſione, quæ fuit anteceſſorum ipſius teſtatoris, etiam ſi teſtator hoc non expreſſit, Tiraquel. de retract. tit.1. in præfatio.num.39. Quò fit, vt ab Alc. in d.§.diui.colum.3. circà med.ſit cauendum,quatenus contrarium voluit ſine lege,ratione,vel auctoritate,vt ſuprà etiam tetigi in 1.exēplo,in 2.declarat.& iſtud exemplū ſequitur etiam Riminal.Iun. d.cōſi. 371.nu.9. vol.4.vbi ſolùm refert, & ſequitur Iaſ. vbi ſuprà. & hanc concluſionem probat etiam Rolan.conſi.23.nu.24.& ſeq.vol.4.& q affectio teſtatoris ad rem veſtiat prohibitionem,Bal.conſi.57.in fi.in 2.parte.& procedit in quacunq; re,vt in Columbaria,de qua per Marium Anguiſſolam conſil. 175. & ſequen.

Poſſet autem ſaluari opinio Alciati, vbi ſimpliciter facta fuiſſet prohibitio alienationis bonorum, ſecus ſi facta ſit fauore maſculorum, ità ſignanter declarat Bero.conſi.84.ſub nu. 11. verſi. illud ergo &c. vol.2.

94 Quintum exemplum eſt, † quando res prohibita alienari fuit cōceſſa teſtatori per principem,quia tunc eo ipſo præſumitur teſtatorem habuiſſe iuſtam affectionē rei huiuſmodi, & propterea eam voluiſſe conſeruari in agnatione ſua; ità poſt Alex.concludit Ripa in d.§.diui.nu.5.verſi.4.veſtitur &c.poſt Alex. ibi in priu. quæ in re donata per Imperatorē teſtatori loquitur. Eſt verum,quòd Alcia.in d.§.diui.col.8.poſt med. cōtrarium tenet, ſed ſuo ex capite. quem ſuprà ſæpè reprobaui, & præſertim in quarto exemplo in ſecunda declaratione.

95 Sextum ſit exēplum, † vbi res prohibita alienari per teſtatorem aliàs de iure communi, vel municipali erat etiam prohibita alienari. iſto enim caſu propter geminationē prohibitionis, prohibitio teſtatoris de non alienando adiecta ſuſtinetur, & operatur fideicommiſſum,vt etiam in caſibus aliàs permiſſis à iure non poſſit fieri alienatio, Doct.in d. §.diui. & probatur per Soci.conſi.75.nu.4.& ſeq.vol.1.& Dec. conſi.636. nu. 10.Purpura. cōſ.110. Ceph.cōſ.342.n.68.vol.3.Bero.cōſi. 122 vol.2. Vegius poſt Ruin. per eum citatū d.conſi.vlt.num.485.Marius Anguiſſo.conſi. 256.num.3.& conſi.194.numero 17. Beccius conſi.100.num.5.quod & concurrebat in illa Placētina Varſij,in qua conſului, vt ſuprà dixi, quia inter bona prohibita alienari per teſtatorem aderat illud Caſtrum, quod ex forma decreti prohibitum erat alienari abſq; licentia Principis,hanc etiam concluſionem probat Purpura.conſi.110.num.1.volum.1. & rationem iſtius cōcluſionis ponit Beccius conſi.100.num.11.& idem tenet Natta conſ. 504.num.15.volum.3.loquens in materia feudali,cui adiecta eſt prohibitio teſtatoris.Marza.in tract. de fideicom.quæſt.37. Et ratio eſt iſtius concluſionis, quia magis ſtringūt duo vincula, quàm vnum; ità reſpondit Cepha. conſi.342.num.68. & Bero. conſi.34.

Et pro hac concluſione facit, quia diſpoſitio
96 ſimpliciter loquens † de prohibitione, non habet locum in duplici prohibitione, Ruin. conſil.55.num.3.vol.5. & in rebus relictis purè, quæ ſine ſolemnitate iuris non poſſunt alienari de iure communi, ſi teſtator ea quoq; prohibuit alienari, reſpondit Caſtren. conſi. 269. dubitatur, in princip. in 1.parte.

Conſiderādum eſt tamen, quòd quando res eſt prohibita alienari de iure communi, non ratione rei, ſed perſonæ, ad quam pertinet ex priuilegio, vel prærogatiua ei conceſſa, valet prohibitio;vt ſunt res eccleſiæ,vel minorum, vt per Bero.in terminis d. quæſt.42.num.5.in fi.& ſequen.

Secundò eſt conſiderandum, quòd contra dictam concluſionem videbatur obſtare, quia
97 prohibitio hominis,† & ſignanter teſtatoris, facit ceſſare prohibitionem legis, vt reſpondit Menoch.conſi.152.num.61.volum.2. Sed huic obiectioni facilè reſpondetur, quòd ità demum dicitur per prouiſionem hominis receſſum à diſpoſitione legis, quando ſe non compatiuntur huiuſmodi prouiſiones,aliàs ſecus; vt concludit Bart.& Caſtren. in l. ſi cùm dotem. in princip. ff. ſolut. matrimo. & Bald. conſ. 329. nu. 1. in prima parte. Cephal.conſ.153.nu.43.& ſeq.vol.2.

Tertiò eſt etiam conſiderandum, quòd ſupradictum exemplum non procedit in perſona,

quæ

quæ ſit a iure prohibita alienare in certis caſibus tantùm, cùm teſtatoris prohibitio non extendat ſe ad alios caſus permiſſos, vt ſuprà dixi in prima cauſa. Pro ſupradicto tamen exemplo facit etiam, quia in caſu, in quo teſtator per expreſſam ſubſtitutionem, ſeu ſubſtitutiones fideicommiſſum fecit, & poſteà prohibuit bona alienari, quòd iſto caſu non poſſint bona huiuſmodi in cauſam dotis alienari, propter geminatam prohibitionem tacitam, & expreſſam; prout tamen ſubſiſtente ſolùm tacita prohibitione ex cauſa prædicta fieri potuiſſet alienatio, reſpondit Ruin.conſ.123.nu.11.vol.2.

Septimum in palatio aliquo publico inſigni,
98 † tunc enim militat ratio qualitatis rei, vt propterea prohibitio veſtita dicatur, ſi veriſimiliter teſtator affectionem habebat ad illud, per ea, quæ ſuprà dixi in 4.exemplo, & ità idem reſpondit Dec. conſ.38.nu.2.col.2. verſ. Quintò etiam ex qualitate rei præſumitur fideicommiſſum &c. & verſ. Vnde conſiderata qualitate palatij, & bonorum, de quibus agitur &c. & in publica domo ſita in platea reſpondit Rube. conſil.53.nume.3. & in palatio Rolan. d.conſ.23.nu.24.vol.4.

Aliud quoque, & ſic octauum exemplum fit,
99 quando teſtator † fecit aliquas ſubſtitutiones, & ſic tacitè bona cenſentur prohibita alienari, & poſteà adiecit etiam expreſſam prohibitionem de non alienando; nã tunc dicta prohibitio expreſſa operatur, vt non poſſint etiam bona alienari ex cauſa dotis, prout tamen aliàs potuiſſent alienari, vt concludit Ruin.conſ.123.nu.12.verſ. ſed quando bona &c.vol.2.

100 Nonum fit exemplũ † in aliquo loco honorabili, vt concludit Corn. in d.l. Quoties. là prima, nu.6.in princ.C. de fideicom. ſemper enim militat ratio affectionis ſuprà in quarto exemplo conſiderata.

101 Decimum fit exemplum † in domo, in qua teſtator erat educatus. nam prohibendo illam alienari, cenſetur id feciſſe ratione affectionis, quam in ea habebat, & ob id voluiſſe in familia ſua conſeruari; per ea, quæ ſuprà dixi in 4. exemplo, & in ſpecie hoc ponit Crot. in d.§. diui. nu.7.

102 Vndecimum fit exemplum † in poſſeſſione quadam honorabili cum iuriſdictione prohibita alienari, vt reſpondit Rolan. conſ.23. nu.24.& ſeq.vol.4.ratione, de qua in quarto exemplo, & in hoſpitio notabili Bald.cõſ.57. in fin. in ſecunda parte.

103 Duodecimum fit exemplum † in domo, ſeu hoſpitio, in quo teſtatrix peperit; nam ad illud cenſetur habuiſſe affectionem, Bald.d. conſ.57. in fin. in ſecunda parte.

Nunc autem declaratur ſupradicta concluſio, vt procedat in re qualificata prohibita alienari, prout loquuntur omnia iura & auctoritates ſuprà citatæ, ſecùs autem ſimpliciter, ſi res taliter qualificata fuerit ſimpliciter legata alicui; neque enim præſumitur tunc tacitè prohibita alienari, & ità declarat Loazes in dicto §. diui. nume.60. verſic. cogitabam tamen. quem refert, & ſimpliciter ſequitur Tiraquell. in præfatione tituli primi de retract.nume.39. Sed certè hæc declaratio egreditur terminos propoſitæ quæſt. & malè etiam applicatur quæſtioni per eum propoſitæ, vt infrà dicemus.

Secundò declaratur ſupradicta concluſio, vt procedat, quando nulla alia cauſa fuit expreſſa ad veſtiẽdum dictam prohibitionem, vt ſentit Loazes in d.§.diui.nu.58.in ſexta limitatione, in princ.verſ. nam tunc licet nullam cauſam exprimat, valebit talis prohibitio &c. nam tunc ad validandam dictã prohibitionem factam per teſtatorem, ne videatur actum nullum feciſſe, meritò ſumi de-
104 bet ea interpretatio † ſumpta ex qualitate rei, vt actus potius valeat, quàm pereat, l. quoties.ff.de reb. dub. Secus ergò videtur dicendum, quando aliqua cauſa veſtiens prohibitionem fuit expreſſa; quia tunc videtur, quòd ſit locus regulæ, quòd expreſſa nocent &c. & quòd expreſſum facit ceſſare tacitum, & ità etiam concludit Rol.conſ.23. nu.24.& ſeq.vol.4.

Sed hæc declaratio non videtur tuta; quia Doctores in pleriſque exemplis ſuprà citatis, & maximè in ſecundo exemplo, & præſertim Curt. iun. ibi relatus, loquũtur in caſu, quo prohibitioni de non alienando cauſa expreſſa adiecta fuerat, & tamẽ ex qualitate rei cõcludunt prohibitionem ex ſe fuiſſe veſtitam, & propter cauſam expreſſam adiectam ex vtraque reſultare fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum.

Tertiò declaratur ſupradicta concluſio, vt procedat, dummodò res, & etiam eius qualitas fuerit nominatim expreſſa per teſtatorem in prohibitione de non alienando; ità enim voluit Crot. in d.§.diui.nu.14. quatenus cõcludit, quòd quãdo aliquid regulariter eſt permiſſum, prohibitum tamen eſt in certis caſibus, oportet expreſsè fieri mentionem eius caſus permiſſi, nec ſufficit cum adeſſe, & è conuerſo. & pro hac opinione facit text.
* in d.§.diui. & ibi * communiter Docto. concludentes, neceſſariam eſſe cauſæ expreſſionem, aliàs preceptum teſtatoris nudum erit. & ad hoc, reſpectu expreſſionis rei, tendunt deciſiones Docto. quatenus concludunt. reſpectu qualitatis rei, prohibitionem eſſe veſtita

ſtitá ex qualitate rei prohibitæ alienari. & ſic
ſaltem deſiderant, quòd res nominatim ſit
* expreſsè prohibita. & itá ſe habere * commu
nem opinionem dixit Loazes ibi num. 60. Et
hoc etiam tenuit expreſsè Socin. Iun. ibidē
nume. 20. verſ. Et ideò videtur inferendum,
quòd non procederet communis concluſio,
ſi teſtator prohibuiſſet alienari omnia im-
mobilia. nam licet inter ea eſſet iſta turris,
tamen nec in ea valeret prohibitio magis,
quàm in alijs &c. quinimmò addit Iaſ. in
vna Placentina de Puteo loquens, conſ. 96.
col. fin. in prima reſponſione, in fin. & ſeq. vo-
lum. 4. quòd ad hoc, vt prohibitio dicatur
105 veſtita † ex qualitate rei, oportet, quòd ta-
lis cauſa exprimatur, nedum rem exprimen-
do, & nominando, quia hoc potuit fieri nō
ſolùm gratia demonſtrationis, ſed etiam per
modum cauſæ, prout fuerat factum in caſu
ſuo, quia teſtator ſolùm prohibuit alienari
poſſeſſionem nuncupatam Columbariam il-
lorum de Puteo, & ſic per viam demonſtra-
tionis, non autem per modum cauſæ, prout
de iure requiritur, ut ille ait citādo Caſtren.
in l. filiusfamilias. §. diui. nume. 5. ad fin. ff. de
legat. 1. & itá reſpondit Marius Anguiſſola
conſ. 175. in fin. vbi teſtator prohibuerat Co
lumbariam alienari, quæ licet in effectu fuiſ
ſet maiorum ſuorum, tamen, quia hoc te-
ſtator non dixit, non dicitur prohibitio ve-
ſtita ex qualitate rei; nam licet dixerit de
Columbaria, tamen id fecit cauſa demon-
ſtrationis, ut ibi per eum.

Veruntamen hæc declaratio iudicio meo non
eſt vera, nec communis. nam quod attinet
ad ipſius rei expreſſionem, quod ſit neceſſa-
ria, putà Caſtri, domus, palatij, & huiuſmo-
di; nemo, quem viderim, ex probaris auctori-
bus hoc dixit, licet ponant exempla, de qui-
bus ſuprà: & non dicunt hanc expreſſionem
neceſſariam eſſe. Vnde puto ſufficere prohi-
106 bitionem generalem † eſſe omnium bono-
rum ipſius teſtatoris, in quibus res qualifi-
cata exiſtat. nam conſtat generale eſſe, quod
107 ſermo † generalis omnia complectitur, l. 1.
§. & generaliter. ff. de legat. præſtan. & idem iu
108 ris eſt de toto ad totum, † quod de parte
ad partem, l. quæ de tota. ff. de rei vendicat.
109 & vtile per inutile † non vitiatur, l. 1. §. pri-
* mo. ff. de verbo. obligat. & ibi * omnes not.
ideò licet prohibitio reſpectu aliorum bo-
norum non qualificatorum non valeat, ta-
men reſpectu qualificatorum nihil eſt, quod
prohibeat eam valere, per ſupradicta. & ideò
110 cauendum eſt á Iaſ. † in contrarium allega
to, qui non ſolùm rei qualificatæ expreſſio-
nem deſiderat, ſed etiam cauſæ expreſſionē.
Etenim Caſtren. per eum citatus contrariū
apertè dicit, quatenus concludit, prohibi-
tionem alienationis Caſtri eſſe validam
abſque ulla alia expreſſione, tantùm abeſt,
vt ille aliam cauſæ expreſſionem requirat. &
quòd non ſit omnino neceſſe exprimere qua-
litatem rei, ſed dicere, quòd fuit maiorum
ſuorum, tenet expreſsè Rolan. d. conſ. 23. nu-
me. 25. vol. 4. dicens, quòd illa cauſa debet ha
beri pro expreſſa, quādo nulla alia ſubſit. Si-
mon de Pretis in tit. de interpretat. vltim. vo-
lun. lib. 3. chart. 283. nume. 8. in prin. & fin. &
non minus clarè Dec. conſ. 481. in prin. qua-
tenus concludit, quòd prohibitio cauſam
habere dicitur, quando ſubeſt aliqua quali-
tas in re prohibita alienari, quæ concernit
affectionem teſtatoris, vt quia erat turris, vel
palatium, quod fuerat maiorum ſuorum.
neque enim ipſe deſiderat expreſſionem dictę
qualitatis fieri debere per teſtatorem.

Et tantò minus hæc declaratio ſuſtineri poteſt,
vbi omnia bona teſtatoris prohibita alienari
eſſent qualificata, putà, quia omnia fuerunt
maiorum ſuorum, vt ſuprà fuit dictum in
quarto exemplo; vel quia eſſet in hæredita-
te ipſius vnica res qualificata; per ea, quæ la-
tè ponit Loazes in d. §. diui. nu. 58. verſ. ſed in
veritate non obſtant. quatenus reprobādo
opinionem Croti, concludit, quòd vbi illud,
111 quod generaliter fit, † non poteſt, niſi in
vno verificari, habetur pro expreſſo: & ad
hoc multa ſimilia citat, & benè. Et itá erat
in illa Placentina Caſtri Varſij, de qua ſuprà,
& infrà mentionem ſæpè feci.

Quò vero ad expreſſionem qualitatis, iam ſuprà
diximus, eam non eſſe neceſſariam, ſed ſuf-
ficere, quòd res prohibita alienari ſit talis,
vt in quarto exemplo, de quo ſuprà, & ideò
otioſa fuit diſtinct. Crot. vbi ſuprà in d. §. di-
ui. ſub nu. 4. verſ. cogitabam tamen pro con-
cordia. quia hic nulla eſt amaritudo. & vbi
aliqua eſſet, minimè remota diceretur, per
dictam diſtinctionem, ut etiam ſuprà ani-
maduerti, in dicto quarto exemplo. & quòd
ſufficiat probabilis affectio, quia ſc. licet te-
ſtator vel in ea fuit educatus, vel fuit maio-
rum ſuorum, Crot. in d. §. diui. nu. 114.

Quartò declaratur ſupradicta concluſio, vt
112 pariat hunc effectum, † quod prohibitio de non
alienando alicuius rei qualificatæ facta filijs
trahitur ad nepotes, p Capi. Deciſ. 108. nu. 4.
Sed contrarium expreſsè reſpondit Riuin. iun.
conſ. 371. nume. 9. & ſeq. & nu. 124. & ſequen.
vol. 4. Et benè; per ea, quæ infrà dicemus in
ſeq. quæſt. verſ. modo quantùm ad prohibi-
tionem perſonalē &c. & in quinta quæſt. in
in tertio caſu, in ſecunda declaratione, vbi la
tè tetigi de hac quæſt. & in primo caſu, in ſe-
cunda declaratione.

Quin-

Quintò declaratur ſupradicta cõcluſio ex qua-
litate rei, ut procedat, dummodò in caſu alie
nationis ſubſit perſona, quæ ad reuocationē
ſit uocata, putà, aliquis de familia teſtatoris;
ut ſuprà dixi in primo exemplo, in tertia am-
pliatione.

Quintò declaratur ſupradicta concluſio, vt ità
demum procedat, ſi res prohibita alienari
113 † ſit taliter qualificata, quòd in ea cadat
probabilis affectio teſtatoris, quòd voluerit eā
conſeruari in familia, prout loquitur ipſa
concluſio, & ſatis ibi, & in quarto exēplo fuit
demonſtratum. ſecus ergò ſi non ſit talis res
neque enim per ſimplicem, & particularem
domus, vel fundi prohibitionē de non alie-
nando diceretur præceptū veſtitum, vt ſunt
multa iura ad id tendentia, & præſertim in
l. peto. §. libertis. & in l. codicillis. §. inſtituto.
ff. de leg. 2. & in l. pater filium. §. Iulius Agrip-
pa. in verbo, domum maiorem, & prædium,
ſuburbanum. ff. de leg. 3. & in Auth. eu. de re-
ſtitut. fidecom. vt etiam examinando dictum
§. Iulius Agrippa. conſiderat Soci. iun. in d. §.
diui. nu. 18. & ſequenti. & ad hæc poteſt ten-
dere opinio Alciat. ibidem col. 8. circa nu. 14.
& d. conſ. 605.

Circa quartam cauſam, quæ ſumitur ex pœna
adiecta prohibitioni, breuiter cõcludo, mul-
tiplicem poſſe conſiderari pœnam.

Prima eſt, vbi teſtator annullat contractum,
114 vel actum: & iſto caſu certum eſt, † prohi-
bitionem veſtiri ex pœnæ huiuſmodi adiectio
ne; tex. eſt, vt aiunt, rotundus, in d. l. penul. §.
Inſtituto. ibi, Irritū, & inane ſit. ff. de legat. 2.
& idem apertè firmat Socin. conſ. 227. col. 4.
circa med. verſ. ad quod argumentum reſpon
dent &c. vol. 2. concludens, ex pœnæ huiuſ-
115 modi adiectione † fideicommiſſum cenſeri
inductum ad fauores illorum de familia. ne-
que enim teſtator poteſt facere, quòd aliena-
tio ſit nulla, niſi virtute fideicommiſſi, & con
templatione illorum de familia. idem pro-
bat Ioan. de Anan. conſ. 47. ſub. nume. 8. verſ.
ſed certè ego pondero in caſu iſto, quòd te-
ſtator prohibens non ſtetit in finibus prohi-
bitionis, immò vltrà proceſſit annullādo &c.
& ibidem Bolognin. & apertius etiam Corn.
conſ. 258. col. pen. in fin. verſ. ſed prædicta nō
obſtant; nam immò dicta prohibitio nō eſt
nuda à cauſa, nec à pœna. nam loco pœnæ
eſt nullitas actus. nam eſt expreſſum in te-
ſtamento, quod aliàs alienatio nulla ſit, & a-
ctus annullatio eſt pœna &c. vol. 1. idem te-
nuit Alcia. conſulendo, conſ. 75. nu. 4. quem
refert, & ſequitur Bireta conſ. 142. num. 6. &
iterùm idem Alciat. conſ. 777. propter diffi-
cultatem. nume. 4. Idem etiam tenuit Rimin.
iun. conſ. 456. num. 83. vol. 4. Reperio tamen,
quòd ſolus Ruin. in d. §. diui. nume. 9. damnat
Corne. quia hæc nullitas concernit fauorem
prohibiti, & ſicut prohibitio non valet, ità
nec pœna, vt ibi per eum, cuius ratio poſſet
procedere, quando aliquis alius non eſſet
vocatus ad fideicommiſſum, niſi ipſe hæres
prohibitus, aliàs ſecus. Et ità intelligi de-
bet Alciatus ibidem ſic per Birretam relatus,
conſ. 75. ſub num. 4. verſ. verùm difficultatem
affert. quatenus dicūt, nullitatem alienatio-
116 nis † factam fauore prohibiti non veſtire
prohibitionem, vt ibi per eum; ſecus ſi fauo-
re aliorum, vt in caſu Deciani conſ. vltimo,
vol. 1. ubi concludit talem pœnam impedire
omninò dominij translationem.

Secunda eſt ſpecies pœnæ, putà, ſi ſit extrinſe-
117 ca, † videlicet, pecuniaria impoſita cōtra
facienti. & iſta non veſtit prohibitionem, vt
dicunt Docto. in d. §. diui. & poſt alios Ripa
ibi nu. 22. & Rui. conſ. 110. nu. 7. vol. 2. & latè
comprobat Riminal. Iun. conſ. 381. col. 3. vo-
lum. 4. poſt concordan. per eum citatos, fa-
cientes differentiam inter pœnam extrinſe-
cam. i. extra rem, prout eſt iſta, & pœnam
intrinſecam, prout eſt præcedens.

Tertia eſt ſpecies pœnæ, videlicet, ſi in caſu alie-
118 nationis † alius ſit vocatus, etiam ſi ſit pe-
nitus extraneus, l. 3. §. quis legauerit. ff. de adi-
men. legat. Crot. in d. §. diui. nu. 7. in princ. &
conſ. 61. nume. 22. loquens in pluribus hære-
dibus inſtitutis alienare ꝓhibitis, quòd ali-
quo alienante, cæteri ſint vocati. verbi gra-
tia, ſi prohibito alienante talis ſubintret, vel
vocatus ſit: vt de hoc eſt tex. in d. l. 4. §. fin. ff. de
condit. inſtitut. per Docto. & poſt alios Ripa
vbi ſuprà, & melius probatur in l. pater filiū.
§. Iulius Agrippa. ibi, Si aduerſus voluntatem
meam facere voluerit, fundum ad fiſcū per-
tinere volo, &c. ff. de legat. 3. Purpurat. con
ſil. 110. nume. 2. vol. 1. Alba conſ. 57. nu. 10. &
conſ. 97. nu. 1. Cephal. conſ. 330. nu. 5. & ante
eos Socin. conſil. 43. ſub num. 5. vol. 3. loquēs
in prohibitione facta filijs, vt vno alienante,
alij vocentur. & hanc concluſionem probat
etiam Decian. conſ. 50. nume. 21. in fin. & ſeq.
vol. 1. & pro iſta ſpecie pœnæ eſt etiam bonus
tex. in l. cùm pater. quæ eſt 36. §. fundum, ibi,
Ad fiſcum pertinere volo. & §. quindecim. ibi
Ad Rempublicam Tuſculanorum pertinere
* volo. ff. de leg. 3. & eſt * communis opinio,
Curt. iun. conſ. 116. nume. 2. ad fin. & probat
Crauet. conſ. 584. nu. 10. in fin. Et ratio eſt, quia
tunc prohibitio dicitur facta fauore alte-
rius, quàm prohibiti, & in aliū dicitur tranſ-
latum dominium, l. à Titio. ff. de furtis. &
probat Ruin. in §. diui. num. 9. & Ripa nu. 22.
eam etiam tangit Crot. in d. §. diui. col. 2. in
quarta limitatione. dicens, quòd, cùm pro-
hibi-

hibitio ſit nulla, non debet veſtiri à pœna, quæ eſt acceſſoria. & de hac ſpecie pœnæ intelligi debet Alex.conſ.57.col.1.vol 2. licet prima facie videatur ponere concluſionem generalem in quacunque pœna, quam teſtator vult ad alium peruenire.

Quarta eſt ſpecies pœnæ, vt etiam ſi aliqua certa perſona non ſit expreſſa, nec certum genus perſonarum, dixit teſtator, ſi aliquis è vocatis per me cõtra fecerit, ille ſit priuatus omnibus bonis meis; adhuc enim iſto caſu
119 hæc pœna priuationis † erit aptũ veſtimentum prohibitioni de non alienando adiectũ, prout latè ꝓbatur in l.1.C.de his, quæ pœno.& concordan.per Ruin.in conſ.110.nu.7.vol.1.& probat Rolan. conſil.70. nume.61.& plur.ſeq.vol.3.& Natta conſ.675.nu.15. Qui in eadem cauſa conſuluerunt. Et ideò ſi teſtator dicit, quòd contrafaciens ſit priua-
120 tus, † licet perſona non ſit nominata, ad quam vult bona peruenire, tamen intelligitur, quòd ad cohæredem, vel proximiorem vocatum debeat res deuenire, vt per Ruin. conſ.67.nu.4.vol 5.

Angelus tamen conſ.154. aduerſariorum petitioni reſpondit contrarium, & ſequitur Iaſ. in d.§.diui. in octaua limitatione, & Socin. iun.ibidem.nu.114.

Declaratur autem hæc quarta ſpecies pœnæ, primò, vt procedat ẽt ſi is, in quem debet res peruenire, ſit de cohæredibus obſeruantibus voluntatem teſtatoris, d.l.cùm pater.§.libertis.ff.de legat.2.& reſpondit Ruin. conſ.134. nume.6.in fin. & ſequen. vol.2.& ità reſpondi in vna Placentina pro Vulpibus contrà Anguiſſolas, & probat Curt.iun. vbi ſupra.

Secundò declaratur, vt non procedat, quando perſona, in quam debet res peruenire in caſum alienationis ſit adiecta ſolum ad terrorem, vt ſi filio alienãte intra certam ætatem, dictum ſit, quòd res ad eccleſiam deueniat, vt in caſu Vulpellij, conſ.122.nu.2.& ſequẽti, de quo etiam dicemus in quinta ſpecie pœnæ. Hæc tamen declaratio, vt vera ſit, ſic temperari debet, vt procedat ità demum, ſi conſtet de tali mente teſtatoris, ꝙ ſolũ ad terrorem pœna illa ſit adiecta, alias à verbis non eſſet recedendum, l.non aliter.ff.de legat.3.& ità reſpondit Alex. cõſ.57.col.1.vol.2. de quo etiam per Vulpellium. & ideò puto Vulpellij conſultationem nõ eſſe veram, quia de dicta mente non cõſtabat aliundè: & faciunt contrà eum iura, quæ in princ. huius quartæ ſpeciei citaui.

Tertiò declaratur hæc concluſio, vt procedat, niſi ſimus in filijs prohibitis alienare, cũ hoc, ꝙ vno alienãte alius admittatur, dicitur .n. tũc dicta prohibitio facta fauore ipſius, cui ipſe renunciare potuit, ut ſuprà dixi in prin. in quinta ampliatione.

Quinta eſt ſpecies pœnæ, ſi in caſum alienationis, eccleſia, uel alius locus pius eſſet uocatus in caſu contrauentionis filij hæredis prohibiti alienare, uel alterius coniunctæ perſonæ teſtatoris; tunc enim non uidetur,
121 quòd prohibitio ſit ueſtita; † quia huiuſmodi cauſa pia cenſetur potius uocata, non ut in effectu conſequatur, & retineat bona prohibita alienari, ſed id actum ſit ad refrenandum, ſeu comprimendum hęredem, ne alienaret formidine pœnæ amiſſionis bonorum, ut reſpondit Ange.inter conſilia Bald. conſ.219.punctus.in quarta parte.ubi Ange. conſuluit per ſupradictam rationem contra Fraternitatem Sãctæ Mariæ in ſimili caſu uocatam, quod probè faceret locus pius, ſi bona huiuſmodi cederent, ſeu retrocederent filio hæredi grauato. & plures concordan.ad hoc adducit Marza. in ſuis quæſt. fideicommiſſ.quæſtio.45.in ult.uerſ. Et ad hæc etiam faciunt, quæ ſuprà diximus in tertia ſpecie pœnæ, in ſecunda declaratione, contrariũ tamen vidi ſeruari in una regienſi pro fabrica S. Petri de vrbe vocata per fideicom.in caſu contrauentionis hæredum vocatorum per teſtatorem vel alicuius eorum.

Declaratur modò ſupradicta concluſio, ut ſaltẽ uideatur danda reſtitutio in integrum aduerſus pœnam incurſam, per Marza. dicta quæſt.45.in ultimis uerbis.

Secundò declaratur, ut tamen ſupradicta concluſio procedat, quantùm ad inducendum fideicõmiſſum in caſu alienationis tantùm, non etiam abſolutũ; quamuis inſuper adiecta ſit cauſa finalis ipſi prohibitioni, Vegius conſ.vlti. nu.330.& nu.336.& Ioan. de Anan. conſ.47.& ibidem Bologni.

122 Non omitto autem, quòd pœna † per teſtatorem adiecta debet ſtrictè interpretari, Alba conſ.97.nu.41.

Quantùm ad quintam tacitam cauſam, quæ elicitur ex conditione, quæ loco cauſæ habe-
123 tur, ubi prohibitus cohęredẽ habet, † putà, ſi teſtator dixit: Si hæres meus Stichum alienauerit, Seius hæres eſto; ut habetur in l.4.
* §.fin.ff.de condit.inſtitut. & tenẽt * communiter Docto. in d.§.diui. & ſignanter Bero.d. quæſt.42.nu.4.in fin.& ſeq.iſto.n.caſu non eſt dubium, quòd prohibitus alienare poteſt per contractum alienare, ut cõſiderat Crot. conſ.13.nu.42.uerſ.ſecũdus caſus eſt. uerum eſt, quòd hæc prohibitio in effectu dicitur tacita, ut ibi per eũ. ſic & promiſſio, quę aliàs non ualet, ſi ſine cauſa facta ſit, tamen ualet, quãdo facta fuit ſub cõditione, Rui.cõſ.187. ſub nu.7.uol.2.per Bart. in l.cùm ad præſens.

ff.ſi

ff.ſi cert.pet.& concordan. de quibus per eũ;
& per Bald.in l.4.§.1.in fin.ff.de condit.inſtit.
Hæc tamen concluſio non poteſt ſuſtineri ſecũ-
dum Ripam in d.§. diui. nu.8. quod probo,
quantùm ad effectum inducendi fideicom-
124 miſſum: quia etiam quòd prohibitio † per
hoc dicatur valida, non tamen ex ea reſultat
aliquod fideicommiſſum, Socin.in l.qui Ro-
mæ.§.cohæredes.nu.12.verſ.non tamen puto
aliquod fideicommiſſum induci &c.ff.de ver
bo.obligat.
Declaratur autem hæc concluſio, ut procedat
ità demum, ſi prohibitio concernat alterius
vtilitatem, vel odium, quàm prohibiti, putà,
ſi teſtator prohibuit ſeruum alienari, quia
eius intereſt, vt duriorem dominum non ex-
periatur: ità poſt alios declarat Crot. in d.§.
diui. nu. 6. & ſuprà dixi.
Circa ſextam cauſam, quæ tacitè ſumitur fauo-
re alterius, quàm prohibiti, putà ſi teſtator
125 † prohibuit fundum alienari, & vbi prohi-
bitus vellet alienare, tunc teneatur Seio ven-
dere pro tali pretio; & in hoc caſu reſpõdit,
Corn.conſ.258.colum.fin.in princ.vol.1. Idẽ
126 ſi prohibitio † ſit facta extra familiam, quia
tunc cenſetur facta fauore familiæ, Cyn.Bar.
Saly.& alij in l.quoties. la prima. C. de fidei-
com. Ruin.in §.diui.nu.63.in prin.Sic etiam,
127 ſi teſtator prohibuit † omnibus deſcenden-
tibus ſuis alienationem in alios, cẽſetur pro-
hibuiſſe, ne bona vadant ad alios, qui ſcilicet,
non ſint de deſcendentibus, gloſ.in l.pater fi-
lium.§.filiam.in verb. defuncta.ff.de lega.3.&
Ruin.conſ.134.nu.6.vol.2.& de ſe patet, & ſic
idem eſt, ac ſi prohibuiſſet alienationem ex-
tra deſcendentes, ſeu familiam.
Quod verò attinet ad ſeptimam ſpeciem cauſæ
tacitæ, quæ elicitur ex diſpoſitis in teſtamen-
to, breuiter plura exempla adduci poſſunt
pro declaratione præſentis articuli.
Primum eſt, quòd tacita cauſa prohibitionis
128 de non alienando † oritur ex quauis ſubſti-
tutione expreſsè facta in teſtamento. nam ex
ea oritur tacita prohibitio de non alienan-
do ſaltem in morte grauati, vt eſt tex.in l.fin.
§.fin autẽ ſub cõditione. C. cõmunia de leg.
Secundum eſt exemplum, quando teſtator pro-
129 hibuit † alienationem, donec, & quouſque
aliquis ex filijs, vel deſcendentibus maſculis
ſuperſit: tũc enim prohibitio dicitur valida,
Gozad.conſ.52.ſub.nu.5.
Tertium eſt exemplum, quando teſtator prohi-
130 buit hæredem † poſſe detrahere ligitimam,
& Trebellianicam, vt reſpondit Alba conſ.54
in fin.& Ceph.conſ.419.num.18.vol.3. quod
procedit ſolùm in caſibus, in quibus poteſt
Trebellianica prohiberi, Alba conſ.7. nu.8.
Quartum ſit exemplum, quando teſtator pro-
131 hibuit † diuiſionem fieri bonorum ſuorũ;
nam tunc cenſetur ex hac prohibitione indu
ctum fideicommiſſum, vt in ſpecie conſiderat
Marza.conſ.4. col.1. verſ. confirmãtur præ-
miſſa &c. & pulchrè ante eum Curt.iun.con-
ſil.115.col.1. & per totum. An autem prohi-
132 bitio, † ne fiat vllo vnquam tempore diui-
ſio, teneat, dicemus infrà in octaua quæſtio-
ne principali, in ſecunda concluſione princi-
pali, in vndecimo caſu.
Quintum ſit exemplum, quando teſtator gra-
133 uauit † aliquas perſonas ad aliquid facien-
dum, vel fieri faciendum; tunc cenſetur etiã
eis reliquiſſe bona ſua per fideicommiſſum,
vt poſt conſil.40. inter conſilia Portij, nu. 13.
tenuit Riminal.iun.conſ.279. nu.20.
Ne quis tamen putet vanum, & otioſum fuiſse
diſcutere ſuper huiuſmodi differentijs, quæ
quandoque inſunt prohibitioni de non alie-
nando, & eam veſtiunt, vt nuda non dica-
tur tanquã nudum præceptum, quia ex hoc
diſcurſu duplex effectus reſultat. Primus eſt,
quia faciunt valere diſpoſitionem teſtatoris.
Secundus eſt, quia, ſi poſteà prohibitioni de
non alienando cauſa expreſſa conſeruatio-
nis bonorum in familia adiecta ſit, operatur,
vt tunc fideicommiſſum abſolutum reſultet
ex huiuſmodi cauſis, altera tacita, & altera
expreſſa, vt infrà dicam in quinta quæſtione
principali, in ſecundo caſu principali.

ARGVMENTVM.

Quot ſint ſpecies prohibitionis, & quot modis expreſſa prohibitio alienationis fiat.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex ſit prohibitio expreſſa de non alienando; & de triplici eius diuiſione.*
2 *Prohibitio de non alienando realis quæ dicatur.*
3 *Prohibitio realis fortior eſt, quàm ſit perſonalis.*
4 *Prohibitio vbi eſt, realis ſemper tranſit res cum onere ſuo, ne alienetur, & ſi contrà fiat ſequens in gradu admittitur.*
5 *Prohibitio, & grauamen facilius ſuſtinetur, quando eſt in rem.*
6 *Prohibitio realis, dicitur, vbi teſtator vult eandem prohibitionem cenſeri factam illi proximiori conſanguineo, ad quem vult bona peruenire in caſu contrauentionis.*
7 *Prohibitio de non alienando facta perſonis hæredibus inſtitutis fauore familiæ, an ſit realis.*
8 *Prohibitio realis dicitur, quando teſtator prohibuit filios ſuos bona alienare, quia vult ea conſeruari in familia.*
9 *Prohibitio dicitur realis, ſi teſtator expreſſit, quod bona ſint ſemper obnoxia oneri, ne alienentur.*

10 Pro-

10 *Prohibitio realis dicitur, vbi non fuit adiectum nomen eius, cui ſit prohibitio.*

11 *Prohibitio realis dicitur, quando hæres prohibitus eſt alienare cauſa adiecta, quia vult bona conſeruari in familia.*

12 *Prohibitio in dubio præſumitur realis ex qualitate rei prohibitæ alienari.*

13 *Prohibitio facta perſonæ dicitur realis ratione cauſæ adiectæ generalis.*

Et hoc ēt, ſi verba directa ſint ad perſonā, vt nu. 14

15 *Spectanda eſt vis rationis, & cauſæ finalis, quæ mouit teſtatorem ad ità diſponendum, vt per eam fiat extenſio de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam.*

16 *Ratio adiecta perſonali prohibitioni de non alienando facit eam realem.*

17 *Licet prohibitio de non alienando facta filijs non extendatur ad nepotes, tamen ſi adiecta ſit ratio generalis, quia teſtator vult, quod bona conſeruentur in deſcendentibus ſuis, prohibitio, quæ videbatur perſonalis, efficitur realis.*

18 *Prohibitio vbi eſt realis, non ſolum in primo gradu exiſtentes, ſed & cæteri ſaltem vſque ad quartum gradum cenſentur prohibiti.*

19 *Prohibitio in dubio præſumitur realis.*

20 *Licet aliquis perſonaliter, ſit prohibitus alienare, tamen ſi adiecta ſit ratio conſeruationis bonorum in agnatione, prohibitio dicitur realis.*

21 *Cauendum eſt a Decio, quatenus dixit, cauſam adiectam prohibitioni non ampliare eam, nec alterare, ſed ſolum corroborare.*

22 *Prohibitio realis dicitur ex ſe valida.*

23 *Prohibitio realis ſi ſit facta filijs extenditur ad nepotes, & ad omnes, ad quos bona ſunt peruentura.*

24 *Prohibitio vbi eſt realis, prohibita alienatione, cenſetur etiam prohibita hæredis inſtitutio, vel ab inteſtato ſucceſſio.*

25 *Prohibitio vbi eſt realis, prohibitus nec partem ſuam alienare poteſt, nec aliam.*

26 *Prohibitio licet realis ſit, non tamen extendit diſpoſitionem vltrà, quàm ſonet.*

27 *Prohibitio realis licet faciat, quod non tantùm nominati, ſed etiam alij, quorum fauore prohibitio facta fuit, dicantur prohibiti alienare, non tamen dicitur inductum fideicommiſſum abſolutum, ſed ſolùm in caſum alienationis.*

28 *Imperſonalis prohibitio quid ſit.*

29 *Imperſonalis prohibitio eſt, quando non adijcitur nomen, & ſit in rem, ne alienetur.*

30 *Imperſonalis prohibitio de non alienando reddi poteſt perſonalis ex appoſitione perſonarum ſuprà nominatarum.*

31 *Imperſonalis prohibitio parum differt à reali.*

32 *Non eſt differentia, an prohibitio ſit imperſonaliter facta, vel bonis ipſis.*

33 *Imperſonalis prohibitio etiam tranſit ad filios filiorum.*

34 *Prohibitio imperſonalis non extenditur vltra quartum gradum*

35 *Prohibitio imperſonalis, cenſetur facta ſolùm primo vocato, iuxta nonnullorum opinionem.*

36 *Prohibitio perſonalis non egreditur regulariter perſonam prohibiti alienare.*

37 *Prohibitio de non alienando facta filio, vel hæredi expreſſo nomine proprio, regulariter non extenditur ad alias perſonas.*

38 *Verbum Ipſe adiectum prohibitioni perſonali de non alienando, facit eam perſonaliſſimam.*

39 *Prohibitio an dicatur perſonalis, ſi teſtator prohibeat bona ſua alienari.*

40 *Teſtator prohibens filijs, ne computent dotes vxorum ſuarum, non impedit, quin nepotes poſſint detrahere; quia illi non cenſentur grauati.*

41 *Prohibitio de non alienando, vbi eſt perſonalis proximior etiam extraneus ab inteſtato ſuccedere poteſt prohibito, vel ex teſtamento.*

42 *Prohibitio realis faciliùs extenditur de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum.*

43 *Teſtator, quando principaliter, & diſpoſitiuè prohibuit bona alienari, inducitur fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum.*

QVAESTIO II.

CAPIO modò ſecundam quæſtionē principalē, in qua breuiter concludo, quòd tres principales diuiſiones reperiuntur in iure noſtro prohibitionis expreſſæ de non alienando.

Prima eſt diuiſio, quòd quandoque prohibitio
1 † eſt realis, quādoq; imperſonalis, quandoq; perſonalis, quandoq; perſonaliſſima, Capie. deciſ. 108. nu. 2. & Bireta conſ. 55. & plurimū refert, an prohibitio ſit realis, an verò perſonalis, vt infrà dicam in fine iſtius primæ diuiſionis.

Secunda eſt diuiſio, quę habet, quòd aliquando prohibitio principaliter, & diſpoſitiuè facta reperitur, quandoq; reperitur facta adiecta cauſa expreſſa per modum cauſæ finalis, quandoque reperitur facta per verba enunciatiua.

Tertia eſt diuiſio, quando prohibitio fit in certam perſonam, ſcilicet reſpectu certæ perſonæ; ne ei fiat alia eſt, quæ fit in certum genus perſonarum, putà, ne fiat extra familiam, vel extra deſcendentes, vel maſculos. Alia eſt, quæ fit ſimpliciter, putà, quia teſtator dixit, quòd prohibet bona alienari, quia vult in familia remanere, vel in deſcendentibus, vel ad eos peruenire.

Quantùm igitur ſit ad primam ſpeciem diuiſionis, circa primū caput breuiter dico, quòd
2 realis prohibitio † illa dicitur, quando bona alienari prohibentur, nulla perſonarum

com-

commemoratione habita, vt firmat Cuma.
in l. peto. §. fratre. in 1. lect. num. 5. circa prin
cipium. ff. de lega. 2. & expreſsè declarat Ca-
ſtren. in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 9. in prin.
ff. de legat. 1. concludens, quòd teſtatore
prohibente bona alienari extra familiam,
tunc prohibitio dicitur realis, & tranſit ad
quoſcunque, ad quos bona ipſa perueniũt,
& ità etiam concludit Rimin. Iun. conſi. 20.
num. 7. Alba conſi. 13. col. 1. Menoch. conſi.
83. nu. 13. loquentes, quando teſtator man-
dauit bona ſua non alienari, & concludunt,
onus iſtud reale tranſire ad quaſcunq; per-
ſonas, ad quas bona peruenerint. quod vl-
timum probat etiam Soci. conſi. 227. col. 3.
in fine. vol. 2. & etiam tradunt Doctores vt
ſuprà citati, longam eſſe differentiam inter
prohibitionem realem, & perſonalem: pro-
ut etiam & nos in quinta quæſtione princi-
3 pali dicemus: & ſic prohibitio realis † repu-
tatur fortior, & efficacior, quàm ſit perſo-
nalis, vt dicunt Doctor. ſuprà citati. etenim
vbi prohibitio eſt realis, ſeu in rem ſcripta,
4 † tunc ſemper tranſit res cum onere ſuo, ne
alienetur, & ſi contrà fiet, ſequens in gradu
admittitur, vt habetur in d. §. fratre. ſecus
autem in perſonali, vt infrà dicam in 3. ca-
pite iſtius ſpeciei, & conſiderant Bar. &
Cuma. vbi ſuprà, & latius Marza. conſi. 10.
col. 2. verſi. at opponitur. loquens in caſu,
in quo prohibitio erat realis, quia dictum
fuerat, quòd iuriſdictio &c. non poſſint
vendi. & idem probat conſi. 1. in fin. vbi con
5 cludit, quòd grauamen, & prohibitio † faci-
lius ſuſtinetur, quãdo eſt in rem, vel imper-
ſonalis; & repetit conſi. 4. col. 3. & hanc con-
cluſionem firmat etiam Cepha. conſi. 318.
num. 88. volu. 3. vbi concludit, quòd quan-
6 do teſtator vult † eandem prohibitionem
cenſeri factam illi proximiori conſangui-
neo, ad quem voluit bona peruenire in ca-
ſu contrauentionis, illa dicitur prohibitio
realis. quin etiam Ioan. de Anan. conſi. 47.
nu. 3. & ſeq. voluit, prohibitionẽ de nõ alie-
7 nando † factam perſonis hæredibus inſtitu-
tis fauore familiæ cenſeri realem; quod ta-
men videtur periculoſum ex ſupradictis, &
per ea, quæ dicam in 3. capite iſtius diſtin-
ctionis. nihilominus idem tenuit Caſtren.
conſi. 303. viſis, & conſideratis. col. pen. nu.
3. in 1. parte. quem in terminis, etiam quan-
8 do teſtator prohibuit † filios ſuos bona alie-
nare, quia vult ea conſeruari in familia, q
huiuſmodi prohibitio potius dicatur rea-
lis, quàm perſonalis inſpecta generalitate
dictæ rationis, refert, & ſequitur Crot. cõſi.
83. num. 35. in fi. Realis etiam apertius di-
9 citur, ſi teſtator expreſſit, † quòd bona ſint
ſemper affecta onere prædicto, ne alienen-
tur; Alba conſi. 97. num. 1. & hoc vltimum
eſt magni effectus, quia plurimùm intereſt,
an prohibitio ſit realis, an verò perſonalis,
vt infrà dicam in quinta quæſtione princi-
pali. Idem etiã firmat in vtroq; dicto Capic.
d. deciſio. 108. in prin. vbi concludit num. 2.
10 quòd prohibitio realis ea dicitur, † quãdo
non fuit adiectum nomen eius, cui fit pro-
hibitio, p tex. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. vel
11 quando hęres † eſt prohibitus alienare cau-
ſa adiecta, quia vult bona conſeruari in fa-
milia, ſequendo Bar. in d. §. fundum. Socin.
& Roma. & Caſtren. vbi ſuprà, & Alex. & Iaſ.
per eum citatum, concludentes, quòd pro-
pterea tunc dicta prohibitio extendatur
etiam vltra quartum gradum. & ibi etiam
12 addit nu. 4. quod prohibitio in dubio † prę-
ſumitur realis ex qualitate rei prohibitæ a-
lienari, vt ſuprà etiam dixi in præcedenti
quæſtione principali. & ſupradictam opi-
nionem Caſtren. refert, & ſequitur Vegius
conſi. vlt. ſub nu. 368. in fi. & plur. ſeq. & nu.
439. & num. 36. &c. & nu. 441. & num. 444.
verſi. quia ad hanc obiectionem reſpondit
Paris. varijs modis &c. & nu. 490. & ſeq. vbi
13 firmat ratione cauſæ † adiectæ generalis
prohibitionem factam perſonę dici realem.
& Burſat. poſt Iaſ. & concordan. per eum
citatos, conſi. 173. nu. 1. & ſeq. verſi. immò
14 etiam, quando verba † eſſent directa ad
perſonam &c. Riminal. Iun. conſi. 20. nu. 8.
& ſeq. & ibi ſupradicti Doct. latè etiam pro-
bant ſpectandam eſſe vim rationis, & cauſæ
15 finalis, † quæ mouit teſtatorem ad ità diſpo
nendum, vt per eam fiat extenſio de caſu ad
caſum, & de perſona ad perſonam. & hanc
concluſionẽ etiam probat Anch. Inn. q. 72.
num. 13. & ſeq. in 1. parte. & Achill. Perſona,
in tractatu adipiſcen. poſſeſſio. num. 192. &
16 plur. ſeq. & ante eos idem, quòd ratio † adie-
cta perſonali prohibitioni faciat eam rea-
lem, tenuit Roma. conſi. 457. num. 1. Iaſ. in
d. §. diui. num. 146. & nu. 152. & ibidem Ripa
num. 108. & latius Soci. Iun. conſi. 43. vol. 3.
Iaſ. conſi. 23. colum. 1. vol. 3. Dec. conſi. 182.
col. 2. Ruin. conſi. 147. num. 10. in fin. & ſeq.
volum. 2. & conſ. 124. colum. 2. circa med.
verſi. & ſi fortè dicatur. & conſi. 130. in fi. eo.
vol. Cur. Iun. conſi. 43. num. 11. & plu. con-
cordan. & per Albam conſi. 43. num. 11. Pa-
ris. conſi. 53. nu. 21. vol. 3. Capic. d. deci. 108.
col. 2. & ſeq. Craue. inter conſi. Marza. cõſi.
6. col. 71. in fi. & pulchrè Riminal. Iun. cõſil.
313. num. 81. & ſeq. lib. 3. & conſi. 279. nu. 85.
* & ſeq. eo. vol. & eſt* communis opinio, vt te-
ſtatur Mando. ad Roma. vbi ſuprà. Beccius
idem tenet conſi. 26. in fi. & hanc partem te-

net eti i Gabriel. lib. 4. tit. de fi leicom. con-
cluſio. 1 ... in fi. & latè, & pulchrè Curt. Iun.
conſi. 43. nu. 11. in princip. dicens, quòd li-
17 cet prohibitio de non alienãdo † facta filijs
ſecundũ communem non extẽdatur ad ne-
potes, tamen ſi adiecta ſit ratio generalis,
quia teſtator vult, quòd bona conſeruen-
tur in deſcẽdentibus ſuis, vtiq; prohibitio,
quæ videbatur perſonalis efficitur realis, &
includit omnes deſcẽdentes: & repetit con-
ſil. 115. nu. 19. & abundè Iaſ. conſi. 23. col. 1.
vol. 3. loquens in prohibitione perſonæ fa-
cta nominatim adiecta cauſa generali, quia
teſtator vult bona remanere in familia ſua,
quòd tunc extenditur ad omnes deſcenden
tes, & realis iudicanda eſt. & quod dicta cau
ſa extendat prohibitionem validam ad om
nes deſcendentes, latè probat Riminal. Iun.
* conſi. 23. num. 34. & eſt * communis opinio.
Alcia. conſi. 605. in princip. & vbi prohibitio
18 eſt realis † non ſolùm in primo gradu exi-
ſtẽtes, ſed & cęteri ſaltem vſq; ad quartum
gradum cenſentur prohibiti, vt per Soci.
conſi. 250. col. 2. circa med. vol. 2. & in effectu
* negari non poteſt, quin hæc ſit * communis
opinio, vt prohibitio facta certis perſonis,
adiecta ratione generali, iudicanda ſit rea-
* lis, & fatetur eam * communẽ Bireta con-
ſil. 15. in prin. licet dicat contrariã opinio-
nem eſſe veriorem. fatetur autem, quòd ſi
prohibitio eſſet perſonaliſſima non immu-
taretur per cauſam finalem adiectam, vt ibi
per eum, & latius infrà dicam in 5. quæſtio.
19 princip. & quòd in dubio prohibitio † præ-
ſumatur realis, reſpondit etiam Alex. con-
ſil. 143. ſub num. 8. volum. 2. quem refert,
& ſequitur Simon de Prętis in tractatu de
interpretatio. vlt. volunt. char. 285. colum.
2. circa med. lib. 3. & comprobat Curt. Iun.
conſi. 226. nu. 46. & conſi. 263. nu. 34. vol. 3.
concludens, quòd licet aliquis perſonaliter
20 ſit prohibitus alienare; † ſi tamen adiecta
ſit ratio conſeruationis bonorum in agna-
tione, & huiuſmodi, tunc prohibitio dici-
tur realis ſemper. Riminal. Iun. conſi. 279.
nu. 85. vol. 3. idem probat latè Beccius con-
ſil. 24. num. 24. & ſeq. etiam ſi verba eſſent in
perſonam concepta, vt ibi per eum. & ideò
cauendum eſt à Burſato, qui conſi. 31. in fi.
dicit, communem eſſe in cõtrarium in hoc
vlt. quod dixi de prohibitione perſonali.
Verum eſt, quòd Ruin. conſi. 127. num. 9. in fi.
& ſeq. volum. 2. damnat Caſtren. vbi ſuprà,
per tex. in Auth. de reſtit. fideicom. & num.
12. in fi. idem repetit. & ſecundum ſupradi-
cta intelligi debent, quæ ſuprà dixi in 1. q.
in 5. ampliat. & ideò a Decio conſi. 218. nu-
21 me. 16. cauendum eſt; † quatenus dixit, ra-
tionem, & cauſam adiectam prohibitioni
non ampliare eam, nec alterare, ſed ſolum
prohibitionem corroborare, ex quo acceſ-
ſoria eſt ad rem. is enim malè loquitur, vt
patet ex ſupradictis, & latius etiam infrà di-
cam in 5. & 6. quæſt. princip. vnde rectius lo-
quutus eſt Decius conſi. 422. num. 2. ad fi.
vbi concludit, quòd prohibitio dicitur rea-
lis, quando ratio generalis fuit adiecta pro-
hibitioni, quia voluit bona in familia rema
re &c. qua de re ſi teſtator poſt prohibitio-
nem adijciat onus perpetuam cauſam ha-
bens, putà, ſoluendi in perpetuum aliquid
cauſæ piæ, tunc aliud videretur dicendum,
Porc. conſi. 40. de quo tamen per Riminal.
Iun. infrà citatum. Poſſet autem hæc poſte-
rior ſententia ſuſtineri in prohibitione per-
ſonaliſſima, vt conſiderat Bireta conſi. 55.
num. 2. & ſeq.
Et pariter ſi prohibitio eſſet reſtricta ad perſo
nas, etiam quòd ratio realis fuiſſet adiecta,
Riminal. Iun. d. conſi. 279. num. 97. volum. 3.
* Retenta autẽ opinione Caſtren. quæ eſt * cõ
munis, ex ea opinione, & ſupradicta conclu
ſione plures effectus notabiles reſultarent.
Quorũ primus eſt, quòd prohibitio realis
22 † dicitur ex ſe valida, ſi eſt vera illa conclu-
ſio, quam multi tenuerunt, de qua dixi, in
præcedenti quæſtio. princip. in princip. in 3.
limitatione.
Secundus effectus eſſet, quia non eſſet diſce-
ptandum, prout multoties fit, an prohibi-
tio teſtatoris ſit extendenda de perſona ad
perſonam, de qua dicemus in 5. quæſt. prin-
cipali, in 3. caſu, & ſuprà etiam paulò antè
23 vidimus; & tunc facta filijs † extenditur ad
nepotes, ſiue ad omnes, ad quos bona ſunt
peruentura, Beccius conſi. 24. ſub num. 24.
Tertius eſt etiã effectus, quia regulariter pro-
24 hibita alienatione, † non cenſetur prohibi-
ta hæredis ſaltem legitimi inſtitutio, vel ab
inteſtato ſucceſſio, tamen ſecus eſt, quando
prohibitio eſt realis, vt infrà dicemus in 8.
quæſt. princip. in 2. concluſione in 2. exem-
plo, & in 9. declaratione. & probat Rimi-
nal. Iun. conſi. 279. num. 83. volum. 3.
Quartus eſt effectus, quòd prohibitus aliena-
25 re, licet regulariter † non cenſeatur prohi-
bitus alienare, niſi partem ſuam, l. cum pa-
ter. §. quindecim. ff. de leg. 3. tamen ſecus eſt,
quando prohibitio eſt realis, Beccius con-
ſilio 24. num. 23.
Declaratur modò hæc concluſio, quòd licet
prohibitio realis ſit facta, vt res ad quem-
cunq; tranſeat, ſemper cum onere ſuo tran-
26 ſeat, † non tamen extendit diſpoſitionem
vltrà, quam ſonet; vt reſpondit Ruin. conſi.
127. num. 9. verſi. præterea eſt aduertẽdum.
&

&num. 12. in fi. volu. 2. vbi concludit, quòd
licet propter cauſam adiectam prohibitio
potius dicatur realis, quàm perſonalis, ſe-
cundum Caſtren. & ſequaces, & ſic faciat,
27 † quòd non tãtum nominati, ſed etiam alij,
quorum fauore prohibitio fuit facta, dican
tur prohibiti alienare, non tamen dicitur
inductum fideicomiſſum abſolutum, ſed
tantùm in caſum alienationis; nec facit, ꝙ
illi, qui non ſunt honorati, dicantur graua-
ti validè, niſi in caſum, quo vocati ſunt.
28 Imperſonalis autẽ prohibitio ea eſt, † quan-
do res fuit per teſtatorẽ prohibita aliena-
ri, dicendo, Prohibeo, ne bona mea alienen-
tur; quamuis nulla perſonæ mentio habita
ſit, vt eſt tex. in d. l. peto. §. fratre. ff. de legat.
2. quem ſic etiam intelligit Soci. conſi. 227.
colum. 3. in fi. vol. 2. licet illum tex. in reali
prohibitione, ſeu in rem ſcripta intelligant
Bar. ibidem, & Cuma. in 1. lectu. ſub num. 5.
circa princip. & Marza. d. conſi. 10. col. 2. &
hanc cõcluſionem probat etiam Capic. de-
ciſio. 188. numero 2. verſi. præſuppono, ꝙ eſt
quædam prohibitio imperſonalis, vt quan-
29 do non adijcitur nomen, † & fit in rem, vi-
delicet, ne alienetur &c. Eſt etiam imperſo-
nalis, quando dixit teſtator, quòd prohibet
30 bona ſua alienari, † ſed tamen redditur per-
ſonalis, quia ſuppletur ex appoſitione per-
ſonarum ſuprà nominatarum, & ſic cenſe-
tur perſonalis, vt per Riminal. Iun. cõſi. 371.
nu. 124. & ſequen. vol. 4. & infrà etiam dicã
in ſequenti ſpecie, & aliqua etiam dicam
in 5. quæſt. principali, diſputando intelle-
ctum d. §. fratre.
31 Et hæc ſpecies † imperſonalis prohibitionis
parùm, vel nihil differt à reali, vt concludit
Riminal. Iun. conſi. 20. num. 9. & tradunt
etiam omnes Docto. ſuprà citati, & poſt eos
Marza. d. conſi. 1. ad fi. & conſi. 4. col. 3. verſi.
quæ concluſio procedit. concludens, non
32 eſſe differẽtiam, † an prohibitio ſit imper-
ſonaliter facta, ſeu bonis ipſis. & Capic. vbi
ſuprà, concludens, quòd huiuſmodi prohi-
33 bitio † tranſit ad filios filiorum; per dictũ
§. fratre. & Imo. per eum citatum.
Contrà autem Socin. d. conſi. 227. colum. in
fin. volum. 2. concludit, prohibitionem im-
perſonalem differre à reali, quia non exten-
34 ditur † vltra quartum gradum, per tex. in
§. nos igitur. Auth. de reſtit. fideicommiſ.
Rurſus aliqui dicunt, quòd prohibitio imper-
35 ſonalis † cenſetur facta ſolùm primo voca-
to, & ad eum ſolum debet referri, non autẽ
debet ad alias perſonas porrigi, vt reſpon-
dit Bolognin. conſilio decimoquinto, nu-
mero 57. in principio. quod tamen peri-
culoſum eſt ex ſuprà dictis, & ex his, quæ
dicam in 5. quæſtione principali, in 3. caſu.
Modò autem, quantùm ſit ad prohibitionem
perſonalem, res non videtur habere difficul
tatem, quia illa non egreditur regulariter
36 † perſonam prohibiti alienare; & ad hoc eſt
tex. in l. cùm pater. §. quindecim. ff. de legat. 3.
quem ad hoc citat Bar. in d. l. peto. §. fratre.
& Cuma. ibidem in 1. lectu. num. 5. circa prin
cipium, ponderantes, quòd prohibitio ibi
erat perſonalis, ne quis eorum alienaret ex-
tra familiam, meritò is, cui de familia facta
fuit alienatio, poterit ad libitum alienare.
Hinc eſt, quòd prohibitio de non alienando
37 † facta filio, vel hæredi expreſſo nomine pro-
prio, regulariter non extẽditur ad alias per-
ſonas; Ruin. conſilio 127. & conſilio 131.
volum. 2. Ripa in d. §. diui. numero 110. & ſe-
quen. & tãtò magis ſi adiectum ſit verbum
aliquod ſonans perſonalitatem, putà, Ipſe;
38 † tũc enim talis prohibitio dicitur perſona-
liſſima, Ripa vbi ſuprà. Burſat. conſi. 13. nu. 1.
& ſeq. & ità contra fideicommiſſum de perſo
na ad perſonam, reſpõdit Natta conſi. 470.
nu. 6. idem etiam tenet Io. de Ana. conſil. 47.
num. 6. in fin. concludens, quòd in d. §. quin-
decim. ex quo teſtator prohibuerat libertis,
ne quis eorum partem ſuam alienaret extra
familiam libertorum, poteſt quilibet partẽ
ſuam in collibertum, vel collibertos aliena-
re: & is, in quem facta fuerit alienatio, nil mi-
rum, ſi poterit partem acquiſitam per eum
transferre in extraneum, vt ibi per eum.
Aduertendum tamen eſt ad id, quod vult in ca
ſu ſuo, prohibitionem factam perſonis cen-
ſeri realem; quia id procedit ratione cauſæ
generalis adiectæ, vt ſuprà dixi loquendo de
prohibitione reali in primo capite iſtius di-
ſtinctionis. & faciunt, quæ infrà dicam in
quinta quæſt. princip. in 1. caſu, circa fin. ver-
ſicul. hæc tamen concluſio, & in 8. quæſtio.
principali, in 3. caſu.
Erit etiã perſonalis prohibitio, ſi teſtator pro-
39 hibuit † bona ſua alienari, quia intelligitur
facta prohibitio perſonis ſuprà expreſſis, ſi
credimus Riminal. Iun. conſi. 371. num. 124.
& ſeq. volum. 4. quod tamen puto deteſtabi-
le; & loquitur in caſu, quo teſtator prohi-
buerat quamcunque diuiſionem.
40 Sic & vbi teſtator prohibuit filijs, † ne com-
putent dotes vxorum ſuarum, certè poterit
nepos detrahere; quia ille non cenſetur gra-
uatus; vt per Caſtren. conſi. 304. in 2. parte.
Præterea etiam conſiderandum eſt, quòd quan
41 dò prohibitio eſt perſonalis, † tunc proxi-
mior etiam extraneus ab inteſtato ſuccede-
re poteſt prohibito, vel etiam ex teſtamẽto,
ſecus ſi eſſet realis; Riminal. Iun. conſi. 279.
num. 83. volum. 3.

Aduertendum tamen eſt, quòd plurimùm intereſt, an prohibitio ſit realis, ſiue in rem ſcripta; an verò perſonalis; quia prima fa-
42 cilius patitur extenſionem † de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum, vt abundè probat Riminald. Iun. conſi. 279. col. 2. vol. 3. & latius infrà dicam in 5. quęſtio. principali, in 3. caſu, in 2. declaratione.

Inſuper in prima ceſſat diſpoſitio l. ab eo. C. de fideicom. prout dicam in 5. quæſtio. princip. in 3. caſu, in ſecunda declaratione, in ſecũda ratione. Et iterùm, ſi prohibitio ſit realis, tunc eſt interdicta ſucceſſio extranei ex teſtamento, vel ab inteſtato, vt infrà dicam in octaua quæſtione principali, in ſecunda concluſione, in primo caſu, in quarto exemplo.

Circa ſecundam diuiſionem, capiendo primũ caput, quando principaliter, & diſpoſitiuè teſtator prohibuit bona alienari; & iſto caſu
43 volunt Docto. vnanimiter induci † fideicõmiſſum ſimplex, & abſolutum, vt infrà dicã in quinta quæſtione principali, & ibi etiam quando dicatur per modum principalis diſpoſitionis alienatio prohibita; ibi me remitto, quia eſt locus ſuus.

Sed ſi alienatio prohibita ſit, cauſa adiecta tunc res eſt in magna controuerſia, vt etiam ibidem dicemus.

Diuerſum eſt autem, quando prohibitio facta fuit verbis enunciatiuis adiectis, vt etiam ibidem aptius dicemus.

Supereſt tertia diuiſio ſuprà præmiſſa, quam ponit Marcabrun. conſi. 85. nu. 109. & plur. ſequen. & prima ſpecies, quæ reſpicit prohibitionem alienationis in certam perſonam, probatur in l. codicillis. quæ eſt penul. §. matre. ff. de legat. 2. quæ operatur, vt eo caſu alienatio fieri non poſſit in perſonam prohibitam, etiam ſi aliàs ſucceſſura erat ab inteſtato.

Secunda autem ſpecies probatur in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. vbi Bar. & alij not. & latius habetur ibi per eum.

ARGVMENTVM.

De differentijs inter expreſſam, & tacitam prohibitionem de non alienando in vltimis voluntatibus, & de forma prohibitionis.

SVMMARIVM.

1 *Plures ſunt differentiæ inter expreſſam prohibitionem de non alienando, & tacitam.*

2 *Prohibitio vbi expreſſa eſt, ſtatim ſecuta alienatione, vocatus in dicto caſu poteſt reuocare alienata; in tacita autem exſpectanda eſt mors grauati.*

3 *Prohibitio vbi expreſſa eſt, fructus à tempore alienationis citrà debentur vocato.*

4 *Prohibitio vbi expreſſa eſt, ſi contrà fiat, alienatio eſt ipſo iure nulla.*

5 *Prohibitio de non alienando vbi tacita eſt, ſi contrà fiat, alienatio interim valet vſque ad mortem grauati, ſed eo mortuo transfertur in honoratum.*

6 *Factum contra expreſſam voluntatem teſtatoris ſicut factum contra legem eſt ipſo iure nullum.*

7 *Prohibitio expreſſa eſt fortior tacita, ad effectum annullandi actum.*

8 *Prohibitioni vbi eſt adiecta pœna priuationis, ſecuta alienatione vocatus admittitur ſtatim.*

9 *Prohibitio vbi eſt expreſſa, ſtatim ſecuta alienatione, vocatus ità demùm poteſt reuocare alienata, ſi verba prohibitionis ſonent imperfectam alienationem, ſecùs ſi ſonent actum perfectum.*

10 *In tacita prohibitione, quæ oritur ex ſubſtitutione expreſſa facta hæredi, vt fideicommiſſarius agere poſſit, neceſſaria eſt reſtitutio nedùm verbalis, ſed etiam realis.*

11 *Per expreſſam prohibitionem de non alienando interdicta eſt confiſcatio bonorum omni tempore, ſecùs in tacita; quia bona ad fiſcum pertinent durante vita grauati delinquentis.*

12 *Stante ſtatuto, quod bannitus capitaliter cum publicatione bonorum poſſit impunè offendi, an ſit expectanda mors naturalis banniti, vel locus ſit fideicommiſſo concepto ſub conditione, ſi is ſine filijs decederet.*

13 *Bannitus capitaliter ex delicto, quod pœnam mortis meretur, habetur pro mortuo.*

14 *Bannito capitaliter cum publicatione bonorum non debetur legitima.*

15 *Banniti noſtri temporis æquiparantur deportatis, ſecundum nonnullorum opinionem.*

16 *Deportatus habetur pro mortuo, ſicut & damnatus in metallum.*

17 *Patre damnato, & publicatis eius bonis, legitima debetur filijs eius.*

18 *Marito bannito capitaliter cum publicatione bonorum vxor poteſt dotem repetere.*

19 *Per bannum capitale cum publicatione bonorum non dicitur defecta conditio fideicommiſſi, ſi ſine liberis deceſſiſſet, ſed expectanda eſt mors naturalis ipſius, & interim bona debent remanere apud fiſcum cum onere fideicommiſſi.*

20 *Prohibitio alienationis expreſſa facit, vt non expectata morte naturali alienantis ſit locus fideicommiſſo.*

21 *Glo in §. relegati. Inſt quib. mod. ius patr. pot. ſolu. quatenus vult, bannitos noſtri temporis æquiparari deportatis, reprobatur communiter.*

22 *Legitima, quæ deducitur ex bonis banniti, non detrahitur tanquam is mortuus ſit, ſed iure reſeruationis, quam lex facit.*

23 *Si officialis contradictionum ſuper bonis confiſcatis deportati ſubſtituto ſub dicta conditione, qui contradixit*

tradixit confiſcationi, petens ea ſibi relaxari, vigore fideicommiſsi relaxauerit, & adiudicauerit; putans eueniſſe caſum fideicommiſsi, an dicto bannito reſtituto relaxanda ſint.

24 *Hæres grauatus fideicommiſſo ſub conditione poteſt alienare bona fideicommiſſo ſuppoſita, nec tenetur ad fructus medio tempore perceptos, quãuis eueniente conditione fingatur alienatio pro non facta.*

25 *Declaratio l. fin. §. ſin autem ſub conditione, C. commu. de legat.*

26 *Hęres in re legata ſub conditione pendente conditione, ſi faciat melioramenta, ea non compenſat cum fructibus medio tempore perceptis, quia eos facit ſuos.*

27 *Emphiteota, qui propter aliquam culpam cadit à iure emphyteotico ipſo iure, ante factam declarationem per dominum, qui vult eum cecidiſſe à beneficio emphyteoſis, fructus, quos percepit, facit ſuos, quamuis declaratio iſta facta retrotrahatur.*

28 *Declaratio ad l. neceſſariò. §. quod ſi pendente. ff. de pericul. & commod. rei vendit.*

29 *Bannito reſtituto bona per tertium ei non ſunt reſtituenda.*

30 *Per expreſſam prohibitionem vocatus in caſu alienationis, poteſt propria auctoritate tenutam, & corporalem poſſeſſionem ingredi.*

31 *In tacita prohibitione fideicommiſſarius capere debet de manu hæredis.*

32 *In prohibitione tacita, quæ oritur ex ſubſtitutione conditionali fideicommiſſaria, cenſetur etiam excluſa alienatio, quæ fit per huiuſmodi ſubſtitutionem, vel vocatis ab inteſtato.*

33 *Diſpoſitio Auth. res, quæ. C. commu. de leg. ceſſat in prohibitione expreſſa de non alienando.*

34 *Licet inter conſortes, & conuaſſallos licita ſit alienatio abſque domini conſenſu, tamen ſi in inueſtitura dictum ſit, quod non poſſit fieri alienatio ſine conſenſu domini, non valebit alienatio, etiam inter ipſos conuaſſallos.*

35 *Diſpoſitio l. fin. § fin. ff. de leg. 2. quæ ſuſtinet alienationem rei prohibitæ alienari factam inter ignorantes, non procedit ſtante expreſſa prohibitione.*

36 *Bona ſubiecta fideicommiſſo conditionali poſſunt interim pendente conditione alienari.*

37 *Speciali iure inductum eſt, vt alienatio perpetuò ſit duratura, ſi facta reperiatur per ignorantem ignoranti onus fideicommiſsi, ſalua tamen actione fideicommiſsario ad pretium, vel æſtimationem valoris rei alienatæ contra hæredem.*

38 *Ratio decidendi duplex ad l fin. §. fin. ff de leg. 2.*

39 *Diſpoſitio l. fin. §. fin ff. de leg. 2. loquitur in re particulari hæreditaria.*

40 *Diſpoſitio d. §. fin. procedit ſolùm in fideicommiſſo conditionali.*

41 *An in caſu d. l. fin. §. fin. ff de leg. 2. neceſsaria ſit ignorantia vtriuſq; tam alienantis, quàm acquirentis.*

42 *Alienatio rei ſubiectæ fideicommiſſo facta per ignorantem, adeò valet, vt niſi allegetur, & probetur ſcientia ipſius, non poſſit fideicommiſſarius actor obtinere.*

43 *In ſuo hærede præſumitur ignorantia teſtamenti paterni.*

44 *Scientia ex quibus cognoſcatur.*

45 *Ad validitatem alienationis fideicommiſſi, et qualitatis rei alienatæ, ignorantia an requiratur.*

46 *Licet iuſta ignorantia alienantis, & acquirentis operetur validitatem alienationis irreuocabiliter, tamen ſecùs, ſi oppoſita exceptione excuſſionis, alienans, vel habens cauſam ab eo, reperiatur non ſoluendo.*

47 *Diſpoſitio l fin. §. fin. ff. de legat. 2. procedit in alienatione, quæ fieret per ipſum grauatum, ſiue ex voluntate pura ipſius, ſiue etiam ex neceſſitate proueniente ex facto, vel culpa ipſius.*

48 *Ex bonis tacitè prohibitis alienari poteſt deduci Trebellianica, ſecùs ex prohibitis expreſsè alienari.*

49 *In caſibus, in quibus tenet alienatio, vbi prohibitus alienare contrà facit, ipſe tenetur ſubſtituto ad pretium.*

50 *In quibus caſibus alienatio dicatur prohibita, etiam ſi expreſsè, vel nominatim de prohibitione alienationis nihil ſit dictum.*

QVAESTIO. III.

TRanſeo ad tertiam quæſtionem principalẽ. in qua etiã breuiter concludendo, dico,
1 plures eſſe differentias † inter expreſſam prohibitionẽ de alienando, & tacitam, quæ oritur ex fideicommiſſo per ſubſtitutionem in caſu mortis, & ſic ex fideicommiſſo, quod vocant conditionale, vt not. Ang. in l. fi. §. ſed quia noſtra. num. 1. ad fi. C. communia de lega. & inter prohibitionem expreſſam, & tacitam certum eſt, quòd longa eſt differẽtia, & adeò ſunt ſeparatæ iſtæ prohibitiones, & ſeparatos habent effectus, quòd de vna non poteſt inferri ad alteram: pulchrè Caſtren. conſilio 263. col. penult. in 2. parte. Prima eſt igitur differentia, quia per expreſſam
2 prohibitionem † ſtatim ſecuta alienatione vocatus in dicto caſu poteſt reuocare alienata, l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. & l. cũ ità. §. in fideicommiſſo. ff. eo. in tacita autẽ prohibitione expectanda eſt mors grauati, l. fin. §. ſin autem ſub conditione. C. communia de legat. & ità concludit Socin. conſilio 227. colum. 1. in 4. fundamento. volum. 2. & poſt

concordan. per eũ citatos, concludit Zanch.
in l. hæredes mei. §. cum ità. num. 406. ff. ad
Trebelli. & propterea ex hoc ſequitur, quòd
3 ſtante expreſſa prohibitione,† fructus a tem
pore alienationis citrà debentur vocato in
eo caſu, vt per Zanch. vbi ſuprà num. 408. Et
4 ratio iſtius concluſionis eſt, quia ſtante † ex-
preſſa teſtatoris prohibitione de non alie-
nando, ſi contrà fiat, alienatio eſt ipſo iure
nulla ſtatim; Caſtren. conſi. 247. ſub num. 3.
poſt princip. in 1. parte. Socin. d. conſi. 227.
col. 2. in 4. fundamento. concludens, quòd
ſtante expreſſa prohibitione, alienatio omni
tempore eſt nulla, per gloſſ. ſingularem in
l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. 2. & concor-
dan. de quibus per eum, & ibidem colum. 4.
verſi. ad quod reſpondetur. dicẽs poſt Cuma.
quòd alienatio iſto caſu eſt nulla, eo ipſo, ꝙ
prohibitus tentat alienare: Beccius cõſi. 97.
num. 6. Et iſtud eſt, quod dicunt Doctor. ꝙ
per prohibitionem de non alienãdo factam
per teſtatorem transfertur dominium in fi-
deicõmiſſarium, vt infra dicam in ſequen. q.
princip. & hanc differentiam probat etiam
Rolan. cõſi. 70. in fi. volum. 3. vbi addit, quòd
in caſu tacitæ prohibitionis, † alienatio in-
5 terim valet vſq; ad mortem grauati, ſed eo
mortuo tunc demum transfertur in hono-
ratum, vt ibi per eum. Et hæc quidem con-
cluſio procedit, vbi prohibitio alienationis
ſimpliciter facta reperitur, ſecus autem ſi te-
ſtator vſus ſit aliquo verbo demonſtrante
actum alienationis perfectum. verbi gratia,
quia dixerit; Si alienaret, vel alienationem
faceret, aut alienabit: Burſat. conſilio 13.
numero 74. Quod tamen non puto verum,
per tex. in l. penult. §. inſtituto. verſi. ſi autem
aliquis præter hæc fecerit &c. ff. de legat. 2. &
ità concludit Bar. in d. §. diui. in 5. oppoſitio.
& cæteri ſequuntur. maximè Ripa num. 43.
& ſeq. & num. 47. & eſt bonus tex. in l. ſtatuli-
beris. ff. de ſtatulib. de quo etiam per Ro-
lan. conſi. 70. num. 18. & colum. fi. volum. 3. &
abundè Marza. in ſuis concluſio. fideicom.
quæſtione 5. in princip.

Et hanc differentiam poſt Bar. & cõcordan. de
quibus per eum, probat Ripa in d. §. diui. nu-
mero 47. in princ. Alciat. conſi. 484. nu. 9. in
princip. & latè, quibus verbis, & ſub quo te-
nore concipienda ſit prohibitio, Rolan. cõſi.
56. colum. fi. num. 11. & ſeq. volum. 1.

6 Et quòd factum † contra voluntatẽ expreſ-
ſam teſtatoris, ſicut factum contra legem, ſit
nullum ipſo iure, firmat Cepha. d. conſi. 318.
num. 16. & plur. ſeq. & num. 89. & ad prædi-
cta facit Ripa, vbi ſuprà, vbi poſt Bar. conclu
dit, quòd ſtante prohibitione alienationis
factæ per teſtatorem cuiuſcunq; temporis
ſit, alienatio eſt nulla, & vocatus admitti-
tur ſtatim, quod grauatus deuenit ad actum
alienationis. & ratio eſt, vt ille ait, quia for-
7 tior eſt prohibitio expreſſa, † quàm tacita
ad effectum maximè annullandi actum, vt
in ſpecie inquit Cror. dicto conſi. 13. nu. 42.
ad fin. in 3. caſu, vbi etiam ponit de illis ver-
bis; Si alienaueris, vel ſi alienabis. & hoc pro-
cedit, etiam ſi ſimpliciter quis prohibitus
8 ſit alienare † ſub pœna priuationis, latè Ri-
minal. Iun. conſi. 319. volum. 3.

Et vt dixi hæc concluſio de plano procedit, ꝙ
9 alienatio ſit nulla etiam ab initio, † vbi prohi
bitus alienare incipit ad alienationem de-
uenire, dummodò verba prohibitionis ſint
concepta ſonantia imperfectam alienatio-
nem, putà, prohibeo te alienare, vel rem
alienari, vel ſi alienabis, deueniat ad Titium,
& ſimilia; ſecus ſi ſonent actum perfectum,
puta, ſi alienauerit; nam primo caſu proce-
dit ſupradicta concluſio. Secundo autem
caſu, is, cuius fauore facta ſit dicta prohitio,
ſolùm agit contra prohibitum ad æſtima-
tionem rei, vel pretium, ſed non poterit ac-
quirentem moleſtare, quia iam in eum repe-
ritur translatum dominium, quod prohibi-
tum non reperitur transferri: ita poſt alios
firmat Opizo in repetit. d. §. diui. num. 1. de-
clarando l. Stichus ſeruus. ff. de manu. teſta.
& ibi exemplificat in futuro ſubiunctiui in
ſecundo caſu. nam futurum ſubiunctiui for
matur à præterito indicatiui, & ideò rem
perfectam ſignificat, ſicut præteritum indi-
catiui, vt inquit Bar. in l. 1. §. fin. ff. quod quiſ-
que iur. &c. loquens de verbo Statuerit.

Reperio tamen, quod Bart. in l. quoties. la pri-
ma. C. de fideicomm. tenet, iſtam alienatio-
nem prohibitam operari, vt poſſit alienatio
reuocari.

Et hæc Bart. ſententia facilè ſaluari poteſt, ſi
præcedit prohibitio de non alienando, &
ſequantur poſteà illa verba; Et vbi alienaue-
rit, vel, Si autem facta fuerit alienatio &c.
vt latè probat Soc. Iun. in d. §. diui. num. 87.
in fi. & ſeq. ſic declarando l. codicillis. §. inſti-
tuto. ff. de leg. 2. & l. pater filiũ. §. quindecim.
ff. de leg. 3.

Secunda eſt differentia, quia in tacita prohibi-
10 tione, † quæ oritur ex ſubſtitutione expreſſa
facta hæredi, vt fideicommiſſarius agere poſ-
ſit, neceſſaria eſt reſtitutio, nedum verbalis,
ſed etiam realis, vt habetur in l. reſtituta. ff.
ad Trebell. & in l. pen. & per tot. illum titu. C.
* eo. & ibi * omnes not. & ff. eo. per tot. & ma-
* ximè in l. 1. §. de illo. vbi * communiter Doct.
ità vt facta etiam verbali reſtitutione fidei-
commiſſi non poſſit actio hypothecaria in-
* tentari, vt eſt * communis reſolutio Docto.
de

de qua per Negnſant. de pignoribus; in 8.
parte principali, in 3. memb. colum. 2. Et hæc
loquendo de fideicommiſſo vniuerſali; quia
in particulari conſtat non eſſe neceſſariam
reſtitutionem aliquam fieri per grauatum,
Alex. conſi. 98. colum. 1. volu. 2. quæ quidem
reſtitutio verbalis, vel realis à grauato non
deſideratur per fideicommiſſarium, vbi agi-
tur de expreſſa prohibitione; per ea, quæ di-
xi in prima differentia. & ità declarat Bar. in
d. l. pen. numero 6. & hæc quidem concluſio
procedit, etiam ſi eſſemus in caſibus, in qui-
bus ipſo iure fit reſtitutio.

Tertia eſt differentia, quia per expreſſam prohi
11 bitionem de non alienando † interdicta eſt
confiſcatio bonorum omni tempore, ſecus
autem in tacita, quia hoc ſecundo caſu bo-
na ad fiſcum pertinent durante vita graua-
ti delinquentis, ſecus autem in primo caſu;
Alexã. conſilio 23. volum. 1. & ante eum Bar.
in Authen. res, quæ. circa fin. C. communia
de lega. Menoch. conſi. 102. nu. 23. quamuis
Celſus conſi. 37. numero 13. aliter ſenſerit. &
quòd tacita prohibitio reſultans ex ſubſtitu
tione expreſſa nõ excludat fiſcum, reſpon-
dit Alcia. conſi. 650. Cepha. conſi. 153. nu. 30.
volum. 2. & conſi. 386. nume. 5. & conſi. 544.
num. 14. & hanc differentiam confirmat etiã
Ripa in d. §. diui. num. 47. verſi. item expreſſa
prohibitio operatur, quòd in generali bono
rum cõfiſcatione &c. & infrà etiam dicemus
in 8. queſtio. princip. in 2. concluſio. in 3. exẽ-
plo primi caſus, & in prima concluſione in 3.
caſu. & hanc differẽtiam probat Rimin. Iun.
conſi. 371. num. 91. in princip. volum. 4. & la-
tè conſuluit idem Rimin. iun. conſi. 243. nu-
mero 68. volum. 3.

Et ex his puto errore lapſos eſſe, Menoch. con-
ſilio 116. nume. 28. & ſeq. volum. 2. qui lo-
quitur in alienatione ad vitam, quòd ſit per-
miſſa, Caſtren. qui loquitur in terminis in
d. §. diui. ad fi. & pariter Scotum conciuẽ meũ
reſponſo 1. num. 49. lib. 4. tom. 1. qui tenue-
runt, per prohibitionẽ expreſſam non impe
diri cõfiſcationem quominus fiſcus ad vitã
prohibiti cõdẽnati vtatur fructibus, per tex.
in l. fi. §. ſin autem ſub conditione. C. cõmu.
de legat. etenim ille tex. loquitur in tacita
prohibitione, quæ ex fideicommiſſo condi-
tionali per ſubſtitutionẽ expreſſam oritur. &
§. diui. in verbo, neque fiſco. loquitur in re
prohibita alienari, quæ erat tributaria, vel
in qua fiſcus erat creditor, vt ibi per glo. &
Doct. at in expreſſa loquitur tex. in l. cùm pa
ter. §. libertis. ff. de leg. 2. & in tacita loquitur
* tex. in l. ex facto. §. ex facto. & ibi * omnes not.
ff. ad Trebelli.

* Et hæc differentia * communiter tenetur, re-
probata opinione Caſtren. & ſequa. vt teſta-
tur, & defendit Socin. Iun. conſilio 49. col. 2.
in 3. caſu, num. 3. & ſeq. volum. 3.

An autem hæc concluſio procedat ſtante ſtatu
12 to, † quòd bannitus capitaliter cum publi-
catione bonorum poſſit impunè offendi, vt
eſt hic Placentiæ, Decreto 171. probabiliter
poſſet dubitari. quia pro negatiua, quòd nõ
ſit expectanda mors naturalis iſtius banni-
ti, ſed quòd locus ſit fideicommiſſo cõcepto
ſub conditione, ſi is ſine filijs decederet, fa-
cit, quia ex forma dicti ſtatuti is habetur pro
mortuo naturaliter, vt cõcludit Alex. conſi-
lio 23. numero 9. in 8. fundamento, volum. 1.
& Boſſi. tit. de publicat. bono. num. 7. Ruin.
conſi. 26. num. 5. volum. 5. ſequendo Alex. &
tũ bãnitus huiuſmodi habeat pro mortuo,
13 † quando capitaliter eſt bãnitus ex delicto,
quod pœnam mortis merebatur, tenet etiã
Curt. Iun. conſi. 182. nume. 8. in fi. & ſeq. vbi
etiã concludit, propterea poſſe exhæredari, &
14 tali bannito † nõ deberi legitimã iure natu-
ræ debitã. quod vltimum etiã probat Sylua.
* conſi. 79. nu. 7. & de * communi cum Alex.
vbi ſuprà, teſtatur Rimin. conſi. 243. nu. 7.
volum. 2. & Iaſ. conſi. 166. num. 2. volum. 2.
Alcia. conſi. 555. in fin. & quòd habeatur pro
mortuo naturaliter, per eundem conſi. 303.
colum. 1. num. 2.

Et hæc ſententia minorẽ videtur habere diffi-
cultatẽ, tenendo illã opinionẽ, quòd banni-
15 ti noſtri temporis † æquiparentur deporta-
tis, vt voluit gl. in §. relegati. Inſtit. quib. mod.
ius patr. poteſt. ſoluit. quã multi ſecuti ſunt,
de quibus Alex. conſi. 116. colum. 3. volum. 2.
& probat Bal. in l. 1. §. qui deficiunt. in princ.
ff. de capi. diminut. ſaltem, vt ille ait, quando
qualitas criminis, pro quo eſt cõdemnatus,
æquipollet cauſæ deportationis, vnde meri-
tò hoſtis patriæ reputatur, vt illi dicunt.
16 Conſtat autem, quòd deportatus † habetur
pro mortuo, ita quòd conceptus ex eo poſt
deportationem, & poſteà natus, dicitur
quaſi ex alio homine natus, dicit tex. in l. ex
facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. & ibi gl. in verbo
defeciſſet. in fin. dicens, quòd ſi bannitus hu
iuſmodi eſſet ad inſtar damnati in metal-
lũ, res ipſa nullam penitus haberet difficul-
tatem; quia tunc habendus eſſet pro mor-
tuo, d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. il 2. ff. ad
Treb. & ità etiam reſpondit Cepha. d. conſi-
lio 395. num. 36.
17 Hinc infertur, quòd patre damnato, † & pu
blicatis eius bonis, legitima debetur filijs
eius, vt concludit Boſſi. vbi ſuprà. quæ tamẽ
non debetur filio patre viuente regulariter,
* Authen. nouiſſima. & ibi * omnes not. C.
de inoffi. teſtam.

Secundò

Secundò eadẽ ratione rectè fuit conſultum, q
18 marito bannito capitaliter † cum publica-
tione bonorum, vxor eius poteſt dotem re-
petere; vt reſpondit Alcia. cõſi. 303. hęc cau
ſa. in princ. vbi concludit in terminis ſimilis
ſtatuti, quòd talis mulier reputatur vidua.
Iſtis tamen non obſtantibus, contrarium ve-
rius eſt de iure, quòd per bannum huiuſmo-
19 di † non dicitur conditio prędicta Si ſine li-
beris deceſiſſet, defecta. & ideò, ſi poſt ban-
num is filios ſuſceperit, deficeret conditio;
quia mors naturalis fuit expectanda; iura
ſunt clara in d. §. ex facto. quatenus ibi di-
citur, quòd fideicommiſſum remanet pe-
nes fiſcum cum ſua cauſa, id eſt, cum onere
reſtituendi illud, ſcilicet, ſi filios ſuſceperit
condemnatos, & cũ eis moriatur, vt inquit
ibi glo. aperta in verbo, cum ſua cauſa, & ibi
* * communiter Doct. & maximè Ripa ibi,
nume. 11. & non minus clarè in l. Statius. §.
Cornelio Felici. ff. de iure fiſci. vbi habetur,
quòd expectanda eſt mors naturalis illius
cõdemnati in publicatione bonorum, quia
fieri poſſet ſubſtitutũ prędecedere, & ſic fi-
deicommiſſum caducari. & apertius etiam
in l. cum pater. quæ eſt 79. §. hęreditatem. ff.
de leg. 2. quæ loquitur in deportato. & alia
etiam ratione poteſt dici, quòd ſit expectan-
da mors naturalis iſtius condemnati, quia
fieri poteſt, quòd interim reſtituatur, vt eſt
tex. in l. intercidit. ff. de condit. & demonſt. Ri
pa in d. §. ex facto. nu. 11. & ob id dicũt Doct.
* * communiter in d. §. ex facto. nõ eſſe verum,
quòd taliter condemnatus habeatur pro
mortuo naturaliter, licet ſit ciuiliter mor-
tuus, quia mors ciuilis non operatur eun-
dem effectum, quem operatur mors natura-
lis; de qua loquitur teſtatoris diſpoſitio, Do
* ctores * communiter in dicto §. ex facto. &
abundè probat etiam Bero. q. 41. per totum.
& latiſſimè Cepha. conſi. 395. per totũ. vol. 3.
ſub duplici enim conditione dicitur hæres
grauatus: videlicet, ſi fideicommiſſarius adi-
erit tempore mortis patris, altera, ſi hæres
ſine filijs deceſſerit, latè Cepha. vbi ſuprà nu
mero 11. & ſeq. & ſuprà dixi. Qua ratione in
terminis ſimilis ſtatuti concludũt, filijs tali-
ter damnati non eſſe dandum tutorem, ſi
ſint in pupillari ætate, ſed curatorẽ, quia tu-
tor nõ datur exiſtẽti ĩ poteſtate aliena, ꝑut
eſt filius dãnati huiuſmodi; vt concludit Al-
cia. vbi ſup. d. conſi. 303. nu. 6. & probat poſt
alios etiã Ripa in d. §. ex facto. nume. 18. facit
* etiam * communis Doct. reſolutio in l. Gal-
lus. §. & quid ſi tãtum. ff. de lib. & poſthu. quæ
habet, quòd mortis appellatione in dubio
intelligitur de naturali.
Quæ cùm ità ſint, facilis eſt reſponſio ad con-
traria. & quantum ad conſilium Alexandri
23. d. numero 9. dico, quòd ſi Alexan. mo-
ueretur ſolùm per illud fundamentum, dicẽ
ret contra communem, de qua ſuprà; ſed
mouetur principaliter ex prohibitione alie-
nationis expreſſa, quæ benè operatur effe-
20 ctum, † vt non expectata morte naturali
alienantis ſit locus fideicommiſſo; quia te-
ſtator in hoc conſiderauit non mortem, ſed
actum alienationis, qui ex condemnatione
ſequitur, vt aliàs fuit dictum, & ità etiam
loquuntur ſequaces, præſertim Riminald.
vbi ſupra num. 70. ſola enim prohibitio ex-
preſſa de non alienando operatur effectum,
vt ſtatim ſit locus fideicommiſſo. quicquid
Bero. d. q. 41. miſceat tacitam cum expreſſa,
& concurſum vtriuſq;. ſed malè, vt etiam ip-
ſe poſteà ſubijcit q. ſequenti.
21 Non obſtat gloſſ. in d. §. relegati. † quia eſt
* * cõmuniter damnata; Ripa in d. §. ex facto.
num. 13. & hęc quæſtio pendet ab alia, an ta
liter banniti amittant iura communia in
illo loco, à quo ſunt banniti. in quo ſunt
* varij, & Ripa, vbi ſuprà, teſtatur de * commu
ni pro negatiua; & Riminal. ſen. d. cõſi. 245.
* nu. 70. de * communi pro affirmatiua. quod
nunc non diſcutio. nec an vera ſit diſtinctio,
vtrùm ſimus in bannito Papę, vel ſuperioris,
an verò in bannito inferioris Principis, de
quo per Ripam in d. §. ex facto. & inſuper etiã
in deportato, quod ſit mors naturalis expe-
* ctanda, eſt * communis opinio, non obſtan-
te d. §. ex facto. in verbo, quaſi ex alio. nam
loquitur in reſtituto ſolùm ad libertatem iu
ris ſuccedendi, Ripa vbi ſuprà, num. 11.
Et quod ſubijcitur de damnatò in metallum,
præter id, quòd non facit ad propoſitũ no-
ſtrum, quia taliter dãnatus nõ æquiparatur
damnato in metallum, quia is ſeruus pœnæ
efficitur, adhuc ad effectum, de quo quæri-
tur, is non poteſt dici mortuus naturaliter,
vt etiam conſiderat Ripa, vbi ſuprà. num. 13.
& malè per rationes, de quibus ſup. vbi autẽ
agitur de commodo deportati, vel damnati
in metallum, benè poſſet dici, eũ haberi pro
mortuo, quo ad omnes iuris effectus, quos
enumerat Ripa, vbi ſuprà. & ideò ſicut ex
forma dicti decreti taliter bannitus poteſt
impunè occidi in territorio ſcilicet bannien
tis, Ripa, vbi ſuprà; ità etiam poteſt de-
predari, & bona per eum poſteà acquiſita
occupari per quemcumq;, ſecundum Bal. in
l. 1. col. pen. ad fin. & ibidem Alex. col. pen. &
in fi. C. de hæred. inſti. & ſequitur poſt Nellũ
per eum citatũ, Curt. ſen. conſi. 59. nu. 14. &
ſeq. loquens in ſimili ſtatuto Papienſe, Curt.
in d. conſi. 182. num. 8. & pro Alex. vbi ſuprà,
latè Ruin. conſi. 117. nume. 8. & per totum
volum.

volum. 1. idem Alex. conſi. 75. eo. vol. 1. & Al-
ban. conſilio 8. per totum, & facit Bal. in l. ſi
qua pœna. ff. de his, qui not. infam. dicens,
quòd tale bannum æquiparatur morti. &
idem reſpondit Ruin. conſilio 223. volum. 4.
Boſſi. in ſua praxi crimin. tit. banniti quid
amittant. num. 14. Alba conſi. 17. num. 19. &
plur. ſeq. idem Ruin. conſi. 49. num. 6. & con-
ſilio 85. volum. 4. reprobata opinione Bar.
in d. l. 1. in fi. qui voluit, bona illius banniti
poſteà per eum acquiſita in territorio ban-
nientis poſſe per commune, ſeu fiſcum ocu-
pari, & ab eo auferri tanquam ab indigno.
ſed Bal. & alij ſuprà citati eum reprobant,
quia habet teſtamenti factionem actiuam,
& paſſiuam, Cepha. conſi. 324. volum. 3. & vt
etiam voluit ibidem Salic. in d. l. 1. quòd tali-
ter bannitus non æquiparatur transfugæ.
Bar. tamen ſequitur Caſtren. conſilio 56. in
princip. num. 3. in 1. parte. Curt. in conſi. 182.

Præterea illa verba nihil penitus faciunt in op
poſitum; quia licèt natus ex deportato, dica
tur quaſi ex alio homine natus, non ideò ta-
men impeditur defectus conditionis, per ſu-
pradicta, quia dicitur quaſi nouus homo, ex
quo prius ille viuebat duplici vita, ſcilicet
naturali, & ciuili, quæ conſiſtit in libertate,
& ciuitate, & cùm ciuitatem amiſſerit per
deportationem, ad differentiam damnati in
metallum, qui & ciuitatem, & libertatem
amiſit, d. §. ſi quis rogatus. il 2. propterea
deportatus viuit ſolùm naturaliter; vt etiã
conſiderat Ripa in d. §. ex facto. num. 2.

Nec mirum eſt, quòd natus ex deportato fa-
ciat deficere conditionem fideicommiſſi,
cùm idem ſit in nato ex damnato in metal-
lum poſt reſtitutionem, Ripa, vbi ſuprà, nu-
mero 12. vt ſæpè ad eum redeam. Corn. con-
ſilio 55. num. 23. volu. 2. ſed à priore opinio-
* ne tanquam veriore, & * communi non pu-
to recedendum; quam etiam tenet Neuiza.
conſi. 74. col. fi. latè Ferret. conſi. 169.

Nec obſtat, quòd dixi de legitima, quia illa nõ
petitur per filios banniti, nec detrahitur ex
22 bonis eius, † tanquam is mortuus ſit, ſed iu-
re reſeruationis, quam lex facit ex benigni-
tate, l. fin. ff. de bonis damna. & concord. per
Boſſi. vbi ſuprà, & Ripam in d. §. ex facto. in
fi. num. 20. ſicut etiam alimenta filijs reſer-
uantur, vt ibidem per eum, in principio.
Non etiam eſt habenda ratio eius, quod fuit
dictum de dotis exactione; quia verius eſt, vt
illa fiat, ex eo, quòd maritus dicitur vergere
ad inopiam, & eo caſu collocatur in tu-
to, vt deſeruiat pro alimentis vxoris, filio-
rũ &c. licèt in caſu Alcia. vbi ſup. illa dica-
tur exacta, quaſi marit' eſſet mortuus, & ad
effectũ, vt ipſa poſſit diſponere de ea ad libitũ.

Stante igitur ſupradicta cõcluſione, quòd per
bannum huiuſmodi facta publicatione bo-
norum, non dicatur defecta conditio fidei-
commiſſi prędicta Si is decederet ſine libe-
ris, ſed quòd ſit expectanda mors naturalis
ipſius, & quòd interim bona debeant rema-
nere apud fiſcum cum ſua cauſa, ſeu onere
fideicommiſſi, plura inferuntur. Primũ eſt,
quòd ſi contingat bannitũ reſtitui ad gra-
tiam Principis plenariè, ipſe quoq; bona
confiſcata penes fiſcum exiſtentia recupera-
* bit, vt tradunt * communiter Doct. in d. l.
Gallus. §. & quid ſi tãtùm. ff. de lib. & poſthu.
maximè Alex.

23 Secundum eſt, quòd ſi fortè officialis † con-
tradictionum ſuper bonis confiſcatis de-
portati ſubſtituto ſub dicta conditione, qui
contradixerit confiſcationi, petens ea ſibi
relaxari vigore fideicommiſſi, relaxauerit, &
adiudicauerit bona prędicta, putans eueniſ-
ſe caſum fideicommiſſi, & purificatam con-
ditionem prędictam, vt contigit in caſu Ce-
pha. d. conſi. 395. adhuc dicto bannito reſti-
tuto relaxanda ſunt dicta bona, vt abun-
dè reſpondit Cepha. vbi ſuprà, per totum.
volum. 3. Etenim relaxatio facta fideicom-
miſſario nõ dicitur alienatio facta per fiſcũ,
& perinde eſt, ac ſi bona adhuc eſſent penes
eum. & quòd ſit verum probatur, ſecũdum
Cepha. vbi ſup. nume. 11. & ſeq. quia cùm fi-
deicommiſſum huiuſmodi ſit conditionale,
pendente conditione non poteſt fieri aliena-
tio, & ſi fiat reuocanda eſt, ſi conditio de-
ficiat, & fructus etiam medio tempore per-
cepti ſunt reſtituendi cum ipſis bonis, vt ibi
per eum num. 23. & ſeq. & mouetur per tex.
in l. neceſſariò. §. quòd ſi pendente. ff. de peri-
culo, & commod. rei vendit. Bal. in l. hęres
meus. §. qui poſt. per illum tex. ff. de condit.
& demonſtrat. & Afflict. in cap. imperialem.
in 12. notab. nu. 57. de prohib. feudi alie. per
Feder. Veruntamẽ, me iudice, hæc concluſio
non poteſt ſuſtineri, & pugnat cum tex. in l.
fin. §. ſin autem ſub conditione. C. commu.
de leg. vbi fideicommiſſo hęres grauatus põt
24 alienare bona fideicommiſſo ſuppoſita; † &
quamuis poſteà eueniente conditione finga
tur alienatio pro nõ facta, vt ibi habetur, id
25 intelligitur reſpectu dominij, † vt ei non di-
catur præiudicatum pręſcriptione, vel hy-
potheca, vt legitur in illo tex. nõ autem quo
ad commodum, & fructus medij temporis,
vt inquit Bal. ibi in §. ſed quia noſtra. in pri-
ma oppoſi. & nu. 6. Saly. & alij, & idẽ habetur
in l. 1. §. pro ſecũdo. C. de cad. tollen. & eſt etiã
bonus tex. in l. domos. ff. de leg. 1. quem ad
hoc poſt alios notat Iaſ. ibi num. 2. & ſeq. ꝙ
26 hæres in re legata ſub conditione, † pendẽte
condi-

conditione, ſi faciat melioramenta, ea non
compenſat eum fructibus medio tempore
perceptis, quia eos iure ſuo facit ſuos, nec cõ-
ditio poſteà purificata retrotrahitur, quoad
eos. ſic etiam videmus in emphyteota, qui
27 propter aliquam culpam † cadit à iure em-
phyteotico ipſo iure, iuxta terminos l. ſecun
dę, & tertię. C. de iure emphyteotico, tamen
ante factam declarationem per dominum,
ꝙ vult eum cecidiſſe à beneficio emphy-
teoſis, fructus, quos percepit emphyteota, fa
cit ſuos, quamuis declaratio poſteà iſta facta
retrotrahatur, vt latius per Rot. Bonon. de-
ci. 37. in fi. Prætereà, ſi etiam attendamus
vim retrotractionis, certè è conuerſo verſa
vice ſequeretur, quòd hæres granatus ſub cõ
ditione interim non faceret fructus ſuos, ſi
contingat conditionem purificari ad fauo-
res fideicommiſſarij, vel legatarij. quod ta-
men à vero alienum eſt, contra dictam l. do-
mos. & d. §. ſin autem ſub conditione.
& prętereà nec fiſcus interim faceret fructus
ſuos, donec bona apud eum remanerent,
* quod etiam * communiter non recipitur, d.
§. ex facto. Nec obſtat d. l. neceſſariò. §. quòd
28 ſi pendente conditione. † & concordan. de
quibus ſup. quia in illis caſibus erat ſuſpen-
ſa non ſolùm cauſa dominij, & eius transla-
tio, ſed etiam poſſeſſionis; at in prę ſenti ſpe
cie dominium ſolum eſt in pendenti, non
etiam poſſeſſio, quę cauſat iuſtã perceptio-
nem fructuum, cùm ſit cum bona fide, & tit.
Bar. in l. fructus. ſub nu. 5. ff. de rei vendicat.
& Bal. in l. 2. ſub num. 3. C. de fructibus & lit.
expenſ. dicens, quòd bonæ fidei poſſeſſor lu-
cratur fructus cogitatione domini, nedum
induſtriales, ſed etiam naturales, vt per Bar.
vbi ſup. & eſt bonus tex. in l. bonæ fidei poſſeſ
ſor. in princip. ff. de acquir. rer. domin.

Prętereà & melius dico, quòd in iuribus addu-
ctis per Cepha. ideò fructus debent reſtitui,
& conditio retrotrahitur, quia venditio, &
legatum erant conditionalia, & defecta con-
ditione proptereà fructus ſunt reſtituendi,
& ità dicta iura perpendit Afflic. per eum ci-
tatus in d. c. imperialem. q. 38. num. 56. & ſeq.
& Bero. in c. potuit. num. 68. de locat. at in
prę ſenti ſpecie inſtitutio eſt pura, & adeptio
ſolùm eſt conditionalis, meritò ſi hæres gra-
uatus reſtituere fideicommiſſum ſub dicta
conditione, interim eſt poſſeſſor, & domi-
nus, l. 1. in princip. ff. ad Syllan. meritò facit
fructus ſuos, ſicut ipſe ſi non eſſet bannitus,
faceret ſuos, ità & habens cauſam ab eo.

Vnde patet Cephalum in duobus lapſum eſſe.
29 alterum eſt, quòd bannito reſtituto, † bona
ſunt per tertium ei reſtituenda: Bart. & alij in
l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. ff. de libe. & poſt-
hum. & ſuprà tetigi in 3. q. princip. in 2. diffe
rentia. alterum eſt, quòd defecta conditione
prædicta bona cum fructibus retrò perce-
ptis ſunt reſtituenda. quorum vtrunq; à ve-
ro alienum eſt, vt ſupra dixi.

Putarem tamen conſultationem Cepha. poſſe
procedere, ſi reſtitutio facta ſit cum clauſu-
la, ꝙ reſtituto nihil poſſit opponi de confi-
ſcatione, Alex. in d. §. & quid ſi tãtùm. nu. 20.
in ſecunda limitatione, poſt Card. per eum ci
tatum: vel vbi ordo ſuperioris diceret taliter
bannitum haberi pro mortuo, vt prę ſuppo-
nit extare Bullas Põtificias ſic dictantes, Vul
pell. conſi. 18.

Quarta eſt differentia, quia per expreſſam pro-
30 hibitionem † vocatus in caſu alienationis
poteſt propria auctoritate tenutam, & cor-
poralem poſſeſſionem rei alienatę ingredi, vt
poſt quamplures citatos per eum, concludit
Zanch. in d. §. cùm ità. num. 407. at in tacita
prohibitione fideicommiſſarius capere de-
31 bet † de manu hęredis, l. non dubium. C. de
de leg. & iſtud eſt, quod etiam voluit Bero.
conſi. 129. num. 15. vol. 2. quatenus conclu-
dit, quod facta alienatione per grauatum,
ſtatim ipſo iure cenſetur fideicõmiſſi facta
reſtitutio per grauatum, adeò quòd abſq;
alia verbali, ſeu reali reſtitutione dominij
bonorum alienatorum cenſetur in fideicõ-
miſſarium translatum, ſibiq; cõpetit rei ven
dicatio: quod & probat Achilles Perſona. in
tracta. de adipiſcen. poſſeſſi. num. 403. & ſeq.

Quinta differentia eſt, quia in prohibitione ta
32 cita, † quę oritur ex ſubſtitutione conditio-
nali fideicommiſſaria, putà, quando fuit di-
ctum, Si talis decedat ſine filijs ſuccedat ta-
lis, de quo in fin. §. ſin autem ſub conditione.
C. commun. de lega. certè per eam cenſetur
etiam excluſa alienatio, quę fit per huiuſmo
di ſubſtitutionem, vel vocatis ab inteſtato,
de quo infrà dicam in octaua quæſtio. prin-
cipali; ſecus autem in expreſſa prohibitione,
vt ibi dicam. ità ſignanter hanc differentiã
not. Ruin. conſi. 147. num. 10. uolum. 2.

Quinta eſt differentia, quia Auth. res, quę. C.
33 communia de legat. † & eius diſpoſitio ceſ-
ſat in prohibitione expreſſa de non alienan-
do, vt in ſpecie concludit Ripa. in d. §. diui. nu
mero 47. verſi. item diſpoſitio Authen. res
quæ &c. poſt Iaſ. per eum citatum.

Sexta ſit differentia, quia licet inter conſortes,
34 † putà conuaſallos licita ſit alienatio abſq;
domini conſenſu, c. 1. §. fi. de alien. feudi. ta-
men ſi in inueſtitura dictum ſit, quòd non
poſſit fieri alienatio ſine conſenſu domini,
tunc nõ valebit alienatio etiã inter ipſos cõ-
uaſallos, vt per Riminal. iun. d. conſi. 246. nu-
mero 69. & ſequen. volum. 3. & conſil. 313.

nume.

numero 74. & ſequen. eo. volum.
Septima eſt differētia, quia diſpoſitio l.fi.§.fi.ff.
35 de leg. 2. † quæ ſuſtinet alienationem rei pro-
hibitæ alienari factam inter ignorantes, non
procedit ſtante expreſſa prohibitione, vt in
ſpecie concludit Alexan. in l. Marcellus. §. res,
quæ. num. 4. ff. ad Trebell. & ante eum Ca-
ſtren. in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. 2. ſe-
quitur Ripa in d. §. diui. num. 11. & ſub nu-
mero 47. verſi. item diſpoſitio l. fin. §. fin. &c.
& Riminal. Iun. conſi. 371. num. 88. volum. 4.
& d. conſi. 246. nu. 67. volum. 3. & conſi. 313.
num. 741. & ſeq. eo.
Sed hanc differentiam latè conatur impu-
gnare Ruin. conſi. 118. volum. 2. per totum,
præſertim quia eadem ſit ratio in prohibi-
tione expreſſa, quæ in tacita, præſertim in
fideicommiſſo coditionali, de quo loquitur
d. §. fin. quod tamen à vero alienum eſt; vt
infrà dicam in prima conſideratione.
Plura autem ſunt conſideranda circa hanc
ſeptimam differentiam, & diſpoſitionem di-
ctę l. fina. §. fin. ff. de legat. 2.
Et in primis, quòd licet regulariter bona ſub-
35 iecta fideicommiſſo conditionali † poſſint
alienari interim pendente cōditione, ſed re-
uocabiliter, quia eueniente conditione alie-
natio reducitur, ac ſi facta non fuiſſet, l. fin.
* §. fin. C. commun. de legat. & ibi * omnes no
tant; tamen ſpeciali quodam iure cautum
eſt, per dictam l. fin. §. fin. ff. de legat. 2. vt alie-
37 natio perpetuò ſit duratura, † ſi facta repe-
riatur per ignorantem ignoranti onus fidei-
commiſſi; ſalua tamen actione ipſa fideicō-
miſſario actione ad pretium, vel æſtimatio-
nem valoris rei alienatæ contra hæredē, vel
alienantem; quem tex. propterea ad hoc val-
dè ſingularem ſignat Ang. in d. l. fina. §. ſed
quia noſtra. num. 1. in fi. C. communia de le-
ga. & non minus clarè Alex. conſi. 3. num. 3.
* vol. 3. vbi etiam teſtatur de * communi; & pa-
* riter de * communi Ambro. Opizo. in repet.
l. filiusfam. §. diui. nu. 25. in princ. ff. de leg. 1.
& plures alios cōcordan. per Rolan. cōſi. 81.
colum. 1. vol. 2. & d. tex. pro ſingulari notat
etiam Dec. conſi. 136. numero 7. & Curt. Iun.
conſi. 88. numero 5.
Eſt aūt operæpreciū uidere de rōne iſtius cō-
cluſionis, & reſponſi Iuriſconſulti in d. l. fi. §.
38 fi. ff. de leg. 2. † & reperio, quòd Ruin. d. con-
ſilio 118. nu. 11. volum. 2. duas in effectu ad-
ducit rationes. altera eſt, quia in vniuerſali-
bus pretium ſuccedit loco rei, l. ſi rem, & pre
tium. vbi gloſſ. & Docto. ff. de petit. hęred. &
concordan. de quibus per eum.
Sed iſta ratio iudicio meo nihil valet, quia ſolū
militat in vniuerſali venditione hæreditatis,
& huiuſmodi vniuerſalibus iuribus; diſpoſi-
39 tio autem dicti. §. fin. † loquitur in re parti-
culari hæreditaria, comprobat Alex. d. con-
ſilio 3. num. 8. volum. 3. & Opizo. in d. §. diui.
nume. 25. verſi. aduerte tamen, quia vbi res
vniuerſaliter, & in genere ſunt ſubiectæ reſti-
tutioni fideicommiſſ. valet tamen particula-
ris alienatio facta de aliquibus ex dictis re-
bus. &c.
Secunda eſt ratio, per quam mouetur Ruin. d.
conſi. 218. quod ex æquitate alienatio rei fidei
commiſſariæ ſortitur effectum propter bo-
nam fidem tam ementis, quam vendentis
cū promiſſione conſeruationis fideicommiſ-
ſariæ à damno, ex quo pretium conſequitur:
& hanc rationem bonæ fidei firmat etiam
Caſtren. conſi. 94. clarum eſt in iure. in prin.
in 2. parte.
Verumtamen hæc quoq; ſecūda ratio nihil eſt,
quia ſi ea vera eſſet, ſequeretur, quod etiam
vbi eſſemus in fideicommiſſo reſultante ex
prohibitione expreſſa teſtatoris, valeret alie-
natio, data ignorantia contrahentium; quod
tamen omnes negant, vt ſuprà dixi in prin-
cipio iſtius ſeptimæ differentiæ.
Secunda eſt conſideratio circa dictum §. fina. vt
40 diſpoſitio dicti. §. fin. procedat ſolùm † in fi-
deicommiſſo conditionali, ſecus autem ſi
agatur de fideicommiſſo purè relicto, quia
dominium illius ipſo iure tranſit in fideicō-
commiſſariū ſtatim incontinenti, & ſic alie-
natio ſi fiat redditur nulla, vt voluit, licet
ſub dubio, Imo. in l. quidam ità. §. ſi quis. ff.
ad Trebelli. quicquid Caſtren. contrarium
tenuerit. in d. l. fina. §. ſed quia. C. communia
de legat. quem ſequendo Imo. reprobat
Opizo. in repetitio. dict. §. diui. numero 24. &
hoc ſiue fideicommiſſum ſit vniuerſale, ſiue
particulare, vt ibi per eum.
Tertia eſt conſideratio, an in caſu dictę l. fin. §.
41 fina. ff. de lega. 2. † neceſſaria ſit ignorantia
vtriuſq; tam alienantis, quàm acquirentis.
qua in re textus in d. §. fina. videtur deſidera-
re vtriuſq; concurrere debere ignorantiam,
& probat Ruinus d. conſi. 118. colum. 1. ſub
num. 1. volu. 2. & conſentire videtur Roland.
d. conſi. 81. poſt princ. volum. 2. & Alex. dicto
conſi. 3. num. 3. in fi. & ſeq. volum. 3. & Curt.
Iun. conſi. 8. num. 1. & apertè idem reſpondit
Caſtren. d. conſi. 94. clarum eſt in iure. in
princip. in 2. parte.
Contrarium tamen, quòd immò ad validitatē
alienationis in caſu dicti §. fin. ſufficiat adeſ-
ſe ignorantiam alienantis, tenuit expreſsè
Auge. in d. l. fin. §. ſed quia. num. 1. in fine,
verſi. & ideò ſit cautus aduocatus, vt ſem-
per deducat ſcientiam alienantis. C. cōmun.
de legat. & idem dicit in l. Marcellus. §. res,
quæ. num. 2. in princip. ff. ad Trebellian. quē
* omnes

* * omnes ſequuntur, de quibus ſuprà, & in-
frà, licet eum malè referat Rolan. d. conſi. 81.
poſt principium.

Multi etiam tenuerunt ſufficere ignorantiam
alterius, vel alienantis, vel acquirentis, de
quibus per Neuizan. conſi. 32. num. 9. quos
tamen ipſe reprobat, & eum ſequitur Ro-
lan. d. conſi. 81. poſt principium.

Quarta eſt conſideratio circa diſpoſitionem
dicti. §. fin. l. fin. ff. de legat. 2. quod intantùm
42 valet alienatio facta per ignorantem, † vt ni-
ſi allegetur, & probetur ſcientia ipſius non
poſſit fideicommiſſarius actor obtinere, vt
ſignanter dixit Ange. in d. l. Marcellus. §. res,
quæ. num. 2. in princ. ff. ad Trebellia. verſi. vlt.
ſit cautus aduocatus petẽtis reſtitutionem
rei alienatæ venditione pendente, vt articu-
letur, & probet notitiam teſtamenti, quia
hoc non docto, nõ reuocaretur alienatio &c.
per tex. in d. §. fina. ad idem etiam allegatur
Ange. in d. l. fin. §. ſed quia. nu. 1. in fine. verſic.
& ideò ſit cautus aduocatus auctoris, vt ſem
per deducat ſcientiam alienantis, aliàs ſuc-
cumberet &c. C. commun. de legat. ſed certè
ibi Ang. nihil dicit de probatione dictę qua-
litatis, ſed ſolùm de deductione; ſed aliud
eſt deducere, aliud probare: nihilominus, vt
dixi, Doctores eum ſequuntur, Alex. d. con-
ſilio 3. ſub nume. 3. vol. 3. Ruin. d. conſi. 118.
Dec. conſi. 236. numero 7. & concordan. per
Rolan. in d. conſi. 81. poſt principium. vol. 2.
poſt Ripam in d. §. diui. num. 11. in fine, verſi.
nota tamen. & Opizo. ibidem, ſub nume. 25.
vbi etiam concordan. citat.

Eſt verum, quòd Dec. d. conſi. 236. num. 8. te-
net contra Ange. ſed dura eſt pugna viperæ
cum tauro.

Poſſet tamẽ ſuſtineri opinio Dec. vbi eſſemus in
grauato extraneo, qui alienauit, ſecus in
43 ſuo herede, † in quo pręſumitur ignorantia
teſtamẽti paterni, Bar. in l. qui Romę. §. duo
fratres. col. 3. ff. de verbo. obligat. & cum iſta
* diſtinctione tranſeunt * communiter Doct.
vt poſt plures concordan. Opizo. in d. §. di-
ui. num. 25. in fine. Alex. dicto conſilio 3, vo-
lum. 3. quia extraneus hęres pręſumitur poſ
ſidere ex tit. teſtamenti pręambulo, Curt.
Iun. conſi. 88. num. 6.

Non deſunt tamen, qui tenent contra dictam
diſtinctionem, vt etiam in ſuo hęrede in te-
ſtamento nuncupatiuo ſtãte etiam ſcientia
teſtamenti paterni, Caſtren. dicto conſ. 94.
colum. 1. in 2. parte.

44 Scientia autem † ex multis cognoſci poteſt,
de quibus per Rolan. d. conſilio 81. & Curt.
Iun. conſi. 88. Caſtren. d. conſ. 94. colum. 2.
in 2. parte, vbi exemplificat in eo, qui proba
tur habuiſſe teſtamentum penes ſe, vt ibi
per eum, & Alex. conſi. 147. num. 5. volu. 2.
& abũdè habetur per Doct. poſt Bar. in l. qui
Romę. §. duo fratres. in 2. quęſt. ff. de verb. ob
ligat.

Quinta eſt conſideratio circa diſpoſitionem di
45 cti §. fin. an requiratur ignorantia † ad vali-
ditatem alienationis fideicommiſſi, & qua-
litatis rei alienatæ, quòd eſſet obnoxia fidei-
commiſſo, & hac in re Docto. ſuprà citati
omnes conueniunt, & loquuntur in igno-
rantia fideicommiſſi, prout etiam loquitur
tex. in dicto. §. fina.

Sexta eſt conſideratio, quòd & ſi iuſta ignoran
46 tia alienantis, † & acquirentis operetur va-
liditatem alienationis irreuocabiliter, vt ſu-
pra fuit dictum, tamen hoc non procedit
vbi pro parte rei conuenti oppoſitum fue-
rit probatum, & ſic alienantem prius excuti
debere pro æſtimatione, & valore rei, vt tra-
dit Rolan. conſi. 11. nu. 23. & ſeq. vol. 1. con-
ſtat enim remedium diſpoſitionis dictę l. fin.
§. fi. ff. de lega. 2. ſubſidiarium eſſe, vt ità do-
mum inquietari non poſſit acquirens per
fideicommiſſarium, ſi is pretium, vel æſtima
tionem rei poſſit conſequi ab alienante, ſeu
eius hęrede, vt habetur apud Apoſtillato.
Alex. dicto conſi. 3. ſub numero 4. volum. 3. &
probat Rolan. dicto conſi. 81. num. 16. vol. 2.
aliàs enim alienatio retractaretur, ſi alie-
nans, vel cauſam habens ab eo tanquam hę-
res non eſſet ſoluendo, Caſtrenſ. d. conſi. 94.
in prin. in 2. parte.

Septima eſt conſideratio, vt ſupradicta conclu
47 ſio procedat in alienatione, † quę fieret per
ipſum grauatum ſiue ex voluntate pura ip-
ſius, ſiue etiam ex neceſſitate proueniente ex
facto, vel culpa ipſius, ſic enim generaliter
loquitur textus in dicta l. fin. §. ſin autem ſub
conditione. C. commun. de legat. & hoc pro-
cedit, dummodò non ſimus in prohibitione
expreſſa hominis; quia tunc ſtatim poſſet
reuocari alienatio, vt ſuprà diximus, & ha-
betur in l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2.
& Bar. ibidẽ, & Doctores in §. diui. quidquid
Alciat. in dicto §. diui. contradicat, impugnã
do dictam differentiam inter prohibitionẽ
legalem, & expreſſam hominis, & conſi. 8.
lib. 3. illud enim repugnat communi tra-
ditioni, vt abundè habetur per Alex. con-
ſi. 25. volum. 1.

Octaua erit differentia, quia ſtante expreſſa
prohibitione tunc ſtatim ſecura alienatio-
ne poterit propria authoritate is, ad cuius
fauorem prohibita fuit alienatio, apprehen-
dere bona alienata, vt poſt Iaſ. & Crauet.
per eum relatos, tenet Zanch. in vulgato §.
cum ità, nu. 407. ſecus autem in tacita; quia
in ea legatum, vel fideicommiſſum accipi de-

bet

bet de manu heredis, vt notum eſt in iure noſtro.

Nona eſt differentia, quia ex bonis tacitè pro-
48 hibitis alienari † poteſt deduci Trebellianica, toto tit. ff. & C. ad Trebell. ſecus autem ex prohibitis expreſsè alienari; Authen. ſed in ea. C. ad leg. Falcid. Alciat. conſilio 484. ſub numero 9.

Non omitto autem, quòd vbi prohibitus alie-
49 nare contrafacit; † tunc in caſibus, in quibus tenet alienatio, ipſe tenetur ſubſtituto ad pretium, ſecundum Bar. in dicto §. diui. in 5. oppoſitio. num. 6. ad fin. & in ſubſidium ipſo non exiſtente ſoluendo actio eſt ad rem alienatam; Ripa ibidem, num. 49.

Videamus modò in quibus caſibus alienatio
50 dicatur prohibita, † etiam ſi expreſsè, vel nominatim de prohibitione alienationis nihil ſit dictum. Et in primis dicitur alienatio prohibita neceſſariò, vbi teſtatot iuſſit, & mandauit, quòd bona ſua perpetuò inter omnes eius deſcendentes remaneant communia, & pro indiuiſo, ità enim reſpondit Ruinus conſi. 134. nu. 5. in fi. & ſeq. vol. 2. Sunt & alij multi caſus ſimiles, quos quilibet de per ſe facilè colligere poteſt etiam ex prędictis.

ARGVMENTVM.

De differentijs inter prohibitionem de non alienando in vltima voluntate, & illam, quę fit inter contrahentes.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria & fideicommiſſum fieri poteſt non ſolùm in vltima voluntate, ſed etiam in omnibus actibus inter viuos.*

2 *Dominij tranſlatio impeditur per prohibitionẽ legis, vel teſtatoris, ſecus in prohibitione in actu inter viuos; vbi exempla.*

3 *Dominij tranſlatio licet non impediatur ex pacto, tamen alienans tenetur parti ad omnia damna & intereſſe.*

4 *Prohibitio alienandi à lege inducta, vel teſtatore impedit alienationem, quando remouet potentiam ab actu, & actum perfectum demonſtrat: vbi declarat.*

5 *Dominij tranſlatio impeditur etiam ex pacto non alienandi quando verba hoc inferunt; verbi gratia, ſi dicatur ipſo iure, vel ſine iudicis miniſterio.*

6 *Legitima non detrahitur ex prohibitione legali, vel conuentionali, vel teſtatoris, ſecus ex prohibitione, à qua legitime detrahitur.*

7 *Prohibitio teſtatoris debet eſſe veſtita, ſecus in conuentionali.*

8 *Fideicommiſſum conuentionale ſtrictius interpretatur, quàm fideicommiſſum vltimæ voluntatis.*

QVAESTIO. IIII.

1 SVbſequitur quarta principalis quæſtio, in qua breuiter etiam concludendo, dico, nõ eſſe dubium, quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria, † & fideicommiſſum fieri poteſt non ſolùm in vltima voluntate, ſed & in contractibus, & donatione cauſa mortis, vt concludit Parlamen. Delphi. deciſio. 597. numero 3. in ſecunda parte. & latè probat Decia. conſi. 41. num. 17. volum. 1. & abundè etiam ſcripſi de anno 1577. in vna Parmenſe ſuper validitate fideicommiſſi reciproci cõuentionalis inter prohibitionem legis, ſtatuti, & teſtatoris expreſſam. iſtę enim diſpoſitiones à pari procedunt regulariter, vt dicũt Doct. infrà citandi. Sunt tñ plures differentiæ inter prohibitionem hominis in ultima uolũtate & prohibitioné inter viuos.

2 Qm̃ in primis cõſtar dñij tranſlationẽ † impediri per prohibitionem legis, vel teſtatoris, ſecus autem eſt in prohibitione de non alienando firmata in aliquo contractu, vel actu inter viuos, vt concludit Ioan de Ana. conſilio 47. num. 8. & ante eum Cuma. in d. l. peto. §. fratre. in vtraq; lectu. ff. de lega. 2. & abũdè Imo. in l. ſi quis ità. §. ea lege. ff. de verb. obligat. & ibi cæteri ſequuntur, & Imo. vbi ſuprà, loquitur etiam in laudo, & ſententia. & in terminis donationis factæ hoſpitali cũ pacto, quòd non poſſit fieri alienatio, ſed ꝙ ſemper res remaneat apud hoſpitale, Federi. de Sen. conſ. 189. donatio. quamuis dicat, ꝙ reuocatio alienationis fieri nõ poteſt ad inſtantiam donatoris, ex quo ius iſtud ſibi nõ reſeruauit. & in pacto de non alienando, quando valeat alienatio, vel non, Natta conſilio 474. & latius conſi. 531. & conſi. 528. & conſi. 561. num. 14. & plur. ſeq. & Ripa in l. filiusfamilias. §. diui. num. 43. & plur. ſeq. ff. de legat. 1. & ibi nu. 45. citat authores inſtruentes notarios ad benè concipiendum verba pactorum de nõ alienando, & ſucceſſiuè tractat etiam materiam prohibirionis de non alienando per ſtatuta, vt ibi latè per eum. quod & probat Crot. conſi. 13. num. 42. & latiſſime hanc quæſtionem in materia conttactus examinat Opizo in d. §. diui. nume. 149. & plur. ſeq. faciens poſt Bart. & alios concluſionem, quòd regulariter per pactum non poteſt prohiberi alienatio, & ibi addit multas limitationes, de quibus per eum. & abundè ante eum Brun. conſi. 67. colum. 1. & ſeq.

ad quos ſufficiat remiſſio. Veruntamen non
omitto, quod in caſibus, in quibus per pa-
3 ctum dominij tranſlatio non impeditur, †ta
men ſemper verum eſt alienantem teneri; &
obligatum eſſe alteri parti ad omnia dam-
na, & intereſſe, vt eſt tex. & ibi in ſpecie not.
Imo. in princip. in l. ſi ità quis. §. ea lege. ff. de
verbo. obligat. quem tex. & glo. ad hoc citat
Bru. d. conſi. 67. nu. 2. verſi. hoc ſic pręmiſſo,
& num. ſeq. & latiſſimè de fideicommiſſo in
donatione facta ob cauſam matrimonij &
erectione primogenituræ Decia. conſilio 31.
vol. 1. & conſi. 7. eod.

Declaratur tamen hęc concluſio, vt proce-
dat, quod dictum eſt de alienatione prohi-
4 bita per teſtatorem, vel per legem, †vt proce-
dat inquam, vbi ſimpliciter facta eſt prohi-
bitio de non alienando, ſecus autem, vbi ver
ba prohibitionis actum perfectum demon-
ſtrarent, vt ſuprà dixi in tertia quęſtione
principali in prima differentia. Etenim vt
prohibitiò impediat alienationem, oportet
remouere potentiam ab actu, vt impediatur
dominij tranſlatio, putà, ſi ſit dictum, ſi ad
aliquem actum alienationis deuenerit, alie-
natio ſit nulla; ſecus ſi ſit dictum, ſi aliena-
ueris, & huiuſmodi: ità concludit Bar. in l.
ſi quis poſſeſſionem. ff. de acquir. poſſeſſ. quē
probat inter conſilia Fede. conſilio 8. ſub nu
mero 18.

Et ratio iſtius concluſionis ea eſt; quia, vt in-
quit Io. de Ana. vbi ſuprà, mitius agitur
cum contrahente, quàm cum ipſa lege, vel
teſtatore. quæ ratio pugnare videtur cum
regula communi, quæ habet; quòd Mitius
agitur cum lege, quàm cum homine, de qua
per Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem. num. 10.
Inſtit. de actio.

Et ideò melior videtur eſſe ratio, quòd fortius,
& pinguius operatur diſpoſitio legis, & te-
ſtatoris, quàm hominis inter viuos.

Secundò declaratur ſupradicta concluſio, vt
procedat etiam in alienatione interdicta in
5 contractu, †etiam ſi verba obliqua, vel com-
munia concepta ſint, alterata tamen, & fal-
ſa in decurſu ex vi aliorum verborum adie-
ctorum; vt ſi dictū ſit, ipſo iure, & factò ſine
aliquo iudicis miniſterio transferatur, &
tranſlata eſſe dicatur in alium; vt per Cepha.
conſi. 353. num. 28. & plur. ſeq. vol. 3. De qua
declaratione, & alijs multis videndum eſt,
vt per Bru. & Crot. ſuprà citatos.

Alia eſt etiam differentia inter prohibitio-
nem in contractibus factam, † & illam, quæ
per legem, vel ſtatutum, ſeu in vltima volun-
tate fit; quia ab illa non detrahitur aliqua
legitima, ab alijs autem ſecùs. ità concludit
Decia. d. conſi. 41. nu. 18. & ſeq. vol. 1. quam-
uis ille ſit deceptus, inquantum dixit, vnicā
ſolam iſtam dari differentiam: quod tamē à
vero alienum eſt, vt ſupra dixi, & ſic putet,
ſed malè, non eſſe verum, quòd fideicommiſ-
ſum inductum in nihilo differat ab alijs, niſi
hac in re.

Alia differentia eſt, quia prohibitio teſtato-
7 ris † vt valeat, debet eſſe veſtita, l. filiusfami
* lias. §. diui. & ibi* omnes not. ff. de leg. 1. pro-
hibitio autem conuentionalis nullam cau-
ſam requirit; Marcabrun. conſilio 83. nu-
mero 94.

8 Alia quoque eſt differentia, †quia in fidei-
commiſſo conuentionali fit ſtrictior inter-
pretatio, quàm in fideicommiſſo vltimę vo-
luntatis, in quo ſæpè fit extenſio de caſu ad
caſum, & huiuſmodi; ita reſpondit Roland.
conſilio 59. numero 21. in fi. & ſequen. vo-
lumine 3.

ARGVMENTVM.

Quibus caſibus fideicommiſſum abſolutum,
id eſt, in caſum alienationis, & mortis di-
catur inductum per prohibitionem de non
alienando.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum abſolutum, ideſt, ſimplex, in caſu alienationis, & mortis ſubeſſe dicitur.*

2 *Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum inducitur, quando teſtator procedit diſponendo, vt bona ſua &c.*

3 *Fideicommiſſum eſt ſimplex, quando teſtator incepit à præcedenti diſpoſitione, ſecus ſi à prohibitione.*

4 *Fideicommiſſum in caſum alienationis tantùm non poteſt verificari, quando adeſt verbum Perpetuò.*

5 *Prohibitio alienationis extra familiam cenſetur facta, vt bona conſeruentur in familia.*

6 *Bona conſeruari, vel non exire, vel non alienari extra familiam, idem ſignificat.*

7 *Bona tranſire de hærede in hæredem, vel de hæredibus in hæredes, vel non alienari extra familiam, idem eſt.*

8 *Bona ſua conſeruari in domo ſua, aut deſcendentibus, idem eſt.*

9 *Ratio, vt bona mea remaneant in deſcendentes meos prohibeo alienari, inducit fideicommiſſum ſimplex.*

10 *Prohibeo bona alienari, quia volo, quòd bona remaneant in deſcendentes, ſtat diſpoſitiuè.*

11 *Ratio, vt bona perpetuò poſſideantur per maſculos, inducit fideicommiſſum abſolutum.*

12 *Verba iſta Perpetuò, Semper, omni tempore, In infi-*

nitum

nitum, & huiuſmodi important fideicommiſſum abſolutum.

13 *Ratio diſpoſitiuè adiecta prohibitioni inducit fideicommiſſum; quomodo id intelligendum ſit, & num. 14.*

15 *Verbum Perpetuò an importet fideicommiſsum, latè expenditur.*

16 *Bona mea nolo exire familiam, vel perpetuò in ea remanere, non extendit fideicommiſsum vltra quartum gradum.*

17 *Fideicommiſsum abſolutum & ſimplex eſt fauorabile, propter conſeruationem bonorum in familia.*

18 *Intellectus §. nos autem. auth. de reſtitut. fideicommiſs.*

19 *Fideicommiſsum abſolutum cenſetur inductum per hæc verba, Et ſic mandat d. bona perſeuerare in d. filijs. idem ſi dicat tranſire de hærede in hæredem, vt ibi.*

20 *Fideicommiſsum abſolutum inducitur per verba, Peto, ne exeant de nomine meo, vel familia.*

21 *Fideicommiſsum abſolutum inducitur per verba, Quod bona non egrediantur familiam in infinitum.*

22 *Fideicommiſsum abſolutum inducitur per verba prohibitioni adiecta per modum rationis, verbi gratia, ita & taliter quod non exeant &c.*

23 *Fideicommiſsum abſolutum inducitur, quando teſtator inſtitutis deſcendentibus prohibet bona alienari, niſi in caſu neceſſitatis.*

24 *Verba fideicommiſſi non incipiunt à prohibitione, ergò ſunt diſpoſitiua, eſt bona conſequentia.*

25 *Fideicommiſsum abſolutum inducitur, quando teſtator mandat bona totaliter remanere in familia.*

26 *Ratio non ampliat dictum vltra perſonas à teſtatore nominatim expreſsas.*

27 *Diſpoſitio relatiua non dicitur reſtricta ad formam relati, niſi adſit dictio reſtrictiua, vt Tunc, & eo caſu, vel vt ſuprà.*

28 *Prohibitio alienationis cum cauſa, ſcilicet, vt bona non exeant de familia, ſed in ea remaneant, inducit ſimplex, & abſolutum fideicommiſsum. & ibi latè id examinatur.*

29 *Lex pater filium. §. filiam. ff. de leg. 3. declaratur latiſſimè.*

30 *Verba adiecta prohibitioni veſtitæ debent declarari, vt importent fideicommiſsum minus, quàm fieri poſſit.*

31 *Verba in fideicommiſſis inculcari non incongruit ad maiorem declarationem.*

32 *Superfluum non dicitur, ſi teſtator, quod ſenſit tacitè, expreſsè deſcribit ad maiorem explicationem.*

33 *Verba geminata inducunt fideicommiſsum abſolutum.*

34 *Verba geminata oſtendunt enixam mentem, tantò magis ſi ſint præciſa.*

35 *Verba Omnino, Totaliter, important fideicommiſſum abſolutum.*

36 *Verba geminata quando non importent fideicommiſſum abſolutum.*

37 *Ratio, quia volo &c. adiecta prohibitioni veſtitæ, ne ſit ſuperflua, inducit fideicommiſſum abſolutum.*

38 *Verba in contractibus adiecta per modum cauſæ finalis, ſiue per modum enunciandi, vltra prohibitionem veſtitam inducunt fideicommiſſum abſolutum.*

39 *Prohibitio veſtita etiam cum cauſa, non inducit fideicommiſſum abſolutum, ſi detur licentia alienandi inter deſcendentes.*

40 *Prohibitio veſtita non inducit fideicommiſſum abſolutum, quando verba non tenderent ad eundem, ſed ad diuerſum finem, & ſic non eſſent ſuperflua, vt in pœnæ adiectione.*

41 *Prohibitio alienationis cum ratione, Quia volo bona conſeruari in familia, per modum cauſæ finalis adiecta, fideicommiſſum ſimplex non inducit. Contraria eſt communior ſententia, & ſic affirmatiua, vt num. 42.*

43 *Ratio ampliat dictum in fideicommiſſis, & extendit de perſona ad perſonam, de caſu ad caſum, & de tempore ad tempus.*
Quod intellige, ſi ſit generalior dicto, vt ibidem, & infrà num. 45.

44 *Opinio magis communis dicitur, quæ plurium authoritate firmatur.*

46 *Prohibitio cum cauſa adiecta per verba enunciatiua non inducit ſimplex fideicommiſsum.*

47 *Fideicommiſſum inducitur per verba enunciatiua.*

48 *Verba enunciatiua inducunt fideicommiſſum in caſum alienationis tantùm, verbi gratia, vt bona &c. ſecus ſi dicat, quia volo &c. quia ſtat diſpoſitiuè.*

49 *Fideicommiſſum abſolutum eſſe interpretari debemus, vbi verba ſunt apta.*

50 *Ratio generalis adiecta non operatur fideicommiſſum abſolutum, quando eſt reſtricta ad certas perſonas.*

51 *Prohibitio alienandi in certo caſu non extenditur ad alios.*

52 *Prohibitio dicitur reſtricta ad certas perſonas, quando certæ perſonæ ſunt prohibitæ, licet ratio ſit generalis ad plures perſonas, vel gradus perſonarum, ſecundum aliquos.*

53 *Fideicommiſsum filijs iniunctum non extenditur ad nepotes, quando prohibitio ſuit concepta per verba perſonaliſſima.*

54 *Prohibitio alienationis ad certum tempus, an vltra illud tempus extendatur, ſi ratio ſit amplior: vbi latè de hoc.*

55 *Probibitio non egreditur perſonas, ad quas eſt li-*

mitata etiam quando adeſt ratio, ſed limitata.

56 Extenſio non fit de perſona ad perſonam in fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus.
Ampliatur etiam ex identitate rationis, vt numero 57.
Ampliatur ſecundò etiam ex tacita, & veriſimili mente teſtatoris, vt num. 58.

59 Fideicommiſſi inducendi, vel extendendi materia eſt odioſa.

60 Probibitio facta filijs non extenditur ad nepotes, quando in filijs eſt effectum ſortita.
Ampliatur, quando eſt facta filio eius nomine expreſſo, vt num. 61. & ibidem,
Ampliatur, etiam ſtante prætextu bonorum conſeruandorum in agnatione fortè propter cauſam veſtitam.
Ampliatur etiam ſtante maioritate dilectionis, vt num. 62.

63 Extenſio non fit in materia fideicommiſſaria etiam ex identitate rationis.
Ampliatur etiã ſi ſit ſubſtituta cauſa pia, vt ſub numero ſequen. 64.

64 Diuinatio in teſtamentis eſt fugienda: & ibidem quando dicatur diuinatio.

65 Extenſio non fit de caſu ad caſum deficiente conditione fideicommiſſi, etiam ſi adſit ratio, quia nolo &c.

66 Extenſio fit ex identitate rationis, maximè ſi ratio ſit expreſſa, & ſi aliàs ſequeretur abſurdum.

67 Extenſio fit in fideicommiſſis quando verba ſaltem impropriando poſſunt conuenire.

68 Fideicommiſſum tendens ad conſeruationem familiæ dicitur fauorabile, & plur. numer. ſequen.

69 Prohibitio alienationis inducta à iure, lege, vel ſtatuto non dicitur odioſa

70 Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, in ſubſtitutione non expirat, ſtantibus coniecturis; licet filij filiorum poſteà decedant ſine filijs.

71 Onus fideicommiſſi an detur ſine honore: & ſic de veritate regulæ, Quem non honoro non onero. & plurib. ſeq numeris.

72 Honorati & grauati cenſentur omnes, quando teſtator vult bona conſeruari in agnatione.

73. Proprietas intelligitur relicta vſufructuario, ſi prohibeatur alienare per teſtatorem.

74 Grauans ad faciendum celebrare anniuerſarium in perpetuum pro anima ſua, cenſetur reliquiſſe grauato bona ſua, & feciſſe fideicommiſſum, niſi ſe ad certas perſonas reſtrinxerit.

75 Diſpenſatio Papæ ſuper matrimonio extenditur ad legitimationem filiorum.

76 Prohibens alienare cenſetur probibitos vocare ad fideicommiſſum. & nu. ſeq.

77 Regula, Qui vult conſequens vult etiam antecedens, declaratur.

78 Regula, Quem non honoro &c. non procedit, quando quis eſt in conditione poſitus, & grauatus.

79 Ratio generalis adiecta probibitioni reddit prohibitionem imperſonalem, ſeu in rem ſcriptam.

80 Regula, Quem non honoro &c. ſolùm procedit in hærede, ſeu legatario circa rem propriam ipſius, ſecus autem ſi ſit grauatus circa bona ipſius teſtatoris.

81 Regulo, Quem non honoro non onero, fallit ſtante ratione, quia volo &c.

82 Ratio, quia volo &c. extendit diſpoſitionem de caſu ad caſum, de tempore ad tempus, & de perſona ad perſonam.

83 Ratio, quia vult bona ſua perpetuò peruenire &c. extendit fideicommiſſum vltra quartum gradum

84 Ratio, quia volo &c. ampliat diſpoſitionem etiã ad certas perſonas reſtrictam.

85 Fulgoſius noluit conſulere contra Bartolum propter eius authoritatem in materia prohibitionis.

86 Rationis identitas, vel maioritas ampliat ſubſtitutionem, à qua in tali materia licet arguere.

87 Ratio, quia volo &c. nihil intereſt, an prohibitionem præcedat, vel ſequatur.

88 Ordo intellectus magis attenditur, quàm ordo ſcripturæ in prohibitionibus, & fideicommiſſis.

89 Ratio ampliat diſpoſitionem, etiam ſi tacitè ſumatur ex coniecturis.

90 Onus adiectum prohibitioni habens cauſam perpetuam, vt ſoluendi quid in vſus pios, realem prohibitionem reddit.

91 Fideicommiſſum abſolutum inducitur, quando deſcendentes teſtator alienare prohibuit, ſed voluit ea ad ipſos ſpectare, & pertinere, & hoc, quia cenſetur facta fauore deſcendentium.

92 Extenſio in materia prohibitionis ex identitate rationis fit, etiã ex tacita & coniecturata de perſona ad perſonam.

93 Expreſſio rationis in diſpoſitione inducit extenſionem de caſu ad caſum, de re ad rem, de tempore ad tempus, & de perſona ad perſonam. vbi plura exempla de his.

94 Ratio expreſſa non dicitur extenſio, ſed comprehenſio.

95 Prohibitio alienandi facta hæredi cum ratione, quia volo peruenire ad deſcendentes, extenditur ad omnes deſcendentes. Quod ibidem declaratur.

96 Extenſio fit de perſona ad perſonam in materia prohibitionis, niſi conſtet teſtatorem ſe reſtrinxiſſe ad certam perſonam.

97 Extenſio non fit, quando variatur perſona ſubſtituti, vel ratio non eſt expreſſa, nec cauſa finalis, nec coniecturæ ſunt neceſſariæ, vel multum vrgentes, quando agitur de mente coniecturanda.

98 Ex-

98 *Extenſio de perſona ad perſonam non fit, quando perſona ſiue ex verbis, ſiue ex mente eſt aliquo modo comprehenſa in diſpoſitione.*

99 *Extenſio fit de perſona ad perſonam, quoties teſtator veriſimiliter idem de alia perſona diſpoſuiſſet, ſi cogitaſſet, uel fuiſſet interrogatus.*

100 *Ratio probibitionis prægnantibus, & geminatis verbis adiecta, inducit fideicommiſſum abſolutū, ſecus ſi paucis, & ſterilibus.*

101 *Fideicommiſſum abſolutum non inducitur per rationem adiectam, ſi contrarietur diſpoſitioni præcedenti, v. g. ſi ſuprà ſit data licentia alienandi.*

102 *Prohibitio alienationis inducit fideicommiſſum abſolutum concurrentibus alijs coniecturis.*

103 *Ratio generalis adiecta prohibitioni non ſeruat naturam ſuam dato ſubſtituto extraneo, vel aliqua perſona, ſeu gradu ſpeciali.*

104 *Verbum Omninò vltra rationem finalem appoſitū importat fideicommiſſum abſolutum.*

105 *Grauatus reſtituere vno caſu eueniente tantùm cum prohibitione alienandi, & ratione quia &c. an illo caſu eueniente dicatur grauatus per fideicommiſſum ſimplex & abſolutum.*

106 *Fideicommiſſum abſolutum non interpretatur, quando nondum fuit ſortitum effectum, ſecus ſi ſit ſortitum.*

107 *Coniecturæ neceſſariæ requirūtur in fideicommiſſo inducendo, ſecus in inducto propagando.*

108 *Extenſio de perſona ad perſonam fit difficilius in fideicommiſſo reciproco bonorum in familia conſeruatiuo, quàm in fideicommiſſo in caſum alienationis tantùm.*

109 *Fideicommiſſum abſolutum inducitur non ſolum ſi dicatur, in infinitum in tota agnatione, vel familia, ſed ſi dicatur in perpetuum vſq; ad tertiam, vel quartam generationem.*

110 *Cauſa, vt bona conſeruentur in familia, & agnatione, ſeu vadant in familia de hærede in hæredem, inducit fideicommiſſum abſolutum.*

111 *Cauſa adiecta per verbum, vt in familia &c. vel per verbum, quia voluit in familia &c. an differant.*

112 *Ratio, quia nolo bona tranſire de hærede in hæredē adiecta probibitioni facta aliquibus admiſſis, aliquo alienante inducit fideicommiſſum abſolutum.*

113 *L. Peto. §. fratre. ff. de leg. 2. intellectus latè examinatur. & nu. ſeq. ac 119. & 121. vbi contra communem.*

114 *Externus hæres quis dicatur. & num. 116.*

115 *Ratio, vt in familia relinquatur, vel in familia remaneat eſt eadem. & nu. 118. quo caſu poteſt relinqui in familia, vt ibi.*

117 *Inſtituere hæredem vnum ex familia repugnat naturæ fideicommiſſi abſoluti.*

120 *Argumentum à contrario ſenſu habet locum in materia probibitionis fideicommiſſariæ.*

122 *Fideicommiſſum in caſum mortis inducitur, nedū abſolutum, ſi adſit prohibitio alienationis, excepta legitima & vrgenti neceſſitate, & in pœnā alienantis vocatis non alienantibus.*

123 *Probibitus alienare hoc addito, quòd in familia retineat, cenſetur per hęc verba grauatus fideicommiſſo ſimplici & abſoluto in caſum alienationis, & mortis.*

124 *Alienatione prohibita extra nomen teſtatricis per hæc uerba, Veto de nomine meo exire, ſed ad vernas meos, quos nominaui pertinere, ſi vnus & ult. tantum reperiatur ex vernis admittitur ad totum ſed per fideicommiſſum in caſum alienationis tantum: & ibi latè expenditur tex. l. pater filium. §. filiam ff. de leg. 3.*

125 *In dubio iudicandum eſt contra fideicommiſſum.*

126 *Quos nominaui, &c. hoc relatiuum excludit non nominatos.*

127 *Probibitio alienationis bonorum maximè immobilium cum ratione, quia voluit perpetuò remanere intra familiam, inducit fideicommiſſum abſolutum.*

128 *Fideicommiſſum abſolutum inducitur per uerba vniuerſalia geminata, & pręciſa, & pœnalia, vt bona permaneant in deſcendentes in ſtirpes, non in capita.*

129 *Verba imperſonalia cum ratione, quia volo &c. important fideicommiſſum abſolutum.*

130 *Probibens hæredes, & deſcendentes alienare, inducit fideicommiſſum in caſum alienationis.*

131 *Verba iſta, Vt poſſint ad filios eius peruenire, important fideicommiſſum in caſum alienationis tantùm.*

132 *Probibitio vt bona remaneant; &c. & in pęnam alienationis vocato tertio, ſeu loco pio, inducit fideicommiſſum in caſum alienationis tantū, contra Ruin.*

133 *Intellectus l. filiusfamilias. §. cum pater. ff. de leg. 1. remiſſiuè.*

134 *Pœna adiecta probitioni filiorum, & nepotum contemplatione facta, & ideò veſtita, inducit fideicommiſſum abſolutum, ne ſit otioſa. Intellectus l. codicillis. §. inſtituto ff. de leg. 2. contra Senat. Pedem. vt eod. nu. 134.*

135 *Intellectus l. pater filium. §. quindecim. ff. de leg. 3. Fideicommiſſum abſolutum an ſit inductum in caſum l. pater filium. §. quindecim. ff. de leg. 3. vt eod. nu. 135.*

136 *Verbum Alij poſitum in probibitione intelligitur de extraneo, & extra contentos in ea.*

137 *Alienatio intelligitur probibita inter comprehenſos, quando adeſt fideicommiſſum abſolutum.*

138 *Alienatio portionis acquiſitæ in extraneos eſt contra naturam fideicommiſſi abſoluti, & bonorum conſeruatiui in familia.*

139 *In fideicommiſſo abſoluto ſoli de familia admittuntur.*

140 *Prohibitio ſimplex multum differt à pœna reſtricta ad partem cuiuſcunq;.*

141 *Onus iniunctum perpetuò inſtitutis, & ſubſtitutis de faciendo celebrari vnum anniuerſarium, inducit fideicommiſſum abſolutum.*

142 *Communio perpetua filijs indicta cum ratione, quia volo &c. inducit fideicommiſſum abſolutum.*

143 *Diuiſionis prohibitio ad vitam filiorum eſt valida.*

144 *Prohibitio facta filijs, & eorum deſcendentibus inducit fideicommiſſum ſucceſſiuum.*

145 *Prohibitio alienationis facta filijs, vt in familia relinquatur, inducit fideicommiſſum in caſum alienationis.*

146 *Detractione falcidiæ, & legitimæ prohibita, atque etiam confiſcatione prohibita, intelligitur inductum fideicommiſſum abſolutum.*

147 *Deſcendentibus vocatis ità, & taliter, quod bona perueniant in deſcendentes, inducitur fideicommiſſum ſimplex & abſolutum.*
Quod declara, vt ibi.
Intellectus l. cum ità.§.in fideicommiſſo. latè expenditur ſub eod. num. 147. cum ſequen.

148 *Reciprocum fideicommiſſum an cenſeatur inductum vocatis deſcendentibus ordine ſucceſſiuo, an verò ſint vocati in vulgarem tantùm: & plurib. ſequen. numeris.*

149 *Verba importantia ordinem ſucceſſiuum intelliguntur in vulgarem tantùm, quæ primo admiſſo expirat, ſecus ſi adſint verba importantia tractum temporis in futurum. vbi de communi.*

150 *Verba obliqua à teſtatore conuerſa in directa, habentur pro directis, & important vulgarem tantùm. & ibi exemplum.*

151 *Verborum directorum effectus qui ſint.*

152 *Clauſula in ſtirpes, & non in capita inducit fideicommiſſum reciprocum inter vocatos ordine ſucceſſiuo.*

153 *Ordo ſucceſſiuus intelligitur eſſe inter vocatos, inter quos cadit ordo, ſeu cauſa neceſſitatis.*

154 *Nepote. & hærede eius maſculo inſtituto, intelligitur per vulgarem tantùm, non per fideicommiſſum.*

155 *Subſtitutio, inter quos cadit ordo charitatis, vel affectio, verbi gratia, fratres, & eorum deſcendentes, intelligitur per vulgarem tantùm.*

156 *Affectio inter tranſuerſales eſt in conſideratione, licet non ità enixa, vt inter deſcendentes, ſecus in omninò extraneis.*

157 *Fratre vocato, & eius liberis, ſeu deſcendentibus, vel alijs nominibus collectiuis, intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo, non ſimul, & ſemel, & per vulgarem.*

158 *Maſculis, & fœminis ſimul vocatis, maſculis admiſſis, fœminæ perpetuò cenſentur excluſæ.*

159 *Nominatim vocati excludunt alios vocatos ſub nomine familiæ, vel aliter ordine ſucceſſiuo, contra Rubeum, vt ibi.*

160 *Fratre, & eius hærede ſubſtituto, intelligitur ordine ſucceſſiuo, quia viuens non habet hæredem.*

161 *Verba in diſpoſitione quando dicantur habere tractum temporis in futurum, & nume. 170.*

162 *Subſtitutio dicitur fideicommiſſaria non vulgaris ſtante clauſula codicillari, & num. 168.*

163 *Frater, & eius filij vocati alternatiuè intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo, & per vulgarem, non copulatiuo.*

164 *Extranei plures cenſentur vocati ſimul, & ſemel, non ordine ſucceſſiuo: niſi aliud conſtet de mente teſtatoris, quo caſu ſunt vocati per vulgarem tantùm.*

165 *Filij quicunque ſi vocentur à teſtatore, intelliguntur vocati ſimul, & ſemel, non ordine ſucceſſiuo.*

166 *Ordo ſucceſſiuus importat non ſolùm vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam, quando verba ſunt directa ad hæredem, ſecus ſi ſint directa ſubſtituto.*

167 *Ordo ſucceſſiuus per verba habentia finitum tempus, putà, poſt eum eius filios, & hæredes, importat vulgarem tantùm.*

168 *Clauſula codicillaris non obliquat vulgarem cueniente caſu vulgaris. & ſuprà num. 162.*

169 *Subſtitutio fideicommiſſaria intelligitur inducta per compendioſam cum verbis habentibus tractum temporis ſucceſſiuum, ſed in primo ſubſtituto tantùm, in ſequentibus per vulgarem tantùm.*

171 *Ordo ſucceſſiuus importat etiã fideicommiſſariam ſubſtitutionem hæreditate adita, quando ſumus in deſcendentibus teſtatoris agnatis, vel cognatis, ſecus in omninò extraneis.*

172 *Nominatim plures vocati, non intelliguntur vocati per fideicommiſſum reciprocum.*

173 *Fideicommiſſum reciprocum non cenſetur inductum inter plures vocatos nomine appellatiuo, qui in effectu ſunt incertæ perſonæ.*

174 *Nomina collectiua quæ ſint, quæ non, & quomodo differant ab appellatiuo, vbi pulchrè.*

175 *Verbum Familiæ eſt collectiuum.*

176 *Verbum Liberi eſt collectiuum.*

177 *Verbum Deſcendentes eſt collectiuum.*

178 *Verba iſta Proles, Agnati, Cognati, Conſanguinei, Sui ſunt collectiua.*

179 *Verbum Hæredes eſt collectiuum, contra deciſiones Galliandæ.*

180 *Verbum Proximiores eſt collectiuum, ſecus ſi dicat proximiorem in ſingul numero.*

181 *Verbum Mulieres eſt collectiuum.*

182 *Verbum Filij eſt collectiuum, ſi ſit dictum in infinitum, vel adſit tractus temporis in futurum, vel non adſint, niſi nepotes, quod intelligitur*

vt

vt primo admiſſo ceſſet virtus colligendi nec adſit fideicommiſſum reciprocum.

183 *Verbum Coniuncti, Gens, Liberti Proles, Soboles, Progenies, Stirps, Poſteritas, ſunt ſynonima, & collectiua, ſed Poſteritatis verbum de ſolis maſculis intelligitur.*

QVAESTIO. V.

AGgredior modò quintã principalem difficultatẽ, quæ continet materiã ſatis, ſuperq; difficilem,
& nodoſam, propter varietatẽ
ſcribentiũ, in qua quilibet vel
mediocris doctrinæ Iuriſconſ. facilè poteſt
fimbrias dilatare, vt meritò Alba conſi. 54.
in princip. exorditus ſit, materiam iſtam ver
ſari in magno pelago, & Curt. Iun. conſi. 115.
nume. 11. dixerit, hac in re antiquos, & modernos
variaſſe. & breuiter concluſiuè procedendo,
dico, quòd fideicommiſſum abſo-
1 lutum, id eſt, ſimplex † in caſu alienationis,
& mortis dicitur ſubeſſe. in qua in primis
libet aduertere circa errorem multorum.
Etenim Menoch. conſi. 327. num. 94. in fi. vo
lum. 4. putauit, prohibitionem alienationis
ſolùm duobus modis concipi ſolere. ſed malè,
vt infrà dicam. aliqui autem crediderunt
totam hanc materiam comprehendi poſſe
in quatuor caſibus, & ſic plures caſus conſtitui
poſſunt, ſicut breuiter Soci. conſilio 257.
colum. 4. volum. 2. vbi plures caſus ponit, &
Alcia. conſi. 561. col. 1. vbi ponit quatuor caſus,
& pariter quatuor caſus cõſtituit Curt.
Iun. cõſi. 114. & cõſi. 145. & pariter Menoch.
conſi. 197. num. 32. volum. 2. Nemo tamen
eorum perfectè examinauit eos, prout tamẽ
oportuit iudicio meo, vt patebit ex infrà dicendis.

2 Erit igitur primus caſus, quãdo teſtator † per
modum principalis diſpoſitionis ordinat
bona ſua in familia, vel in ſuos deſcendentes
* conſeruari debere; nam tunc Doctores* cõ-
muniter tenent, inductum cenſeri fideicom-
miſſum ſimplex, & abſolutum, & ſic, quòd
ſimus in caſu l. cum ità. §. in fideicommiſſo.
ff. de legat. 2. & l. fin. C. de verbo. ſignifi. & in
ſpecie ità reſpondit Socin. conſi. 227. col. 4. in
princip. in 1. caſu, verſi. ex quibus concludo,
quòd aliquando, & primo teſtator vult indu
3 cere fideicommiſſum, † ità quòd vnus alteri
gradatim ſit grauatus ſimpliciter poſt mor-
tem reſtituere, & tunc prouidet relinquen-
do familiæ &c. volum. 2. & idem Socin. conſi-
lio 43. col. 3. ſub num. 5. vol. 3. in primo caſu.
Curt. Iun. conſi. 143. ſub num. 9. in fin. in pri-
mo caſu loquens in vna Placentina de Tho-
diſchis, & ibi addit, in hoc caſu neminem cõ-
tradicere. idem reſpondit Alciat. conſi. 484.
colum. 1. verſi. primum eſt. ſub nume. 1. lo-
quens in caſu, quo teſtator diſpoſuerat, quod
bona ſua ſemper permaneant in deſcenden-
tes ſuos, & quòd nullo modo poſſint aliena-
ri. nam vt ille ait nume. 3. in 2. fundamento,
teſtator non incepit à prohibitione aliena-
tionis, ſed à diſpoſitione, vt bona perma-
neãt, &c. ſequendo Cuman. & Socin. d. con-
ſilio 43. & in l. ſi cognatis. de reb. dub. idem
reſpondit Crot. conſi. 48. num. 25. & ſeq. lo-
quens in caſu, quo poſt prohibitionem alie-
nationis teſtator immediatè ſubiecit, & di-
ſpoſuit, quòd vult bona ſua perpetuò per-
manere intra familiam ipſius, quia ſi fidei-
4 commiſſum ſubeſſet † ſolùm in caſu aliena-
tionis verificari non poſſet ſignificatio illius
verbi, Perpetuò.

Eſt ergò differentia, an teſtator incipiat à pro-
hibitione, an verò à diſpoſitione, ſecundum
Alcia. conſi. 484. num. 6. Et facit, quia pro-
5 hibitio alienationis extra familiam † facta
cenſetur, vt bona in familia conſeruentur,
Menoch. conſi. 333. num. 15. volum. 4.

Et quòd ſuprà diximus, quando dixit teſtator,
quòd vult bona ſua conſeruari in familia, cõ
6 ſiderandum eſt, quòd non eſt differentia, † an
etiam dixerit, quòd non vult ea exire de fa-
milia, vel quòd non vult alienari extra fami-
liam; hæc enim æquiparantur, & ęquipollẽt,
vt per Soci. conſi. 43. num. 5. in princ. vol. 3.
7 Et idem ſi dixiſſet, † quòd vult ea tranſire de
hærede in hæredem, ſeu de hæredibus in hę-
redes, Soci. conſi. 56. colum. 2. vol. 3. Grat. cõ-
ſilio 31. vol. 2. Cepha. conſi. 401. & conſi. 419.
& pulchrè Socin. Iun. conſi. 188. num. 6. &
ſeq. vol. 2.

Sed contra hunc caſum reſpondit Menoch. cõ-
ſilio 85. num. 11. & 103. & ſeq. loquens in ca-
ſu, quo dictum fuerat, cum pacto, quòd di-
cti M. & N. & cuiuſlibet eorum deſcenden-
tes, & hæredes vllo vnquam tempore non
poſſint alienare dicta bona &c. concludẽs,
quod in dicta diſpoſitione ſolùm adſit fideicõ-
miſſum in caſu alienationis tantùm. ſed ab
eo cauendum eſt, & inhærendum communi
ſententiæ, de qua ſuprà, ſecundum quam li-
cet ipſe de ea non meminerit, ſuſtineri poteſt
conſultatio Anguiſ. conſi. 50. lib. 6. inquit. n.
in prin. dicti conſilij, quòd ſiue teſtator dixe-
rit, nolo bona mea alienari extra familiam,
ſiue mando, ne de familia exeãt, ſiue vt in fa-
milia relinquantur, ſiue prohibeo alienari,
vt in familia relinquantur, ſemper inductum
erit fideicommiſſum ſimplex & abſolutum.

Huius autem primi caſus plura exempla addu-
ci poſſunt. quorum primum eſt, quando te-
ſtator familiæ ſuæ bona relinquit, vt habe-
tur

tur in iuribus ſuprà citatis, & in l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. Socin. dicto conſi. 127. in loco ſuprà citato. Et ad hoc eſt tex. ſecundum * communem ſenſum in l. cum ità. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2.

8 Secũdum ſit exemplũ, quando teſtator † ordinauit bona ſua conſeruari debere in familia, vel domo ſua, aut deſcendentibus ſuis; ità reſpondit Curt. Iun. in locis ſuprà citatis, & præſertim dicto conſi. 145. numero 9. in primo caſu.

9 Tertium exemplum ſit, quando teſtator † incipiendo non à prohibitione, ſed à diſpoſitione ſic dixit, Vt bona mea ſemper permaneant in deſcendentes meos, prohibeo ea alienari, & ita loquitur Alcia. d. conſi. 484. num. 3. verſi. 2. quia verba fideicommiſſi non incipiunt à prohibitione &c. & Curt. Iun. conſi. 145. num. 9. in fi. in 1. caſu.

10 Quartum ſit exemplũ, ſi teſtator dixit, † Et ſimiliter veto, & prohibeo bona mea aliqualiter alienari, quia totaliter mando, volo, & intendo, quòd ipſa bona remaneant in deſcendentibus meis. Etenim illa clauſula ità generalis ſubiecta ſtat non ſolum in vim rationis, ſed plenæ diſpoſitionis; ità reſpondit Alcia. conſi. 561. in princip. & inibi addit, neminem hoc caſu contradicere, quia principaliter teſtator diſpoſuit, ſe velle bona ſua in familia remanere, vt etiam infrà dicam in tertio caſu, in decimo exemplo.

Quintum ſit exemplum, quod ponit Socin. cõſilio 86. nume. 11. in fin. & ſeq. vol. 3. loquens in caſu, quo teſtator prohibuit bona ſua

11 perpetuò alienari, & voluit, quòd ſemper † per maſculos de Sobreda poſſiderentur; & concludit ſubeſſe fideicommiſſum abſolutum, per iura per eum citata. & vis ſtat non in prohibitione alienationis, quia de ea nulla eſt habenda ratio, cùm eſſet nuda, & nudum præceptum, vt dixi in prima quæſtio. principali, ſed in alijs uerbis ſequẽtibus, neq; enim ſemper poſſunt bona in familia remanere, niſi per fideicommiſſum abſolutum, vt concludit Decia. conſi. 50. num. 18. & ſeq. vol. 1.

12 loquẽs in verbo Perpetuò, Semper, † Omni tempore, vel in Infinitũ, & huiuſmodi: idẽq; reſpondit Rimipal. Iun. conſi. 147. ſub nu. 13. vol. 2. vbi damnando illam opinionem, quæ

13 habet, quòd cauſa diſpoſitiuè † adiecta prohibitioni inducit fideicommiſſum abſolutum, concludit, quòd tamen ea poteſt procedere, quando adiectum eſt verbum Semper, vel Perpetuò, & huiuſmodi; ſic ſaluando Decium, & Craue. in quibuſdam conſilijs, & concordan. & idem in verbo Remaneant, & verbo Conſeruentur, quod importat perpetuitatem, Cuma. in l. cum ità. §. in fideicommiſſo. colum. 2. ſub nu. 4. ff. de lega. 2. vt abũde per Vegium cõſi. vlt. num. 374. & plu. ſeq. & iſtud verbum, Perpetuò, ponderat ad dictum effectum etiam Rube. conſi. 53. num. 5. & ſeq. contra Soci. conſi. 227. col. 4. vol. 2. cui ipſe reſpondet, & Crot. conſi. 48. numero 26. Ruin. conſi. 168. nu. 19. & ſeq. volum. 3. quod & repetit in repetitio. §. diui. num. 79. & 82. vbi fecit mentionem de illa cauſa Io. de Lignano, in qua Crot. conſuluit. Et hęc conclu

14 ſio eò magis procedit, † ſi dicta perpetuitas ſit pluries expreſſa, vt infrà dicemus in ſecundo caſu. & iſto caſu poteſt procedere conſultatio Rube. conſi. 53. loquentis in caſu, quo teſtator prohibuerat eius hęredibus, & ab eis in perpetuum deſcendentibus, ne alienent in infinitum domum, de qua ibi, & ſic principaliter, & diſpoſitiuè, & maximè, quã

15 do uerbum Perpetuò † eſt innctum verbo Stent, & Perpetuent, Soci. conſi. 250. col. 2. in prin. vol. 2. Et quod ſolum illud verbum importet fideicõmiſſum, reſpondit etiam Cepha. conſi. 624. num. 21. & ſeq. uol. 5. ubi etiã de uerbo In infinitum.

Contra tamen hanc concluſionem, & exemplũ ſtat Soci. conſi. 227. col. 4. uol. 2. ubi paruipendit longè minus uirtutem iſtius conſiderationis perpetuitatis conſeruationis bonorũ in familia in prohibitione de nõ alienando, ex pluribus: quem etiam ſequitur Dec. d. cõſilio 287. ſub num. 9. & 11. in fi. Sylua. d. conſilio 6. & monetur Soci. & ſequaces ad ità tenendum; Primò, quia hæc qualitas infinitatis iam inerat in diſpoſitione circũſcripto etiam dicto uerbo, Perpetuò, & ſimili, ergò nihil operatur eius expreſſio. & licet regula ſit, quòd vitanda eſt ſuperfluitas, l. ſi quando. ff. de leg. 1. tamen adhuc reſpondit Ruin. in d. §. diui. nume. 64. quod non eſt inconueniens, quòd quandoq; explicitè exprimatur id, quod inerat implicitè, per c. 1. & ibi glo. in uerbo, & filia. de ſum. Trin. & fide Catho. in 6. & Domin. in c. erit autẽ. 4. diſtinct. in fi. qua ratione utitur etiam idẽ Rui. conſi. 89. num. 17. uol. 2. ad aliud propoſitum, cui tamen reſpondit Menoch. conſi. 197. num. 18. uol. 2. & ſic, quia uerbum illud Perpetuum, poteſt accipi ſtante tantùm vita grauati, ut per Riminal. Iun. conſi. 279. nume. 64. & ſeq. uolumine 3.

Sed hæc prima ratio Soci. & ſequacium nihil ualet, ſi uerbum Perpetuò & huiuſmodi ſit geminatum, quia tunc aliter, & alio modo fuit expreſſum, quàm ineſſet; ita reſpondit Rube. d. conſi. 53. num. 5. & ſeq. & apertè etiã Ruin. d. §. diui. num. 82. ubi reprehendit Socinum & ſi in prohibitione alienationis extra familiam inſit perpetuitas, non tamen ea ineſt

ineſt in ratione, in qua fuit facta ea expreſſio; ut ibi per eum.

Addo ego aliam reſponſionem; quia etiam ſi ſemel tantùm fuiſſet expreſſum dictum verbum Perpetuò, & huiuſmodi, tamen operari debet, vt non ſit inutiliter prolatum, ex quo inerat in diſpoſitione ex voluntate teſtatoris: & expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt ex voluntate, tunc operatur,& non habet locum regula ex aduerſo ponderata, ità Bar.in l. centurio. num.6.in fi.ff.de vulg. & pupill.& in l.3.vbi etiam cæteri.ff.de leg.1.

Secundò dicit Soci.d. conſi.227. & ſequaces, quod verbum Perpetuò operatur,vt fideicommiſſum extendatur vltra quartum gradum, quod aliàs nō extendebatur, per tex. in Authen.de reſtitu.fideicom.& hoc ſatis eſſe debet præter id, quod non indicat fideicommiſſum abſolutum, cum materia ſit odioſa, vt ſuprà fuit dictum in prima quæſt.princip. in princip.& ad hoc facit,quod dicebat quidam Doct.in caſu Curt. Iun. conſi. 116. numero 6. quòd quando verba poſſunt importare aliud, quam fideicommiſſum abſolutū, debent accipi, vt non importent fideicommiſſum, per dictam rationem: licet ipſe eum reprobet.

Sed iſta quoq; ratio non valet;quia cum vis dicti verbi infinitiui poſſit importare etiam fideicommiſſum in caſum mortis, cur eſt, quod dicamus minus importare? ità in ſpecie conſiderat Menoch. conſi.197.nu.11.vol.2.& quod poſſit ſæpè intelligi vſq; ad mortem, putà, ſi dictum ſit, quod bona perueniant ad Sempronium, & eius filios in perpetuum,reſpondit poſt Bar. per eum citatum,Bologni.conſil 10 12.num.41.& conſi.15.num.57.& in primo loco ibi num.39. & ſeq. concludit, quòd 16 ſi teſtator dixit,Volo,† quòd nunquam bona exeant de nomine meo, vel familia mea, vel quod perpetuò in ea remaneant, tamen iſtud fideicommiſſum non extenditur vltra * quartum gradum, ſecundum * communem opinionem: licet aliqui tenuerint, quod quando dictum fuit de omnibus deſcendentibus, * tunc ſecus ſit dicendum. ſed * communis eſt in contrarium,vt ibi per eum,qui ad hoc expendit tex.in dict.Auth. de reſtit.fideicōmiſ.

Nec mouet, quòd materia ſit odioſa, quia immò, quando agitur de fideicommiſſo abſo-
17 luto,† & reciproco inter omnes de familia, illud eſt fauorabile, quia conſeruatiuum agnationis, & bonorum in ea, vt infrà latè dicemus in 9. queſt. princ. in princip.

Tertiò arguit cum Soci.Deci.conſi.218.& 377. quòd illud verbum tanquam acceſſorium non debet haberi in conſideratione,Clem.1. in fi. de præben.

Sed huic argumento reſpondit Purpura. conſilio 375. nu.14.& ſeq.& nu. 16. quòd immò clauſula acceſſoria licet non ampliet diſpoſitionem,tamen eam declarat. item ratio Decij non procedit, quando principaliter, vel per modum cauſæ finalis probatum fuit verbum illud infinitiuum, quia dixit teſtator, Quia volo,quòd perpetuò bona conſeruentur, &c.

Quartò adducitur per Soci. & ſequaces tex. in
18 §.nos autem. † Auth.de reſtitut. fideicōmiſſ. vbi fuerat dictum, in perpetuum, & omni tempore, & tamen mater, & vxor prohibiti non dicuntur excluſæ,licet non ſint de familia teſtatoris.

Sed ad illum tex. dantur plures reſponſiones per Ruin. in d.§.diui.nume.76.& ſeq. Prima eſt, quòd attinet ad propoſitum noſtrum, quòd ſolùm per matrem allegabatur fideicommiſſum non debere extendi vltra quartum gradum; ſed iſtud reſponſum non conuenit vxori, vt ibi per eum.

Secundò reſpondetur, quòd in d. Auth. fuerat dictum de familia, ſecùs ergò, ſi fuiſſet dictū de deſcendentibus, vt per Ruin. vbi ſuprà. ſed nec iſtud valet.

Aliter etiam conatur Menoch. reſpondere conſilio 197. nu.31. vol. 2. ſed difficultatem non eneruat præſentem.

Sextum exemplum adduci poteſt, de quo per Curt. Iun. conſi.43. nu.10.ad fin. qui loqui-
19 tur in caſu, quo teſtator † prohibuerat bona alienari adiecta clauſula, Quia vult,& ſic mandat ipſa ſtare, & perſeuerare debere in prædictis filijs,& deſcendentibus ſuis.& concludit, quòd illa verba, Et ſic mandat, ſunt appoſita per modum principalis prohibitionis, & ideò inducitur fideicōmiſſum abſolutum. & ante eum idem firmat Socin. cōſilio 56.nume.3. verſic.ſed in caſu noſtro &c. vol.3.loquens in caſu, quo teſtator prohibitioni alienationis adiecit hæc verba, Quia voluit ſemper bona permanere in familia, & addidit, Et ea tranſire de hærede in hæredem,inducunt fideicommiſſum abſolutum, quia aliàs eſſent otioſa; idemq; reſpondit Alba conſi.54.colum.2.verſ.præterea cùm in præſenti caſu.loquens,quando teſtator poſt prohibitionem dixit hoc modo, videlicet; Quòd vult dicta bona perueniant in filios maſculos heredum ſuorum, & deinde addidit alia verba, videlicet; Quia nolo,quòd dicta bona egrediantur domos eorum vſq; in infinitum: & concludit num.4. quòd ſit inductum fideicommiſſum abſolutum ponderatis illis verbis inferioribus, quæ ſe habent in modum rationis, & in modum alterius principalis diſpoſitionis.

Septi-

Septimum exemplum etiam adduci poteſt, qñ
teſtator dixit, vt bona mea in familia mea
conſeruentur, prohibeo ea alienari;& ſic nõ
à prohibitione teſtator diſpoſitionem ſuam
incepit, per Alciat. d. conſi.484.num.3.in 2.
fundamento; de quo etiam ſuprà memini in
principio iſtius caſus. quod tamen dubita-
bile eſſe exiſtimo; quòd immò potius dicta
verba ſint enunciatiua, vt infrà dicam in 3.
caſu principali, in 1. declaratione.

Octauum exemplum, quãdo teſtator relinquit
20 bona certis perſonis de familia ſua,†& petijt,
quòd curarent, ne exeant de nomine ſuo, ſeu
de domo ſua, quia tunc cenſentur illi prius
vocati grauati reſtituere alijs de familia, &
ſic cenſetur fideicommiſſum relictum fami-
liæ, ſiue magis in familia, vt concludit Bart.
in l. is, qui cùm plures.ff.de legat.3.& conſe-
quenter fideicommiſſum ſimplex, & abſolu-
tum inductum inter illos de familia, vt con-
cludit Socin.d.conſi.43.col.4. in fine, verſic.
non omitto, quòd caſus noſter deciditur in
terminis. volum.3. quem ſequitur Alciat.de
quo memini in præcedenti exemplo, d. con-
ſilio 484.

Nonum ſit exemplum, quando teſtator dixit,
21 quòd vult,†quòd bona ſua non egrediantur
domum, & familiam ſuam vſq; in infinitũ;
huiuſmodi enim diſpoſitio inducit fideicõ-
miſſum abſolutum, ſiue illa verba ſint de per
ſe poſita, ſiue ſint adiecta prohibitioni per
modum rationis, vt poſt Socin. & concord.
per eum citatos, reſpondit Alba conſilio 54.
num. 2.

Decimum exemplum ſit, quando teſtator di-
22 ſpoſuit, & prohibuit bona† ſua alienari ità,
& taliter, quòd numquam exeant de familia
ſua, vt per Capic. deciſ.108.num.5.in fin. &
plur. ſeq.

Vndecimum ſit exemplum, quando teſtator
23 †inſtituit filios ſuos, & ipſis decedẽtibus ſine
maſculis ſubſtituit filias, & earum deſcen-
dentes, prohibens bona ſua alienari, niſi in
caſu neceſſitatis, quòd tunc dicatur inductũ
fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum in-
ter omnes, reſpondit Ceph conſi.529.vol.4.

Duodecimum poterit conſtitui exemplum in
caſu l. pater filium. §. filiam.ff.de legat. 3. ibi
enim teſtator dixit, Vero ædificium meum
de nomine meo exire, ſed ad vernas, quos te-
ſtamento nominaui peruenire volo; neque
enim incepta fuit illa diſpoſitio à prohibi-
24 tione, meritò dicitur diſpoſitiua, † vt hanc
conſequentiam facit Alcia. conſi. 484. nu.3.
verſi.2.quia verba fideicõmiſſi non incipiunt
à prohibitione alienationis, ſed à diſpoſitio-
ne, ſcilicet, vt bona mea ſemper maneãt &c.
de quo tamen infrà dicemus in 5. quæſtione
principali, in 3. caſu principali, in 1. exemplo.

Decimumtertium ſit exemplum, quando fuit
25 dictum† in prohibitione, quòd teſtator vult
bona ſua totaliter permanere in dictos hę re
des, ex vi verbi Totaliter; ità reſpondit Ro-
lan.conſ.98.num.14.& ſeq.vol.2. & Soci. con-
ſilio 266. volum.2.& infrà etiam dicam in 8.
quæſtione principali.

Hæc tamen concluſio, & iſte primus caſus de-
claratur, vt non procedat, quando verba di-
26 ſpoſitionis eſſent reſtricta† ad certas perſo-
nas, uel certum caſum, quia facta filijs non
extenduntur ad nepotes, ut eſt tex. in Auth.
de reſtitut. fideicommiſſ. & poſt Cyn. Albe.
in l. uoluntas. numero 5.C. de fideicommiſſ.
* & Docto. * cõmuniter in d. §. diui.& idem in
terminis erat in caſu Alex.conſilio 59.in una
Placentina de Arena.uol.3.in qua fuerat di-
ctum ad tempus nominatum per ſupradi-
ctum modum, ut ibi per eum, num.9.quem
ſic habuit Ruin.conſi.168.num.20. uol. 3. &
ita hoc caſu procedit Alban.conſi.1.& idem
reſpondit Cepha. conſi.330.nu.33. & per to-
tum, uol.3. & non minus clarè conſi. 17. nu-
mero 21. in fin. & ſeq. uol. 1. loquens in ter-
minis quinti exempli, de quo ſuprà, & idem
reſpondit Ruin. conſi.134. ſub num.18. col.
penul. uerſi. ad iſtud tamen reſpondetur &c.
uol. 3. & in hoc caſu poteſt ſaluari conſilium
20. Soci. Iun. uolum.4. de quo dixi ſuprà in 1.
quęſtio.& faciunt, quę ſuprà dixi in 2. quęſt.
princip. uerſ. modò autem quantum ad pro-
hibitionem perſonalem &c. declarando ta-
men, ut infrà dicam in 3. caſu principali, in 2.
declaratione. & ideò ſi teſtator prohibet bo
na alienari extra familiam, quia uult ea re-
manere penes dictos eius hęredes, non exten
ditur dicta prohibitio ultra eos; Cepha.con
ſilio 330.num.30.& ſeq.uol.3.& faciunt, quę
infra dicam in 3. caſu, in 2. declaratione. qua
dere, ſi teſtator grauauit inſtitutos, & ſubſti
tutos in perpetuum ad faciendum celebra-
re anniuerſarium ſingulo anno, licet ea uer-
ba importent fideicommiſſum abſolutum
inter omnes deſcendentes in perpetuum,
quia aliàs non poſſet uoluntas teſtatoris ſor
tiri effectum, ut infrà dicemus in diſcurren-
do in 3. principali caſu, in 17. exemplo; tamen
id non procedit, quando dicta diſpoſitio eſt
reſtricta ad certos nominatim expreſſos hę-
redes. Riminal. Iun. conſ.279.num.53. & ſeq.
uolumine 3.

Aduertendum tamen eſt, quòd etiam ſi diſpo-
ſitio ſit relatiua ad pręcedentia, uel ſequen-
27 tia,†non ideò tamen dicitur ex hoc reſtricta
ad formam pręcedentis, vel ſequentis diſpo-
ſitionis, niſi expreſsè aliud uerba relatiua
demonſtrent; ut reſpondit Ruin. conſ. 124.

in fin. uol. 2. dicens, quòd uerbum, Vt ſuprà, de quo in caſu ſuo, non ſtat formaliter, ſed modificatiuè. & latius Marza. cõſ. 4. pag. 33. ad fin. uerſ. ad ſecundum autem fundamentum principale reſponſum fuit, & reſpondetur, quòd imò illa uerba tunc, & eo caſu &c. concludens, quòd illa uerba non reſtringũt ſubſtitutionem ad illum primum caſum, ut ibi per eum.

Secundus caſus eſt, quando teſtator mandauit
28 † ſeu prohibuit, quòd bona ſua non exeãt de familia, ſed in familia remaneant, & iſto etiã caſu Doctor. * communiter concludunt, induci fideicommiſſum abſolutum; & in ſpecie Socin. conſ. 251. col. 3. in 3. caſu. uolum. 2. & conſ. 43. colum. 4. in fi. & per totum. & conſilio 57. & conſ. 86. col. penult. uol. 3. & conſilio 40. inter conſilia Curt. Sen. & in l. qui Romæ. §. cohęredes. nu. 16. in 3. caſu. ff. de uerb. obligat. Ruin. conſ. 110. num. 3. uolum. 2. & Curt. Iun. atteſtatur de * communi conſ. 43. conſ. 114. & ſeq. & conſi. 145. ſub num. 9. in 3. caſu.

Ratio iſtius concluſionis eſt; quia cùm prohibitio alienationis iam eſſet ueſtita ex prioribus uerbis, ut bona non exirent de familia, per quę ſolùm inducitur fideicommiſſum in caſum alienationis, l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. otioſa fuiſſent alia uerba ſubſequentia, niſi inducerent fideicommiſſum abſolutum. hoc argumento utitur in ſpecie Soc. d. conſ. 45. col. 4. uerſ. cõfirmantur prędicta. & ipſe in alijs locis ſuprà citatis, & alij ſuprà citati idem firmant; & Alcia. conſ. 484. col. 2. uerſ. & iſta interpretatio. idem reſpondit Alba conſ. 54. ſub num. 2. uerſ. propterea cùm uerba teſtamenti, dicens hunc caſum eſſe indubitatum; & loquitur, quando teſtator dixerat poſt prohibitionem de non alienando, Quia uolo, quòd dicta bona perueniant, & peruenire debeant in filios maſculos hęredum ſuorum, hoc addito, Maximè, quia nolo, quòd dicta bona mea egrediantur domos eorum familiæ, uſque in infinitum &c. ad idem facit, quod reſpondit Crot. conſ. 48. num. 13. in fin. & ſeq. dicens, quòd ubi prohibitio de ſe eſt ualida, & illi addita eſt ratio, ſeu cauſa, quia uult bona ſua remanere in familia, uel ſimilia; tunc reſultat fideicommiſſum abſolutum ratione ſupradicta. quòd dictum etiam tenet Curt. Iun. d. conſ. 43. col. pen. & idem tenui ego in una Placentina Caſtri Varſij, ut etiã ſuperius dixi. & iſtud etiã firmat Crot. conſ. 15. num. 13. & ſeq. & numero 14. uerſ. & ità conſuluit. loquens in prohibitione, quæ erat de ſe ueſtita per priuationem in caſu alienationis. & iſte eſt unus de effectibus, qui reſultant ex tacita cauſa ueſtiente prohibitionem, aliàs nudam, vt ſuprà dixi in 2. q. princip. in fin. uerſi. ne quis tamen putet. & de * communi pro iſto caſu teſtatur Mantica in tracta. de coniectur. vlt. volun. lib. 6. tit. 14. num. 24. in prin. vbi plures etiam de * communi atteſtantes refert. & ibidem colum. penul. verſic. quòd igitur ad propoſitum. & quod iſto caſu dicatur inductum reciprocum fideicommiſſum inter omnes de familia, tenet etiam Cepha. conſil. 153. num. 52. & ſequen. idem firmat Natta conſi. 110. num. 11. in fin. & ſeq. & iſta pars receptior, & * verior eſt, Gabriel. lib. 4. tit. de fideicommiſſ. conclu. 9. num. 37. idem etiã firmat Decia. conſi. 50. nu. 21. in fin. & ſeq. volu. 1. loquens in caſu, quo prohibitio alienationis erat valida, & poſteà etiã in alia parte teſtaméti fuit adiecta pęna priuationis cõtrafacienti: & hunc caſum pro indubitato eſſe apud Doct. dixit Curt. Iun. conſil. 218. num. 25. in fin. volum. 3. ea ratione, vt etiam ſuprà dixi, quia aliàs fruſtrà prohibitioni veſtitę aliud etiam veſtimentum fuiſſet adiectum; vt ibi per eum! & cæteri idem tenent, & idem firmat Cur. Iu. conſi. 218. ſub nu. 25. & nu. 28. vol. 3. vbi teſtatur de * communi.

Vt autem appareat nihil pacificum eſſe in hac materia, non deſunt, qui tenuerunt in hoc quoque caſu prohibitionem alienationis huiuſmodi minimè continere fideicommiſſum abſolutum; adeò vt aliqui dixerint, hãc opinionem * communem eſſe, Sylua. conſi. 6. num. 15. & hanc tenet Dec. conſi. 377. nu. 8. in princ. vbi etiam inquit, quòd ratio adiecta dictæ prohibitioni, non debet augere, nec extendere fideicommiſſum, quia venit acceſſoriè, & clauſula acceſſoria non ampliat principalem diſpoſitionem, Clem. 1. in fin. de præben.

Et pro iſta parte videtur facere text. in l. pater
29 filium. † quæ eſt 36. §. filiam. ff. de legat. 3. vbi teſtator prohibuit ædificium de nomine ſuo exire, ſed ad vernas pertinere voluit, & ſic prohibuit fundum alienari extra familiam ſuam; illa enim verba De nomine meo, illud important, & vltrà adiecit, Se uelle illud ad uernas pertinere: id quod importat, ac ſi dixiſſet, quòd vult prædium, ſeu ædificium illud in vernis permanere; & ſic, ac ſi dixiſſet, prohibeo fundum extra familiam alienari, quia volo in familia remanere, & tamen ſolùm in caſum alienationis fideicommiſſum adeſſe Iuriſconſultus determinat; & ità illum text. ad hoc inducit Rui. conſi. 101. num. 13. vol. 2.

Veruntamen ille tex. non facit quicquam, vt abundè infrà dicemus in tertio caſu principal. in 7. exemplo.

Secundò

Secundò pro iſta parte adduci poteſt deciſio Bar. in d.l.pater filium.§.filiam.in fi.ff.de leg. 3. ſuprà cita. quatenus concludit, quòd vbi præcedit diſpoſitio prohibitiua, & alia ſimpliciter ſubſequitur, ſecunda intelligitur facta ſub conditione, ſi contra prohibitionẽ factum fuerit. idem dicit in caſu iſto: & dictã deciſionem, refert & ſimpliciter ſequitur Ruin. conſi. 122. ſub num. 2. verſic. non obſtat d.l.num. 13. vol. 2.

Hæc tamen ratio facilè remouetur, vt patet ex his, quæ infrà dicam in 3. caſu principali, in ſeptimo exemplo, verſ. & pro iſta parte.

Tertiò ſtringere videtur contra iſtum ſecundũ caſum tex. in d. l. pater filium. §. pater. alias mater. ff. de leg. 3. vbi eſt caſus, quòd teſtator prohibuit hæredibus ſuis inſtitutis, ne prædia alienent, ſed ſucceſſioni ſuæ conſeruent, & inſuper adiecit, quòd de ca re ſibi inuicem cauere debeant, & conſtat, quod illa verba Succeſſioni ſuæ conſeruent, habent eundem ſenſum, quem habent illa verba, in familia remaneant, fideicommiſſum ſaltem in caſum alienationis important, l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. quẽ in terminis ad hoc adducit Soci. in conſi. 250. colum. 1. verſi. 2. confirmatur. vol. 1. & illa verba Cautionis præſtandæ, fideicommiſſum quoq; important; aliàs enim fruſtra teſtator mandaſſet cautionem præſtari inter ipſos filios hæredes inſtitutos, quorum intererat præſtari dictã cautionẽ, vt eſt tex. in d. §. fratre. vbi agitur de cautione præſtanda, de reſtituendo familię, & ibi etiam ad hoc notat glo. in verbo præſtari, vt conſiderat Soci. Iu. in l. qui Romæ. §. cohęredes. ſub num. 12. ff. de verb. oblig. vbi tenet, ibi ſolùm ſubeſſe fideicõmiſſum in caſu alienationis tantùm, & tamen dicit Iuriſconſultus nihil de fideicommiſſo proponi, id eſt nullum ſubeſſe fideicommiſſum, vt ibi per Bar. & d. conſi. Soci. vt ſe habet refert, & ſequitur Dec. conſi. 425. num. 7. in fi.

Verumtamen iſte Soci. intellectus, præter id, quod vt dixi, contradicit textui, qui negat omne fideicommiſſum, non etiam admittitur per Soci. in loco infrà citando.

Rurſus ergò ſecundo modo ad hunc text. in d. §. pater, reſpondet Soci. d. conſil. 250. colũ. 2. circa med. volum. 2. quòd ſcilicet nullum adſit eo in caſu fideicommiſſum, ſcilicet inter ipſos hæredes, primo loco inſtitutos; ſecus autem reſpectu ſucceſſorum, id eſt deſcendentium ipſorum; quicquid dixerit ibi Bar. & refert, quòd hoc tenent Dyn. Cyn. Oldra. Rayne. & Albe. de Roſa. ibi, per quos refert Soci. vbi addit hanc eſſe veriorem, & * communem opinionem. vbi enim inducitur fideicommiſſum reſpectu certarum perſonarum, vel reſpectu certi generis perſonarum, tunc de fideicommiſſo tractari non poteſt, niſi ſecuta prius alienatione in extraneos, d. §. fratre. & concordan. de quibus per Soci. vbi ſuprà, & ſatis ſuprà, & infrà latius videbimus. & dictos concordantes etiam citat Rayne. in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 69. ff. de lib. & poſthu. circa quem intellectũ ipſe nihil obijcit, & vadit tanquam muſcipula ad prunas.

Verumtamen hæc ſolutio, & reſponſio ad illũ tex. iudicio meo, præter id, quòd non remouet difficultatem, non etiam vera videtur opinio Dyn. & ſequacium.

Primum probatur ſic. etenim hic quæritur de veritate huius ſecundi caſus propter caſum d. §. pater. in quo adeſt duplex funiculus fideicommiſſarius, propter quem ſecundum concluſionem primo loco poſitam, deberet reſultare ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum; & tamen Dyn. & alij ſupra citati ſolùm admittunt, ibi extare fideicommiſſum in caſum alienationis in extraneos; ergò adhuc manet difficultas.

Secundum probatur hoc modo. quoniam tex. in d. §. pater. quatenus inquit, Nihil de fideicommiſſo proponi, expreſsè vult, non cauillando, quòd nullum adſit fideicommiſſum eo in caſu, vt ſonant verba Iuriſcõſulti, & tenet glo. Bar. & ſequaces. & iſte ſenſus magis cõuenit litteræ, quàm ſenſus Dyn. & ſequacium, qui volunt reſtringere illam verborum generalitatem, & intelligere illa verba, Nihil de fideicommiſſo proponi reſpectu hæredum inſtitutorum, contra l. de pretio. ff. de publicia. cum vulga. & ſic hæc gloſſatio eſſet ceruotina, contra tex. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. pręſtan.

Præterea illud dictum, quòd nullum extet fideicommiſſum reſpectu ipſorum hæredum inſtitutorum, id eſt, quoad eos inuicem, ſed bene reſpectu filiorum ipſorum in caſum alienationis in extraneos, ex alio non poteſt ſuſtineri; quia ſequeretur, quòd inter ipſos hæredes licita eſſet alienatio, nullo eo in caſu ſubſiſtente fideicommiſſo, l. in re mandata. C. manda. ſed ſic eſt, quòd tunc tex. ille contradicit, dum iubet teſtator cautionem præſtari per omnes hæredes, de reſtituendis bonis ſucceſſioni ipſorum, id eſt, eorum deſcendentibus, prout defendit Soci. vbi ſuprà d. conſi. 251. ergo &c. Quòd ſi etiam attendamus ad ſenſum Bar. tunc obſtat conſideratio duplicis vinculi, uel ſaltem vnius, qui augeri non poteſt.

Nec etiam eſt audiendus ſenſus glo. in d. §. pater. quæ exponit illa verba Nihil de fideicom miſſo proponi, ſcilicet, quo ad verba, ſecus autem,

autem, quò ad mentem teſtatoris, quoniam vbi verba non conueniunt, nec etiam diſpoſitio poteſt adaptari, l. 4. §. toties. & ibi Caſtren. ff. de damn. infect. Roman. cóſi. 62. ſub num. 8. Curt. Iun. conſi. 182. num. 1. & ſeq. & mens teſtaroris reijcitur, & ad nihilum valet, niſi etiam verba conueniant, l. ſi alij. ff. de vſufruct. legat. §. diſponat. Auth. de nupt. cum vulgar. & latius infrà dicam ſuo loco in 9. q. princip.

* Eſt verum, quòd illam gl. multi dicnnt* communiter apptobari, vt infra dicã in 9. quęſt. princip. verſi. & hæc concluſio. Et ideò contrarium d. §. pater. difficile eſt, intelligendo illum tex. in verbo, ſucceſſioni ſuæ cóſeruent, id eſt, filijs ſuis, vt ſæpè accipitut in iute noſtro, l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. prout ſic intelligit Soc. conſi. 250. vol. 2.

Tertia ſolutio applicari poteſt ad dictum tex. in d. §. pater. quòd loquitur in caſu, quo teſtator non per verba præceptiua, & diſpoſitiua mandauerat bona conſeruari ſucceſſioni ſuæ, ſed potius per modum conſilij, ità conſiderat Soc. in d. conſi. 250. & multi ſecuti ſunt. Ruin. conſi. 110. num. 17. vol. 2. & per Rube. in d. l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 69. ff. de libe. & poſthu.

Sed nec iſta ſolutio placet, quia hæc verba repugnant litteræ, ibi, Nulla ex cauſa alienẽt, quod & probat Rube. vbi ſupta, licet tandẽ ſtet cum dicta ſolutione.

Quatto loco dicitut, quòd in d. §. pater. meritò nullum adeſt fideicommiſſum, quia teſtator voluit bona cóſeruari ſucceſſioni dictorum filiorum, cuius appellatione veniunt etiam extranei, qui poſſunt ſimiliter ſeruare alienationem factam per filios inſtitutos, eorum anteceſſores, l. cùm à matre. C. de rei vendicat. & hæc fuit ſolutio Bat. in d. §. pater. vt etiam conſiderat Rube. vbi ſuprà; & hanc partem, & ſolutionem ſequitur Curt. Sen. conſi. 45. num. 22. vbi etiam ad hoc citat Caſtren. idem apertè tenet, & latè, Riminal. conſilio 25. num. 10. & ſeq. vol. 1. & ſuprà etiam firmaui in 1. q. princip. in 5. ampliatione. & ſecundùm hunc ſenſum non poteſt ille tex. in d. §. pater. in verbo, ſucceſſioni ſuę conſeruẽt, de filijs hæredum intelligi, niſi & hi quoque hæredes ſint, & hanc intelligentiam tenet etiam Riminal. Iun. in addit. ad d. conſi. 25. vbi citat Curt. vbi ſuprà.

Et contra hoc argumentum obſtant, quæ infra dictam in prima dubitatione 3. caſus, verſi. ſed eſt aduertendum. Et quod attinet ad intelligentiam d. §. filiam. dicemus infrà, in 3. caſu principali, in 7. exemplo.

Quarto contra dictum caſum non minus ſtringere videtur alia concluſio, quę habet, quòd
quando prohibitioni veſtitæ adijcitur ali-
30 quid, † quod poteſt aliquid operari præter-
quam fideicommiſſum abſolutum; tunc ac-
cipienda eſt illa interpretatio, quæ ſtat pro
non fideicommiſſo abſoluto, d. l. pater. §. fi-
liam. ff. de leg. 3. ſed ſic eſt, quòd ratio adiecta
ptohibitioni veſtitæ, quæ tendit ad conſer-
uationem bonorũ in agnatione pôt aliud,
quàm fideicommiſſum abſolutum operari,
ergò &c. quod ſit verum patet; quia poteſt
importate prohibitionem alienationis etiã
in familia, vt ſi contrà fiat, ſit locus fideicom
miſſo, item poteſt importare, quòd fideicõ-
miſſum, quod aliàs fuiſſet temporale, non
ſe extendat vltra quartum gradum, non au-
tem ſit perpetuum, in caſu tamen alienatio-
nis tantùm, vt per Curt. Iun. conſi. 116. nu. 6.

Fortius tamen, & quinto contra hunc caſum
vrgere videtur, quia ratio ſuperfluitatis vi-
tandæ, quæ in iure noſtro paſſim conſidera-
tur, l. ſi quando. ff. de legat. 1. & latè per Ce-
pha. conſi. 330. num. 49. vol. 3. ſuper qua fun-
datus eſt, videtut admodum fragilis, & de
facili poſſe vitati. quoniam dici poſſe vide-
31 tur, † quod vna pars dictæ prohibitionis ſit
ex abundanti poſita, gratia tollendæ dubi-
tationis alterius partis; vt in propoſito Cur.
Iun. conſi. 115. num. 17. & Ruin. d. conſi. 134.
in fi. vol. 3. dicens ad propoſitum, non eſſe
inconueniens, quòd cauſa, quæ prius expri-
mitur implicitè, per illa verba, Prohibeo alie-
nari extra familiam, vel veto exire de nomi-
ne meo, exprimatut poſtea explicitè, etiam
ſi talis expreſſio nihil operetur: idemq́; pro-
bat Alciat. conſi. 184. ſub num. 9. verſi. præte-
32 reà nõ dicitur ſuperfluè loqui teſtator, † qui
illud, quod tacitè ſenſerat, deinde expreſsè
deſcribit, ad clariorem mentis ſuæ teſtatio-
nem &c. Zanch. in repetitio. §. cùm ità. nu-
mero 405. verſi. 2. reſpondeo, quòd etiam in
bonis per fideicommiſſum acquiſitis non eſt
inconueniens vltra tacitam legalem prohibi
tionem, adeſſe etiam expreſſam teſtatoris,
eſto, quod talis expreſſio nihil operetur &c.
& pro iſta parte facit, quia ſuperfluum non
dicitut, quod aufert omnem dubitationem,
Cepha. conſi. 305. num. 29. vol. 3. Qua de
re, ſi quis promittat fundum, is intelligitur
promittere proprietatem fundi cum vſufru
ctu, etiam quod id non ſit dictum. & ideò ſi
in promiſſione additum ſit, fundum pleno
iure, licet illa verba ſint in effectu ſuperabun-
dantia, tamen ſi addita ſint, non omninò di-
cũtur ſuperflua; quia quæ ad maiorẽ animi
expreſſionem, & ad remouendam ſophiſticã
malignãtiũ interpretationẽ exprimũtur, nõ
dicuntur omninò ſuperflua, vt in l. ſi ità ſti-
pulatus fuero. §. 1. nu. 7. in fi. & ſeq. ff. de verb.

obligat. Et pro iſta concluſione & intelligentia dictę obiectionis ſuper ſuperfluitate, ſtat etiam Alba conſi. 51. nume. 19. in princip. loquens in diſpoſitione teſtatoris vocãte proximiores tunc exiſtentes.

Et per hoc facit, quod conſuluit Ruin. in vna Placentina de Nicellis conſi. 119. vol. 2. nam ibi teſtator dixerat, Vt diutius, & perpetuis futuris temporibus bona mea cõſeruentur in agnatione & parentela mea de Nicellis, prohibeo ea alienari, quia volo in poſteros meos deuenire. & ſic duplex ratio concurrebat expreſſa per teſtatorem. altera enim prohibitionem præcedebat, altera ſequebatur; & ſic videbatur inductum fideicommiſſum abſolutum; & tamen ipſe conſuluit contrarium, & quòd ſolum in caſum alienationis fideicommiſſum dicatur inductum, & vult, quòd præcedẽs complectatur vnam ſpeciem alienationis, ſcilicet ab inteſtato in extraneum, & ſequens aliam; non autem quod ſecunda ſit adiecta ad alium caſum fideicommiſſi.

Vnde reſtat proponere exempla iſtius ſecundi
caſus. & vltra ſuperius adducta, & vltra etiã
in tertio caſu adducenda, quorum multa
huic ſecundo caſui conueniunt: Primum ſit,
quando teſtator non ſemel tantùm, ſed iterùm prohibitioni de non alienando cauſam
adiecit concernentem conſeruationem bonorum in familia, per verba geminata, vel
præciſa, verba enim huiuſmodi geminata
33 † fideicommiſſum inducunt abſolutum, ſecundum Socin. conſi. 250. colum. 2. in princ.
vol. 2. & d. conſi. 43. col. 6. ſub nume. 9. verſic.
præſertim cum teſtator duplici modo, & per
verba geminata motus fuerit, & expreſſerit,
dicendo, quòd nolebat, quòd bona de familia exirent: item quòd volebat, quòd in familia remanerent &c. & non minus clarè Dec.
conſilio 23. col. 2. ſub num. 4. & 95. 37. nu. 2.
Cepha. conſi. 294. nu. 8. Ruin. conſi. 110. numero 17. vol. 2. Cepha. conſi. 310. nu. 4. & 10.
& conſi. 401. num. 10. & ſequen. & conſi. 514.
num. 3. Alba d. conſi. 54. num. 3. poſt Corn.
per eum citatũ, concludentem, ſimplicem geminatam prohibitionem inducere fideicommiſſum abſolutum. & per Plot. conſi. 14. numero 5. & ſeq. & plures concordan. adducit
Gabriel. lib. 4. tit. de fideicommiſſis, concl. 9.
num. 14. vbi ad hoc citat Socin. Dec. Aretin.
& Paris. & hanc verborum geminationem
ponderat etiã Marza. cõſi. 10. col. 1. loquẽs in
illis verbis, Aliquo modo, vel quoquomodo,
quòd comprehendant etiam hæredem ſucceſſiuum ab inteſtato, de quo etiam infrà dicam, in 9. quæſt. princip. in 3. con ectu. & hãc
verborum geminationem, put[i], ſi pluries
expreſſit verbum, Perpetuò, & huiuſmodi,
probat etiam Decia. conſi. 50. num. 20. vol. 1.
& dicam etiam in 9. quæſt. princip. & abundè etiam probat Vegius in conſi. vlt. nu. 382.
& plur. ſeqnẽ. & latiſſimè hunc caſum firmat
Mantica in tract. de coniect. vltim. volunt. libro 5. tit. 14. nu. 24. & ſeq. & adhuc latius Riminal. Iun. conſi. 279. num. 29. & plur. ſequẽ.
* vol. 3. & hæc opinio eſt * communis, quòd
quando prohibitioni veſtitæ adijcitur cauſa, tunc inducitur fideicommiſſum ſimplex,
vt teſtatur Curt. Iun. conſi. 116. ſub num. 1.
& nu. 5. reprobata opinione cuiuſdam Doct.
qui contrarium dicebat: & ibi nu. 6. addit,
quòd quando verba poſſunt operari aliud,
quam fideicommiſſum abſolutum, debent
accipi, vt illud operentur, non autem fideicommiſſum in caſum alienationis tantùm.
Et hanc generalitatem & geminationem verborum ponderat etiam ad hoc propoſitum
Alciat. conſi. 484. nu. 4. in caſu, in quo teſtator dixerat, quòd bona non poſſent aliquo
modo alienari, quomodolibet, & qualitercunq;. & conſi. 561. in princip. num. 6. de quo
ſuprà etiam memini, in 4. exemplo 2. caſus,
vt etiam infra dicam in 3. caſu, in 4. exemplo,
& in 9. q. princip. Et quòd verba geminata
34 † putà, quouis iure, quouis titulo, vel modo
oſtendant enixam mentem diſponentis, in
propoſito Iaſ. conſi. 23. col. 2. in fi. vol. 3.

Et in caſu, vbi verba ſunt præciſa, putà, quia
teſtator omninò prohibuit alienationẽ &c.
quia illud uerbum Omninò inquit, quòd
teſtator preciſè voluit diſpoſitionem ſuam
debere ſortiri effectum cõſeruationis bonorum in familia, vt ponderat Socin. d. conſilio 251. col. 2. in fin. vol. 2. & diffusè idem probat Iaſ. conſi. 24. col. 2. in princip. verſi. & illa
verba geminatio per eum ponderata, pondero etiã dictionem pręciſam Omninò &c.
vol. 3. quòd illud verbum importat omnem
caſum, & ſine vlla diſtinctione perſonarũ &c.
& pro hac concluſione plures alios concordantes citat Anchar. Iun. quęſt. 72. num. 8. &
ſeq. in 1. parte. vbi poſt Ruin. per eum citatũ,
35 addit, quòd ex hac dictione Omninò † inducitur fideicommiſſum abſolutum, & ſic
ſiue ſequatur alienatio, ſiue non, ut ibi per
eum. It quando teſtator dixit, Volo, quòd
totaliter bona mea perueniant ad talem, Rolan. conſi. 98. num. 15. uol. 2. quòd ampliat
diſpoſitionem, ut ibi per eum; etiam ad effectum fideicõmiſſi abſoluti, ut inquit Cepha.
qui ſic eum expendit conſi. 624. numero 22.
uolum. 2.

Non deſunt tamen, qui hoc exemplum impugnant, & præſertim Cephal. conſi. 330. numer. 10. uerſ. 5. quia teſtator uſus fuit uerbis

geminatis

geminatis ibi , Item volo , ſtatuo , & ordi-
no &c. & num.69.volum.3.concludens dicta
verba geminata non eſſe habilia ad inducen-
dum fideicommiſſum, ſed deſiderari alia ver
ba magis habilia , quia niſi concurrat teſta-
toris voluntas , & actus , quòd ſcilicet teſta-
tor voluerit, & fecerit fideicommiſſum , non
ſufficit ſola uoluntas ; quæ non tranſiuit in
diſpoſitioné. & ad hoc poſſunt limitari mul-
ta iura , & præſertim tex. in l. & co modo.ff.
de legat.1.ibi, Exigo,deſidero.& in l.Thais.§.
ſororem.ff.de fideicommiſs.liberta. ibi, Vo-
lo , & rogo. & non minus clarè Inſtitut. de
ſingul. reb. per fideicom.rel. ibi, Peto, rogo,
volo, mando, fideiq; tuæ committo.quæ iu-
ra ad hoc expendit Syluan. conſi.6. num.28.
& ibi etiam ad hoc citat Soc. Dec. Bar. Alexā.
Roman. Corn. & Alber. & plures alios , de
quibus per eum. Et contra hunc caſum la-
* tè reſpondit Dec.conſi.377.nu.6. & de* com-
muni etiam contra hunc caſum, Sylu.d.con
ſilio 6.col.15. & illud conſi.Decij latè confu-
tat Menoch. conſi.197.num.15. & ſeq.vol.2.
& num.32. & ſeq. & contra Dec. dicit fuiſſe
iudicatum Alcia.conſ.561.col.1.in fin.& pro
iſta parte ſtat etiam Ruin. in d.§.diui.nu.66.
& ſeq.quatenus concludit, non eſſe differen-
tiam inter hos caſus , an ſit ſimpliciter pro-
hibita alienatio extra familiam, an verò etiā
additum ſit , vt in familia conſeruentur , &
cōſi.127.nu.13.in 2.caſu.vol.2. vbi concludit
cū Socin. quòd vbi prohibitio facta eſt extra
familiam ; vt bona in familia remaneant , quod
ſimplex ſit inductum fideicommiſſum; ipſe
impugnat dicens , quòd ideò non eſt indu-
ctum fideicommiſſum abſolutum; ſed quòd
iſto caſu fieri poſſit alienatio , requiſitis illis
de familia , & uolentibus emere. & ad prædi-
cta facit Pari. conſi.74.num.35. & ſeq.vol.3.
concludens , quod verba geminata, cùm de-
pendeant à præcedentibus,terminari debēt,
& interpretari ſecundum præcedentia . & ſi-
gnanter contra hunc caſum geminationis
verborum reſpondit Riminal. Iu. conſi.147.
ſub nu. 21. vol. 2. poſſet autem hęc poſterior
36 opinio forſan obtinere, † quādo prohibitio
eſſet reſtricta ad perſonas , vel caſum præce-
dentem, vt in caſu Rimin.conſi.134.vol.3.&
latius infrà dicemus in 3. caſu.

Secundum ſit exemplum iſtius ſecundi caſus,
quando teſtator poſt cauſam adiectam prę-
37 cepto , † & prohibitioni de non alienando
factę hęredibus, dicēdo, Quia volo dicta bo
na peruenire ad eorum filios maſculos &c.
adiecit , Maximè , quia nolo, quòd dicta bo-
na mea egrediantur domos eorum familiæ
vſque in infinitum . tunc enim quia hęc ver-
ba ultima non erant neceſſaria ad ueſtiendū
dictam prohibitionem , dicuntur inducere
fideicommiſſum abſolutum, vt reſpondit Al
ba conſi.54.quem refert & ſequitur Biret.cō
ſilio 18. num.20. ad fi.

38 Tertium ſit exemplum in quibuſcunque † cō
tractibus,in quibus nedum per modum cau
ſæ finalis vltra prohibitionem veſtitam , ver-
ba fuerūt adiecta,ſed etiam per modū quen-
dam enunciandi, ut dicam in 3. caſu princi-
pal. in 3. exemplo.

Declaratur modo iſte ſecundus caſus , vt non
39 procedat , quando eſſet data facultas † alie-
nandi inter deſcendentes; putà,ſi teſtator di
xit , Prohibeo bona mea alienari , niſi inter
deſcendentes, quia volo,quod conſeruentur
in familia ; nam & ſi prohibitio ſit veſtita
abſq; alia cauſa adiecta , tamen non reſultat
fideicommiſſum abſolutū , Ruin. conſi.127.
num.12.& ſeq.vol.2. Senat. Pedem.deci.50.

Secundò declaratur iſte ſecūdus caſus, ut pro-
cedat ita demùm , quādo verba adiecta pro-
40 hibitioni veſtitæ † tendunt ad eundem finē,
ad quem prohibitio veſtita, aliàs ſecùs , ſi ad
diuerſum. uerbi gratia, ſi teſtator prohibuit
bona alienari extra deſcēdētes,& ſi ſecùs fiat,
vocat alium , putà , fiſcum , uel rempubli-
cam &c. in pœnam alienantis ; tunc enim
non crediderim cauſari fideicommiſſum ab-
ſolutum, cùm in caſum alienationis alius,&
ſic extraneus ſit uocatus , & ſic prohibitio
ueſtita tendit ad unum finem , & effectum ,
pœna autem ad alium, & ex diuerſis non be-
nè infertur , l. Papinianus exuli. ff. de mino.
cum uulga.

41 Tertius caſus eſt , quando teſtator † prohi-
buit bona ſua alienari, & per modum cauſæ
finalis adiecit, quia uult ea conſeruari in fa-
milia ſua:& in hoc caſu magna eſt contentio
inter Doct. an ſubſit,& inductum cenſeatur
fideicommiſſum abſolutum, an uerò in caſu
alienationis tantùm. etenim Soci.conſi.227.
uol.2.conatus eſt defendere unum duntaxat
ſubeſſe fideicommiſſum in caſu alienationis
* tantùm , & de* communi ipſe teſtatur con-
ſil.57.num.2.uol.3.idem tenet Soci.Iun.l.qui
Romę.§.cohęredes.in 2.caſu.ff.de uerbo.ob-
ligat.& Soc.refert, & ſequitur Dec.conſ.287.
nu.11. uerſi.non obſtat, quòd propter illam
cauſam &c. & per totum.& conſi.218.uol.1.
& conſilio 377. & abundè Curt. Iun .conſi-
lio 218.per totum.uol.3.ubi reſpondet mul-
tis conſilijs , quę in contrarium allegantur.
Riminal. Iun. conſi.279.per totum.uol.3. &
abunde etiam conſi.147.num.2.& poſt Soci.
Deci. Curt. Iun. Ruin. Soci. Iun. & alios per
* multos concludit, & de* communi teſtatur
Curt.Iu.conſi.116.in princ.Senat. Pedemon.
deciſio. 50. Cephal. conſi.17. num. 22. & ſeq.

uol.1.Riminal. Iun.conſi.147.in 1.dub.uol.2.
Menoch.cõſi.85.nu. 103. & 104.uol.1.Bolo-
gnet.conſi.15.nu.54.& ſeq.Burſat.conſi.156.
num.35. & ſeq.& num.62.& ſeq.& conſi.195.
num.5.vſq; ad num.11.vol.2.Vegius cõſi.56.
num.10.vſq; ad nu.19.& latiſſimè conſi.ult.à
num.126. vſq; ad num.503. ultra quoſdam
alios de* communi atteſtantes, quos refert
Mantica in tractat. de coniectu. vltim.volũt.
lib.6.tit.14.num.24.& ultra eum idem abun
dè reſpondit, & acerrimè tueri conatur Syl-
ua.conſi.6.& hanc partem tenet etiam Alba.
conſi.1.quem etiam refert, & ſequitur Plot.
conſi.14.num.1.vbi de* communi,& col.fin.
& per totum, & latiſſimè de* communi Ri-
minal.Iu.conſi.279.uol.3.& pro hoc plu.con
cordan.refert, & ſequitur Decia.conſilio 50.
num. 12.vol.1.& quamplures concordantes
citat Riminal. Iun. conſi.279. nu.35. & plu.
ſeq.vol.3.& ibi num.50.addit* omnes Doct.
tenere hanc ſententiam. & hanc partem uti
magis*.* communem, & neriorem latiſſimè
defendit Bireta conſil. 18. per totum, & an-
te eum Syluan. d. conſi. 6.

Et Docto. ſuprà citati, maximè Soci.d.cõſ.227.
col.6.uerſi. nec præmiſſis obſtant,quæ pouit
Bar. &c. & Dec. d. conſi.287. in loco ſupra-
citato.& plures alij reſpõdent deciſioni Bar.
quæ in contrarium allegatur in l. pater filij.
§.fundum. ff. de leg.3.quod Bart.dicit, quod
ratio, & cauſa adiecta reddunt prohibitio-
nem magis efficacem, & fortem,& eam decla
rãt, non autem dicit, quòd eam amplièt, vt
etiam conſiderat Curt.Iun.vbi ſuprà nu.21.
Rub.conſi.1.num.14.& Riminal.Iun.d.con-
ſil.279. nu.44.& ſeq. pro quo facit, quod ad
hoc dixit Dec. d.conſi.218.quòd illa ratio ad-
iecta eſt tanquã clauſula acceſſoria, quę non
ampliat diſpoſitionem, Clem.1.in fi. de prę-
ben. & ſequitur Curt.Iun. d.cõſi.218.nu.26.
in princip.quod & ampliat Dec.d.conſi.277.
num.6.in princip.& comprobat Cepha. con
ſil.401.ſub nu.21.& nu 43.& ſeq.vol.3.

Vel etiam, quod Bar. ſentiat eã rationem am-
pliare prohibitionem, non tamen dicit, ꝙ
proptereà inducatur fideicommiſſum abſo-
lutum. & iſtud eſt,quòd Dec.ſibi contrarius
inquit d.conſi.377. num. 7. in fi. & cæteri ſu-
prà citati. Quòd ſi cauſa adiecta ſemper am
pliaret prohibitionem, certè nunquam eſſet
fideicommiſſorum finis,quia ſemper dicere-
tur durare fideicommiſſum ratione cauſæ
adiectæ, vt in ſimili conſiderat Crauet. con-
ſil. 161. num.17.in fi.

Et ratio iſtius concluſionis principalis ea eſt,
quia prohibitio de ſe circunſcripta, cauſa
adiecta fuiſſet nuda; vnde propter rationẽ
adiectam ſatis eſt, vt dicatur veſtita,& indu-
cere fideicommiſſum conditionale in caſu
alienationis,abſq; eo,quòd inducat fideicõ-
miſſum abſolutum: ità enim dicunt Docto-
res omnes ſupra citati.

Sed hæc ratio confunditur ex vi rationis, quæ
præſefert etiam fideicommiſſum abſolutũ,
vt infrà dicemus. & ideò dici poteſt, ꝙ cùm
ex vi dictæ rationis, & cauſę finalis poſſit u-
trunq; fideicõmiſſum elici,& in caſum aliena
tionis, & in caſum mortis, cur eſt, quòd di-
camus ſolùm inductum in caſum alienatio-
nis? vt in ſpecie conſiderat Menoch.cõſi.197.
nu.18. verſi. rurſus admiſſo &c. uol.2. & etiã
ſuprà dixi in 4. caſu,in 5. exemplo.

Niſi dicamus repugnare extenſionem de perſo
na ad perſonam, quæ prohibita eſt, vt infrà
dicemus, & in ſpecie conſiderat Ruin.conſi.
89. num.22. volum. 2. quatenus concludit,
quòd in multis iuribus, de quibus ibi per
eum, verba erant apta ad fideicommiſſum
abſolutum, & tamen reſtringuntur ad fidei-
commiſſum conditionale.

42 Veruntamen contraria opinio † crebrior
videtur, quòd immò ex ea, vel ſimili formu-
la verborum reſultet fideicommiſſum abſo-
lutum ex ui rationis, & cauſæ finalis adie-
43 ctæ,quæ ampliat diſpoſitionem, † & eam ex-
tendit, prout dicta ratio,& cauſa adiecta,ad
not.in l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg.2.
& Bar.in l. pater filium. §. fundum. ff. de leg.
3. vbi vult prohibitionem, quæ erat de non
alienando inter viuos, comprehendere etiã
caſum mortis, ſi verba, per modum cauſæ
finalis generalia apta omne tempus com-
plecti,adiecta ſint. & ex vi rationis adiectæ
fit extenſio etiam de filia ad neptem, vt in
hac materia reſpondit Caſtren. conſi.401.in
2. parte. Soc. Iun.conſi.129.nu.35.volum. 3.
ſic & de tempore ad tempus fit extenſio, ſi
cauſa finalis ſit generalior dicto, vt in caſu,
quo teſtator prohibet alienationẽ filio vſq;
ad annos 25, quia volebat bona perpetuò
peruenire ad filias, & neptes, poſt Cuma.
& Barto. vbi ſuprà, Tiraq. in tract. de inter-
preta. & extenſi. in fi. num. 25. & 29. Et ideò
meritò hanc opinionem pro fideicommiſſo
abſoluto attendendã eſſe puto. nã alias con-
ſeruatio bonorum in agnatione, vel familia
per teſtatorem deſiderata in illa ratione nõ
poſſet ſortiri effectum, Deci. conſi. 259.nu.
2. Cepha. conſi. 353. nu. 45. volum.3.tenuit
Aret.in l. qui Romæ.§.cohæredes. ff. de verb.
oblig. & concordan. quos refert, & ſequitur
Vegius, vbi ſupra d.conſi.vlt.nu.369.& plur.
ſeq. vſq; ad num. 389. & à num. 420. vſq; ad
num. 459. & infinitos, & longè plures, quam
ſint in contrarium citati, de* communi at-
teſtantes refert Manti. vbi ſuprà, verſicu. ſed

con-

contrariam opinionẽ,& longè plures Achill.
Perſona.in tracta.adipiſcen.poſſeſſ.qui à nu.
192.vſq; ad num. 233. per quadraginta col.
diligentiſſimè inter modernos quæſtionem
examinat,& *receptiſſimam etiam hanc ſen-
tentiam fatetur; & non nunus diligenter An
char.Iun.q.72.in prima par.vbi etiam abun-
de de * communi. quibus addo Soci. conſil.
57. colum.2.num.2.volum.3.Crot.conſi.48.
num. 25.& Purpurat.conſi.375.num.14. vbi
teſtatur de * communi.volum. 1. & ibi etiam
egregiè ponderat ſingula verba prohibitio-
nis, de quibus ſuprà. Quinetiam conſi.559.
num. 13.& ſeq. vol. 2. dicit, quòd huic ſen-
tentiæ nemo contradicit. hanc etiam partẽ
tenet Alba conſi. 54. num. 2. verſic. accedat
ſecundo loco. Cepha. conſi. 153. num. 48. &
ſeq. volum. 2.de * communi Plot. conſil. 14.
num. 2. quatenus refert Soci. Deci. & Curt.
Iun. & Ferdin. Loazes in d.§.diui. atteſtantẽ
de * communi. nu.106. verſic.quartò quæri-
tur. quò fit, vt ſi authoritatibus certandum
ſit, hæc ſententia dubio procul numero, &
pondere vincit contrariam. & itá etiam dixi
in illa Placentina Caſtri Varſij, de qua ſæpè
mentionem fecimus. & hanc partem tenuit
etiam latè Rolan. conſi. 23. uolum. 4. itá q;
** hæc opinio videtur eſſe magis ** cõmunis,
44 poſtquàm conſtat, † quòd plurium aucto-
ritate armata reperitur, ergò &c. conſequen-
tiam probat tex. in l. 1. & ibi not. Bald. ff. de
officio quæſto. & concordan. per Iaſ. conſil.
148. colum. 5. in prin. volum.2. & hanc par-
tem reprobata opinione Soci. d. conſil. 227.
& Dec. vbi ſuprà, apertè tenuit Alcia. conſi.
777. propter difficilem coniecturam mentis
teſtatoris. vbi addit, quòd iſta opinio hodiè
eſt canonizata apud iudicantes. idem tenuit
Petrus Ant. Anguiſſ. concinis meus conſi.9.
num.2.lib. 6. & nu. 6. per bona iura per eum
citata. cui tamen conſi. Soci. aliter reſpon-
dit Alcia. conſi. 484. nu. 5.& conſi.561.nu.5.
& Menoch. conſilio 197. volum. 2. & Ruin.
conſilio 168. volum. 3. & Rube. conſilio 53.
& Crot. conſi. 48. & plur. concordan. con-
tra illud conſi. Soci. refert, & ſequitur Me-
noch. vbi ſuprà ſub nume. 55. & ſequendo
Rube. ibi, & Dec. conſi. 23.colum. fi. & quã-
plur. alios concordan. idem tenet Crau. cõſ.
584. num. 10. concludens, quòd ſi verbis di-
ſpoſitiuis cauſa prohibitionis adijcitur, re-
ſultet fideicommiſſum ſimplex, & abſolutũ;
& hanc partem tanquam * communem latè
firmat poſt glo. de * cõmuni atteſtan. quos
refert Rolan. conſi. 23. num. 11. & plur.ſeq.
volum. 4. vltra ea, quæ dicam infrà in 2. de-
clarat. verſic. qua de re contrariam opinio-
nem &c. idem tenuit Bero. conſil. 176. num.
57. vol. 2. dicens, quòd prohibitio alienationis
extra familia inducit ſimplex fideicommiſ-
ſum, quia teſtator videtur voluiſſe prouide-
re familiæ ſuæ; & dicit, quòd hoc tenet Saly.
in l. quoties. C. de fideicom. & quod fuit de
mente Bart. in l. codicillis.§.teſtator. ff. de
legat. 2. & idem Bero. in conſi. 102.num.22.
eod. volum. dicens, quòd prohibitio de non
alienando adiecta ratione, quia vult bona
conſeruari in agnatione, vel deſcendentibus
ſuis, inducit fideicommiſſum abſolutum;
per Bar. Alex. Soci. & alios in d.§.cohæredes.
Et pro iſta parte facit, quia teſtator prohi-
bendo bona alienari extra familiam per mo
dum rationis finalis videtur voluiſſe, vt bo-
na conſeruentur in agnatione, vt conſiderat
Dec. conſi. 422. num. 10. verſic. vnde melior
ratio eſſe videtur &c. ergò cenſetur prohibi-
ta alienatio etiam in caſu mortis, quia ſem-
per viget eadem ratio, vt animaduertit ipſe
conſi. 259. num. 2. quicquid ipſe velit d.cõſ.
422. quòd nihilominus ſolum fideicommiſ-
ſum dicatur inductum in caſu contrauen-
tionis.

Sic & vbi à teſtatore nudæ prohibitioni de non
alienando factæ hæredibus ſuis adijcitur ra-
tio, quia vult, quòd bona ſua uadant in fa-
milia, & de hærede in hæredem, quod idem
ſonat, ac ſi dixiſſet de deſcendente in deſcen-
dentem, vtiq; dicitur inductum fideicom-
miſſum regulariter, ex * communi ſententia,
vt latè probat Decia. conſi. 50. nume. 12. &
plur. ſeq. vol. 1. & abundè quando per mo-
dum cauſæ finalis prohibitio pro cauſa fuit
adiecta, latè reſpondit Menoch. in conſi. 50.
num. 14. & plur. ſeq. & latiſſimè hanc partẽ
defendit, & de * communi teſtatur Surdus
conſi. 67. ferè per totum. & conſi. 96. etiam
per totum.

Quòd ſi rationibus agatur, multò minus ab
hac poſteriore ſententia recedendum vide-
tur, vt cernere eſt in locis prædictis, & præ-
ſertim Dec. conſi. 38. colum. 2. vbi pulchrè
hanc partem defendit, & Purpurat. Plot.
Achill. & Ancha. Iun. ac Vegi. vbi ſuprà per
quamplures colum. quorum dicta non trã-
ſcribo, prout ipſe Vegius fecit, qa videri poſ
ſunt. ſed de his infrà in pen. q. videbimus Deo
dante. & fundatur in ea principaliter ratio-
ne, quòd ratio ampliat dictum, ſi ſit dicto
generalior, vt ſuprà tetigi; & ibi etiam cita-
ui deciſionem Barto. per d. l. pater filium. §.
fundum. ff. de legat. 3. Contra quem non ob-
ſtat, quòd aliqui ſuprà in contrarium relati
dicant, quòd Bart. non dicit rationem am-
pliare dictum, ſed benè quòd illud declarat:
45 quoniam hæc interpretatio † non tenetur
* communiter. immò Docto. pleriq; intelli-

gınteum, vt dicat, quòd ratio generalior
dicto ampliat dictum: & benè; quia hoc a-
pertè dicit Bar. num. 1. in fin. ibi, Tamen ra-
tio prohibentis videtur generalis omne tem-
pus comprehendens &c. & ità eum in ſpecie
intelligit Iaſ. in d. conſi. 23. colum. 1. volum.
3. Tiraq. in tract. de extenſio. ad fi. num. 25.
& ſeq. & non minus clarè Alcia. conſil. 777.
nume. 2. & ſeq. & latius in princip. conſi. 20.
num. 31.

Benè uerum eſt, quòd Bar. nihil dicit de fidei-
commiſſo abſoluto, tamen ex ratione per
eum poſita ſatis hoc colligitur; quoniam
Si cauſa finalis ampliat dictum, quatenus ſe
extendunt eius uires, utiq; complectetur ē
caſum mortis fideicommiſſarij, quia per
eius mortē, ſi bona non proueniunt ad pro-
ximiores de familia, ut ſonat etiam virtus di
ctę clauſulę Extra gradus, utiq; venientes ab
inteſtato extranei dicerentur capaces dicto-
rum bonorum, & bona non conſeruarentur
in agnatione.

Exiſtimo tamen, quòd iſtæ opiniones poſſint
conciliari, vt prima opinio, quę negat in hac
ſpecię fideicommiſſum abſolutum ſubeſſe,
poſſit obtinere in pluribus caſibus: & ſic hęc
concluſio plures declarationes recipit.

Prima eſt, quando cauſa adiecta prohibitioni
46 † eſt ſimplex adiecta per uerba enunciatiua;
illa enim minus operantur, quàm vbi per
cauſam finalem intentio teſtatoris expreſſa
eſt, Bar. in d. l. pater filium. §. fundum. ff. de
legat. 3. ſecùs, ſi uerba adiecta prohibitioni
cauſam finalis intentionis teſtatoris pręſe-
ferunt; non enim eſt dubium, quod per ver-
ba enunciatiua inducitur etiam fideicōmiſ-
ſum, ſed minus efficax, quàm per verba diſpo
ſitiua, & cauſæ finalis, Bar. vbi ſuprà, quem
malè reprobat Alex. de Næuo conſi. 58. vt in-
frà dicam in ſeq. declarat. Et eſt ratio; quia
verba enunciatiua non diſponūt, vt per Bar.
vbi ſuprà, quem refert, & ſequitur Ripa in
d. §. diui. nu. 110. in fi. quamuis, vt dixi, certū
47 ſit, † per verba etiam enunciatiua induci fi-
deicommiſſum, l. vnum ex familia. §. fin. ff. de
leg. 2. Soci. conſi. 43. nu. 6. uol. 3. Crot. d. con-
ſil. 13. nu. 15. Dec. conſi. 38. nu. 2. in prin. Soci.
conſi. 57. vol. 3. Cepha. conſi. 153. num. 48. &
ſeq. Vegius conſi. vlt. num. 378. & ſeq.

Vnde aduertendum eſt, quòd fideicommiſſum
48 huiuſmodi inductum † per verba enuncia-
tiua nō eſt ſimplex, & abſolutum, ſed condi-
tionale tantùm in caſu alienationis. & in ca-
ſu iſto poteſt ſaluari conſultatio Cepha. con
ſil. 17. num. 21. in fin. & ſeq. vol. 1. loquens in
caſu, quo teſtator dixerat, vt bona ſua inte-
grè conſeruarentur in prędicto, hęredes. &
ſuos deſcendētes per lineam maſculinam in
infinitum, et poſteà in fœminas, & deinde in
legitimatos, vt ſuprà, & prout ſupra iuſſit, ac
mādauit bonorum immobilium alienatio-
nem fieri non poſſe per ſuos hęredes inſtitu-
tos, vel ſubſtitutos. Etenim illa verba, Vt bo-
na ſua &c. enunciatiua dicuntur; vt conclu
dit Soci. d. conſi. 43. nu. 6. verſi. pręterea pro-
hibitio alienationis extra familia, vt bona in
familia relinquantur &c. & verſi. igitur illa
uerba, Vt in familia remanerent, licet enun-
ciatiua, inducunt fideicommiſſum &c. ad
differentiam illorum uerborum, Quia uolo,
quòd bona in familia remaneant &c. vt ibi
per eum. idemque firmat Capic. deciſi. 108.
num. 3. in fin. loquens in caſu, quo hæres eſt
prohibitus alienare fundum, ut in familia
remaneat. Quò fit ut dubitabilis ſit conſul-
tatio Aleiat. conſi. 484. de quo ſuprà memini
in primo caſu, in 5. exemplo. & arguendo à ra
tione tex. in d. §. filium. Ruin. conſi. 122. ſub
49 num. 2. uol. 2. concludit, quòd ubi uerba † ſunt
apta fideicommiſſum abſolutum inducere,
dicere debemus illud adeſſe.

Secundò declaratur, vt procedat dicta prima
50 opinio, † quando prohibitio reſtricta eſt ad
certas perſonas, uel certū caſum; quia tunc
ratio generalis adiecta non operatur, ut di-
catur inductum fideicommiſſum abſolutū,
per ea, quæ dixi ſupra in primo caſu, in pri-
ma declaratio. in prin. in 5. exemplo. & ratio
eſt, quia limitata cauſa limitatum producit
effectum, ut in prohibitione de non alienan-
51 do † in certo caſu, Alba conſi. 7. nu. 8. & hoc
caſu loquitur Cepha. conſi. 17. numero 22. &
ſeq. Alban. conſi. 1. & alij multi infra citandi,
ut etiam tenet Bireta conſil. 55. num. 3.

52 Sed punctus ſtat, an, & quando † prohibitio
dicatur ſic, ut ſuprà reſtricta; quoniam mul-
ti dixerūt prohibitionem dici reſtrictam ad
perſonam, ſeu perſonas, quando certæ per-
ſonæ ſunt prohibitę alienare, licet ratio pro-
hibitionis ſit generalis etiam ad plures alias
perſonas, uel gradus perſonarum; uerbi gra-
tia, quia teſtator prohibuit dictum eius fi-
lium, uel hęredem alienare, quia eius inten-
tio, & uoluntas fuit, & eſt, quòd dicta bona
conſeruentur in familia ſua; neque enim in
hac materia, ut illi dicunt, fieri debet exten-
ſio de perſona ad perſonam, ut ſentit Ceph.
conſi. 17. num. 22. & ſeq. qui tamen loquitur
in caſu, in quo teſtator in ipſa ratione prohi
bitionis etiam ſe ad modum, & figurā ſuprà
expreſſam reſtrinxerat, & inſuper uerba ibi
erant potius enunciatiua, quàm cauſatiua,
ut etiam dixi in præcedenti declaratione.
53 Et quod fideicommiſſum † filijs iniunctum
non extendatur ad nepotes, tenuit etiam
Crau. cōſi. 67. nu. 8. Ripa in d. §. diui. nu. 111.

in

in princ. qui tamen loquitur, quando pro-
hibitio fuit concepta per verba perſonaliſſi-
ma, putà, ipſum hæredem prohibeo &c. &
vbi ratio generalis non fuit adiecta, immò
tunc ipſe apertè tenet contrarium, vt infrà
dicam. & idem tenuit Alex. de Neuo conſ. 38.
colum. 1. & ſeq. concludens, quòd prohibi-
tio de non alienando facta ad certum tem-
54 pus, † putà, hæredi, ne alienet in vita ſua,
non extenditur vltra illud tempus, licet ra-
tio adiecta prohibitioni ſit amplior, & pin-
guior apta comprehendere vlterius tempus,
inducendo tex. ad hoc in d. l. pater filium. §.
fundum. ff. de leg. 3. quòd verba illa in d. tex.
poſita, Ità enim fiet, ut nunquam de nomi-
ne meo exeat, vel quòd ſint ſuperflua, ſecun-
dum glo. ibi, vel quòd ſunt cauſatiuè poſi-
ta, ac ſi teſtator dixiſſet, Quia volo, quòd
nunquam exeãt de familia mea; reprobata
opinione Bart. ibidem, qui tenuit ea fuiſſe
enunciatiuè poſita, & ea differre à cauſalib.
& poſitis per modum rationis, & cauſæ fi-
nalis. nam inquit ille, opinionem Bart. non
eſſe veram, nec etiam communem. ſed Do-
ctor iſte errore lapſus eſt in vtroq; dicto; tum
quia longa eſt differentia inter uerba enun-
ciatiua, quia illa nihil diſponunt, vt ſuprà
dixi in præcedenti declaratione, & de quibus
loquitur ille tex. & verba poſita per modum
rationis, & cauſæ finalis, de quibus eſt no-
bis ſermo; tum quia opinio, & diſtinctio
* * Bart. magis * * communiter eſt recepta, vt
infrà apparebit. & ità intelligi etiam debet
Ruin. conſi. 134. colum. penul. volum. 3. qua-
55 tenus vult, prohibitionem illam † de non alie
nando in caſu ſuo extendi non debere vltra
perſonas expreſſas; loquitur enim in caſu,
quo & prohibitio alienationis, & ratio ipſa
adiecta erant reſtricta, & limitata ad certas
perſonas: præter id, quod contra illud conſi-
lium expreſsè reſpondit Cur. Iun. conſil. 43.
quem cæteri ſequuntur, de quibus infrà di-
cemus. & ità etiam intelligi debet Soci. Iun.
conſil. 13. nume. 23. in fin. & ſeq. volum. 4. &
Natta conſil. 470. num. 1. & conſil. 528. nu.
24. & pariter Alban. d conſi. 1. & Plot. dicto
conſil. 14. de quibus ſuprà memini. hanc
partem etiam tenere videtur Plot. conſil. 14.
quatenus concludit, rationem generalem
conſeruationis bonorum in familia non ſe
extendere ad tranſuerſales de domo dicti te-
ſtatoris. & ſuprà citati Doctores propterea
dicunt, quòd Bart. in d. l. pater filium. §. fun-
dum. ff. de legat. 3. non dicit id, ad quod allo-
gatur ex aduerſo, quòd ſcilicet ratio finalis am-
pliet dictum, & diſpoſitionem, nec verbum
facit de fideicommiſſo abſoluto, ſed ſolùm
dicit, quòd eam fortificat.

Et pro iſta parte ſtringere videtur ea ratio, quã
multi tenuerunt, videlicet, quod in fideicom
56 miſſis, † & ſubſtitutionibus non fiat exten-
ſio de perſona ad perſonam, etiam ſi militet
eadem ratio, prout tenuit Aret. in l. Gallus. §.
& quid ſi tantùm. col. 3. verſic. 2. adde &c. ff.
de libe. & poſthu. dicens, quòd licet diſpoſi-
tio teſtatoris facta de vno caſu porrigatur
ad alium ex veriſimili mente diſponentis, ſe-
cundum Bar. ibi; ſecùs tamen eſt, vbi fieri
deberet extenſio de perſona ad perſonam;
quia tunc talis extenſio fieri non debet ex ta
cita, & veriſimili mẽte teſtatoris, per l. ſi quis
ita. §. penul. ff. de teſtam. tute. & gl. in l. Titius.
in princip. ff. de libe. & poſthu. refert & ſequi-
tur Dec. conſi. 218. & Celſus conſi. 30. nu. 50.
* in princ. & ſic deciſio Aret. eſt * communiter
approbata, ut latè per Decium conſi. 291. co
* lum. 4. verſi. 2. premitto. & de * cõmuni Me-
noch. conſi. 97. nu. 92. Natta conſi. 470. nu. 6.
Et ratio eſt, quia ſumus in fidẽicõmiſſis, quo-
rum materia eſt odioſa, ita ut prohibitio fa-
cta filio non extendatur ad nepotem; vt latè
concludit Dec. conſi. 287. Etenim eſt contra
regulam l. in te mandata. C. mandati. quia
aufert liberam facultatem diſponendi de
rebus ſuis. idem reſpondit Ceph. conſi. 330.
nu. 72. & ſeq. vol. 3. concludens, quòd non fit
extenſio de perſona ad perſonam in hac ma-
teria, ſequendo Areti. in d. §. & quid ſi tantũ.
& ibidem Iaſ. col. 5. & conſi. 220. col. 4. verſi. &
in primis. vol. 2. & Dec. in l. illam. nu. 11. C. de
collatio. & d. conſi. 218. nu. 9. etiam ſi militet
eadem ratio in perſona nõ expreſſa; per Nat-
tam conſi. 470. nu. 6. & idem tenuit Cepha.
conſi. 269. num. 12. Bolognet. cõſi. 15. nu. 33.
& plur. ſeq. citando tex. in §. nos verò. Authẽ.
de reſtitu. fideicommiſſ. & plures auctorita-
tes, de quibus per eum, cõcludentem, quòd
prohibitio alienationis facta de filijs non ex-
tenditur ad nepotes; quia fideicommiſſum
eſt onus maximum, per l. cohęredi. §. cum fi-
liæ. ff. de vulga. & pupilla. & concordan. de
quibus per eum, & in d. §. nos igitur. prohi-
bitio erat facta filijs, & tamen non extẽditur
ad nepotes; quamuis, vt multi dicunt in illo
tex. per modũ rationis teſtator dixerit, quia
volebat dicta bona remanere in familia ſua,
& nõ exire de nomine ſuo, Socin. d. conſi. 227.
col. 5. in prin. vol. 2. & ità etiam per illum tex.
quòd prohibitio perſonalis, & ſic facta filijs
non trahatur ad nepotes, tenuit Rimin. Iun.
conſi. 2. nu. 37. & Aret. vbi ſuprà refert, & ſe-
quitur Natta conſi. 470. nu. 6. quòd ſcilicet
non fiat extenſio de perſona ad perſonam in
57 fideicommiſſis etiam ex identitate † ratio-
58 nis, nec etiam ex tacita, † & veriſimili mente
teſtatoris, vt ſequendo Areti. vbi ſuprà, in-
quit

quit Rube. conſilio 31.num.5.
59 Et quòd materia† fideicommiſſi inducendi,
uel extendendi dicatur odioſa, firmat etiam
Riminal.Iun.cõſ.20.nu.37. Cepha.coſi.375.
nume. 34. Et propterea concludunt Docto.
quòd materia fideicommiſſi ſit odioſa, quia
eſt onus, probat Dec.conſi.636.in princ. Al-
ba conſi.29. num.7. conſi.31.num. 22. Qui-
nimò etiam ſi maior ratio ſit in perſona non
expreſſa, quàm in expreſſa, tamen fit exten-
ſio de perſona ad perſonam, vt poſt Cyn.con
cludit Bologne. d. conſ 14.nu.47.de quo ta-
men infrà etiam dicam uerſicu. ſed contra-
rium &c in 9.queſt.princip.
60 Et omni in caſu prohibitio † facta filijs non
extenditur ad nepotes,quãdo in filijs diſpo-
ſitio eſt ſortita effectum, ut per eundem Bo-
logne. vbi ſuprà. num.35. & idem fortè eſſet
61 dicendum,† quando prohibitio facta fuiſſet
nominatim filio expreſſo nomine proprio,
vt ibidem per eum. nec ſub prętextu, quòd
dicatur teſtatorem uoluiſſe conſeruari bona
in agnatione fortè propter cauſam ueſtitã
& expreſſionẽ factam in aliquo caſu, uel ali-
quibus perſonis, fieri debet extenſio ad alios
caſus, uel alias perſonas, ut latè concludit
Riminal. Iun. conſ.117.nu.71.vol. 2. Si enim
teſtator noluiſſet alterius prouidere, is pro-
uidiſſet, ut ibi per eum. Nec etiam eſt arguen
62 dum † à maioritate dilectionis ad augendũ
fideicõmiſſum, de quo in l. ſi uiua matre. C.
de bon. mater.quia materia eſt odioſa, Cra-
ue.conſ.161.col.fi.& concordan. per Cepha.
conſ.430.num. 41. & Bireta conſ.63. ubi la-
tè prædicta comprobat; & infrà etiam dicã
in 5. queſtio. princip. uerſ. et hanc primam
rationem.
63 Et quòd in hac materia † etiam ex identita-
te rationis non fiat extenſio de perſona ad
perſonam, reſpondit Ruin. conſ.127.num.9.
vol.2. & latius per Biretam d.conſ.63. Addit
Craue.ubi ſuprà, quòd in hac materia cauẽ-
64 dum eſt à diuinatione,† quia in teſtamentis
nihil magis eſt proprium, quàm claritas, &
quòd diuinare dicimus, quando uerba non
cõueniunt; & quòd interpretatio pro fidei-
commiſſo debet neceſſariò concludere, aliàs
reijcitur in totum, ut non liceat arguere ab
identitate rationis, de qua in d.l.ſi viua ma-
tre.C.de bonis mater.& eum refert, & ſequi-
tur Menoch.conſ.97.nu.94. Quòd vltimum
eſt dubitabile, ut ibi per eum, nu.92. de quo
tamen per Riminal.Iun.in conſ.23.num. 99.
& hæc concluſio procedit, etiam ſi ſit ſubſti-
* tuta cauſa pia, ſecundum * communem
opinionẽ, vt dixi hoc anno in vna Mediola-
nenſi de Gallarate. Qua de re ſi etiam cauſa
65 adiecta ſit † diſpoſitioni reſpiciens conſerua
tionem bonorum in agnatione, putà, ſi te-
ſtator poſt ſubſtitutionem conditionalem
dicit, quia non vult, quòd vllo modo bona
ſua exeant de domo ſua, tamen corruente
ſubſtitutione ceſſat & dicta ratio, quia conie
cturata mens teſtatoris nõ eſt curãda, quan
do agitur de fideicommiſſo extendendo de
perſona ad perſonam. ſimili exemplo firmat
Bireta conſi. 75. col. 1. & ſeq. & ad hoc facit
Bal.in l.cum hi. in 2.lect.§.ſed & ſi alius. ff. de
tranſact. concludens, quòd in iſtis prohibi-
tionibus non fit extenſio, quia ſtricti iuris
ſunt, & non porriguntur, per tex.in Auth.de
reſtitut.fideicom.§. manifeſtum. & compro-
bat Dec. conſi.287. ſub nu.11.loquens in ex-
tenſione de filio ad nepotem. & non deſunt,
* qui etiam dicunt hanc eſſe* communem opi
nionem, vt ſuprà tetigi in prima ſpecie di-
uiſionis.
Sed iſta declaratio non videtur eſſe vera, ut pa-
tet ex ſupradictis in contrarium, nec etiam
communiter eſt recepta, & contra eam te-
net Iaſ.in l. Titius.§. Lucius.nu.37.ff.de libe.
& poſthu. poſt Ange.per eum citatum. idem
reſpondet Iaſ.conſi.148. col.3.uerſi.4. facit.
uol.2. & latius Fortuni. in d.§.& quid ſi tan-
tum.nu. 56. & eos refert, & ſequitur Marza.
conſi. 4. pag.28. uerſi. nam quatenus addu-
citur. cõcludentes, diſpoſitionem teſtatoris
66 factam in uno caſu,† uel in una perſona ſem
per extendi ad alium caſum, & ad aliam per-
ſonam ex identitate rationis, vel ſaltem ſi ex
coniecturis colligi poſſit, quòd idem diſpo-
ſuiſſet teſtator, ſi fuiſſet interrogatus. immò
quando militat eadẽ ratio, non dicitur fieri
extenſio, ſed comprehẽſio, & intellectiua in-
terpretatio, Soci. conſi.52.nu.10.in fi.uol.2.
& ante eum etiam Caſtren. conſi. 261. nu.3.
in 2.parte. & hoc quando non uariatur per-
ſona ſubſtituti, ſed eius tantùm, cui fit ſub-
ſtitutio, putà, quia teſtator dixit, ſi filius de-
cedat ſine filijs, & contigit eum cum filijs de-
ceſſiſſe, ſed illos poſteà ſine filijs deceſſiſſe, vt
ibi latiſſimè per eum. pag.52.
Et quòd ex identitate rationis expreſſę, fieri de-
beat extenſio de perſona ad perſonam, latè
ſuprà dixi in 2. quæſt. princi.in materia pro-
hibitionis realis; & iſto caſu nõ loquũtur ad-
ducta in contrarium. & ad hoc plures con-
cordantes citat idẽ Marza.ubi ſuprà, pag.31.
in princip. & latius pag. 57. in fi. & quando
ratio agnationis, uel familiæ eſt expreſſa, tũc
res de plano procedit, vt poſt Dec. & Cur.Iu.
concludit idem Marza.in 1.loco citato, uerſ.
prætereà quando ratio agnationis, uel fami-
liæ expreſſa eſt &c. vel quando reſultaret ali-
quod abſurdum, ut ibidem per eum col.29.
in fin.& ſeq.in prin.verbi gratia, quãdo filius
insti-

inſtitutus fuiſſet grauatus, quia tunc ue videatur ipſe deterioris cõditionis, quàm ſint eius filij, argum. l. ſi viua matre. C. de bonis mater. vtique dicendum eſt, quòd nepotes quoq; cenſeantur grauati. & negat iure quidem eſſe verum, quòd materia fideicommiſſorum ſit odioſa, maximè quãdo fit ratione agnationis conſeruendæ, & vt bona in familia conſeruentur, vt etiã infrà dicemus in 9. queſt. princ. & latè defendit Marza. cõſ. 5. col. fi. per totum. & conſi. 6. pariter col. fi. ſicq; reſpondet d. conſi. Dec. Et illud argumentum de d. l. ſi viua matre. procedit de plano, quando verba conueniunt, ſaltem impropriè,
67 † aliàs ſecùs, vt conſiderat Ruin. conſi. 128. num. 22. vol. 3. & pulchre Cepha. conſi. 383. num. 14. vol. 3. & ibi addit, quòd ratione abſurdi euitandi non fit extenſio de caſu ad caſum, ſed eadem ratione fit extenſio de perſona ad perſonam; & de * communi pro iſta ratione, q̃ fiat extenſio de perſona ad perſonam, teſtatur Grat. conſi. 5. nu. 26. & ſequen. vol. 2. & latè hanc partem etiã tuetur Crau. inter conſi. Marza. conſi. 5. col. 3. ubi ſic etiã reſpondit deciſioni Aret. in contrarium citatæ, ut non procedat, quando ex contentis in teſtamento conſtat de mente teſtatoris, vt fiat extenſio de perſona ad perſonam, & repetit conſi. 50. col. 5. uel quando militat eadem ratio, vt latè ex adductis per Menoch. conſi. 97. num. 92. & latiſſimè firmat Bireta conſi. 118. num. 28. & ſeq. & nu. 32. & plu. ſeq. vbi abũdè remouet Aret. obiectionem ſuprà factam, & confirmat omnia ſuperius indu-
68 cta, & quòd fideicommiſſum tendens † ad conſeruationem familię dicatur fauorabile, vt ibi per eum, qui valdè extollit illud argumentum d. l. ſi viua matre. idemq; firmat latius Capic. deciſ. 108. nume. 14. & ſeq. uerſi. contra hanc limitationem facit. nam iſta diſpoſitio non dicitur ex toto odioſa, cùm reſpiciat fauorem familiæ conſeruandæ, præcipuè in re, quæ fuit maiorum ſuorum &c. & pulchrè ante eos Soc. conſi. 45. col. 2. uerſi. igitur dicitur liberis prouidiſſe &c. vol. 3. concludens, quòd licet, quatenus teſtator prohibet alienationem, materia ſit odioſa, & reſtringibilis, tamen quatenus prohibet filijs, & naſcituris ex eis, materia eſt fauorabilis, & ampliabilis, per glo. Bal. & Docto. in l. venia. C. de in ius vocan. nec offendit tex. in d. §. nos igitur. cum §. præcedenti. Authen. de reſtitut. fideicommiſſi. quoniam ibi per uerba enunciatiua teſtator prohibuerat bona alienari, vt remanerent in familia perpetuò, non autem per modum rationis, & cauſæ finalis, prout etiam factum fuerat in l. pater filium. §. fundum. ff. de lega. 3. licèt aliqui aliter, ſed malè, inducant illum tex. Et quod dicitur ex aduerſo materiã eſſe odioſam, quia impedit alienationem rei ſuæ, nihil facit in oppoſitum; quia hic agitur de re aliena ſic affecta: item ubi alienatio eſt interdicta à iu-
69 re, † lege, uel ſtatuto, materia non dicitur odioſa, l. dudum. C. de contrahen. emptio. Bero. conſi. 173. num. 1. & 15. uol. 1. & q̃ con-
70 currentibus coniecturis, conditio, † Si ſine filijs decedant filij hęredes inſtituti, non extinguatur, licet filij hęredes inſtituti eum filijs decedant, ſed ſubſtitutus admittatur, ſi filij filiorum poſteà ſine filijs decedant; firmat poſt plur. concordan. citatos per eum, Cepha. conſi. 529. num. 32. & plur. ſeq. vbi inter cęteros citat etiam Marza. in ſuis quæſt. fideicommiſſarijs quęſt. 19. Qui tamẽ latius d. conſi. 4. examinat hanc quęſtionem, ut ſuprà retuli. de quo tamen vltimo latius dicemus infrà in 9. q. principali.

Et quòd materia fideicommiſſi conditionalis fauore agnationis inducti dicatur fauorabilis, & non odioſa ad differentiam fideicommiſſi ſimplicis, tenuit Dec. conſilio 227. quẽ refert, & ſequitur Marza. conſi. 1. pag. 7. & latius conſi. 6. pag. penult. in fin. uerſi. poſtremò non obſtat illud vulgare dictum, in dubio iudicandum eſſe contra fideicõmiſſum, tanquam oneroſum, & odioſum &c. & col. ſeq. uerſi. ſed quidquid ſit in fideicommiſſo conditionali, certè in fideicommiſſis ad conſeruationem agnationis, & familiæ &c. Et pro ſupradicta ratione, ne magis dilectus uideatur deterioris conditionis, & ratione iſtius abſurdi euitandi, à contrario ſenſu arguit Alex. cõſ. 1. nu. 9. verſi. 4. probatur. uol. 1. ratio ergò agnationis conſeruandæ expreſſa plus operatur ad reciprocum & abſolutũ fideicommiſſum, quàm tacita, Cepha. conſilio 401. num. 39. & infrà etiam dicam in 9. queſt. in princip.

Quòd ſi dicatur aduertendũ eſſe, quia nõ benè infertur de prohibitione unius perſonæ ad aliam, quia ſic reſultaret, quòd omnes deſcendentes non honorati dicerentur grauati, quod tamen fieri non potuit, per vulga-
71 tam regulam, † quæ habet, quòd quem non honoro, grauare non poſſum, l. ab eo. C. de fideicommiſ. & ſuprà tetigi in 1. q. princip. in 5. ampliatione. ità tenet Cepha. d. conſ. 17. num. 25. & ſeq. & facit quod dicunt Doct. q̃ ſi teſtator dicat, ſi filij ſui, & filij filiorum ſuorum in infinitum decedant ſine filijs maſculis ſubſtituit &c. quòd tunc non tenet grauamen in filijs filiorum, Cepha. conſil. 419. num. 28. & facit Anchara. conſi. 137. principaliter ponderando. col. 1. in fin. concludens etiam non ualere conſequentiam, quis eſt

grauatus,

grauatus, ergò eſt honoratus, quia graua-
men non præſupponit legatum, per l. ex fa-
cto etiam agitato. ff. de hęred. inſtitut. & per
Bal. in l. ſi fuerit. ff. de legat. 3. dicentem, quòd
quando verba grauaminis ſunt concepta in
perſonam alterius, quàm inſtituti, non te-
net grauamen, etiam ſi hæreditas teſtatoris
peruenerit ad grauatum, ſcilicet fortuitò,
putà, per ſucceſſionem ab inteſtato hæredis
inſtituti:

Reſpondendo, dico, quòd hæc ratio tollitur
ex pluribus.

72 Et primò, quia cùm teſtator† voluerit con-
ſeruare bona in agnatione, utiq; omnes cen
ſentur & honorati, & grauati, vt patet in cõ-
ſultatione Alexandri conſi. 56. num. 1. vbi te-
ſtator prohibuerat omnibus hæredibus, &
ſucceſſoribus ſuis bona alienari, & quia aliàs
conſeruatio bonorum huiuſmodi, niſi in ne-
ceſſarium antecedens bona familiæ, & om-
nibus de domo dicerentur relicta, vt arguit
Soci. conſi. 57. nu. 3. verſi. confirmatur idem
ex alio. vol. 3. & conſi. 43. col. 2. & ſeq. eo. Crot.
d. conſi. 13. nu. 31. idemq; conſiderant Doct.
relati per Riminal. Iun. conſi. 279. nu. 9. vol. 3.
Cepha. conſi. 384. nu. 18. in fin. & ſeq. & facit
pro hac ratione tex. in l. Proculus. ff. de vſu-
fruct. accreſcen. vbi habetur, quòd ſi teſtator
vſufructuarium prohibuerit alienare bona,
73 † dicitur ei reliquiſſe etiam proprietatem di
ctorum bonorum, quia aliàs prohibitio nõ
valuiſſet; quod & probat Alex. in l. ſi conſtan-
te. in princ. col. 1. ff. ſolu. matrimo. & latè per
Paris. conſi. 71. vol. 2. & concordan. per Zach.
in vulga. §. cùm ità. num. 411. & ità etiam fir-
mat in propoſito Ruin. cõſi. 123. nu. 8. vol. 2.
verſi. & etiã quia eſt prohibita alienatio &c.
& poſt Portium, ſiue inter eius conſilia, con-
ſil. 40. num. 13. firmat Rimin. Iun. vbi ſuprà.
num. 20. concludentes, quòd ſi teſtator gra-
74 uat aliquos † ad faciendum celebrare anni-
uerſarium in perpetuum pro anima ſua, cen
ſetur etiam reliquiſſe eis bona ſua, & fidei-
commiſſum reliquiſſe, niſi ipſe ſe ad certas
perſonas reſtrinxerit; vt factum fuiſſe in caſu
ſuo ipſe teſtatur num. 66. & ad hęc faciunt,
quæ in ſimili tradunt Docto. Quòd ſi Papa
75 † diſpenſat ſuper matrimonio, cenſetur etiã
diſpenſare ſuper legitimitate filiorũ, & reſpe-
ctu hæreditatis, Abb. in c. referente, nume. 4.
qui filij ſint legit. & in propoſito noſtro Mar
za. conſi. 4. col. 1. concludens, quod ſi teſtator
reſpexit ad conſeruationem agnationis, vel
familiæ, neceſſariò etiam cenſetur voluiſſe
inducere fideicommiſſum, prout & quando
voluit bona conſeruari in agnatione, & fami
lia, vt ibi per eum. & Cephal. conſi. 529. nu-
mero 35. & pluribus ſequentibus. uol. 4. con

cludens, quod ſi teſtator grauauit filios fi-
76 liorum, † & deſcendentes, ne alienent bona
ſua, cẽſetur etiam eos vocaſſe in neceſſarium
antecedens, quia aliàs grauari non potuiſ-
ſent, & ità debet intelligi Ceph. d. conſi. 17.
num. 25. quatenus concludit oportere, vt
prohibitus alienare fuerit prius honoratus,
vt poſſit dici inductum fideicommiſſum ab-
ſolutum. Quamuis illud argumentũ, quòd
qui vult conſequens, vult & antecedẽs, pũgat
Sfortzia Oddus, in tract. cõpẽdioſę, char. 170.
a tergo, in princ. concludens, quod illud aſ-
77 ſumptum eſt verum, quando antecedẽs † eſt
generalius ſuo conſequenti, alias ſecùs. con-
cludens propterea, quòd quis poteſt graua-
ri ad reſtituendum vniuerſum fideicommiſ-
ſum, & tamen non ſit inſtitutus, per tex. in
§. præterea. in verbo inteſtatus moriturus.
inſtitut. de fideicommiſſ. hęredita. iuncto §.
codicillis. inſtitut. de codicil. & poſt Bal. per
eum citatũ. idem reſpõdit Iaſ. conſi. 35. in 1.
volum. concludens, quòd reg. d. l. illud. ff. de
acquir. hęred. quòd qui vult conſequens &c.
non habet locum contra regulam argumẽt.
d. l. ab eo. quia ex hoc reſultaret fideicommiſ
ſum; quod non poteſt fieri. Quando ergò
aliqui ſunt expreſsè prohibiti alienare ſim-
pliciter, & non ſunt expreſsè, vel tacitè inſti-
tuti, procedit d. l. ab eo. ſecùs, ſi ultra prohi-
bitionem dictum ſit, quia vult bona ſua ma-
nere in familia, vel de vno in alium tranſire,
Caballi. Milleloquio 459. vel quia dixit teſta
tor, ſe velle bona perpetuò in familia mane-
re, quia tunc extenditur in infinitum, idem
Milleloquio 481.
78 Secundo regula d. l. ab eo. non procedit, † quã
quis eſt in conditione poſitus, & grauatus,
Ruin. conſi. 128. num. 8. vol. 3.
Tertiò quia, ut infrà dicemus, ratio generalis
79 † huiuſmodi adiecta prohibitioni operatur,
vt prohibitio non perſonalis, ſed imperſona-
lis, ſeu in rem ſcripta dici debeat, quo caſu
ceſſat ſupradicta obiectio; vt in ſpecie con-
cludit Marza. conſilio 4. pag. 27. & multi alij
Doct. infrà citandi, & pręſertim Crot. d. con
ſil. 13. num. 32. & Marza. conſi. 10. col. 2. verſi.
at opponitur Comi. Franciſcum iuniorem.
Tertiò reſpondetur, quòd regula d. l. ab eo. di-
uerſas patitur limitationes; & inter cæteras
illa plurimũ deſeruit noſtrę intentioni; quia
80 illa regula ſolùm procedit in hærede, † ſeu
legatario grauato circa rem propriã ipſius,
ſecùs autem ſi ſit grauatus circa bona ipſius
teſtatoris, prout in caſu noſtro, vt concludit
Ruin. conſi. 111. col. 3. uol. 2. quem ultra Ca-
ſtren. Socin. Iun. & concordan. per eum cita-
tos, refert, & ſequitur Zanch. in vulga. §. cum
ità. num. 644. & Cepha. conſilio 529. nu. 38.
vbi

* vbi de * communi.
Qua de re hanc opinionem puto de iure ue-
riorem ratione, & auctoritate. Ratio inquã
81 eſt, † quia * communis eſt reſolutio, quòd
* ratio trahit ad ſe dictum, & illud ampliat,
& reſtringit, ſecundum ſui naturam, qua-
tenus uires dictę rationis patiuntur, & eius
generalitas, vt ſuprà ſatis probaui, verſicu.
veruntamen contraria opinio &c. & pro-
batur per l. de pretio. ff. de publicia. l. cùm pa
ter. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. cum vulga. quos
refert Plot. conſi. 14. num. 5. in fin. & ſeq. & ità
tenet Bar. in l. pater filium. §. fundum. ff. de
leg. 3. concludens ſupradicta ratione motus,
quòd ſi in caſu illius tex. in quo teſtator di-
xerat, Veto filium meum, ne in vita ſua alie-
net fundum, ità enim fiet; vt nunquam de
nomine meo exeat, ſi dixiſſet teſtator per
cauſam finalem, quia volo, quòd non exeat
de nomine meo, ſicuti per verba enũciatiua
dixit, vtique non potuiſſet hæres extraneum
hęredem inſtituere. quamuis aliqui dicant,
quod Bar. nihil dicit de fideicommiſſo abſo-
luto, ſed quòd ſolùm illa ratio, & cauſa ma-
gis efficacem reddit prohibitionẽ, Riminal.
Iun. conſi. 279. num. 45. vol. 3. & concordan.
quos ſuprà retuli in princip. iſtius 3. caſus,
vbi tetigi de hac deciſione Bar. in verſi. ſed ſi
82 rationibus &c. & intelligunt, † quod de caſu
ad caſum, ſeu de tempore ad tempus exten-
dunt Doct. de perſona ad perſonam; & in
ſpecie Cuman. in l. peto. §. fratre. in 2. lect. ſub
num. 2. ff. de legat. 2. Socin. conſi. 43. col. 1. in
fin. & ſeq. vol. 3. verſi. ſed prædictis non obſtã-
tibus contrariam ſententiam veriorem exi-
ſtimo, quod immò omnes de familia dicti te
ſtatoris dicuntur prohibiti alienare &c. &
ibidem nu. 4. in fin. loquens in caſu, quo te-
ſtator inſtitutis filijs, & eis prohibitis aliena-
re, dixit, Et prædicta dixit, ſtatuit, voluit, &
ordinauit, quia non vult, quòd ſupraſcripta
bona, & res dimiſſæ per ſupraſcriptum teſta-
torem in eius hæreditate, debeant exire de
familia, nec de hereditate ſupradicti teſtato-
ris, ſed in eis debeant remanere ad hoc etiã,
vt ipſi filij nati & naſcituri haberent, vt poſ-
ſent viuere de prædictis, & honorem ſuum
manutenere &c. & concludit, quòd omnes
de familia cenſentur prohibiti, & honorati,
& inuicem ſubſtituti per fideicommiſſum
abſolutum virtute dictę rationis, & cauſæ fi-
nalis, per d. deciſionem Bar. idem ante eum
tenuit Iacob. de Belui. in §. nos igitur. Auth.
de reſtitutio. fideicom. quatenus concludit,
83 quòd ſi teſtator prohibuit filios, † vel hære-
des ſuos alienare adiecta iſta ratione, quia
vult bona ſua perpetuò peruenire ad ſuos
deſcendentes, iſta prohibitio extenditur vl-
tra quartum graduin; & effectum habet in
omnibus deſcendentibus in infinitum; & ità
enim refert, & ſequitur Crot. conſi. 48. nu. 33.
& idem in terminis ſequendo Beluiſ. & Bar.
vbi ſupra, concludit idem Crot. conſi. 13. nu
mero 31. in fin. & ſeq. verſi. præterea, & ſine il-
lis verbis nepotes cenſentur prohibiti, quia
in pręcedentibus diſpoſuit teſtator adijcen-
do cauſam prohibitioni factæ de filijs, quòd
domus cum caſamentis perpetuò permane-
ret in filios ſuos, & in filios filiorum ſuo-
rum &c. ſi enim, vt ille ait, potuiſſent nepo-
tes alienare bona prædicta, non perpetuò
permanſiſſent penes eos tranſlato dominio
in alterum alienando. idem reſpondit Alba
conſi. 54. num. 4. concludens, quòd licet pro-
84 hibitio † ſit concepta in perſonã, quia ſcili-
cet teſtator prohibuit hęredes ſuos aliena-
re, tamen ſi ratio ſit adiecta generalis conſer-
uationis bonorum in familia, non eſt haben
da ratio talis reſtrictionis, per Caſtren. &
Roman. per eum citatos, & Curt. Iun. con-
ſilio 43. col. penul. & ſic potius eſt iudicanda
realis, vt ſuprà dixi etiam in 2. quęſt. princip.
in 1. ſpecie diuiſionis. & conſequenter ceſſat
obiectio ſuprà dicta. idem quoque non mi-
nus clarè firmat Rip. ſequendo Bar. vbi ſup.
in d. §. diui. ſub num. 66. & num. 110. verſi. de-
clara tamen hanc reſtrictionem, niſi cauſa
prohibitionis porrigatur ad hæredem hære-
dis; quia tunc extẽderetur prohibitio ad li-
mites rationis, per deciſionẽ Bar. vbi ſup. &
exemplificat in teſtatore, qui prohibuit Ti-
tium hęredem ſuum alienare, quia vult ea
conſeruari in familia, & ad hoc etiam citat
Roman. conſi. 457. idem etiam, quòd ratio
generalis huiuſmodi operetur, quòd prohi-
bitio facta filijs extendatur ad nepotes, & cę-
teros deſcẽdentes, ſequen. Bar. vbi ſup. tenet
Crot. in d. §. diui. nume. 127. verſi. aliquando
etenim. & ibidem Ferdi. Loazes num. 98. ad
fin. quos etiam latè refert, & ſequitur Rimi.
Iun. conſi. 20. num. 8. & plur. ſeq. vol. 1. idem
reſpondit Crot. conſi. 48. & hanc partem ſe-
quendo Bar. in d. §. fundum. tenuit etiam Io.
de Ana. conſi. 47. num. 4. & ibidem Bologne.
& latè etiam Dec. conſi. 38. num. 2. & Socin.
conſi. 47. col. 1. verſi. nam diuerſum eſt. vol. 3.
& Bar. etiam refert, & ſequitur. idem Socin.
conſi. 227. col. 2. in 2. fundamento. uol. 2. Ve-
gius conſ. vlt. nu. 378. & ſeq. idem tenet Curt.
Iun. conſi. 43. ſub num. 11. verſi. confirmãtur
prædicta ex doctrina Bar. ubi etiã citat Alex.
conſi. 59. vol. 3. & pro iſta parte quamplures
alias auctoritates ſuprà citaui in d. 2. quæſt.
principali in prima ſpecie diuiſionis, loquen
do in reali prohibitione: qui omnes volunt
ſpectandam eſſe vim rationis adiectæ prohi-
bitioni,

bitioni, vt dicatnr potius realis, ſiue in rem
ſcripta ad effectum, vt prohibitio facta vni
perſonæ extendatur ad plures alias,& de vno
caſu ad alium. ità quòd apparet ex his Alexandrum de Nęuo in contrarium citatum
longè aberraſſe, aſſerendo opinionem Bar.
in d.§.fundum.non eſſe communem, cum cõ
trarium appareat ex hactenus ſuprà citatis
85 auctoritatibus. vt meritò Fulgoſ † in l.cùm
hi. in princip.ff.de tranſactio.noluerit conſu
lere contra deciſionem Bar. propter eius auctoritatem; quod & rectius feciſſet Alex.de
Nęuo, vbi ſuprà, ſi à conſulendo contrariũ
ſe abſtinuiſſet, forſan vt videretur audacior,
ne dicam doctior ipſo Fulgoſ. & pro Bar. facit etiam; quia ratio adiecta ſubſtitutioni
86 eam ampliat † ab identitate, vel maioritate
rationis, à qua in hac materia licet arguere,
Alex.conſi.75.nnm.3.vol.5.Soci.conſi.52. nu
mero 10.vol.1.Rolan.cõſi.27.vol.1.

Nõ omitto aũt in hac cõcluſione vnũ videlicet,
quòd Doctores vim non faciunt in hoc, an
87 ratio ſit adiecta prohibitioni, † an verò eam
88 pręcedat. quoniam nõ ordo ſcripturæ, † ſed
intellectus attendi debet, Bar. in l.3.§.prius.
ff.de vulga. & pupilla. & ità concludit Socin.
conſi.227.ſub num.2.& per Plotum conſ.14.
Nattam cõſi.110. ſub nu.4. Ruin.conſi.123.
vol.2.& hanc concluſionem probat Bal. in l.
ſi fuerit.§.1. in fin.ff. de legat. 3. concludens,
quòd non refert, an primo teſtator grauet,
& poſteà leget, an verò è contrà, quia ordo
verborum reducitur ad ordinẽ intellectus.

Et pro iſta concluſione, quòd ratio ampliet di-
89 ſpoſitionem teſtatoris, † licet dictum ſit par
ticulare in hac materia fideicommiſſi, etiam
ſi ratio non ſit expreſſa, ſed tacitè ſcripta ex
coniecturis, ſequendo Bar. in d.§.fundum.latè probat Pari. conſi. 50.num.22.& plu. ſeq.
volnmine.3.

Qua de re ſi poſt prohibitionem etiam perſo-
90 naliter factam, † teſtator adijciat onus aliquod perpetuam habenti cauſam, putà, grauando eos ad dandum in perpetuum Franciſcanis certum quid cauſæ piæ, certè prohi
bitio facta erit realis, vt dixi ſuprà, in 2. quęſtione princip.

Et redeundo ad præcedentem concluſionem,
dico, quòd eam etiã tenuit Ruin.conſi.123.
num.8. vol. 2. & per totum, loquens in caſu,
91 quo teſtator prohibuerat filios, † & filios filiorum, & deſcendentes eorum in perpetnũ
alienare bona, de quibus ibi, ſed voluit, ea
ad ipſos ſpectare, & pertinere, & concludit
ſubeſſe fideicõmiſſum abſolutũ: ea ratione,
quia dicta prohibitio cenſetur facta fauore
* deſcendentinm. & de * cõmuni teſtatur Ferdinan. Loazes d.§.diui. num.106.verſ.4.quęritur. vltra Socin. Dec.& Curt. in plur. locis
relatos per Plot. conſi.14.num.2.& dictã deciſionem Bar. in d.§. fundum.quòd ratio am
pliat dictum in hac materia, ſequitur Dec.
cõſi. 23. & quòd in hac materia fiat extenſio
92 † de caſu ad caſum ex identitate rationis, idẽ
reſpondit Soci.conſi.116.col. 3. poſt mediũ.
vol. 3.idem de perſona ad perſonam, quòd ex
identitate rationis coniecturatæ, reſpondit
Cepha.conſi.529.nu.32.in fin.& ſeq. vbi concludit, quòd cõditio appoſita filio, ſi ſine filijs decedat, non extinguitur per filium decedentem cum filijs, qui deceſſerunt ſine filijs. & ad prædicta faciunt, quòd quando ra-
93 tio reperitur expreſſa † in diſpoſitione, tunc
paſſim fit extenſio de caſu ad caſum, de re ad
rem, de tempore ad tempus, & de perſona
ad perſonam, vt in materia legali ſtatutaria,
& conuentionali latè probat Barba. cõſ. 42.
col. 2.vol.1.& etiam in materia pœnali & cor
rectoria, Alex.conſi.113.num.6.vol.6. Rolan.
conſi.72. vol.1. Craue. de antiquita. tempo.
charta mihi 115. & plur. ſeq. Afflict. deciſio.
401.num.9. Iaſ.conſi.84.vol.3. etenim materia extenſionis huiuſmodi tota fundata eſt
in identitate rationis, Crauet.conſi.17.nu.2.
94 & conſi.174.nu.13.immò quando ratio † eſt
expreſſa in diſpoſitione, tunc nõ dicitur propriè fieri extenſio, ſed eſt comprehenſio, Caſtren.conſi.261.num.3.in 2. par. Celſ.cõſ.20.
nu.50. & pulchrè etiam Pari. conſ.50.nu.56.
vol.3.& ante eum Alex. conſi.37.nu.10.vol.6.
Rolan.conſi.27.vol.1. Dec.conſ.372.num.7.
& iſtud eſt, quod dicunt Docto. dum conclu
95 dunt, quòd ſi teſtator prohibuit † hęredi
ſuo, ne bona alienet, quia vult ea perpetuò
ad omnes eius deſcendentes peruenire, ꝙ
tunc dicta prohibitio extenditur ad omnes
deſcendentes; Ripa poſt alios in d.§. diuį.
numero 112.

Poſſet autem hæc declaratio ſuſtineri in caſu,
quo prohibitio,& cauſa etiam adiecta eſt reſtricta ad certas perſonas. verbi gratia, ſi teſtator prohibuit hęredes ſuos alienare, quia
voluit bona in eis conſeruari, aliàs ſecùs; &
ità in ſpecie declarat Riminal.Iun.conſ.279.
num.97.vol.3. & idem voluit Bireta conſ.55.
num.2. verſi.& amplins aduertendum eſt, ꝙ
vbi diuerſa obtineret ſententia, adhuc tamẽ
ea non procederet, ubi appareret ex verbis
ſubſequentibus prohibitionem fuiſſe perſonaliſſimam; nam vetuit teſtator dictos hęredes ſuos vendere, &c. & latius in propoſito
Achilles Perſona. vbi ſuprà.

Et ideò conclndendo, teneo hanc poſteriorem
96 ſententiam, † vt niſi appareat prohibitionẽ
eſſe reſtrictam ad certas perſonas, fieri debere extenſionem de perſona ad perſonam, &

de

de caſu, ad caſum ex vi, & proprietate ratio-
nis adiectæ, per ſupradicta, & quæ dixi in pri-
ma declaratione. Quòd ſi ex verbis teſtato-
ris conſtaret factam fuiſſe dictam reſtrictio-
nem, utiq; procederet contraria opinio, &
deciſio Aretin. in d.l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tùm. qui tenuit, vt ſuprà retuli, & ſequaces,
quòd de perſona ad perſonam non fiat extẽ-
ſio in hac materia fideicommiſſaria. illud.n.
ſanè intelligi debet, concordando iſtas opi-
niones, vt procedat, quando, uel uariatur
97 perſona ſubſtituti, † uel quando in diſpoſi-
tione non eſt expreſſa ratio, & cauſa finalis,
quę mouit teſtatorem, uel quando agitur de
coniecturata mente ipſius, & coniecturę nõ
ſunt neceſſarię, uel multùm urgentes, ut in-
frà dicam in 9. quęſt. princip. in 2. confidera-
tione; ſecùs ſi ratio ſit expreſſa, nec ea quoq;
ſit reſtricta ad certum caſum, & ad certas
perſonas, ut dixi ſuprà in princ. iſtius tertię
declarationis, & in 2. caſu poſt 9. exemplum.
& ità loquuntur allegata in contrarium, ut
in ſpecie uoluit Cepha. d. conſ. 330. num. 66.
& 71. in fin. uerſ. & ſi fuit limitatum ad per-
ſonas expreſsè grauatas &c. & Bolognet.
d. conſ. 15. nu. 34. uerſ. quòd etiam ſuadetur;
quia ſubſtitutio facta fuit Federico per no-
men proprium &c. & quòd Aret. & ſequa-
ces, ubi ſuprà, loquantur in tacita, & uetiſi-
mili mente teſtatoris coniecturata, non au-
tem quãdo ratio fuit expreſſa, uoluit etiam
Celſ. d. conſi. 20. num. 50. in princip. & Ceph.
vbi ſuprà, num. 66. & latiùs Marza. conſi. 4. pa
gina 28. verſi. prætereà quando ratio agna-
tionis, vel familiæ expreſſa eſt, tunc de plano
põt fieri extenſio de perſona ad perſonã &c.
& iſtud eſt, quod voluit Alex. & benè conſi-
lio 139. num. 5. vol. 6. quatenus concludit, ꝙ
mens teſtatoris ſemper eſt attendẽda, dum-
modò ex coniecturis, ſeu ex alijs diſpoſitis in
teſtamento impropriando etiam verba, elici
poſſit, ſecus ſi coniecturæ non vegeant, nec
verba conueniant etiam impropriè, & Ruin.
conſi. 128. num. 22. vol. 3. vt latius infrà expli-
cabo 9. quæſt. princip. vbi eſt locus ſuus.
Rurſus aduertendum eſt, quòd dictum Aret. in
d. §. & quid ſi tantùm. qui vult diſpoſitionem
98 teſtatoris non poſſe extendi de perſona † ad
perſonam, non procedit, quãdo perſona, ad
quam extenſio fieri intenditur, poſſet ex ver-
bis, & ex mente diſponentis dici aliquo mo-
do comprehenſa in diſpoſitione; ità enim ſe
ipſum declarat Aret. eo loci, vt etiam ani-
maduertit Paris. conſi. 50. num. 54. vol. 3.
Tertiò illud dictum Aret. primo loco citatum
99 non procedit, † quãdo ex coniecturis aliquo
modo poteſt conſtare, quòd teſtator veriſi-
militer idem de alia perſona diſpoſuiſſet, ſi
cogitaſſet, vel interrogatus fuiſſet, ut poſt
Ange. in d. §. & quid ſi tantùm. & plures alios
concordan. tenet Paris. vbi ſuprà d. conſi. 50.
nu. 55. verſi. ſecũdum obiectum ceſſat. quam-
uis hoc vltimum non ſit omninò tutum, vt
infrà videbimus in 9. quæſt. princip.
Tertiò declaratur ſupradicta prima opinio, vt
100 locum habeat, † quando cauſa adiecta
prohibitioni de non alienando ſimpliciter
fuit adiecta paucis, ſterilibusq; verbis aſſo-
ciata, ſiue concepta; vt quia dictum ſit, Quia
volo, quòd bona mea perſeuerent in familia
mea, & huiuſmodi; ſecùs ſi verba ſint admo-
dũ pręgnantia, prout in præſenti ſpecie, & in
qua loquuntur Doct. ſuprà ſecundo loco ci-
tati, & præſertim Ancha. Iun. dicta quęſt. 72.
& Achill. Perſona. vbi ſuprà, ultra alios ſu-
prà relatos, qui propriè loquuntur in caſu,
in quo uerſabatur illa Placẽtina Caſtri Var-
ſij; tunc enim crediderim benigniorem opi-
nionem eſſe pro fideicommiſſo abſoluto, &
ità conſulendum, & iudicandum. & vbi uer-
ba ſunt geminata, ꝙ tunc ratione vitandæ
ſuperfluitatis fideicommiſſum dicatur abſo
ſolutum, tenet Marcabru. in conſi. 50. nu. 29.
& plur. ſeq. qui videri poteſt.
Quartò declaratur iſte caſus, & dicta opinio
Soci. d. conſi. 227. & ſequacium, ut procedat,
101 quando ratio generalis adiecta † conſeruа-
tionis bonorum in familia aliquo modo cor
rigeret, aut offenderet diſpoſitionem præce-
dentem, in qua fortè data eſſet licentia alie-
nãdi inter ipſos de familia, vt in caſu Senat.
Pedem. deci. 50. col. penul. verſ. nec obſtat, ꝙ
prohibitio alienationis &c. & ante eum Iaſ.
conſi. 31. vol. 3. quatenus loquitur in prohi-
bitione, ne filius alienet ante certam ætatẽ;
& latiùs Marza. conſi. 7. pag. 89. verſi. quo ve-
rò ad portionem Simonis. tunc enim non po
teſt dici per rationem generalem conſerua-
tionis bonorum in familia dictę prohibitio-
ni adiectam cõferri inductum fideicommiſ-
ſum abſolutum; vt dixi in vna Placentina de
Todiſchis de anno 1574.
102 Quintò declaratur ſupradictus caſus, † vt
procedat, quando concurrunt aliquæ conie-
cturæ vltra prohibitionem, vt concludit Ga-
briel. lib. 4. tit. de fideicommiſs. concluſio. 10.
num. 28. in 8. limitat.
Sextò declaratur hæc concluſio, vt prima opi-
103 nio de plano procedat, † vbi in caſu alienа-
tionis is reperiretur datus ſubſtitutus ex-
traneus vel aliqua perſona, ſeu gradus ſpe-
cialis, quia tunc ratio generalis adiecta pro-
hibitioni de cõſeruando bona in agnatione
non ſeruaret naturam, & proprietatem ſuã,
vt latè diſſerit Zanch. in vulga. §. cum ità. nu-
mero. 403. & plur. ſeq.

Septimò declaratur, vbi adeſſet verbum, Om-
104 ninò, † vltra dictam rationem finalē; quia
tūc ſatis dicitur inductum fideicommiſſum
abſolutum, vt dixi in illa Placentina Varſij,
& probat nouiſſimè Maluaſia. conſi. 50. nu-
mero 34. & ante eum Iaſ. conſi. 23. col. 2. in
princip. verſi. & vltra verba geminata per eū
pōderata pondero etiam dictionem, Omni-
no, pręciſam. vol. 3. dicens, quod illud verbū
importat omnem caſum. Anchar. Iun. q. 72.
nu. 8. & ſeq. in 1. par. & de verbo Totaliter Ro
lan. conſi. 98. nu. 15. vol. 1. Cepha. conſi. 624.
num. 22. volum. 5.

Octauo declaratur ſupradicta concluſio, vt pri
105 ma opinio poſſit habere locum, † quando
deſcendentes tacitè vocati ex vi rationis di-
ctæ prohibitionis reperirentur expreſsè ſub-
ſtituti grauato in aliquo caſu; quia tunc di-
cta prohibitio non videtur ſeruare naturam
ſuam, & grauati per rationem adiectā prohi
bitioni intelligerentur grauati eo caſu, quo
fieret locus ſubſtitutioni expreſſæ de ipſis fa-
ctæ: verbi gratia, ſi teſtator filium inſtituit, &
eo prędecedente teſtatori, ſubſtituit eius de-
ſcendentes, deinde prohibuit bona ſua alie-
nari per dictum eius filium, quia vult ea per-
petuò conſeruari in familia; per ea, quæ la-
tè ponit Zanch. in vulga. §. cum ita. num. 732.
& plur. ſeq. loquens in ea quęſtione, an filij
poſiti in conditione in caſibus, in quibus cō
currunt coniecturæ vocationis ipſorum, di-
catur diſpoſitiuè vocati, vbi aliquo caſu ex-
preſsè ſunt vocati; & cōcludit pro negatiua,
vt non dicantur vocati, niſi in caſu expreſsæ
uocationis ipſorum,

Sed hæc declaratio non videtur poſſe ſuſtine-
ri: quoniam, vt ſuprà diximus, vis rationis ge
neralis adiecta prohibitioni de non alienan-
do, ea eſt, vt fiat extenſio de caſu ad caſum,
& de perſona ad perſonam, ergò &c.

Nonò declaratur ſupradicta concluſio, vt pro-
106 cedat, † quando fideicōmiſſum iam quan-
doque fuit ſortitum effectum, aliàs ſecùs,
Cepha. conſi. 330. num. 18. etenim in inducen
107 do fideicommiſſo † coniecturæ neceſſariæ
requiruntur, ſecùs in iam inducto propagā-
do, Alba conſi. 29. & faciunt, quæ infrà dicā
in 9. quęſt. princip.

Decimò declaratur iſte tertius caſus, vt proce-
108 dat prima opinio, † quando agitur de in-
ducendo fideicommiſſo conſeruatiuo in fa-
milia, & ſic de fideicōmiſſo reciproco inter
omnes deſcendentes; quia tunc difficilius ſit
extēſio de perſona ad perſonam; ſecùs ſi age-
retur de fideicommiſſo inducendo in caſu
alienationis tantùm, vt conſiderat Bologne.
d. conſi. 15. num. 55. & tunc procedit 2. opi-
nio. ſed an hæc conſultatio vera ſit, oſtende-
mus infrà in 9. quæſt. princip. in princip.

Sed hæc conſideratio non eſt vera, vt patet ex
his, quæ dixi in 2. declaratione.

Vndecimò declaratur iſte caſus, & iſtud primū
109 exemplum, vt procedat, † etiam ſi non ſit
dictum in infinitum in tota agnatione, vel
familia, ſed in perpetuum vſq; ad tertiam,
vel quartam generationem; ità enim reſpon
dit Menoch. d. conſi. 197. num. 64. vol. 2.

Supereſt modò, vt videamus aliqua iſtius tertij
caſus principalis iſtius 5. quæſtionis princi-
palis exempla. & vltra ſuprà adducta;

Primum poteſt adduci principale exemplum,
in quo dicitur inductum fideicommiſſum.
110 abſolutum; † ſi ſit dictum, quòd teſtator
prohibuit alienationem filijs ſuis, & ab eis
deſcendentibus, ne alienarent bona extra fa
miliam, vt illa conſeruentur in familia, & a-
gnatione; ità enim reſpondit Menoch. d. con
ſil. 197. nu. 9. verſi. ſecundam nunc quæſt. &c.
vol. 2. ſicq; etiam fuerat dictum in caſu con-
ſultationis Decia. conſi. 50. in prin. & nu. 22.
volum. 1. dicens, hoc eſſe regulare, quòd vbi
nudæ prohibitioni alienationis adiecta eſt
cauſa, vt bona vadant in familia, & de hęre-
de in hæredem, quòd tunc dicitur inductum
fideicommiſſum abſolutum. idem etiam te-
net Rube. conſi. 53. ſub num. 5. verſi. & quan-
do teſtator prohibet alienationem extra fa-
miliam, & addit alia uerba, vt putà, ut res in
familia remaneat &c. Crot. conſi. 48. nu. 24.
neq; enim videtur eſſe differentia, an ſit di-
111 ctum, † vt in familia remaneant bona, vel
quia voluit in familia remanere, vt latè per
Ruin. in d. §. diui. num. 62. & plu. ſeq. & ad hoc
tendunt ſimilia exempla concepta per verba
prima facie enunciatiua, vt in l. pater filium.
§. fundum. ibi, Ità enim fieret, vt nūquam de
nomine meo exeat. ff. de leg. 3. & ibi Bar. & in
ſpecie etiam exemplum 12. de quo infrà. ſed
certè hæc, & ſimilia exempla magis ad ſecun-
dum caſum principalem pertinent, licet ra-
tio formalis, ſiue cauſa finalis non ſit hic ità
expreſſa, ſicut ibi, ut dixi in 3. exēplo. & iſtud
* exemplum * communiter tenetur, vt nouiſ-
ſimè reſpondit Menoch. conſi. 333. num. 52.
volumine 4.

112 Secundum ſit exemplū, vbi prohibitio † fuit
facta aliquibus, & aliquo alienante cæteri
ſunt admiſſi, & adiecta fuit ratio, quia vult
diſponens, quòd bona vadant de hærede in
hæredem; vt reſpondit Decia. d. conſi. 50. nu-
mero 21. in 6. fundamento. uol. 1. & idem Ro
lan. conſi. 23. num. 23. vol. 4. & concordan. per
Gabriel. lib. 4. tit. de fideicommiſs. concl. 10.
numero 15.

Tertium ſit exemplum in caſu, de quo in l. peto.
113 † §. fratre. ff. de leg. 2. inducēdo, prout facit
Crot.

Crot.conſi.48.num.20.& ſeq.ibi enim teſta-
tor fratre hærede inſtituto petijt, ne domus
alienaretur, ſed vt in familia relinqueretur,
& dicit Iuriſcóſultus, quòd ſi hæres domum
alienauerit, nel exterum hæredem reliquc-
rit, illi de familia fideicommiſſum petēt; in-
quit enim Crot. quòd per illa verba Extero
114 hærede inſtituto, † intelligitur de hęrede,
qui non ſit de familia, vt inquit Ruin.d.§.di-
ni.num.71.in fi.licet nihil alleget.& ſic datur
intelligi, quòd etiam legitimus hæres, qui
aliàs ab inteſtato potuiſſet ſuccedere, cenſea
tur excluſns, vt non poſſit inſtitui, ſi non ſit
de familia; ergò datur intelligi, quòd illi de
familia illi grauato ſucçeſſiſſent ab inteſtato
in fideicommiſſo,excluſo veniente ab inteſta
to.Addit Crot.vbi ſuprà,qnòd verba illa,Ne
domus alienetur, ſed ut in familia relinque-
retur, prolata in d. §. fratre, de iure debent
referri ad hæredem; cum quo etiam conue-
nit Soci.conſi.227.col.3.per totum.vol.2.di-
cens, qnòd intelliguntur,ideſt, ne hęres prę-
dium alienet. ſed in familia conſeruet, & ꝙ
etiam ad omnes de familia poſſunt referri,
ut ibi per eum, & ibi col.3.addit, quòd nihil
115 refert, † an ſit dictum, quòd res in familia
relinquatur, an verò in familia remaneat; &
ſic ibi prohibitio eſt realis, Soci. conſi. 250.
col. 1.in fi.num.3.vol.2. Verum eſt, quòd Al-
cia.conſi.561.num. 6. aliter videtur ſentire
quatenus, quòd illa verba, Vt remaneant in
familia, ſunt in rem &c. & in caſu, quo teſta-
tor prohibuerat bona alienari per ſuos hęre
des, & eorum deſcendentes, Riminal. conſi-
lio 28. & Rube. conſi. 53. col. 1. qui omnes
præſupponût prohibitionem factam etiam
deſcendentibus valere; quod tamen non ad-
mittit Bireta conſi.18. num. 5. & ſeq. de quo
tamen ſuprà tetigi in 1. quæſt. in princip.
in 5. ampliat.

Et licet Ruin. conſi.122.col.3.in princip. vol.2.
dicat, quòd ibi prohibitio eſt realis; tamen
potius eſt imperſonalis, vt ſuprà dixi, & pro-
bat Bologne.conſi.15.num.57.dicens, quòd
prohibitio imperſonalis refertur ad primũ
hæredem, & non extenditur de perſona ad
perſonam, ſed benè de caſu ad caſum, & ſu-
prà dixi in 2. q. princip. in 2. ſpecie. & quòd
in caſu d.§.fratre.adſit fideicommiſſum abſo
lutum, tenuit Angel.conſi.50.nu.3.in 3.fun-
damento. lib. 6. fundans ſe ſuper cautione,
quam præſtari iubet Iuriſconſ.ibi,quæ non
cadit, niſi etiam in caſum mortis; quòd ta-
men vltimum à vero alienum eſt, vt infrà di-
cam, aptiore loco in 10. quæſt. principali.

Sed hæc opinio Croti, & aliorum pugnat cum
communi opinione, & intelligentia ad d. §.
fratre.quam abundè defendit Soci. cōſi.227.
.vol.2.& ad hoc dictum §. ſingularem,& mira
bilem dixit eſſe Curt. Iun. conſi. 145.nu.10.
in 4. caſu, pro non fideicommiſſo abſoluto.
Et inſuper etiam diſputādo, inductio Crot.
de qua infrà,ſuſtineri non poteſt,quia funda
ta eſt in expoſitione illius verbi,Extero hęre-
116 de inſtituto, † vt complectatur etiam legi-
timum hæredem venientem ab inteſtato,ſed
& ſi poſſet etiam illum hęredem complecti,
quia non ſit de familia teſtatoris, d.l. peto.§.
prędium. tamen non ſequitur neceſſariò, ꝙ
ità accipi debeat, cum aliter poſſit accipi.
etenim Bal.in l. emācipati.col.2. C.de collat.
docet extraneum poſſe accipi tribus modis;
primò à cognatione,à filiatione, & à ſuitate;
ſed ſecundum Grammaticos,& communem
vſum loquendi primo modo accipitur, & ſe-
cundum legiſtas accipitur primo, & ſecũdo
modo. & de ſecundo eſt tex.in l. 1.§.extraneũ.
C.de rei vxo.actione & quòd primo,& 2.mo-
do accipiatur legaliter, ſcilicet de omni per-
ſona,quę nō attinet nobis,latè probat Rimi
nal.Inn.in terminis iſtis loquens conſi.279.
num.32.in fi. & ſeq. vol.3. Quo ſtante tex. in
d.§.fratre. non probat intentionem Croti.

Rurſus, ſi verum eſt,quòd voluit idem Crot.ut
infrà dicam, in 7. exemplo, quòd per ſucceſ-
ſionem ab inteſtato dicatur facta alienatio,
ergò in caſu d.§.nō eſt,nec poteſt alius caſus,
quàm alienationis conſiderari, & ſic ſemper
erimus in fideicommiſſo conditionali.

Prætereà, dum tex.in d.§.fratre.excludit exterũ
hęredem, a contrario ſenſu vult, quòd in eo
caſu poſſit aliquis de familia hęres inſtitui,
argumēto l.cum prętor.in princip.ff.de iud.
117 id quod repugnat † naturę fideicommiſſi
abſoluti, l. cum ità. §. in fideicommiſſo.ff.de
leg.2.& abundè probaui in una Placentina
de Todiſchis,& comprobatur hoc ultimum
ex his,quę refert etiam Menochius in termi-
nis conſi.197.num.32.poſt Soc.Dec.& Ruin.
per eum citatum.

Et dicere, prout dicebat Crot.ubi ſuprà, quòd
ideò in d.§. fratre. admittitur, qnod poſſit
unus de familia inſtitui, uel in eum alienari,
quia teſtator ei licentiam dederat hęredi, dũ
118 dixit,Sed ut in familia relinqueretur,† quę
uerba imperſonaliter prolata debent ad hę-
redem referri, ut ibi per eum; quia quando
dictum eſt, quòd non alienentur extra fami-
liam, uel quòd in familia relinquãtur, ſem-
per poteſt hęres alienare in unum de familia,
& electio fieri;latè Menoch.conſi.277.nu.17.
& plu.ſeq.uol.3. Mantica de coniecturis ulti.
nolunt. lib. 8. cap.12.num. 15. ac ſi dictum
fuiſſet, quòd poſſet unum eligere, ut ibi per
eum: Dico,quòd quidquid ſit de dicta licen-
tia, de qua nō eſt controuerſia, in d.§.fratre.

ut conſiderat etiã Menoch. conſi. 277, nu. 39.
omni in caſu repugnat fideicommiſſo abſo-
luto, ut dixi, ex quo datur intelligi, non eſſe
uerum, quod Menoch. dixit ubi ſuprà, uerſi.
ceterùm, uerum non eſſe &c. quatenus con-
cludit, quòd etiam in caſu fideicommiſſi ab-
ſoluti licita eſt alienatio inter uocatos, niſi
certis perſonis fideicommiſſum ſit reſtituen
dum. hoc enim à uero alienum eſt, nec pro-
bat ſuam intentionem. & pro dicta commu-
ni opinione, & ſenſu d. §. fratre. ſtat Senat. Pe-
demont. deci. 50. nu. 7. & ſeq. & contra Soci.
eum ſenſum in d. §. fratre. defendit Riminal.
Iun. conſi. 279. nu. 53. & plur. ſeq. uol. 3. & ità
etiam d. tex. in d. §. fratre. pro non fideicom-
miſſo abſoluto adducit Riminal. Iun. conſi-
lio 279. num. 35. uol. 3.
* Non puto itaq; recedendum à * communi
119 intellectu d. §. fratre. † qui eſt, ut ibi ſolùm
fideicõmiſſum ſit in caſum alienationis tan-
tùm factę inter uiuos, uel in ultima uolun-
tate in exterum heredem, prout apertè ille
tex. loquitur, & Bar. ibidem, & latè Soci. d.
conſi. 227. uol. 2. ubi col. 4. addit, quòd nemo
ab hac opinione diſcedit, & miratur, quòd
* contrarium aliquis dicat. & de * communi
etiam teſtatur Ruin. in d. §. diui. nume. 73. &
* num. 75. in fi. & de * communi hoc ſenſu ad il
lum tex. teſtatur, poſt alios per eum citatos,
Senat. Pedemont. deciſ. 50. num. 7. & ſeq. ar-
guendo à contrario ſenſu ibi, Si non paruc-
rit heres uolũtati teſtatoris, ſed in uita alie-
nauerit, aut exterum heredem inſtituit &c.
ergò cum contrà fecerit, non erit locus fidei-
120 commiſſo; quod quidem argumentũ † paſ-
ſim in hac materia etiam admittitur, ut ibi
per eum, & l. aliquando. ff. de condit. & de-
monſtrat. & concordan. per Marzar. conſi. 7.
pagina 89. poſt medium.
121 Veruntamen in puncto iuris † malè uide-
tur poſſe defendi ſupradicta communis opi-
nio, & intelligentia ad d. §. fratre. quia ſi in l.
cùm pater. §. libertis. adeſt fideicommiſſum
abſolutum, ut infrà dicemus in 6. exemplo,
idem quoq; dicendum uidetur in d. §. fratre.
etenim in d. §. fratre. teſtator fratre herede
inſtituto, petijt, ne domus alienaretur, ſed ut
in familia relinqueretur, & in d. §. libertis,
teſtator prędium libertis reliquit, ac petijt
ne alienarent, utq; in familia libertorum te-
tinerent: inter quas diſpoſitiones nullum
probabile diſcrimen iudicio meo reddi põt.
Quicquid tamẽ ſit, in iudicando & cõſulen-
do non recederem à communi ſententia.
122 Quartum exemplum ſit, qñ teſtator † pro-
hibuit alienationẽ heredibus inſtitutis, ex-
cepta legitima, & in caſu urgentis neceſſita-
tis, & in pœnam alienantis uocauit nõ alie-
nantes, & cauſam adiecit, quia uoluit bona
ſua ſemper permanere apud ſuos hæredes, &
eorũ liberos, aut proximiores maſculos de
domo &c. ſuper quo caſu reſpõdit Purpura.
d. conſi. 375. num. 10. uol. 1. fideicommiſſum
abſolutum adeſſe, ponderando uim dictę ra-
tionis. ſed ego dico, quòd prohibitio in ſe
erat ualida, quia fauore non alienantium
facta fuit, & ſic ibi erat perſona, cuius con-
templatione facta fuerat dicta prohibitio, d.
* §. diui. & ibi * omnes notant. & ità reſpondit
Ruin. conſi. 134. num. 6. in fi. & ſeq. uol. 2. &
etiam dixi in una Placentina hoc anno pro
Vulpibus contra Anguiſſolas, & ſuprà etiam
tetigi in 1. quęſt. princip. in 4. cauſa, in 4. ſpe-
cie pœnę; ergò cauſa poſteà ſubiecta, ne dica
tur otioſa inducit fideicommiſſum abſolu-
tum etiam in caſum mortis, ut ſuprà uidi-
mus in caſu pręcedenti.
Quintum ſit exemplum ſcriptum in l. cùm pa-
ter. quę eſt 36. §. libertis. ff. de leg. 2. ubi teſta-
tor prędium libertis reliquit, & petijt, ne il-
lud alienarent, quodq; in familia retineant.
123 † nam ex uerbis Iuriſconſulti ibi declaran-
tis prędictam diſpoſitionem, apertè colligi-
tur duplex exinde fideicommiſſum, & ſic ſim
plex & abſolutum, in caſu alienationis ſcili-
cet, & mortis, quia quòd ad primum atti-
net, dicit Iuriſconſultus, quòd uno alienan-
te, uel alienationi conſentiente, reliqui ad-
mittuntur, alterum probatur ibi, ex eo, ꝙ
Iuriſconſultus dicit, quòd ſi nemo alienaue-
rit, & nouiſſimus ſine liberis uita deceſſit, fi-
deicommiſſi petitio non ſuberit, ergo à con-
trario ſenſu, ubi deceſſit cum liberis, & ſic
ubi aliquis ſupereſt, nullus extraneus ad ſuc
ceſſionem admittitur in dicto prędio; prout
illum tex. inducit Crot. d. conſi. 48. col. 3. in
princip. & pariter de eo non faciens mentio-
nem Angſa conſi. 50. nu. 4. in 5. fundamen-
to, lib. 6. ex qua inductione licet annotare, ꝙ
ad effectum fideicommiſſi abſoluti inducen-
di licet arguere à cõtrario ſenſu, & etiam di-
ſputando abundè hanc concluſionem, quod
in d. textu, & in diſpoſitione dicti teſtatoris
adſit fideicommiſſum abſolutum, probaui
in una Placẽtina de Todiſchis de Anno 1574.
Sed re diligenter perpenſa inductio d. §. libertis.
quod attinet ad fideicommiſſum in caſum
mortis, non ſatis ibi probatur. nam & ſi tex.
dicat, quòd ſi nemo alienauerit, & nouiſſi-
mus ſine liberis deceſſerit, non eſt amplius
de fideicommiſſo agendum, non tamen ſe-
quitur, quòd à cõtrario ſenſu ibi decidatur
fideicommiſſum adeſſe in caſum mortis ul-
timi cum liberis decedentis ad fauores libe-
rorum, tum quia poſiti in conditione non
* cenſentur diſpoſitiuè uocati; glo. * commu-
niter

niter recepta, in l. Lucius. la 2. ff. de hęred. inſtit. prout de * communi teſtatur Corn. conſi. 258. nu. 8. vol. 3. tum quia extantibus liberis, licèt ſuperſit petitio fideicommiſſi à contrario ſenſu, vt dictum fuit, non tamen ibi aperit Iuriſconſultus, quòd ſit locus fideicommiſſo in caſum mortis vltimi cum liberis decedentis per mortem ipſius inſtituti. etenim poſſet fideicommiſſum ſubeſſe in caſum, quo is alienaſſet in vita, vel extero hęrede inſtituto, l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. Verum Doct. * communiter admittunt in caſu illius tex. ſubeſſe fideicommiſſum abſolutum, vt ſignanter ibi per Caſtren. col. fi. & cęteros * communiter legendo & conſulendo, de quibus etiam ſuprà.

Sextum ſit exemplum, de quo in l. pater filium. quæ eſt 36. §. filiam. ff. de leg. 3. ubi eſt caſus, pater filia hærede inſtituta ita dixit, Veto ædi-
124 ficium de nomine meo exire, † ſed ad vernas meos, (id eſt, filios ex ancillis natos manumiſſos, vt ibi per glo. ſeu filios ancillarum ciuium Romanorum, Menoch. conſi. 211. num. 135. vol. 3.) quos hoc teſtamento nominaui pertinere volo. deinde defuncta eſt filia hæres, & vernę legatarij, & ſupererat vnus ex libertis, & vnus etiam ex vernis. quęrebatur ibi, an totum ædificium pertineret ad libertum. & reſpondit Iuriſconſultus, quòd pro virili ædificium huiuſmodi pertinet ad eum, qui ſupereſt ex vernis; & licèt dicat ille tex. pro virili parte, tamen eum alius non ſupereſſet ex vernis, quibus fuit ædificium relictum, intelligitur in virilem, id eſt, in totum ad eum pertinere; ita Alber. ibi, & alij poſt antiquos. vnde ex illo tex. iuncta intelligentia glo. ibi, quæ à nemine reprobatur, dicunt multi Doct. quòd elicitur fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum: quia ſecundum Glo. ibi præſupponitur filiã deceſſiſſe extraneo hærede relicto etiam ab inteſtato. nam aliàs ſi fuiſſet ſolum fideicommiſſum in caſum alienationis, ipſi legatarij fuiſſent excluſi; quia per hanc inteſtati ſucceſſionem non dicitur hæres grauata contrafeciſſe præcepto teſtatoris: quia ea eſt alienatio legis, quę non cenſetur interdicta, ut ſuprà fuit dictũ: ità in ſpecie reſpondit Crot. conſi. 48. nu. 29. ſequitur Menoch. d. cõſil. 197. nu. 30. vol. 2. & faciunt, quæ ſuprà dixi in 2. caſu principali. & hanc ſententiam pro fideicommiſſo abſoluto in caſu d. §. filiam. tenet Curt. Iun. conſil. 116. num. 6. & ſeq.

Secundò pro iſta parte facit vltra inductionem glo. de qua ſuprà; quia in illo tex. prohibitio in ſe erat valida, quatenus primò teſtator dixerat, Veto ædificium de nomine meo exire, vt eſt apertus tex. in §. antecedenti. nam perinde eſt, ac ſi dixiſſet, prohibeo fundum extra familiam alienari, d. §. fratre. nam illa verba, De nomine meo, accipiuntur, pro familia, capiendo familiam non pro cognatione tantùm, ſed pro cæteris etiam familiaribus, inter quos erant vocati, ut l. pronunciatio. §. familiæ. circa princip. ff. de verbo. ſignificat. & ſignanter declarat Albe. in d. §. antecedenti. nam cum poſteà ſubiecerit teſtator illa verba, Sed ad vernas meos pertinere volo, ne ſint ocioſa, inducunt fideicommiſſum abſolutum; per ea, quæ ſuprà diximus in 2. caſu & ità illum tex. in d. §. filiam. intelligit Socin. conſi. 251. in 2. difficultate, in 2. dubio vol. 2. quem referr, & ſequitur Rube. conſi. 1. col. fi.

Tertiò addit Menoch. d. conſi. 197. num. 30. ad fin. vol. 2. quòd cum ille tex. ſimpliciter dicat locum eſſe fideicõmiſſo ad fauores illius vernæ ſuperſtitis, intelligi debet de fideicommiſſo abſoluto, cum non aperiat de vna magis, quàm de alia ſpecie; vt per eundem non minus clarè num. 28. verſi. qua ergò ratione dicere poſſumus, quòd hæc cauſa operetur vnum ſolum effectum fideicommiſſi ſimplicis &c.

Veruntamen contrarium tenent cæteri, & magis ** communiter, quòd immò in caſu d. §. filiam. extet ſolum fideicõmiſſum in caſum alienationis, nõ ẽt mortis prohibiti; & in ſpecie Soci. conſi. 227. col. 4. circa med. verſi. pręmiſſa etiam probantur per caſum in terminis &c. & conſi. 250. col. 1. verſi. præterea, qñ prohibitus &c. vol. 2. qui mouetur per doctrinam Bar. ibi, vt infrà dicam. idem firmat Ruin. in d. §. diui. num. 63. in fi. & ſeq. & plur. concordan. citat, & in ſpecie conſi. 85. nu. 22. vol. 2. Dec. cõſi. 218. & alios etiam referr Menoch. d. conſi. 197. num. 30. in princip. & ità in ſpecie illum tex. in d. §. filiam. expendit, & intelligit Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes. num. 17. ff. de verbo. obligat. quòd ſcilicet ibi non ſit fideicommiſſum abſolutum, ſed in caſum alienationis, vt etiam admittit Ruin. conſi. 122. num. 2. vol. 2. & contra illam intelligentiam Soci. ad illum tex. ſequitur etiam Senat. Pedemonta. d. deciſio. 50. ſub nu. 8.

Et pro iſta parte, quæ in effectu eſt * communis, allegatur Bar. in d. §. filiã. quatenus duo dicit; alterum, quod ſi poſt diſpoſitionem negatiuam, ſiue prohibitiuam ſubijciatur ſimpliciter, tunc iſta intelligitur ſecundum pręcedentem, ut habeat locum ità demum, ſi primæ ſit locus, id eſt, ſi factum erit contra prohibitionem. alterum eſt, quod ex eo infertur, quòd ſi teſtator prohibet fundũ vendi, quia vult ad Petrum pertinere, intelligitur hoc vltimum in caſu, quo fundus vendatur: de quo etiam infrà dicam in 6. quęſtio.

princip, in 4. ratione. ergò idem eſt dicendũ in caſu d. §. filiam, ꝙ ad vernas fundus pertinere debeat in caſu alienationis extra familias, & nomen teſtatoris, extra quam noluit exire. & d. deciſionem Bar. nemo ex aduerſantibus auſus eſt mordere; & eã probat Ruin. conſi. 122. ſub nu. 2. uol. 2. & ſuprà etiam tetigi in 2. caſu principali.

Nec obſtat, ꝙ & ſi Bar. ſic loquatur, vt ſuprà fuit dictum, non tamen negat etiam adeſſe fideicommiſſum abſolutum in caſum mortis, licet ſit in caſum etiam alienationis, vt dixit Crot. & Menoch. vbi ſuprà. quoniam hoc facilè remouetur, nam cum Bar. dicat, ꝙ fideicommiſſum adeſt, vbi contrà fiat; ergò ſi nõ fiat contra prohibitionem, ceſſat: quia aliàs vana eſſet eiuſmodi deciſio, quæ conditionaliter loquitur in vno caſu, vt ſuprà diximus in principio huius caſus, verſi. ſed hæc ratio &c.

Quòd ſi replicaretur, ut ſentit Crot. vbi ſuprà, quòd preſuppoſita ſucceſſione ab inteſtato extranei heredis, diceretur contra prohibitionem factum; reſpõderi etiam poteſt duobus modis. & primò, quòd hec ſpecies alienationis non dicitur interdicta, cùm fiat à lege, l. cum pater. §. cum inter. ff. de leg. 2. ſecundum * communem intellectum; & ſuprà fuit dictum.

Secũdò, quia omni in caſu hoc etiam admiſſo, adhuc ſumus ſolùm in caſu alienationis; ergò non fideicommiſſi abſoluti.

Secundò, quòd pro hac parte facit illud cõmune dictum, de quo infrà abundè dicemus in 9. queſtio. princip, in 5. ratione; quòd qui di-
125 cit fideicommiſſum adeſſe, † vel in caſu, de quo cõtenditur, illud clarè debet probare, aliàs contra eum pronunciandum eſt; ſed ſic eſt, quòd in d. §. filiam. qui vult dicere fideicommiſſum ibi abſolutũ adeſſe, debet probare, ergò &c. & ſic non ſufficit dicere fideicõmiſſum ibi adeſſe, quòd non poteſt agere, ſed eſt videndum, an illud abſolutum ſit, prout modò queritur. vnde cùm poſſit ibi ſolùm eſſe in caſum alienationis tantùm, nihil nos cogit, ut dicamus etiam eſſe in caſum mortis. & ſic ex hoc remouetur tertia ratio ſuprà in contrarium allegata.

Non obſtat modò prima ratio ſuprà in cõtrarium allegata; quia glo. in d. §. filiam. non dicit, quòd hæres ille, qui non erat de familia teſtatoris fuerit relictus ab inteſtato magis, quàm ex teſtamento per filiam hæredem grauatã, & fuiſſet ab inteſtato ſucceſſurus ei, & fieri poteſt, quòd erat talis, qui non erat ab inteſtato ſucceſſurus, ſed fuit ex teſtamento per eam vocatus; & ſic concordat cum tex. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. ibi, Extero herede relicto ex teſtamento &c.

Non obſtat ſecunda ratio, quia illa verba, Sed ad vernas meos, quos hoc teſtamento no-
126 minaui † pertinere volo, poſſunt, & debent referri ad alium effectum, quàm augendi fideicommiſſi, ſed potius declarandi mentem teſtatoris, an de omnibus libertis, & ſic de tota familia ſua ſenſerit teſtator, an verò de vno genere ſolùm ipſius familiæ, prout erant vernæ antè; ſi de uernis nihil dixiſſet, nedum illi, ſed & omnes liberti, libertæq; ueniſſent, l. cùm pater. quę eſt 79. §. cũ inter. ff. de leg. 2. & etiam habetur in illo tex. in d. §. filiam, dũ ponderat tex. quòd tempore mortis filię heredis inſtitutæ, & grauatę aderant etiam liberti; & tamen quoad eos, nihil de fideicommiſſo proponi, ut ibi determinatur, & ità declarat Ruin. in d. §. diui. num. 65. & ſic illa uerba poſita fuerunt ad declarationem nominis, & familię teſtatoris, de quo etiam pulchrè per Soc. Iu. in d. §. diui. num. 46. ad fi. dũ diſputat poſt alios, an de ſua familia ſenſerit teſtator, in d. l. cùm pater. §. cùm inter. ff. de leg. 2.

Septimum ſit exemplum, ſi teſtator prohibuit
127 † alienationem bonorum ſuorum maximè immobiliũ, quia voluit ipſa bona perpetuò permanere intra familiam ſuam, prout cauerat in eius teſtamento celeberrimus Iuriſcõſultus Ioan. de Lignano; tunc enim cenſetur inductum fideicõmiſſum abſolutum, vt latè ſcripſerunt Crot. d. conſi. 48. & Ruin. conſilio 168. vol. 3. quod & probauit in d. §. diui. num. 81. in fi.

Octauum ſit exemplum, ſi contingat teſtatorẽ
128 † diſponere, & ordinare, quòd bona ſua immobilia ſemper permaneant in deſcẽdentes ſuos, & quòd nullo modo qualitercunq; & quomodocunq; poſſint alienari, & ubi ea contingat per aliquem alienari perueniant in ſuperexiſtentes in ſtirpes, & non in capita; tunc enim reſultat fideicommiſſum abſolutum, vt reſpondit Alcia. conſi. 484. facie prima videtur, ſed certè iſtud exemplum magis pertinet ad primũ caſum iſtius queſtionis princip. ut ibi dixi in 3. exemplo, & ad ſecundum caſum reſpectu vbertatis uerborũ, ut etiam ibi dixi.

Nonum ſit exemplum, ſi teſtator poſt prohibi-
129 tionem † de non alienando factam filijs dixit imperſonaliter, ſeu in rem, Et ſimiliter prohibeo, & ueto bona mea immobilia aliqualiter uendi, uel alienari, quia uolo, & mando totaliter, quòd ipſa bona mea remaneãt in deſcendẽtes meos, & in familia mea; tunc enim reſultat fideicommiſſum abſolutum, ut reſpondit Alcia. conſi. 561. & ibi dicit in hoc caſu neminem cõtradicere, & iſtud

exem-

exemplum potius ad primnm caſum perti-
net, ut etiam ibi tetigi.

130 Decimum exemplum ſit in caſu, † quo te-
ſtator prohibuit ipſis hęredibus, & eorum
deſcendentibus in infinitum, ne quouiſmo-
do fundum, uel domum alienent, ut in caſu
Rube. d. conſi. 53. ſed hoc quoq; exemplum
ad id pertinet, ſcilicet ad primum caſum, ut
etiam ibi tetigi.

131 Vndecimum exemplum ſit, ſi teſtator† hę-
redem inſtitutum grauauit, rogãdo, ut pręⷷ-
dia, & bona, quę ad eũ peruenerint, diligat,
eorumq́; curam habeat, ut poſſint ad eius
filios peruenire; tunc enim dicitur per illa
verba fideicommiſſum abſolutũ inductum
ad fauores filiorum hęredis, ut eſt tex. in l. fi-
deicommiſſum. §. hęc uerba. ff. de leg. 3. quem
ad hoc ſic inducit Menoch. conſi. 197. nu. 9.
ad fin.

Sed certè Menoch. longè aberrauit. Primò quia
ille textus expreſſe loquitur, vt vix ibi extet
fideicommiſſum in caſum mortis tantùm, &
ſic loquitur contra tex. tantùm abeſt, ut etiã
extet fideicõmiſſum in caſum alienationis,
& ſic abſolutum: niſi Menoch. fideicommiſ-
ſum in caſum mortis tantùm abſolutum uo
cet; quo nihil abſurdius.

Secundo, quia in caſu d. §. hęc uerba ſpeciale
eſt fauore nepotum teſtatoris, ut fideicom-
miſſum dicatur inductum ex illis uerbis, quę
potius conſilium, quàm pręceptum ſonant,
ut inquit Dyn. & poſt eum Albe. ibi.

Duodecimum ſit exemplum fideicommiſſi ab-
132 ſoluti,† ubi teſtator prohibet bona aliena-
ri, ut in familia, uel deſcendentibus conſer-
uentur, & in caſu alienationis uocauit locũ
pium, uel aliam perſonam extra deſcenden-
tes; & iſto caſu dicitur etiam adeſſe ſimplex,
& abſolutum fideicommiſſum. nam in caſu
alienationis dicitur ille tertius uocatus etiã
in caſu mortis alienantis, uel alterius pro
tempore de familia, cęteri proximiores di-
cuntur uocati; quia niſi eſſet fideicommiſ-
ſum in caſum mortis ad fauores illorum de
familia, illa uerba, Vt bona in familia con-
ſeruentur, eſſent otioſa, & cum ademptione
fideicõmiſſi ab eis facta in caſum alienatio-
nis cẽſentur etiam uocati in alijs caſibus; ità
reſpondit Ruin. conſi. 122. nu. 2. & ſeq. vol. 2.
& per totum. aliàs nullum unquam eſſet fi-
deicommiſſum in caſu iſto pro deſcendenti-
bus, ſeu illis de familia, vt ibi per eum. & ſe-
quitur ſic eũ ſimpliciter referendo Menoch.
d. conſi. 197. num. 11. ad fi. uol. 2. & alias pen-
deret ab arbitrio unius alienando extinguc-
re fideicommiſſum in totum factum ad fa-
uorem familiæ; quod non eſt dicendum, vt
ibi per eum, num. 7. in fi.

Sed certe cum in caſu Ruin. d. conſi. 122. nul
la alia concurrerent pro uocatione deſcen-
dentium maſculorum, ideò illud exemplum
eſt difficile, ut poſſit ſuſtineri, maximè quia,
cum in caſum alienationis ſit aliquis uoca-
tus, ceſſare debet iſtud fideicommiſſum in
caſum mortis primo eueniente, ubi etiam
poſſit dici illos de familia uocatos in caſum
mortis; quod tamẽ etiam pluſquam durum
eſt, quia uerba non conueniunt.

Decimumtertium ſit exemplum in caſum l. fi-
133 liusfamilias. † §. cùm pater. ff. de leg. 1. vbi idẽ
caſus eſt, qui in d. l. peto. § fratre. & tamen Me
nochius in d. conſi. 197. nu. 11. uol. 2. conten-
dit fideicommiſſum adeſſe ſimplex, quod ta-
men nulla ratione, quę quicquam ualeat,
probare potuit, & ſolum adducit Ruin. d.
conſi. 122. num. 2. uol. 2. qui tamen apertè,
& benè ſolùm loquitur in caſum alienatio-
nis citando illum tex. neq; enim ualet conſe-
quentia in illo tex. ſi filius non alienet, ergò
nepotes ſunt inſtituti, & ad fideicommiſſum
ad fundum prohibitum alienari, uocati. Vn
de in hoc exemplo militant, quæ ſuprà dixi-
mus in tertio.

Decimumquartum ſit exemplum, quod habe-
tur in l. codicillis, quę eſt penul. §. inſtituto. ff.
134 de leg. 2. ibi. n. teſtator † prohibuerat fun-
dum, ſeu domum alienari per filium hęredẽ
inſtitutum, ſed remanere firmam, & ſimpli-
cem eius filijs, & nepotibus per uniuerſum
tempus, & ſi aliquis pręter hęc fecerit, illud
inutile ſit, & irritum. nam cùm prohibitio
ipſa ueſtita eſſet, quia contemplatione filio-
rum, & nepotum facta fuit, quo caſu dicitur
ueſtita, ntiq; pœna nullitatis contractus ad-
iecta, ne vana, & otioſa ſit, cenſetur induce-
re fideicommiſſum abſolutum, & ob id dici
debet adiecta: per ea, quę ſuprà diximus in 1.
quæſt. princip. in 2. concluſio. in 4. cauſa,
in 1. ſpecie.

Reperio tamẽ, quòd Senat. Pedemon. deciſ. 50.
ſub num. 8. verſi. item pariter retorquetur.
concludit illum tex. probare contrarium,
quia requirit alienationem, & ſic contradi-
ctionem ad hoc, ut locus ſit fideicommiſſo,
de quo ibi.

Sed certè hęc eſt aperta diuinatio ad illum tex.
& mera uiolentia, neq; enim ibi legitur, ꝙ
neceſſaria ſit alienatio, ut locus ſit dicto fi-
deicommiſſo, ſed ſolùm quęritur ibi, an per
locationem factam dictæ domus per prohi-
bitum, & aſſignationem reddituum, ſeu pen
ſionum factam creditoribus ipſius prohibi-
ti dicatur contrafactum fideicommiſſo, nec
aliud ibi in d. text. quęritur.

Decimumquintum ſit exemplum, quod habe-
135 tur in l. pater filium. † quę eſt 36. §. quinde-
cim.

cim.ff. de leg. 3. ibi enim teſtator prędiolum
cũ taberna legauit quiudecim libertis ſuis,
& adiecit, quod volebat eos illa bona ſibi ha
bere,& poſſidere cum hac cõditione, ne quis
eorum partem ſuam alij alienaret, quod ſi
cõtrafactum erit eas portiones, prædiumue
cum taberua ad Rempublicam Tuſculanã
pertinere. & contigit, ꝙ vnus partem ſuam
aliquibus ex collibertis alienauit, & illi eam
partem alienarunt in extraneum. vude quę-
rebatur, an per dictas alienationes diceretur
coutrafactum fideicommiſſo, & teſtatoris
voluntati, ita vt uel cæteri colliberti dictam
partem, ſeu partes alienatas in extraneos cõ
ſequi poſſent, au verò dicta reſpublica Tuſcu
lana deberet admitti. & reſpondit Iuriſcon-
ſultus, quòd extraneus ille, in quem facta
fuit alienatio non debet moleſtari quidem
per dictos collibertos, quia primus aliena-
tor non contrafecit, qui collibertis ſuis alie-
nauit; quilibet enim perſonaliter eſt prohi-
bitus, ne partem ſuã alienet, & ſecundi alie-
nautes dictam partem uon etiam peccarũt;
quia teſtator prohibuit ſolùm, ne quis partẽ
ſuam in extraneum alienaret, ſed ſibi retine-
ret: ſecundi alienantes non dicuntur alienaſ-
ſe partem ſibi relictam, ſed partem colliberti
ab eo acquiſitam, de qua non loquitur pro-
hibitio quoad eos, ad differentiam, quando
omnes ſimpliciter fuiſſenr prohibiti aliena-
re; quia tunc non etiam partem habitam à
conſorte alienare potuiſſent, ut conſiderat
Ripa in d.§. diui. num. 66. & probat Bar. in d.
§. quindecim. & eſt tex. in d. §. libertis. nec
etiam Reſpublica audiri debet, quoniam nõ
fuit contrafactum diſpoſitioni teſtatoris.
quibus ſic ſtantibus, videtur, quod ibi aga-
tur de fideicommiſſo abſoluto; quod ſic de-
monſtratur in primis ponderãdo illa uerba,
Volo ſibi habere, & poſſidere; quæ importãt,
& ſtant pro cauſa prohibitionis, inquit Ri-
pa in d.§. diui. num. 33. ac ſi dixiſſet teſtator
non alienent, ſed in familia libertorum reti-
neant, ut in d.§. libertis. in princ. & ſic fauo-
re collibertorum prohibita fuit alienatio ſe-
cũdum eum, poſt Bal. per eum citatum, quẽ
tex. adducit glo. vlt. in d.§. quindecim. Pon-
dero etiam illa verba In alium alienationẽ,
136 † quæ important prohibitionem in extra-
neum, vt ſignanter declarat Bar. in d.§. quin-
decim. num. 2. dicens, quòd verbum, Alij, in-
telligitur de alijs extra cõtentos, & ſic ex hoc
etiam dicta prohibitio erat ueſtita, ſicut ſi
fuiſſet dictum extra familiam, Curt. Iun. con
ſil. 121. in princ. & probatum eſt ſuprà ſatis.
Rurſus pondero illa verba, Si contrafactum
fuerit, pars alienata pertineat ad Rempubli-
cam Tuſculanam, ſic enim pœna adiecta
uetuit inſuper prohibitionem, vt ſuprà latè
diximus. in 1. quæſt. princip. Ergò ratione
duplicis ueſtimenti, & ne illa poena otioſè
dicatur adiecta, dicere debemus inductum
cenſeri abſolutum fideicommiſſum; per ea,
quæ ſuprà dixi in hac 5. quæſt. in 2. caſu.

Sed iſtis non obſtantibus, puto, quod ex d. §.
quindecim. non poſſit elici fideicommiſſum
abſolutum, triplici ratione. Prima eſt, quia
137 ibi teſtator permiſſit poſſe † alienari inter
ipſos collibertos, & uni magis, quàm alteri,
quod quidem fideicommiſſo abſoluto repu-
gnat, vt habetur in l. cum ità. §. in fideicom-
miſſo. ff. de legat. 2. & abũdè probaui in vna
Placẽtina de Todiſchis pro Comite Proſpe-
ro Todiſcho de anno 1574.

128 Secundò, quia textus ille permittit † poſſe
fieri alienationẽ in extraneos partis acquiſi-
tæ: quod quidem eſt cõtra naturam nedùm
fideicommiſſi abſoluti, ſed etiam conſerua-
tiui bonorum in agnatione, ſiue familia li-
bertorum, l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2.

139 Tertia eſt ratio, quia in fideicommiſſo † ab-
ſoluto non ſuccedunt, niſi illi de familia, d.§.
in fideicommiſſo. & d.§. fratre. & d.l. cùm pa-
ter. §. libertis. eod. & tamẽ in d. §. quindecim.
in caſu alienationis in extraneum Reſpubli-
ca Tuſculana admittitur, ità iubente teſta-
tore; ergò &c.

Non oſtant modò adducta in contrarium. Nã
primum fundamentum ſuper illis uerbis, ſi-
bi habere, ideò non obſtat, quia quicquid
dicat Ripa in cõtrariũ citatus, hoc verè non
probatur, quòd illa verba inducant cauſam
ſaltem ſufficientem pro ueſtimento prohibi-
tionis, ut ſuprà dixi, in 1. quæſt. prin. in 5. am-
pliatione, in 2. declarat. Quò verò ad ſecun-
dam conſiderationem factam ſuper pęna uo
cãris tertiũ in caſum alienationis, dico, quòd
ea cauſa ſola remanet, ergò &c.

Præterea, vt dixi ſuprà, in 2. caſu, in 2. declara-
tione dicta pœna tenderet ad diuerſum finẽ,
ergò non eſt tractandum de fideicommiſſo
140 abſoluto. Et inſuper alia eſt ꝓhibitio † ſim
pliciter facta, alia eſt, quæ reſtricta eſt ad par
tem cuiuſcũque, cui fuit prædium legatum,
ut latè examinãdo illum tex. declarat Rimi-
nal. Iun. conſi. 45. nu. 93. & plur. ſeq. vol. 1.

Decimumſextum ſit exemplum, de quo in d.l.
pater filium. §. prędium. ff. de leg. 3.

Sed quia de hoc ſatis ſuprà dixi in 1. quæſt. prin
cip. in 2. caſu, uerſi. 3. ſtringere videtur &c.
ibi me remitto.

Decimumſeptimum ſit exemplum, ſi teſtator
141 † grauauit in perpetuum inſtitutos & ſub-
ſtitutos ad faciendum celebrari unum an-
niuerſarium; nam tunc oportet fateri inter
omnes deſcendentes cenſeri inductum fidei-
com-

commiſſum abſolutum, vt per Rimin. Iun.
conſi.279.num.15.uol.3.& ſup. tetigi in 1.ca
ſu principali, in 1. declaratione.
Decimumoctauum ſit exemplum, ſi teſtator
142 diſpoſuit, † quòd bona ſua remaneant cō-
munia inter filios toto tempore vitæ ipſo-
rum, quia vult, quòd ea perpetuò remaneãt
communia inter ipſos, & eorum deſcenden-
tes maſculos. ex hac enim diſpoſitione reſul-
tat fideicommiſſum abſolutum; quia prohi-
143 bitio diuiſionis † ad vitam filiorum eſt va-
lida, & ratio adiecta operatur dictum effe-
ctum, Rum.conſi.134.numero 16.volum.2.
& ſuprà de veritate iſtius puncti tetigi, &
144 de prohibitione facta filijs, † & eorũ deſcen
dentibus, quòd inducit fideicommiſſum ſuc
ceſſiuum, Menoch. conſi.277. num.5. vol.3.
de quo etiam ſatis ſuprà dixi. & quòd, quan-
do teſtator vult bona perpetuò permanere
in ſuos filios, nepotes, & deſcendentes, dica-
tur inductum ſimplex fideicommiſſum ſuc-
ceſſiuũ, ita ut quilibet ex eis dicatur grauа-
tus reſtituere per fideicommiſſum ſequenti-
bus, reſpondit Soci. Iun. conſi.140. nume.4.
vol.3. & iſte caſus probatur per text.in l.cùm
ità.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.2.
Sed contrà in relicto facto alicui, & eius deſcen
dentibus, quòd non propterea dicatur indu
ctum fideicommiſſum paſſiuum inter ipſos
deſcendentes, Paris. conſi.39.num.7. & ſeq.
vol.3.mouetur per id, quod dicunt Doct. de
ſubſtitutione facta pluribus, quòd inter eos
nō dicitur factum fideicommiſſum recipro-
cum, niſi ſit facta vltimo, & in tota heredita-
te, ſed eo in caſu ſubſtitutio poterat ſortiri
effectum in ſingulis partibus pro tempore;
non ſic in præſenti ſpecie. nam ſi ſinguli de-
ſcendentes inuicem non ſint grauati, non po
teſt legatum ad omnes deſcendentes perue-
nire, prout deſiderant verba fideicommiſſi.
145 Decimumnonũ exemplũ ſit, vbi pater † ha-
bens filium, & ex eo plures nepotes, iuſſit, ne
filius fundum alienaret, & ut in familia relin
queret; tunc. n. hac formula uerborum ſa-
tis videtur inductum fideicommiſſum abſo-
lutum, per tex.in l. pater filium.ff.ad l.falcid.
vbi legitur in fi.illius tex. quod filius decedēs
cogitur relinquere fundum filijs; & ità illum
tex.ad hoc expendit Anguiſſola conſi.50.nu-
mero 4.in 4.fundamento.lib.5.Sed certè hęc
inductio non ſtringit ad effectum fideicom-
miſſi abſoluti, de quo quæritur, ſed ſolùm
arguitur ex eo tex.quòd fideicōmiſſum adſit
in caſu alienationis tantùm, ſi non alienaue
rit, vt iuſſit teſtator: dubio procul in neceſſa-
riam conſequentiam reſultat, quod filius co
gitur relinquere filijs, & ſic nepotibus teſta-
toris, ſcilicet ab inteſtato, l. conficiuntur.ff.
de iure co dicil. cum vulgar.
Vigeſimum ſit exemplum, quando teſtator
146 † prohibuit bona ſua alienari, quia vult cō
ſeruari in deſcendentibus ſuis, & familia ſua,
& non contentus ſupradictis verbis addidit,
quòd etiam in quocunque caſu prohibuit
detractionem Trebellianicæ, Falcidiæ, & legi-
timę; & demùm bonorum ſuorum confiſca-
tionem: tunc enim, quia uidetur magis de-
notare, quòd nolebat bona ſua exire familiã
ſuam dicitur inductum fideicommiſſum ab-
ſolutum in omnem caſum; ut poſt plur. per
cũ citatos reſpondit Riminal.Iun.conſi.544.
num.390. & ſeq. volum.5.
Vigeſimumprimum ſit exemplum poſitum in
l.fi.C. de verbo. ſignific.& in l.cum ità.§.in fi-
deicommiſſo. ff. de leg.1. ubi habetur, quòd
147 fideicōmiſſum factum deſcendentibus † ex
tenditur ad omnes deſcendētes in infinitum
ordine ſucceſſiuo, & ſecundum ordinem na-
tiuitatis eorum, & gradatim juxta eorum
proximitatem; & ità illum tex. in hac mate-
ria prohibitionis alienationis, quando teſta
tor prohibuit omninò, & in perpetuum alie-
nationem bonorũ ſuorum taliter, quod de-
ſcendentes ſui poſſint à quolibet uendicare,
uel ut bona in deſcendentes perueniant, ex-
pendit Natta conſi.437.per totum, & idem
uoluit Caſtren. in d.§. in fideicommiſſo. cen-
ſetur.n. vt ille ait, teſtator voluiſſe bona con-
ſeruari in familia gradatim, & ordine ſucceſ
ſiuo; ut etiam conſiderat Soci.in l. Gallus.§.
quidã rectè. in 4. caſu.ff.de libe. & poſthum.
quamuis ipſe relinquat cogitandum; & me-
ritò, ut infrà dicam, & dicat eſſe magnæ inue
ſtigationis, & utilitatis. & quòd in caſu d.§.
in fideicommiſſo. fideicommiſſum adſit ab-
ſolutum, & ſimplex in caſum, & alienationis,
& mortis, expreſsè tenuit Riminal. Iun.con-
ſil.50.num.18.& ſeq.uol.1.
Sed hic aliquantulum ſiſtere pedem oportet;
Etenim in hac concluſione duo præſuppo-
nuntur, alterum ſcilicet, quod in d.§.in fidei-
commiſſo. agatur ſolùm de fideicommiſſo
reſtituendo in caſu alienationis, uel mortis
grauati; alterum autem, quòd fideicommiſ-
ſum reciprocum, & perpetuum inter omnes
deſcendentes, ſeu de familia vocata dicatur
inductum in caſum d.§. in fideicōmiſſo. Sed
circa primum illud intelligendum eſt, vt fi-
deicommiſſum in caſum mortis, uel aliena-
tionis huiuſmodi inductum dicatur, non ta
mē ut excludat caſum uulgaris ſubſtitutio-
nis, qui etiam in iſto caſu contingere poteſt.
quin etiã in caſum uulgaris, id eſt, caſu quo
fideicommiſſarius non agnouiſſet fideicom
miſſum, cęteri proximiores de familia admit
tantur, etiam ſi mors, uel alienatio illius nō
inter-

interuenerit, ex eo, quòd notum eſt in iure noſtro, in fideicommiſſis vulgarem ſubſtitutionem poſſe locum habere, l. vt hæredibus. ff. de leg. 1. & ibi * omnes notant. & hoc probat etiam Riminal. Iun. conſi. 50. nume. 38. volumine 1.

Et circa ſecundum magna eſt altercatio inter maiores noſtros, an in caſu d. §. in fideicom-
148 miſſo. uel ubi deſcendentes † alicuius ſunt uocati omnes gradatim inuicem, & reciprocè dicantur uocati, an uerò primo admiſſo expiret totũ fideicõmiſſum, quò ad alios. In quo quidem articulo, ſcio me ſæpiſſimè conſuluiſſe, & ſignanter de anno 1581. in vna de Puteo, & de anno 1585. in una de Burgo, & & iterum de anno 1586. in alia de Cigallis. nam pro reciproco fideicommiſſo inter omnes collectiuè vocatos, adducitur pro anteſignano Anchar. conſi. 27. non ſequendo ordinem. loquens in teſtatore uocante duos antiquiores de domo, quod intelligatur ſenſiſſe de omnibus in infinitum, nedum de primis; per tex. in l. fi. C. de verbo. ſignifi. & in d. §. in fideicommiſſo. & in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & adducitur etiam Cuma. in d. §. quidam rectè. Alex. conſi. 16. uol. 3. & conſi. 14. uol. 4. quos refert Rube. in d. §. quidam rectè. num. 49. loquentes in caſu, quo frater, & liberi eius fuerunt ſubſtituti. ſed certè Cuma. malè ad hoc citatur, quia num. 7. in fi. vult ſolùm adeſſe vulgarem ſubſtitutionem inter eos, & idem Soci. conſi. 86. num. 8. uerſi. aliquando uocantur plures ſub nomine collectiuo, inter quos cadit ordo affectionis, & charitatis, ut quãdo quis relinquit familiæ, uel cognationi ſuæ, & illi uocantur ordine ſucceſſiuo &c. vol. 3. per iura ſuprà citata, & Ruin. ſæpè in locis citatis ſup. in 12. exemplo, præſertim d. conſi. 139. num. 22. & ſeq. ubi ad hoc citat etiam Caſtren. Aret. & Alex. in d. §. quidam rectè. & d. §. in fideicommiſſo. & poſt Caſtren. & Alex. cõſulendo, quos ipſe refert, idem tenet Rube. ubi ſuprà, num. 52. in fi. in caſu, quo quis inſtituit, vel ſubſtituit liberos, uel familiam ſimpliciter, non uocando alium cum familia, uel liberis, ſic intelligẽdo iura ſuprà citata, ut ibi per eum, nu. 51. quę tamen non patiuntur hanc reſtrictionem, ut patet ex eis, & latius infrà dicam. hanc etiam partem, quando fideicommiſſum familiæ relictum eſt, tenuit Soci. conſi. 113. numero 7. & ſeq. uol. 1. ea quippe ratione, ſequẽdo Anchara. & ſequa. quia tunc teſtator cenſetur reliquiſſe familiæ, ut bona remaneant in ea, ut ibi per eum; & hanc partem etiam poſt Roma. & Barbat. per eum citatum, probat Rolan. conſi. 76. uol. 3. per totum. loquẽs in ſubſtitutione facta de propinquiore de domo ſua, quòd importet compendioſam, & reciprocam ſubſtitutionem fideicommiſſariam inter omnes propinquos de familia gradatim, & ordine ſucceſſiuo. & Ancha. ubi ſup. refert etiam, & ſequitur Socin. conſi. 73. num. 17. in princip. vol. 4. vbi etiam adducit Roma. idem tenentem. idẽ etiam reſpondit ſequendo Ancha. & concordan. Decia. conſi. 41. num. 81. uol. 1. reprobata opinione Cuma. in d. §. cùm ità. ante eum Anch. & Roma. ubi ſup. refert, & ſequitur Rube. in d. §. quidam rectè. nu. 30. & ſeq. & num. 64. refert etiam Soci. ubi ſup. idem firmat latè Bero. quæſt. 104. per totum. Et pro hac opinione faciũt tradita per Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone. in 12. limitat. ff. de verbo. ſignifica. & ſequendo Ancha. vbi ſuprà, latiſſimè comprobat Riminal. Iun. conſi. 23.

Secundò pro iſta parte facit Ruin. cõſi. 139. numero 21. ad fi. uol. 3. dicens, quòd ſi filij filiorum uocati ſunt ſub nomine collectiuo, dicũtur etiam inuicẽ grauati per fideicõmiſſum. Sed hæc ratio falſa eſt, vt infrà dicam.

Tertiò melius tamen facit, quod dixit Soc. conſil. 73. ſub nu. 17. uol. 4. quatenus concludit, quòd ubi aliqui ſunt ſubſtituti collectiuè, ut familia, vel agnatio, tunc videtur eſſe intentio teſtatoris, vt bona remaneant in familia, & ordine ſucceſſiuo.

Quartò facit, quia ſi proximiorũ appellatione ueniunt non ſolùm primi proximiores, ſed & vlteriores, vt probat Tiraq. in d. l. boues. §. hoc ſermone. in 12. limita. num. 1. ff. de verb. ſignifi. loquens in teſtatore, qui poſt hęredẽ ſuum, vocauit duos antiquiores de domo; ergò ſequitur, quòd illi omnes in rem grauati dicuntur per fideicommiſſum.

Quintò pro iſta parte facit; quia etiam in materia odioſa idem quoq; uidemus ſub uerbo Deſcendentium, quòd deſcendentes omnes gradatim comprehenduntur; ut poſt concordan. per eum citatos, firmat Rolan. d. cõſil. 70. num. 21. & ſeq. uol. 3.

Et tenendo iſtam partem, dici poteſt, quòd illa procedit, etiam ſi in diſpoſitione ſit dictum, tunc exiſtentes, ut per Rolan. d. conſil. 70. volum. 3.

Contrariam tamen opinionem contra Ancha. ſequendo Cuman. in d. §. in fideicommiſſo. vltra alios ſæpius ſuprà citatos, tenuit ſæpè Ruin. conſi. 92. num. 8. & conſi. 159. num. 18. volum. 2. verſi. non obſtant per Petrum de Ancha. &c. vbi intelligit Ruin. loqui in caſu, quo teſtator habuit reſpectum ad domũ, & progeniem ſuam, non autem ad deſcendẽtes proximiores, & quia grauamen impoſitum per teſtatorem erat duraturum in perpetuũ; quod etiã voluit Craue. d. conſi. 161. ſub

ſub nu. 9. & Cuma. refert, & ſequitur Rube. in d. §. quidam rectè. nu. 64. verſi. ſed Rapha. Cuma. & Cepha. d. conſi. 353. num. 43. & ſeq. vol. 3. loqnens in caſu, quo donator dixerat, Quòd bona trāſferantur in Bartholomæū, & eo non extāte in eius liberos, quòd aliquo eis admiſſo ceſſat ōis ſubſtitutio. & num. 85. dicit dictum Cuma. eſſe veriſſimum, quod viſus fuerat impugnare num. 16. in ſubſtitutione facta de deſcendentibus maſculis patrui ſui. idem reſpondit conſi. 326. num. 24. in fi. & plur. ſeq. volum. eo. vbi ad hoc etiam citat Alex. Soci. & Dec. idem etiam tenuit Vegius conſi. 62. num. 62. & ſequē. & non minus clarè conſi. vlt. num. 487. & ſeq. Et pro hac parte faciūt duę rationes. prima eſt, quòd in dubio ſubſtitutio præſumitur, & iudicanda eſt potius directa, quàm obliqua, vt ſuperius probaui, & per Vegium, vbi ſupra. Secunda eſt, qnia in dubio cenſentur ſimiliter vocati nati, vel concepti vigore teſtamenti, vel multis ſubſtitutis, vt infrà dicam in 5. declarat.

* Et tenendo iſtam partē, quæ in effectu eſt* cō
149 munis, † vt teſtatur Anguiſſola conciuis
meus conſi. 38. col. 1. & per totum. lib. 6. & cō
ſil. 62. nu. 4. verſi. quòd ſi etiam &c. & conſi. 8.
nu. 6. & conſi. 86. & idem ante eos latè reſpon
dit Dec. conſi. 385. col. 2. qui etiā concordan.
citat. & Bero. cōſi. 65. col. 1. ad fi. & ſeq. vol. 2.
& latè defendit Rimin. Iun. conſi. 50. per to-
tum, & maximè num. 38. & plur. ſeq. vol. 1.

Et pro iſta parte facit regula l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſignifi. Non obſtant iura ſuprà in contrarium citata; quia loquūtur, quando relictum habebat tractum in futurum in certum euentum, vt declarat Cuma. in d. §. in fideicommiſſo. & Ruin. d. conſi. 92. num. 5. & num. 8. vol. 2. & conſi. 159. num. 22. eo. & dicam infrà. & inſuper illa iura loquuntur, & ità intelliguntur, ſcilicet, vt ſcilicet cęteri de familia admittantur, quando primi non ſunt admiſſi, ut ibi per Cuma. in d. §. in fideicommiſſo. & Ruin. vbi ſup. d. conſi. 159.

Rurſus, & tertiò loquuntur iura ſupradicta quando per verba obliqua, & fideicōmiſſum importantia loqnnens eſt teſtator, vt conſiderat etiam Ruin. d. conſi. 128. nu. 16. uol. 3. & abundè pro intelligētia dictorum iurium pro iſta parte, Anguiſſola d. cōſi. 33. & in cauſa Triuultia Menoch. num. 32. & plur. ſequē. & Collegium Ticinenſe num. 81. & plur. ſeq.

Et cōſultationi Anchara. & ſeqnacium reſpondent alij, de quibus infrà dicā in 5. declarat.

Secundò ſunt etiam, qui dicūt Anchara. loqui in caſu, qno primi duo ꝓximiores repudiarunt, ſeu ſe abſtinuerunt à relicto, prout verè in themate eius pręſupponitur, & hoc ipſe ibi multū conſiderat, & ideò meritò alij proximiores in gradu fuerunt admiſſi: ità ſignāter reſpondit Riminal. Iun. d. conſi. 657. numero 6. in fi. & ſeq. vol. 4. ſed certè hæc reſponſio non ſufficit, quia quamuis Anchara. vtatur dicta ratione, & conſideratione, tamen etiam conſiderat, quòd ex quo legatum habet onus annexum perpetuum, ità etiam debet eſſe perpetuum legatum, & ſic comprehendere omnes de agnatione ordine ſucceſſiuo, ergò &c. §. affinitatis. inſtit. de gradib. & de hoc infrà dicam in 9. conciliatio.

Pro concordia itaq; iſtarum opinionum uidetur poſſe dici; primò, quòd aut familia, uel liberi, & huiuſmodi ſunt ſimpliciter inſtituti, vel ſubſtituti, & tunc procedit opinio Cum. in d. §. in fideicommiſſo. aut familia, uel liberi ſunt inſtituti, & ſubſtituti vnà cum alio, putà, talis, & eius liberi, & tunc procedit alia opinio; & ità diſtinguit Rube. in d. §. quidā rectè. nu. 49. & ante eum hoc etiam expreſsè voluit Soci. d. conſi. 73. nu. 17. vol. 4. & d. conſil. 113. & ità etiam firmat Anguiſſola d. conſil. 38. num. 5. lib. 6.

Sed hæc concluſio non eſt vera, nec conuenit huic noſtræ ſpeciei. vera in quam non eſt, quia pugnat cum d. §. in fideicōmiſſo. vbi dicuntur ſpecialiter, & nominatim vocati vltra familiam, & repugnant etiam rationes ſuprà citatæ, & ſic ibi fideicommiſſum fuit relictum familię, & nihilominus reſtringitur ad vulgarem.

Secundò pro concordia dici poteſt, quòd aut ſumus in familia, vel deſcendentibus extraneæ perſonæ, in quibus non cadit charitas, nec affectio diſponentis, aut in deſcendentibus ipſius diſponentis; & primo caſu procedit opinio Cuma. in 2. præualebit opinio Anch. ità enim concludit Soci. d. conſi. 86. numero 8. uol. 3. & d. conſi. 113. & latiùs Rube. in d. §. quidam rectè. num. 48. in fi. num. 50. in princip. & num 63. in princip.

Sed hæc concluſio licet ſit probabilis in ſe, non tamen eſt vera in propoſito, quia diuinatiua ad d. §. in fideicommiſſo. & iura ſuprà citata; & probāt etiam deciſiones hinc inde relatæ.

Tertiò conciliari poteſt hæc contentio, ut opinio Anchar. ſit tuta, concurrentibus aliquibus cōiecturis, quòd diſponens habuerit rationem conſeruandæ agnationis. & hoc etiā admittit Cuma. in d. §. in fideicōmiſſo. quatenus dicit, ſecùs eſſe, ſi teſtator dicit uelle bona in familia conſeruari, quia relictum habebit tractum in futurum in certum euentum, vt etiam refert, & ſequitur Ruin. conſilio 92. num. 8. uol. 2. vel quia in diſpoſitione adeſt uerbum In perpetuum, ut ferè omnes Doctores in contrarium relati dicunt. idem ſi teſtator ſit digreſſus ad plures gradus ſubſtitu-

ſubſtitutionū; Ruin.conſi.159.in fi.vol.3.vel
aliter d.conſi.152.nu.20.vol.2.& d.cōſi.161.
num.9.vol.2.& latius infrà dicam in 5. decla
rat. & quòd per digreſſionem ad plures gra-
dus ſubſtitutionum cenſeatur diſponentem
vocaſſe proximiores natos, vel conceptos
poſt mortem ipſius, qui vocauit proximio-
res, tenet Purpura.conſi.422.nu.8. vol. 2.&
Vegius conſi.62.num. 63.& in caſu, quo te-
ſtator vocat illos de familia, quia vult bona
conſeruari in familia, poſt Soci.Craue d.con
ſilio 131.num.5. Et hoc intelligitur, quando
verba per tractum temporis reſpiciunt ipſos
ſubſtitutos, vt ſtatim dixi, aliàs ſecùs, per ea,
quæ ſuprà dixi in 2. principa. artic.in 2. con-
cordia, verſi. aduertendum eſt autem &c. Et
ſic declaratur Cuma. probat Anguiſſola d.
conſi.38.nu.6.lib. 6. & propterea cauendum
eſt à Mantica in cōtrarium citato in tracta.
de coniectu. vlt. volun.lib.6.cap.vlt.num.11.
dum dixit, quòd teſtator ſimpliciter relin-
quendo bona ſua duobus antiquioribus de
domo ſua cenſetur voluiſſe bona ſua in fami
lia conſeruari; neq; enim hoc dixit Ancha.
anteſignanus, & concordantes, niſi abundè
de volūtate huiuſmodi cōſtet, vt ſuprà dixi,
& ab hac ſententia in effectu pauci diſcedūt.

Quartò declaratur, vt opinio Ancha. poſſit
ſuſtineri, ſi alternatiuè, ſiue diſiūctiuè ſit cō-
cepta, puta Seium, Caium, uel eorum deſcen
dentes, ſecùs, ſi copulatiuè, & tunc præua-
let opinio Cuma. in d.§. in fideicommiſſo. &
hanc concluſionem probat Dec.conſi.95.co
lum.2. Rube.in d.§.quidam rectè.num.77.&
ſeq. Natta conſi.470.nu.8.Rolan. & conſi.7.
nu.22.vol.3.Decia.conſi.95.nu.41.& nu.81.
volum. 1.

Sed cōtra hanc declarationem tenuit latè Soci.
d.conſi.113.col. pen.vol.1.& Ruin.cōſi.159.
num. 21.& ſeq. vol.2.

Quintò etiam dici poteſt, quòd opinio Ancha.
procedit, quando diſpoſitio vocans familiā
habet uerbum aliquod ſucceſſiuū tractum
temporis in futurum ſonans, putà, poſt mor
tē vt in familia remaneāt, vt in quit Cuma.
vbi ſuprà. tunc enim intelligūtur vocati om-
nes deſcendentes, vt ſuprà tetigi etiā in 3.de-
claratione. Etenim diſpoſitio ſimpliciter vo-
cans liberos, vel familiam, & huiuſmodi tan
tùm intelligitur loqui de exiſtentibus natis,
vel conceptis tempore teſtamenti, vel mor-
tis teſtatoris, vt habetur in d.l.ſi cognatis. &
ità iura ſuprà citata pro hac parte intelligūt
Doct. vt concludit Soci. d.conſi.73.num.27.
& 29.vol.4.& in ſpecie etiam Ruin.conſi.159.
col.pen.in fi.vol. 3. Cepha.d.cōſi.353.nu.45.
vol.3.& num.61.& ſequē.& Ruin. conſi.159.
ſub nu. 18. verſi. non obſtant notata per Po-
trū de Ancha. &c. voſico. Rimin. Iun. con-
ſilio 431.nu. 52. concludentes, quòd in caſu
Ancha. teſtator habuit reſpectum ad agna-
tionem ſuam, & non ad duos proximiores
tantùm de ea, vt patet ibi; & quia grauamē
iniunctum eſt perpetuò duraturum, ſcilicet
cum onere dandi in perpetuum certā grani
quantitatē pauperibus; & latiùs per Cepha.
vbi ſup.num.65. & plu.ſeq. vbi etiam reſpon-
dit Roma. & pluribus auctoritatibus in cō-
trarium citatis. & faciunt, quæ dicam in 7.
declarat. & in ſpecie idem reſpondit Vegius
d. conſi.62.num.63.& latius cōſi.vlt.nu.487.
& ſeq. & hanc concluſionem probat Cepha.
conſi.646.num.2. & ſeq. vol. 5. vbi concludit,
quòd opinio de plano procedit, quando te-
ſtator ſimpliciter dixit, quod vult bona ſua con-
ſeruari in filios, & deſcendentes ſuos maſcu-
los, ſecùs, ſi addidit verbum Perpetuò; vel
verbū finitum tempus habens, vt ibi per eū.

Sextò etiam ſedari poteſt hæc authoritatum
controuerſia, ut Ancha. opinio procedat, ſi
diſpoſitio relata ad deſcendentes, vel liberos,
& huiuſmodi ſit concepta per verba com-
munia, uel obliqua; ſecùs, ſi ſit facta per ver-
150 ba directa, vel communia, † ſiue etiam ob-
liqua, alterata tamen per alia uerba adiecta,
& ſic flexa, ſeu verſa in directa; tunc enim
procedet opinio Cuma. vt tradunt Doct. in
d.§.quidam rectè. & poſt alios ſignanter Ce-
pha. d. conſi.353.num.28. & plur. ſeq. vol.3.
loquens in donatione facta quibuſdam ne-
potibus donatoris, & ſi dicti nepotes decē-
derent ſine maſculis, dictus donator voluit,
quòd dicta bona transferrentur, & tranſlata
eſſe cenſerentur in Bartholomæum eius pa-
truum, ſi extaret, ſin minus in eius deſcendē-
tes ipſo iure, & facto, & ſine aliquo iudicis
miniſterio. nam tunc dicta uerba reſpectu di
ctorum deſcendentium, licet ſui natura ſint
communia, tamen facta dicuntur directa
propter verba adiecta, & conſequenter non
poſſunt obliquari, & ſic important directā
ſubſtitutionem, non autem fideicommiſſa-
riam, vt ibi per eum.

151 Et ibi etiam addit, quòd inter alios † effe-
ctus, qui eliciuntur ex verbis directis, iſte rē-
ſultat, quòd ei, cui fuit aliqua res particula-
ris relicta ſub uerbis directis, poteſt rem ac-
cipere propria auctoritate. Item erit loco
hæredis alio non dato hærede, & primum
probat etiam Gabriel. conſi.169.num.41.&
abundè hanc concordiam probat poſt plu-
res concordan. per eum citatos, Rimin. Iun.
d.conſi.50. num.38. & plur. ſeq.

Sed certè hæc concordia non videtur poſſe ſu-
ſtineri de iure: quia vis iſtius concluſionis nō
ſtat in uerbis directis, vel obliquis, ſiue com-
munibus,

muñibus, ſed in eo, an vno admiſſo ex pluri-
bus collectiuè uocatis, cæteri omnes dican-
tur perpetuò excluſi; nam vbi etiam diſpoſi-
tio ſit concepta per verba obliqua, & ſic ſo-
nantia in fideicommiſſnm, non adeò tamen
neceſſariò important hunc effectum, vt colle
ctiuè uocati dicantur omnes innicem per fi-
deicommiſſum vocati, cum poſſint dici ex-
cluſi poſteriores per admiſſionem priorū ex
ui vulgaris ſubſtitutionis, quæ etiam cadit
in fideicommiſſis, vt ſuprà dixi.

Septimò ceſſat opinio Anchara. & eius conſul-
tatio, & prȩualet opinio Cuma. quando te-
ſtator vocat proximiores non ſimpliciter, vt
loquitur Ancha. ſed hoc proximioribus ſuis
addito: tnnc enim diſpoſitio non extenditur
vltra natos, vel conceptos huiuſmodi tempo
re mortis diſponentis, ità poſt Bal. & alios,
in ſpecie reſpondit Purpurat. d. conſil. 422.
nu. 2. & 8. vol. 2. ratione enim adiuncti in-
telligitur diſponens ſolùm de natis, vel conce
ptis ſaltem tẽpore eius mortis ſenſiſſe; quia
nati, vel concepti poſt, non poſſunt dici vere,
vel etiam interpretatiuè proximiores ipſis,
vt ibi per eum, & faciunt, quæ dixi ſuprà in 5.
declarat. Anguiſſola conſi. 79. & ſeq. & conſ.
86. lib. 6. & in terminis Cepha. cóſ. 465. nu.
28. uol. 4. concludens, quòd tunc ſolùm ve-
niunt proximiores extãtes tempore mortis
teſtatoris, & per Anguiſſolam conſi. 80. in fi.
& d. conſil. 86. col. 1. & per totum. quod &
probauit Matthæ. Layma. in defenſio. cau-
ſæ Honoldi. num. 114.

Qnamuis hoc vltimum non recipiatnr ab om-
nibus, quando verba diſpoſitionis habẽt tra
ctnm in futurum, latè Rolan. in cauſa Tri-
uultia, nu. 57. & plu. ſeq. & in cõſ. collegij Tici
nenſis num. 86. & plur. ſeq. Zanch. num. 34.
& plur. ſeq. & plura alia cõſilia ibi annotata,
quȩ tamen in ſe contraria ſunt in hoc pũcto.

Octauò opinio Cuma. de plano procedit, quan
do teſtator loquendo de proximioribus, ali-
quos habebat tempore diſpoſitionis, quia
de illis tantùm habuiſſe intentionem cenſe-
tur, non etiam de futuris, per Grat. conſ. 124.
num. 24. uol. 2.

Nonò ſoluitur hȩc controuerſia, vt opinio An-
charani procedat, quando primi proximio-
res noluerunt agnoſcere relictum, ſed illud
repudiarunt; tunc enim proximiores ſubſe-
quentes admittuntur, & hoc caſu ipſe expreſ
ſè loquitur; & ità conſiderat Riminal. conſi.
657. num. 6. in fi. & ſeq. vol. 4. de quo etiam
ſuprà memini; aliàs; præualet opin. Cuma.

Sed hæc concordia, & reſponſio ad conſilium
Ancha. non ſubſiſtit, vt ſuprà dixi, & etiam
eſt de impoſſibili in ſe hæc conſideratio: quia
paria ſunt, non extare, & non ſuccedere.

Decimò opinio Ancharani poſſet forſan ſuſti-
152 neri, ſi adeſſet clauſula In ſtirpes, † & non in
capita, vt latè defendit Bero. d. quæſt. 104.
quamuis ea quoque adeſſet in caſu Dec. d.
conſi. 385. & Bero. d. conſi. 65. vol. 2. & ta-
men de ea nullam rationem habuerunt.

Sed vt perfectins totam hanc materiam habea-
mus, putaui breuiter eam poſſe perſtringi in
tribus articulis, licet multi faciant longe plu
res caſns, vt in ſpecie habetur apud Soci. in
d. §. quidam rectè. & latius per Menoch. cóſ.
85. nu. 77. & plur. ſeq. vol. 1. vbi facit quinq;
caſus. ſed in ea quidem ſentẽtia tres ſufficiũt
principales quorum.

Primus eſt: an plures vocati in aliqua diſpoſitio
ne, dicantur ſimul, an verò ordine ſucceſſiuo
vocati.

Secũdus eſt: an vbi plures vocati ſnnt in aliqua
diſpoſitione ordine ſucceſſiuo, illi dicantur
vocati per vulgarem, & ſic in caſu vulgaris
ſubſtitutionis ſint vocati, an verò per fideicõ
miſſum.

Tertius eſt, an inter plnres vocatos per fideicõ-
miſſum, dicatur inter eos quoq; fideicom-
miſſum factum, ità quòd vnus alteri graua-
tus reſtituere cenſeatur. ſed de hoc vltimo
ſatis dixi ſuprà. Et redeundo ad primum,
breuiter dico, quòd Doctores in locis ſuprà
citatis faciunt tres caſus.

Primus eſt, quando inter vocatos cadit ordo,
153 † ſiue cauſa neceſſitatis omnes vocandi,
ne diſpoſitio improbaretur, & tunc cẽſentur
ordine ſucceſſiuo vocati, putà, ſi pater inſti-
tuit filium, & nepotes. nam ſi ſolum inſtituiſ-
ſet filium, & eum contigiſſet præmori reli-
cto nepote præterito, vtiquè teſtamentnm
fuiſſet nullum: & ideò prius dicuntur vocati
in primo gradu exiſtentes, deinde alij ex con-
ſilio Galli, Dec. conſi. 291. & conſil. 384. vbi
* teſtatur de * cõmuni opinione in caſu iſto,
& probat poſt alios Rube. in d. §. quidam re
cte. num. 48. in fi. in 2. caſu. & hunc caſum
poſt alios probat Menoch. d. conſ. 85. num.
77. Et ideò dubia redditur conſultatio Ful-
goſ. conſil. 17. qui in caſu, quo teſtator in-
154 ſtituerat eius nepotes, † & eorum hȩredes
maſculos legitimos, intelligit eos eſſe voca-
tos per fideicõmiſſum; quam ſequitur Rui.
conſi. 174. num. 131. vol. 2. & latè contra ſi-
milem caſum reſpondit Riminal. Inn. conſi.
50. nu. 20. & num. 44. & ſeq. ſaltem, qnan-
do ſubſtitutio eſt facta per verbum Inſtituo,
quod eſt ciuile directum; vt ibi per eum.

Secũdus eſt caſus, quãdo ceſſante neceſſitate ſu-
155 pradicta cauſaliter † plures vocãtur, inter
quos cadit ordo charitatis, vel affectio, &
* tnnc Doct. * communiter, ſpreta opinione
Bar. in d. §. quidam rectè. tenent ſimul, & ſe-

mel cenſeri vocatos putà, ſi teſtator inſtituit
* uel ſubſtituit fratrem,& eius filios, & de * cõ
muni teſtatur Galliaula in d. §. quidam re-
ctè num. 20. in principio,& eſt tex.in c. Ray-
nutius. de teſta. dum loquitur de Alterocha
& eius ſobole, quam geſtabat in utero, & ex
ui copulatiuę,ut poſt Soci. Rube. in d. §. qui
dam rectè. num. 48. licet Cuma, in d. §. qui-
dam rectè. num. 7, in fi. ſaluet Bart. in uin
vulgaris. & Ruin. conſ. 92. ſub num. 7, uol,
* 2. & de * communi plures atteſtantes refert,
& ſequitur Menoch. d, conſi. 85. num. 79. in
3. caſu, Et ratio iſtius concluſionis eſt,quia
ſubſtitutio in dubio potius debet cẽſeri uul
garis,quàm fideicõmiſſaria, ut inquit Aret.
nu. 4. vbi ſuprà & concordan. per Menoch.
conſi. 43. num. 5.

Non deſunt tamen,qui contrarium tenuerunt
ſcilicet Bal. conſulendo, quòd immò frater,
& filij dicãtur ordine ſucceſſiuo vocati, licet
eum reprobet Soci. & Rube. vbi ſuprà;& hoc
ſiue de certis, ſiue de incertis filijs fratris ſen
ſerit teſtator;ut ibi per eos, & infrà etiam di-
cam in 3. principali artic. & dicam etiam in
3. caſu, & Menoch. d, conſi. 43. nu. 1, dixit,
* Bar,ubi ſuprà,* cõmuniter approbari,quod
tamẽ falſum eſt;& ipſe loquitur in caſu, quo
pater ſubſtituit primogenito ſecundumgeni
tum, eiuſq; liberos, & liberos liberorum, &
concludit,quòd licèt ſecundogenitus,& eius
liberi ſint uocati copulatiuè, tamen ratione
charitatis, & affectionis, quam teſtator ha-
buit erga eos, liberi cẽſentur vocati poſt pri-
mogenitum non autem ſimul cum eo. ità
quòd idem operatur ordo charitatis, uel af-
fectionis,quod neceſſitatis, ſecundum Soci,
in d. §. quidam rectè num. 8, quem refert, &
ſequitur idem Menoch. d. conſi. 85, nu. 78.
citans Alcia. in d. §. atteſtantem cæteros cũ
* Soci.* communiter tranſire;quod tamen,ut
dixi,à uerò eſt alienum, Etenim in caſu præ
cedenti,vt ipſe etiam fatetur,nõ eſt dubium,
quòd teſtator maiorem charitatem, & affe-
ctionem habuit ad fratrem, quàm ad eius
deſcendentes, & tamen ipſe & cæteri admit-
tunt,ſimul cenſeri uocatos fratrem,& filios;
ergò & hoc quoq; caſu, quãdo filio proprio
teſtator ſubſtituit ipſius teſtatoris fratrem,
& filios; de quo caſu loquitur Menoch. vbi
ſuprà in 3. caſu in 2. enim, & 3. caſu, de qui-
bus per eum,ſemper frater teſtatoris, & eius
liberi ſunt ſubſtituti, ſiue inſtituti. Et ipſe,
& multi alij uidentur facerè differentiam,an
frater,& eius liberi ſint ſubſtituti, an uerò in
ſtituti, Sed hæc differentia nullo iure pro-
batur;quòd ſi vera eſſet,confunderet caſum
per eum d. conſi. 43. propoſitum, ubi ille ſe-
cundogenitus & eius liberi fuerũt ſubſtituti,
& tamen cenſentur uocati ordine ſucceſſiuo
ſecundum eum,non autem ſimul,& ſemel.

156 Et quamuis in tranſuerſalibus† non ſit eni
xa uoluntas teſtatoris naturaliter, prout in
deſcendentibus, ut inquit Bologne. inter cõ
ſilia Triuultia num. 63. tamen non eſt du-
biũ,ꝙ non extendatur ad penitus extraneos
naturalis affectio erga trãſuerſales deficiẽtib.
deſcendẽtibus iuxta ordinem naturalem ſuc
cedendi à lege ſancitum; cum quo teſtator
pręſumitur ſe conformare:ut pulchrè in ter-
minis uocationis fratris:& filiorũ eius, Mat-
thæ. Layma. in conſilio pro defenſione cau-
ſæ Honoldi, num. 153. & num. 163,

Declaratur iſte ſecundus caſus, vt procedat, ſi
diſpoſitio vocat plures collectiuè,inter quos
eſt gradus diſparitas poſt inſtitutum fratrẽ,
& liberos eius,vel deſcendẽtes, vel per huiuſ-
modi nomina collectiua, de quibus infrà di-
cemus in 3. principa. artic. vt poſt Dec. cõſ.
253. col. fi. latè defendit Rube. in d. §. quidã
rectè, num. 49. in fi.& plur. ſeq. de quo etiam
per Ceph. conſi, 353. nu. 57. in primo caſu.
vol. 3. & Caſtren. defendit à morſibus Aret.
& ſequacium, Ias. conſi. 189. col. penult. ad
fi. volum. 2. vbi etiam citat Cuma. illam te-
nentem in d. §. quidam rectè. & ſubdit, du-
rum eſſe in iudicando recedere ab opinione
Caſtren. & Cuma.

Contrarium tenuerunt Alex. & Soci. poſt Cu-
ma. in d. §. quidam rectè. de quibus etiam
meminit Rub. vbi ſup. & pulchrè idem Soci.
conſi, 73. num. 17. vol. 4. qui omnes conclu-
157 dunt,† quòd ſi frater, & eius deſcendentes
ſunt ſubſtituti copulatiuè, vtiq; deſcenden-
tes eius dicũtur vocati ordine ſucceſſiuo per
vulgarem, caſu quo eorum pater non fuiſſet
admiſſus, qa iſta ſubſtitutio licèt reſpectu te
ſtatoris, vel eius filij, cui facta fuit ſubſtitu-
tio, ſit compendioſa, & ſic fideicommiſſaria,
tamen reſpectu fratris, & deſcendentium eſt
vulgaris, vt etiam dixit Ruin. conſi, 102. nu.
8. vol. 2. & conſi. 128. nu. 15. vol. 3. Cepha.
d. conſi. 353. num. 37. & ſeq. vol. 3. & Vegius
conſ. 62. nu. 62. & ſeq. addit Soci. vbi ſup. d.
num. 17. in fi. quòd ſi alicui facta ſit conceſ-
158 ſio † pro ſe,& deſcendentibus ſuis maſculis
& fœminis,quòd maſculis ſemel admiſſis, fœ
minæ perpetuò ceſſant. Et facit ratio eui-
dens,quæ habet,quòd impoſſibile eſt omnes
deſcendentes vocatos ſimul poſſe iungi cum
fratre. & latiſſimè Bireta conſi. 33.

159 Secundò declaratur iſte Secundus caſus, †
vt non procedat, quando nullus eſt ſignan-
ter, & in ſpecie nominatus cum illis vocatis
ſub nomine collectiuo,inter quos eſt differẽ-
tia graduum,& ſimpliciter familia, uel liberi,
aut deſcendẽtes ſunt uocati, putà, poſt mor-
tem

tem talis voco familiã &c. talis; tunc enim
illi omnes ſimul, & ſemel, & ordine ſucceſſiuo
dicuntur vocati, per l. cum ità. §. in fideicom
miſſo. & l. peto. §. fratre. ff. de leg. ſecundò. ſic
illa iura intelligendo, dicit Rube. vbi ſuprà,
num. 51. in princ. & num. 52. in fi. quòd ſci-
licet in d. §. cùm ità. non ſit aliquis nominã-
tim uocatus copulatiuè cum familia; ſed di-
ctum ſit, Caium, & Seium, vel familiam. aliud
eſt enim relinquere Petro Antonio & familię,
aliud familię relinquere, Anguiſſ. conſil. 38.
num. 5. lib. 5.
Sed certè verior eſt ſententia Cuma. & ſequa-
cium, vbi ſuprà, quia ſunt iura expreſſa aper-
ta in d. §. in fideicommiſſo. & d. §. fratre. cir-
cunſcripra manifeſta violentia, quam facit
Rube. vbi ſuprà; & ſatis ſuprà diximus.
160 Tertiò declaratur iſte ſecundus caſus, † vt
non habeat locum, quando dictum fuit fra-
trem, & eius hæredes; nam tunc datur intelli
gi, quòd non voluit eius hæredes ſimul cum
eo vocare, quia viuens quis hæredem non ha
bet: ità concludit Caſtren. in d. §. quidam re-
ctè. ad fin. & faciunt, quæ infrà dicemus de
verbis habẽtibus tractum temporis, de quo
infrà dicemus in primo exemplo. & latè com
probat Menoch. d. conſi. 43. nu. 7. & ibi nu.
8. & plur. ſeq. latè ponit modum cognoſcen-
161 di, † quando verba diſpoſitionis dicantur
habere tractum in futurum; ad quẽ pro nũc
hac in re ſufficiat remiſſio, & ad Biretam cõſ.
33. Addo ego aliam demonſtrationem, quæ
eſt, quod ſi frater inſtitutus, vel ſubſtitutus
non habebat aliquos liberos, quòd tunc te-
ſtator vocando fratrem, & eius liberos, vel de
ſcendentes, dicatur tũc eos per fideicommiſ-
ſum vocaſſe, quia neceſſariò illa verba refe-
runtur ad tempus futurum, vt per Menoch.
d. conſi. 85. num. 4. & plur. ſeq. Rurſus idem
quoq; dicendum eſt, quando teſtator ad plu
res gradus ſubſtitutionum digreſſus eſt, Nat
ta conſi. 175. num. 10.
162 Quartò declaratur iſte caſus, † vt poſterior
opinio procedat, quòd ſcilicet, vbi ſubſtitu-
tio facta eſt per nomen collectiuum, dicatur
fideicõmiſſaria, & non vulgaris, quando ad-
eſt clauſula codicillaris, vt latè ꝓbat Biret.
* ex * communi ſententia d. conſi. 33.
163 Quintò declaratur, quando diſiunctiuè, †
ſeu alternatiuè teſtator ſubſtituiſſet, putà, Se
ium, vel eius filios &c. quòd intelligatur or-
dine ſucceſſiuo magis, quàm copulatiuo eos
uocaſſe, ut per Ripam in l. hęredes mei. §. pe-
to. num. 7. in fi. & ſeq. ff. ad Treb. & per Soci.
Iun. conſil. 100. num. 34. uolu. 3. ſed maior
eſt uis in copulatiua, quàm in alternatiua, &
tamẽ utroq; caſu procedit concluſio Alcia.
conſ. 201. n. 43. & ſeq. De qua tamẽ quæſtio-
ne latè uide Alcia. conſ. 548. & pulchrè etiam
Galliau. in d. §. quidam recte. num. 22. l. Gal-
lus. ff. de lib. & poſthu. niſi ſit dictum, & ſuc-
ceſſiuè &c. ut per Alcia. ubi ſuprà.
Et in caſu, quo quis uocauit filios, uel eorum
deſcendentes, quòd adhuc deſcendentes di-
cantur per uulgarem uocati, probatur in l.
cùm pater. quę eſt 79. §. pen. ff. de leg. 2. l. hę-
redes mei. §. fi. ubi glo. ff. ad Treb. Alex. conſi.
30. num. 2. uol. 2. Soci. conſ. 104. num. 2. &
5. lib. 3. Ruin. conſi. 92. in principio. & num.
5. & ſeq. & conſi. 96. num. 5. & conſi. 102. n.
5. uolum. 2. Alcia. conſ. 542. & conſi. 548. &
Bello. conſi. 82. num. 11.
Tertius caſus eſt, quando diſpoſitio concepta
164 eſt inter plures extraneos; † nam tunc du-
bio procul omnes cenſentur uocati ſimul, &
ſemel, ut concludit Rube. in d. §. quidam re-
ctè. nu. 48. in fi. in primo caſu. per text. in leg.
emancipatis. de teſta. & latius per eum nu.
63. in princ. & ad hoc tendit tex. in d. c. Ray
nutius. de quo ſuprà memini in ſecundo ca-
ſu, poſt princip. & latius dicam in ſeq. caſu in
frà. Et ideò ſi teſtator uocat fratres, & eorum
165 quoſcunq; filios, † utiq; illi omnes, & eo-
rum filij cenſentur copulatiuè uocati, & ſi-
mul, & ſemel omnes ueniunt; quia tũc ſubeſt
ſolùm ordo charitatis, non etiam neceſſita-
tis, vt contra Bar. in d. §. quidam rectè. do-
* cent ibi * communiter Doct. & abundè reſpõ
dit Marcab. conſi. 13. nu. 259. & ſeq. niſi ali-
ter conſtet de uoluntate teſtatoris, ut ibi nu.
267. ſed etiam iſto caſu, quando conſtaret de
voluntate teſtatoris, quod ordine ſucceſſiuo
filij poſt parentes dicerentur uocati, tamen
ſolùm uocati dicuntur in caſum uulgaris, ut
etiam ibi per eum, num. 270. & ſeq. etiam ſi
adiecta ſit clauſula, In ſtirpes, & non in capi-
ta, ut ibi num. 269.
Circa ſecundum & principalem articulum, in
caſu, quo aliqui ſunt ordine ſucceſſiuo uoca
ti, an tunc cẽſeantur ſolùm in caſu uulgaris,
an etiam per fideicommiſſum uocati, puta,
ſi diſpoſitio uocauit fratrem, & eius filios. &
in hoc puncto ſunt opiniones contrariæ. Ca
ſtren. in d. §. quidam rectè. tenuit filios poſt
fratrem dici uocatos per uulgarẽ, caſu, quo
frater, & ſic eorum pater nolit, uel non poſſit
eſſe hęres, & etiam per fideicommiſſum, caſu,
quo hæres fuerit, & poſteà prędeceſſerit.
Contrarium tenuerunt Cuma. & Aret. in d. §.
quidam rectè. quod immò filij fratris dican
tur ſolùm uocati in caſum uulgaris tãtum;
quia imò dicta ſubſtitutio cenſetur directa,
glo. in l. uerbis ciuilibus. ff. de uulga. & pupil.
& in cap. ſi pater. de teſta. in 6. & hęc opinio
* eſt * communis, ut etiam teſtatur Anguiſſ.
d. conſi. 38. col. 1. lib. 6. etiam ſi ſit facta per

* uerba communia. & de* communi teſtatut
contra Caſtren. quando nulla ſubeſt neceſſi-
tas inſtituendi, Dec. conſi. 205.col.2.in fin.&
ſeq. in princ.& etiam Craue. conſ. 131.num.
* 3. ubi teſtatur de* cōmnni contra Caſtren.
nec facit diſtinctionem, quam facit Dec.

Pro concordia tamen dici poteſt, Primò: quòd
166 aut teſtator dirigit † uerba hęredi ipſius
grauando, putà, filio meo decedēti ſubſtituo
fratrem, & filios & iſto caſu; & tunc dicitūt
per fideicommiſſum uocatus frater, & filij; &
ſic tūc procedat opinio Caſtren. aut ſunt di-
recta ipſi ſubſtituto, & tunc interpretatur di
recta, quia ſcilicet ſunt uerba ſucceſſiua, &
tunc procedat contraria opinio; ità conclu-
dit Bal. in l. fin. num. 11. C. de hęred. inſtit.

Secundò pro concordia dici poteſt, quòd aut
167 diſpoſitio eſt concepta per uerba habētia †
finitum tempus, putà, poſt mortem filij mei
ſubſtituo fratrem, & filios, & tunc procedit
opinio Caſtren. aliàs ſecùs; & in hoc etiam cō
ſentit Aret. ubi ſup. & Dec. cōſ. 382. col. 2. &
Rube. in d. §. quidam rectè. num. 18. ad fi. &
ſeq. ad fi. & Dec. conſil. 95. colu. 2. & Rube.
ubi ſuprà num. 21. & hanc etiam concluſio-
nem probat Craue. ubi ſuprà d. conſil. 131.
num. 3. & ſeq. putà, poſt eum, eius filios, uel
hæredes, quia certum eſt uiuentem non ha-
bere hęredem; ut ibi per eum in princ.

Et ubi ſumus in caſu uulgaris ſubſtitutionis,
168 † tunc ea concluſio procedit, etiam ſi in di
ſpoſitione adſit clauſula codicillaris, Alcia.
cōſ. 201. nu. 44. Rub. in d. §. qdā rectè. nu. 18.

Et hęc concluſio procedit, etiam ſi dictum ſit,
Inſtituo, & ſubſtituo, Rube. in d. §. quidam
rectè. num. 19. Alcia. ubi ſuprà.

Aduertendum eſt autem ad id, quod ſuprà dixi
quando in diſpoſitione adiectū eſt uerbum
169 † aliquod habens tractum temporis in fu-
turum, quod facit diſpoſitionem eſſe fidei-
commiſſariam; quod nihilominus poteſt eſ
ſe reſpectu primi in ordine ſubſtituti, non au
tem reciprocum inter ſe, ut probat poſt Cu-
man. Ruin. conſi. 92. num. 5. uol. 2. Cepha.
conſi. 353. num. 45. uol. 3. loquens in fidei-
commiſſo relicto familię alicuius, poſt eius
mortem. & ibi num. 32. & ſeq. diſtinguit co-
pulatiuam diſpoſitionē à diſiunctiua, Alcia.
conſi. 201. num. 45. & ante eum, poſt Cuma.
& Fulgoſ. Ruin. conſi. 102. num. 8. uol. 2. lo-
quens in ſubſtitutione de fratre, & filijs facta
per teſtatorem filio decedenti, quòd licet ſit
compendioſa reſpectu ipſius teſtatoris, non
tamen reſpectu fratris, & filiorum; quia reſ-
pectu ipſorum erit uulgaris tantùm, ut ſu-
prà etiam tetigi in præcedenti articulo, in 2.
caſu, in prima declaratione; & habetur etiā
per Craue. conſi. 131. num. 4.

170 Quę autem uerba dicantur † habere tra-
ctum temporis, dic pro nunc, quòd inter cę-
tera illud eſt, quando fuit dictum Perpetuò,
& in infinitum, Menoch. cōnſ. 97. col. 2. in fi.
& ſeq. idem de uerbo, Permaneat, & de uerbo
Perſeuerет, ad differentiam uerbi Perueniat,
Riminal. Iun. conſ. 371. num. 13. & ſeq. uol.
4. item clauſula In ſtirpes, & non in capita,
Bero. quęſt. 104.

171 Tertiò pro concordia dici poteſt, † quòd
aut ſumus in deſcendentibus teſtatoris, ſeu
eius agnatorum, uel cognatorū, ut tunc pro
cedat opinio Caſtr. ſuprà relata: aut ſumus
in penitus extraneis ſic vocatis, ut tunc pro-
cedat contraria opinio, ut poſt alios per eū
citatos, firmat Petrus Antonius Anguiſſola
d. conſ. 38. poſt princip. lib. 6. & infrà latius
dicā in ſeq. princip. articulo, in ſecunda con
cordia. & facit etiam Dec. d. conſ. 205. col. 2.
in fi. & in patre, qui inſtituit filium, & deſcen
dentes per uerba directa attenta neceſſitate
pręciſa, uel cauſatiua, quòd tunc deſcenden-
tes per uulgarem tantùm uocati dicantur,
idem Anguiſſ. conſ. 72. col. 1. eo. lib. & conſ.
86. num. 15. & adhuc apertius conſil. 38. in
princ. eo. lib. loquens in relicto facto deſcen
dentibus cognatis, uel liberis, eos omnes co-
pulatiuè uenire, ſi ſint alterius, quam teſtato
ris, aliàs cenſerentur ordine ſucceſſiuo uoca-
ti, ſed tamen per uulgarem.

Supereſt modò tertius principalis articulus,
quando ſumus in caſu, quo plures reperiun-
tur uocati poſt alium per fideicommiſſum;
an ſcilicet inter eoſdem dicatur fideicommiſ
ſum quoq; adeſſe reciprocum, an uerò inter
collectiuè uocatos nullum ſit fideicommiſ-
ſum, ſed illi per uulgarem tantùm dicantur
uocati, quando primus, uel ſecundus, uel po
ſterior non fuit admiſſus. ſic enim intelligi-
tur ea concluſio, quę habet, quòd plures di-
cātur ordine ſucceſſiuo de altero de his duo-
bus modis, Ruin. conſil. 159. num. 15. in fin.
uol. 2. & Dec. conſi. 95. & omninò per Ruin.
conſ. 102. num. 8. uol. 2. & ante eum Soci. cōſ.
73. num. 17. uol. 4. & Caſtren. in d. §. quidam
rectè. num. 9. & concordan. per Cepha. conſ.
353. num. 10. uol. 3. & num. 57. in 1. caſu, in
quo magis eſt elaborandum.

Vnde pro clariore dilucidatione ueritatis, puto
neceſſariū eē diſcutere tres principales caſus.

Primus eſt, quando ſoli plures vocati reperiun
tur nominatim uocati putà A. & B.

Secundus eſt, quando in diſpoſitione de certis
perſonis non fuit dictum, ſed ſolùm de incer-
tis facta eſt mentio ſub nomine appellatiuo.

Tertius eſt caſus, quando plures ſunt nomina-
tim uocati collectiuè.

172 Circa primùm, quando plures † fuerunt
nomi-

nominatim vocati per nomina propria, utique res videtur eſſe clara, vt inter ipſos non poſſit dici extare quoq; fideicommiſſum reciprocum: quia fideicommiſſum eſt onus, l. cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. & pupilla. cum vulga. & non præſumitur iniunctum, niſi mens, & verba teſtatoris ſaltem impropriè concurrant: quæ omnia hic deficiunt. Et facit, quòd alibi habetur de plurib. ex vna parte compromiſſum facientibus cũ alio, quòd inter eos nõ propterea dicatur factum compromiſſum, vt infrà dicam in 2. caſu. & in ſpecie hunc caſum firmat Rube. vbi ſuprà numero. 48. in princip. in d. l. Gallus. §. quidã rectè. Et ex hoc deſtruitur quędam conſequentia, quam ex capite ſuo fecit quandoq; Ruin. conſi. 139. nu. 31. verſi. nec ſecũdò obſtat. vol. 3. dũ dixit, quòd vbi aliqui ſunt vocati, dicuntur etiam grauati. hæc enim conſequentia falſa eſt.

173 Secundus eſt caſus, quando † ſumus in pluribus vocatis nomine appellatiuo, qui in effectu ſunt incertę perſonæ, an inter eos dicatur eſſe factum fideicõmiſſum reciprocum ſucceſſiuum. & breuiter in hoc quoque caſu idem videtur concludendum, quod in præcedenti; vt etiam firmat Rube. in d. §. quidam rectè, num. 48. vbi poſt Soci. & concordan. parificat iſtos caſus. Sed certè verbum appellatiuum trahitur etiam in infinitum, vt infrà dicam in 3. caſu, in 9. exemplo.

Tertius caſus eſt, vbi ſumus in diſpoſitione collectiuo nomine vocãte plures perſonas in pluribus gradib' exiſtẽtes apto eas cõprehẽdere, an tũc omnes gradatim, & ordine ſucceſſiuo reciprocè, & per fideicommiſſum dicantur inuitati, & grauati. & certè paſſus iſte ſubtilis eſt, & non vulgaris, vt inquit Soci. conſi. 86. num. 8. in princip. vol. 3.

Vnde vt clarius habeatur eius reſolutio, duo videnda ſunt principaliter. Primum, quæ dicantur nomina collectiua, & quæ non. Secũdum, quis ſit effectus eorum, ad effectum, de quo quæritur, an ſcilicet inter comprehenſos in eis cenſeatur inductum fideicommiſſum reciprocum, & ſucceſſiuum gradatim, & ſucceſſiuè.

Circa primum duo ſunt præmittenda. alterum
174 eſt, quòd nomen collectiuum † dicitur illud, quòd eſt aptum comprehendere plures perſonas in diuerſis gradibus exiſtentes, vt poſt alios concludit Ruin. conſi. 159. nu. 14. vol. 2. & Cepha. conſi. 353. nu. 3. vol. 3. & probat per bona iura, & auctoritates Vegius cõſilio vltimo, num. 126. & Anguiſſola conſil. 38. in princip. lib. 6.

Sed hæc concluſio non eſt tuta: quia in inſtitutione fratris, & eius liberorum, quod eſt nomen collectiuum plurium graduum intelliguntur liberi vocati ſolum in caſum vulgaris; latiſſimè de * cõmuni per Dec. conſ. 248. col. pen. in fi. & ſeq. ad differentiam, quando frater, vel patruus, & huiuſmodi eſt vocatus, & eius filij; quia tunc ſimul dicuntur vocati, vt ibi col. 1. & hoc, niſi verba diſpoſitionis habeant tractũ tpis in futurũ, vt ibi col. fi. nu. 6.

Secundò præmitto, quòd nomen collectiuum differt ab appellatiuo, ſiue indefinito; quia illud non eſt aptum comprehendere, niſi plures perſonas in eodem gradu exiſtentes; Ruin. d. conſi. 159. num. 15. vol. 2. quatenus concludit, quòd verbum Mulieres in ſubſtitutione poſitum non eſt collectiuum, ſed ſolùm indefinitum aptum ſolùm cõprehendere omnes mulieres, quæ reperiuntur extare tempore, quo dies fideicommiſſi ceſſit, & quo ſimul ſucceſſiſſent, & facit Bart. in l. ſi pluribus. in princ. ff. de leg. 2. concludens, quòd indefinita ęquipollent vniuerſali diſtributiuè, non autem collectiuè.

Ego tamen valdè dubito de Ruin. in eo, quod loquitur de verbo Mulieres; quia immò, vt ipſe melius probat ibi num. 15. illud verbum eſt aptum comprehendere omnes mulieres in quocunq; gradu exiſtentes, vt etiam infrà dicam in 11. exemplo. Ruin. ſequendo Vegius conſ. vltimo, num. 486. & ſeq. tenet iſtud verbum non eſſe collectiuum, ſed indefinitũ.

Hinc ſequitur errore lapſum fuiſſe Rolan. qui conſi. 70. num. 31. vol 3. nomen collectiuum, dicit appellatiuum eſſe.

Cauendum eſt etiam à Gallian. in repeti. d. §. quidam rectè. num. 24. quatenus concludit, quòd nomen collectiuum eſt etiam illud, ꝙ comprehẽdit plures perſonas in eodem gradu, vt nomen Filiorum ad differentiam collectiui, quod cõtinet etiam plures gradus. hoc enim eſt non declarare, ſed confundere terminos, & dubium factũ per eũ ſuper deciſione in l. re coniuncti. ff. de leg. 3. dum dixit, verbum Filios eſſe collectiuum, abũdè ſoluitur ex his, quæ infrà dicemus in 12. exemplo. Et præterea etiam à Craue. cauendum eſt conſ. 131. in princip. loquente in verbo Hæredib. quod ſit collectiuum plurium perſonarum: rectius enim dixiſſet verbum appellatiuum eſſe, ꝙ ſolùm plures perſonas complectitur. ſed certè verbum illud verè collectiuum eſt, continens, nedùm plures perſonas, ſed & plures gradus; vt infrà dicam in 9. exemplo.

His ſic præmiſſis, vltra ea, quę dixi in vna Placentina de Todiſchis; quod attinet ad primam conſiderationem, libet hæc exempla nominum collectiuorum ſubijcere.

Primum igitur ſit exemplum in verbo Familię,
175 † & de hoc ſunt iura clara in l. cùm ità. §. in

fideicommiſſo.& in l.peto. §. fratre. ff. de leg.
2. declarando tamen, & intelligendo, vt in-
frà dicam poſt infraſcrip. exempla.& iſtud ex-
* emplum probant * communiter Doct. in d.
§. quidam rectè. vbi Galliau. num. 24. & Rub.
num. 49. Soc. conſi. 86. in 2. caſu, nu. 8. vol. 5.
Cepha. conſi. 353. num. 6. vol. 3.

176 Secundum eſt exemplum in verbo Liberi. †
Etenim liberorum appellatione veniunt om
nes deſcendentes, l. liberorum. ff. de verbo. ſi-
gnifi. vſq; ad trinepotem, vt poſt Alex. & alios
Rube. in d. §. quidam rectè. num. 47. num. 49.
& num. 59. & Galliau. num. 24. Cepha. d. cóſ.
353. num. 2. vol. 3.

Tertium eſt exemplum in verbo Deſcendentes,
177 † vt in ſpecie probat Gallian. in d. §. quidã
rectè. num. 24. Cepha. d. conſi. 353. num. 3.
volu. 3.

178 Quartum eſt exemplum in verbo Proles, †
ut etiam in ſpecie firmat Galliau. vbi ſupra,
num. 24.

Quintum eſt exemplum in verbo Agnati, vt e-
tiam tenet Galliau. in d. §. quidam rectè. nu.
24. Rube. ibidem, num. 49. Soci. d. conſi. 86.
num. 8. in 2. caſu. vol. 5.

Sextum ſit exemplum in verbo, Cognati, quod
etiam probat Galliau. in d. §. quidam rectè.
numero 24.

Septimum ſit exemplum in verbo, Conſangui-
neos, vt poſt plur. concordan. per eum cita-
tos, probat Rolan. conſi. 70. nu. 24. vol. 3.

Octanum ſit exemplum de verbo Suos, quod
quidem importat idem, quod verbum Libe-
ros, vel deſcendentes, ſecundum Alex. conſil.
26. vol. 5. ſed hoc non placet Rube. in d. §. qui
dam rectè. num. 53.

179 Nonum ſit exemplum in verbo Hęredes, †
quia continet omnes in infinitũ, l. ſciendum.
ff. de verbo. ſignifi. & concordan. per Rolan.
d. conſi. 70. num. 39. vol. 3. & vltra eos addu-
co Bal. in l. fi. num. 5. & num. ſeq. verſi. ſi au-
tem non ſeqnitur inconueniens, tunc etiam
in infinitum protenditur &c. C. de hęred. in-
ſtit. concludens, quod conceſſio facta mihi,
& hęredibus meis, comprehendit omnes hæ-
redes in infinitum: niſi materia ſubiecta re-
pugnet, vel reſultaret aliquod inconueniens,
putà; conceſſio vſusfructus, vel rei funeralis.

Eſt verum, quòd ibi num. 4. dicit verbum Hęres
eſſe nomen appellatiuum.

Et ex hac cõcluſione datur intelligi falſum eſſe,
quod alibi dicit Galliau. in d. §. quidam re-
ctè. num. 23. quod inſtitutio, vel ſubſtitutio
facta de fratre, & eius hęredibus intelligitur,
vt hęredes, ideſt, filij veniant ſimul cũ patre;
& conſentit Alcia. conſi. 485. num. 10. & ſeq.
concludens, ſolùm filios maſculos venire in
primo gradu. nam ſi cõtinerentur omnes in
infinitum, ergò impoſſibile eſt, eos omnes ſi-
mul cum fratre vocatos.

Et iterùm falſum redditur aliud dictũ Gallian.
vbi ſuprà, dum dixit, oportere eos filios pa-
tris eſſe hęredes. nam hoc etiam falſum eſt, vt
probat Decia. conſi. 50. num. 12. & ſeq. vol. 1.
& ante eum Soci. conſi. 57. num. 6. in fi. & ſeq.
vol. 3. concludens, quòd quando conſtat di-
ſponentem voluiſſe bona conſeruare in deſcẽ
dentibus, verbum Hæredes accipitur pro de
ſcendentibus, vel latiùs etiam ſi non ſint hæ-
redes bonorum. & abundè in terminis pro-
bat Craue. conſi. 131. in principio, & num. 5.
& plur. ſeq. loquens in ſubſtitutione facta de
ſuperſtitibus, vel eorum hæredibus, quòd hæ
redes, id eſt, filij etiam non hęredes dicantur
ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſũ vocati,
vt ibi per eum num. 10. & dixi etiam ſuprà in
primo articulo, in tertia declaratione.

Decimum ſit exemplum in verbo Proximiorẽ,
180 † ſiue proximiores, vt per Ancha. d. conſi.
27. Rolan. d. conſil. 70. Menoch. conſil. 97.
num. 116. & Rolan. vbi ſup. num. 26. inquit
parum eſſe dicere, proximiorem de Petra, vel
proximiorem de domo de Petra; & quando
ſolùm fuit dictum proximiorem, Craue. con
ſilio 161. num. 1. & ſeq.

Sed immò eſt differentia ſecundum eum, an ſit
dictum in plurali, an verò in ſingulari, vt ibi,
num. 9. in fi. & ſeq. & Rolan. vbi ſuprà num.
28. & ſeq.

Vndecimum ſit exemplum in verbo Mulieres,
181 † quod quidem cum ſit aptum comprehen
dere omnes mulieres in quocunq; gradu exi
ſtentes, vtiq; videtur, quòd ſit collectiuum; li
cet Ruin. contrarium ex ſeipſo voluerit, ut
ſuprà dixi, in 2. pręmiſſo.

182 Duodecimũ ſit exemplũ in verbo Filios; †
eſt enim verbum iſtud collectiuum, vt cõclu-
dit Bar. in l. re coniuncti. declara. 4. verſi. 2.
principaliter. ff. de leg. 3. & concordan. per
Ruin. conſi. 140. num. 8. vol. 3. & conſi. pręce-
den. col. fi. vbi etiam abundè; & latè etiam
Bero. quęſt. 104. vt veniant nepotes, & alij de
ſcendentes, quando eis relinquitur inſtituen
do vel ſubſtituendo, vt per eum in l. liberorũ.
ff. de verb. ſignif. & concordan. per Rube. in
d. §. quidam rectè. num. 47. & nu. 57. & non
eſt dubium, quòd quãdo verbum iſtud com-
plectitur omnes deſcendentes, quòd dicitur
collectiuum. idem reſpondit Ruin. conſ. 102.
nu. 3. vol. 2. & conſi. 139. num. 22. & d. conſ.
140. num. 5. vol. 3. concludens propterea, in-
ter eos omnes deſcendentes cẽſeri inductum
fideicommiſſum reciprocum, & ſucceſſiuum
gradatim. & quod in materia fauorabili filio
rum appellatione veniãt omnes deſcenden-
tes in infinitum, Simó de Pręcis in tracta. de
inter-

interpreta. vltima. volnnta. char. 311. num. 19. & ſeq. & ſubdit nullam eſſe differentiam inter verbum Filios, & verbũ Liberos, etiam ſi dictum ſit de filijs ex ſuo corpore, vt ibi per eum num. 22.

Contrarium tamẽ, quòd verbum Filiorum nõ ſit collectiuum, prout eſt verbnm Liberorũ & huiuſmodi, tenet Rube. in d. §. quidam rectè. num. 59. in ſecunda concluſio. quia filio rum appellatione ueniunt nepotes ex quadam interpretatione, & ſic impropriè, per gl. in l. filij appellatione. ff. de uerb. ſignif. & con cordan. de quibus per eum, & contra Bar. in
* d. l. liberorum. eſt * communis opinio, ut dixi hoc anno in una Mediola. de Gallarate. Et certè negari nõ poteſt, quin uerbum Libero rum ſit latiùs, quàm uerbum Filiorum, quia illud comprehendit, citra omnem dubitatio nem, etiam fœminas, non ſic ſemper uerbum Filiorum, Dec. conſi. 567. num. 3. Soci. Iun. conſi. 167. num. 40. uol. 2.

Sed pro concordia dici poteſt, quòd uerbum filiorum, ità demum ſit collectiuum, ſi in diſpoſitione ſit dictum in infinitum, ut ſignanter reſpondit Ruin. conſil. 139. num. 21, in fi. & ſeq. uol. 3.

Et iterum prior opinio poteſt obtinere, ſi in diſpoſitione poſitum ſit aliquod uerbum habens tractum temporis in futurum, Ruin. conſil. 102. num. 3, uol. 2. ſed adhuc eo caſu finitur uirtus eius ſtatim, ac aliqs fuit admiſſus de exiſtẽtibus in primo uel ulteriore gradu, non autem quòd inuicem cẽſeantur grauati reſtituere, ut per Rube. in d. §. quidam rectè. num. 59. in fi. & latiùs ego probaui in d. Mediolanenſi de Gallarate. & in ſpecie etiam Ruin. conſ. 92. nu. 6. uol. 2. Ad quod uidenda ſunt diffusè ſcripta in priore articulo.

Poſtremò filiorum appellatione ueniunt nepotes, quando teſtator non habuit, niſi nepotes, Rube. in d. §. quidam rectè. num. 59.

Decimũtertiũ ſit exemplum in uerbo Coniun-
183 ctis; † nã coniunctorũ appellatione ueniũt omnes etiam affines, & etiã uir, & uxor, Soc. conſ. 57. num. 6. uol. 1.

Decimumquartum ſit exemplũ in uerbo Gens, ità enim ſignanter tenuit Rube. in d. §. quidam rectè. num. 52.

Decimumquintum exemplũ eſt in uerbo Liberis, vt per Rube. in d. §. quidam rectè. nu. 50.

Vltimò generaliter Filiorum uerbũ, Proles, Soboles, Progenies, Stirps, & Poſteritas, & ſimilia ſũt ſynonima, & lex eis uti ſynonimis acti uè utitur, l. cũ quis, circa med. C. de natu. li. & probat Boe. deci. ultima. colu. 1. & ibi addit, quòd aliqua tamen, ut uerbum Poſteritas, maſculos tantùm complectitur.

ARGVMENTVM.

An per ſubſtitutionẽ, uel ſubſtitutiones expreſſas præcedentes, uel ſequẽtes prohibitionem de non alienando, dicatur præiudicatum efficaciæ fideicommiſſi per alienationis prohibitionem.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum inductũ per prohibitionẽ alienationis expirat defecta ſubſtit. præcedenti, vel ſubſeq.*

2 *Prohibitio & fideicommiſſum ex ea reſultans dependet vt acceſſ. à fideicommiſſo præcedenti.*

3 *Contractu ſublato extinguuntur confeſſiones, conſtitutum, renunciationes, & pœnæ in eo appoſita.*

4 *Prohibitio venit ad præcedens fideicommiſſum per modum continuatiui ſermonis.*

5 *Prohibitio alienandi intra certum tempus, non impedit poſtea alienari, & ſequuta alienatione expirant ſubſtitutiones conditionales connexa prohibitioni.*

6 *Prohibitio alienationis facta incontinenti poſt præcedentem ſubſtitutionem dicitur correſpectiuè facta ad eam.*

7 *Subſtitutiones conditionales plures una expirante expirant omnes, & cenſentur factæ per modum continuati ſermonis.*

8 *Subſtitutione prima defecta cæteræ omnes tãquam continuatiuæ appoſitæ corruunt.*

9 *Subſtitutiones, una deficiente, omnes corruunt, quando una dependet ab altera, aliàs ſecùs.*

10 *Prohibitione tacita, quæ ineſt expreſſæ ſubſtitutioni, ceſſante, ceſſat etiam prohibitio expreſſa adiecta ſubſtitutioni, & quomodo.*

11 *Subſtitutio ſequens intelligitur ſub conditione, ſi prohibitioni precedenti fuerit contrafactum.*

12 *Diſpoſitione prohibitiua precedente, ſi alia ſimpliciter ſubſequatur, ſubſequens intelligitur ſub conditione, ſi contra precedentem factum fuerit.*

13 *Fideicommiſſum dicitur habere locum, eueniente tamen caſu à teſtatore diſpoſito, & non aliter.*

14 *Prohibitio alienandi eſt odioſa, & ſtrictè intelligẽda, Quod declara, ut num. 37. remiſſiuè.*

15 *Prohibitio non inducit fideicomiſſum contra ſubſtitutiones præcedentes, ne teſtator videatur incontinenti ſe corrigere.*
Quod declara, vt infrà num. 22. 24. & 38.

16 *Prohibitio & fideicommiſſum reſultans ab ea eſt iudicandum vt quid ſeparatum à præcedenti ſubſtitutione fideicommiſſaria.*
Quod declara, ut ibidem.

17 *Prohibitio alienationis ſequens ſtat ampliatiuè ad ſubſtitutiones fideicommiſſarias præcedentes; & eſt communis opinio.*

18 *Prohibitione legis, & hominis concurrentibus, ſi una ceſſat, altera manet.*

19 Pro-

19 *Prohibitio alienationis ſtat ampliatiuè; quando eſt facta per caput ſeparatum, putà ſi clauſula incipiat per uerbum Et inſuper prohibeo &c.*

20 *Bona non tranſeunt in fiſcum ſtante prohibitione alienandi expreſſa, vltra tacitam ex ſubſtitutionibus reſultantem.*

21 *Fideicommiſſum oriens ex prohibitione expreſſa parit diuerſos & plures effectus, quàm faciat fideicommiſſum ex ſubſtitutione expreſſa reſultans; ideò in habentibus diuerſos effectus non rectè infertur.*

25 *Subſtitutio reciproca ſimpliciter, & nudè ſine conditione ſumpta inutilis eſt.*
Et cur, ibidem.

25 *Ordo charitatis & affectionis æquipollet ordini neceſſitatis.*

26 *Diſpoſitiones plures non dicuntur inter ſe correſpectiuè; ſed qualibet ſtat de per ſe, quando vna non uenit ad determinationem alterius.*

27 *Prohibitio plures caſus generaliter continet ideò non reſtringitur ad ſubſtitutionem præcedentem ſpecialiter circa vnum caſum prouidentem.*

28 *Prouiſio generalis ſubintrat, cum ſpecialis non poteſt habere locum.*

29 *Diſpoſitio generalis non refertur generaliter ad ſpecificata, fallit, quando ſpecialis non poteſt habere locum.*

30 *Alienatio ſtatim reuocatur per ſubſtitutũ ſtante prohibitione expreſſa, tacita uerò non niſi, mortuo, qui alienauit.*

31 *Alienatio facta ab ignorante ignoranti valet nõ obſtante tacita prohibitione, ſecus in expreſſa.*

32 *Bona grauati delinquentis tranſeunt in fiſcum nõ obſtante prohibitione tacita, ſecus in expreſſa.*

33 *Subſtitutio vna declaratur per aliam.*

34 *Inſtitutio declarat ſubſtitutiones ſequentes.*

35 *Fideicommiſſarius poteſt vendicare alienata per hæredem, cui præſtitit aſſenſum, mortuo tamen hærede, et ſic eueniente caſu fideicommiſſi.*

36 *Teſtator prohibendo alienationem ſatis dicitur expreſſam alienationem facere.*

39 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

40 *Correctio eſt vitanda in dubio, ſecus in claris: verbi gratia, ſi teſtator, quòd legauit purè legat paulò infrà ſub conditione.*

41 *Prohibitio alienandi interpretatur ſecundum ſubſtitutiones præcedentes, ſi habet omnimodam relationem ad eas, ſecus ſi habet aliqualem, & ibidem exemplum.*

42 *Dictio repetitiua, verbi gratia, Vt ſuprà, non ſinit ſubſtitutionem directam obliquari, quæ aliàs eſſet obliquanda; etſi teſtator dicat, quòd bona vadant ad filios, & nepotes vſq; in tertiam generationem.*

43 *Prohibitio expreſſa incontinenti appoſita ſine verbis geminantis regulatur ſecundum ſubſtitutiones præcedentes.*

44 *Probibitio alienationis non inducit fideicommiſſum, quando præcedens ſubſtitutio connexa euaneſcit, ſi vocatus præcedat grauato, & tractetur de fauore certæ perſonæ.*

45 *Onus ſoluendi quid in perpetuum non egreditur vitam, & adiectum ſubſtitutionibus, & prohibitioni alienationis non reddit fideicommiſſum perpetuum ſimplex & abſolutum.*

46 *Probibitio alienationis dependens à præcedentibus ſubſtitutionibus operatur fideicommiſſum in caſum alienationis tantùm.*

QVAESTIO. VI.

SEQVITVR videre de ſexta quæſtione principali, de qua in caſu Soci. conſi. 227. in princip. Rui. conſi. 123. volu. 2. Nattæ conſi. 110. ſub num. 4. Plot. conſi. 14. & aliorum multorum, de quib. ſuis loco, & tempore. In qua breuibus etiam
1 agendo, videtur concludendum, † per præcedentem, ſeu ſubſequentem ſubſtitutionem defectã, ſeu quę euanuit, propter defectum conditionis appoſitæ, & ſic non ſortitæ effectum, euanuerit etiam fideicommiſſum reſultans ex prohibitione de non alienando adiecta poſt dictã ſubſtitutionem. uerbi gratia, quia teſtator inſtituit filiũ, & ſi is deceſſiſſet ſine filijs dedit ei ſubſtitutum, & poſteà prohibuit bona ſua alienari, quia intendit ea cõſeruari in familia ſua. nam ſi hęres inſtitutus decedat cum filijs, certum eſt, quòd euanuit dicta ſubſtitutio, Oldra. conſi. 21. ergò etiam dicitur euanuiſſe effectus dictæ prohibitionis adiectæ; ità concludit Alexan. anteſignanus conſi. 59. uol. 3. loquens in prohibitione alienationis adiecta relata ad ſuperiora, & ad inſtitutos, & ſubſtitutos, Dec. conſi. 287. cõſ. 281. cõſ. 336. & cõſ. 337. col. 3. in fi. & cõſi. 636. num. 7. 8. & ſeq. idem etiam uoluit cõſ. 218. num. 16. idem tenet Gozadin. conſi. 30. num. 16. in fin. uerſi. non obſtat, quòd clauſula prohibitionis. & num. ſeq. licèt ſolum Soci. conſil. 53. uol. 1. idem tenentem citet. Socin. conſi. 53. num. 11. uol. 1. Cepha. conſ. 17. num. 24. conſi. 153. num. 51. & 56. conſi. 401. num. 44. & ſeq. ubi etiam citat Ruin. conſi. 115. uol. 2. Cuman. in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. Imo. in l. ſi ità quis. §. ea lege. ff. de uerbo. obligatio. & ad alias auctoritates per eum relatas in d. conſi. 17. ſe remittit. & idem Cepha. conſi. 544. num. 12. uol. 4. ubi ſolum citat Decium ubi ſuprà, & rationem ipſius, de qua mox dicam. idẽ tenuit Burſat. conſi. 195. num. 7. & plur. ſeq. uol. 2. & ante eum Alban. conſi. 1. num. 7. uerſi. una tamẽ ſupereſt difficultas. quem etiã, licèt ad aliud propoſitum, ſequitur Plot. conſi. 14. col. fi. &

hanc

hanc quoq; opinionem tenet Matthæ. Lay
manus in defenſione ſua cauſæ Honoldinæ
num. 184. ubi ſolum adducit Decium, ubi ſu
prà, & Ceph. d. conſi 153. ſed latiùs per eun-
dem num. 420. & ſeq. ubi ad hoc refert Soci.
conſi. 53. num. 11. uol. 1. & conſi. 116. num. 4.
verſi. quę omnia. vol. 3. Dec. d. conſi. 336. Go
zad. conſi. 30. num. 4. in fi. & conſi. vlt. num.
22. Soci. Iun. conſ. 22. vol. 3. Port. conſi. 43. nu.
32. Alban. vbi ſuprà. & conſ. 21. num. 8. Ga-
briel. conſ. 111. num. 17. & num. 21. & conſil.
132. num. 21. Zanch. in d. §. cùm ità, nu. 218.
& hanc partem ego quoq; tenui in quodam
meo conſilio in vna Mediolanenſe pro de
Guaſchijs ſeu de Gallarate anno pręſenti. Eſt
verum, quòd Matthę. vbi ſuprà, loquitur in
ſpecie ſatis nuda, & ità intelligere videtur di-
ctas auctoritates per eũ citatas, prout infrà
dicã in contraria opinione. & dicti Decij opi
nionem d. conſi. 636. refert, & latè ſequitur
Biretta conſil. 75. num. 7. vbi etiam adducit
Alban. conſ. 1. & hanc partem ſequendo Dec.
d. conſ. 636. & plur. concordan. tenuit etiam
Riminal. Iun. conſ. 371. num. 85. & ſeq. vol. 4.
& pulchrè d. conſilium Decij ſequẽdo exami-
nat Matthę. Layman. vbi ſuprà, ſub nu. 184.
& latiùs num. 421. & nouiſſimè Cepha. conſ.
614. num. 1. lib. 4. vbi addit, ſecundum illud
conſilium Decij fuiſſe iudicatum per Ro-
tam. & conſentire videtur Bero. conſi. 81. nu.
6. vol. 2. & ſępiſſimè hanc partem, ſequendo
Alex. Dec. & ſequaces, de quibus ſuprà, ſequi-
tus eſt Menoch. & ſignanter conſ. 315. nu. 43.
conſi. 325. num. 7. conſi. 327. num. 68. & ſeq.
& num. 72. & ſeq. & num. 106. conſi. 376. nu.
47. & conſi. 399. num. 10. vol. 4. concludens ra
tionem conſeruationis agnationis non ope-
rari extenſionem ſubſtitutionis præmiſſæ de
caſu ad caſum.

Et hæc concluſio fundata eſt in primis ſuper
eo, quòd dicta prohibitio, & fideicõmiſſum
2 † ex ea reſultans acceſſoria videtur fideicom-
miſſo pręcedenti; quo deſtructo tanquã prin
cipali, corruit & acceſſorium, c. acceſſorium.
de reg. iur. in 6. & Clem. 1. de præben. & per
Dec d. conſi. 218. num. 16. loquentem in ra-
tione prohibitioni adiecta, quòd ea non am-
pliat dictam prohibitionem, ſed eam corro-
borat, quia eſt ei acceſſoria. & idẽ Curt. conſ.
577. num. 6. quatenus concludit, quòd pro-
hibita alienatione extra familiã, addita etiã
ratione, quia teſtator vult bona ſua perpe-
tuò remanere in familia talis, rationem non
debere augere, nec extẽdere fideicommiſſum
tanquam acceſſoria ad prohibitionem, &
ſic remanet fideicommiſſum ſolùm in caſu
alienationis; quia illa ratio adiecta intelligi-
tur ſecundum prohibitionem pręcedentem,
ſcilicet in caſu contrauentionis tantùm; Et
extat plenum conſilium Socini 127. vol. 2. &
infinitos concordantes citat etiam Syluan.
* conſi. 6. col. 15. & ibi plures adducit de* com
muni atteſtãtes, vltra eos, quos adducit Ga-
briel. lib. 4. tit. de fideicommiſ. concluſio. 9.
num. 37. ad fin. verſi. contrarium tenuit &c.
3 & ſublato contractu, † extinguuntur etiam
confeſſiones, conſtitutum, renunciationes, &
pœnæ in eo appoſitæ, vt conſiderat Dec. in
dictis locis ſuprà citatis; Rolan. conſi. 58. nu.
75. vol. 3. & Matthę. Layman. vbi ſuprà. hæc
4 etenim prohibitio † per modum continua-
tiui ſermonis appoſita cenſetur, Alban. vbi
ſuprà.

Vnde Crot. conſi. 61. in caſu, quo teſtator pro-
5 hibuit eius hæredibus, † ne quis eorum alie-
net ante ætatem 30. annorum, & poſteà eis
decedẽtibus ſine maſculis dedit ſubſtitutũ,
concludit, quòd hæc ſubſtitutio intelligi de-
bet ſecundum naturam, & formam præce-
dentis diſpoſitionis, ſcilicet, caſu quo non
fiat alienatio poſt illud tempus, quia illa po
ſterior diſpoſitio, vt acceſſoria pręcedẽti, imi
tatur naturam ſuam, & regulatur ſecundum
præcedentem, cuius eſt ſequela, vt ibi per eũ
num. 28.

Secundò pro iſta parte facit; quia cùm prohibi
6 tio alienationis † ſit facta incontinenti poſt
præcedentem ſubſtitutionem dicitur corre-
ſpectiuè facta ad pręcedẽtem ſubſtitutionẽ,
per Bald. Decium, & alios in l. petens. C. de
pact. ergò vna parte ſublata, ſcilicet, pręcedẽ
te ſubſtitutione, corruit & ſequens correſpe
ctiua; & ità arguit Dec. dicto cõſ. 636. quem
alij ſecuti ſunt, de quibus ſuprà.

Tertiò etiam pro iſta parte adduci poſſet id, quod
quandoq; dicunt Docto. de pluribus ſubſti-
7 tutionibus conditionalibus, † quòd vna de-
fecta, cæteræ quoq; ruunt, & cenſentur factę
per modum continuati ſermonis ad primã,
ità vt omnes à prima dependeant, qua caden
te cæterę omnes corruunt, vt reſpondit An-
cha. conſ. 137. principaliter. verſi. ſed ſubti-
lius. Cuman. conſi. 118. teſtator. Alex. conſ.
24. nu. 5. in fi. & ſeq. vol. 3. vbi etiam Apoſtilla.
hanc ſententiam vti ſubtiliſſimam, & utiliſſi-
mam admonet eſſe notandam. idem reſpon-
dit Alex. conſi. 139. circa primum. nume. 4.
vol. 6. Ruin. conſi. 133. num. 5. vol. 2. Paris.
conſi. 87. num. 37. vol. 2. Natta conſil. 200.
num. 1. vol. 6. Cepha. d. conſi. 17. num. 10. 11.
& 12. vol. 1. conſ. 268. num. 13. 14. 15. & cõſ.
269. num. 30. 31. 32. & 33. vol. 2. qui alios com
memorat. & ideò defecta prima ſubſtitutio-
8 ne, † cæterę omnes appoſitę tanquã per mo-
dum continuati ſermonis corruunt, Decius
conſ. 291. col. 3. & non minus clarè Rimin.
Iun.

Iun.conſi. 474. & num.40.& ſeq.vol.4.Immò
prima ſubſtitutione deficiente, illa habetur
pro non facta,& pro nulla, Plot. conſi. 14.nu.
10.in fin.& concordant. per Zanch.in §.cùm
ità.num.7.& pro hac concluſione plures cõ-
cordan. citat Zanch. in §. cùm ità. num. 53.
9 Quæ quidem concluſio † ſic accipienda eſt,
quando vna ſubſtitutio depẽdet ab alia, aliàs
ſecùs, vt per Cepha. conſi. 383.
Verum eſt, quòd multi tenent contra dictam
communem, quòd in caſu fideicommiſſi con
ditionalis poſſit prohibitus in re prohibita
alienari, heredem extraneum ab inteſtato
habere: negantes talem prohibitum decedẽ-
tẽ ab inteſtato cenſeri relinquere hęredi ſuo
bona huiuſmodi prohibita alienari; Ripa in
l. filius familias. § diui. num. 119.ff. de leg.1.
Quarta rationę vtitur Dec. d. conſil. 636. quia
10 ceſſante tacita prohibitione, † quę ineſt ex-
preſſę ſubſtitutiọni ceſſat etiam expreſſa pro
hibitio adiecta, quæ reſultat ex ſubſtitutio-
ne expreſſa. Er ſic propterea concludit, quòd
prohibitio expreſſa cẽſeatur ordinata in ca-
ſum, quo tacita, quæ ineſt ſubſtitutioni ex-
preſſę, ſortiatur effectum, ut ibi per eum. Et
pro hoc facit, quòd reſpondit Crot. conſil.
61. in princip. & num. 20. quatenus in caſu,
quo teſtator plures filios, quos habebat,
prohibuit alienare ante ętatem vigintiquin-
que annorum, & aliquo contrauenient e uo-
cauit ſuperſtites, & vltimo eorum decedenti
ſubſtituit nepotes ſuos ex fratre, concludit,
quòd ex quo prohibitio præcedit, & ſubſe-
11 quitur ſubſtitutio, † quòd dicta ſubſequens
ſubſtitutio intelligatur ſub cõditione, ſi pro-
hibitioni fuerit contrafactũ, per doctrinam
Bar. in l. pater filium. §. filium. ff. de legat. 3.
quę habet, quòd quando præcedit diſpoſi-
12 tio prohibitiua, † & alia ſimpliciter ſubſe-
quitur, ſubſequens intelligitur, ſi contra præ
cedentem factum fuerit. ergò idem è conuer
ſo dicendum eſt, ut contrariorum eadem ſit
diſciplina: de quo etiam ſuprà dixi in quinta
quæſtione principali, in 7. exemplo, verſiculo
& pro iſta parte &c. Et ad hoc facit Meno-
chius conſi. 399.num.8. vol.4. quatenus cõ-
13 cludit, quòd quando teſtator † fecit fidei-
commiſſum, & vult bona pro conſeruatione
familiæ ſuę pertinere ad omnes deſcẽdentes
in infinitum, tamen intelligitur, vt ita demũ
hoc voluerit eueniente caſu, diſpoſito ab ip-
ſo teſtatore, & non aliter.
Quintam etiam, quæ ei eſt tertia, addit Dec. d.
conſi. 636. quia prohibitio de non alienãdo
14 † eſt odioſa, & ideò debet ſtrictè intelligi, de
qua ſuprà abundè dixi in pręcedenti quęſt.
Sextam quoq; rationem addit Dec. vbi ſuprà,
quæ eſt, quòd aliàs ſi intelligeremus prohibi
tionẽ de non alienando generaliter, & gene-
rale fideicommiſſum inducere, reſultaret in-
15 conueniens, † quòd teſtator videretur ſe ip-
ſum corrigere incontinenti, contra l. nam
ad ea. ff. de condit. & demonſtrat. quia ſi pri
mò dedit ſubſtitutum hęredi cum conditio
ne, ſi ſine filijs deceſſiſſet, vtiq; eo decedente
cum filijs, ipſe, & filij dicerentur onere fidei-
commiſſi granari; quod non eſt dicendum.
Sed prędictis non obſtantibus contrariam opi
nionem puto, & receptiorem, & veriorem eſ-
ſe, quòd immò prohibitio de non alienando,
16 † & fideicommiſſum reſultans ex ea ſit quid
diuerſum ſatis, ſuperq; à præcedenti ſubſti-
tutione fideicommiſſaria, ità quod vt ſepa-
rata ſunt iudicanda: & ità tenuit Soci. conſ.
249. col. 4. vol. 2. Ruin. conſ. 123. nu. 8. & 12.
& non minus clarè conſ. ſeq. in fin. verſi. aut
dicimus, quod hoc ſequens fideicommiſſum
& ipſa prohibitio alienationis ceſſet, ſi quis
deceſſerit cum filijs, ſicut primum &c. vol. 2.
concludens, quòd primum fideicommiſſum
extinguitur per ſuperexiſtentiam filiorum,
ſecundum autem oriẽs ex prohibitione alie-
nationis durat, donec euenerit caſus à teſta-
tore prouiſus, per tex. in l. peto. §. fratre. ff. de
leg. 2. idem, poſt Corn. per eum citatum, te-
nuit Gozad. conſi. 30. col. 4. in fi. & col. fi. in fi.
quos etiã contra Dec. ſequi videtur Zanch.
in vulga. §. cum ita. nu. 675. poſtquam iſtas
auctoritates nõ reprobat, nec ab eis recedit.
& abundè reprobando d. conſi. Dec. reſpon
dit Rimin. Iun. conſi. 20. vol. 1. per totum,
& ibi, num. 22. & ſeq. vltra Soci. vbi ſuprà, ci-
tat etiam Dec. conſi. 182. conſi. 218. & conſi.
287. Curt. Iun. conſ. 43. uol. 2. Ruin. conſ. 47.
num. 11. uol. 2. & in d. §. diui. poſt Alba. conſi.
93. col. 8. & ibi etiam nu. 38. reſpõdit d. conſi.
& hanc partem, quando prohibitio eſt in rẽ
concepta, uel ſonat perpetuitatem, uel gene-
ralitatem, quòd tunc de plano procedit hęc
opinio, aliàs ſecùs, & ità ſequendo Rimi. Iun.
ubi ſuprà. d. conſ. 20. probat idem Matthæ.
Laymanus in contrarium allegatus nu. 177.
in fin. & ſeq.
17 Et pariter † contra dictum conſilium Dec.
apertè conſuluit idem Bireta ſibi ipſi contra
rius conſi. 115. num. 5. & conſi. 142. num. 29.
& ſecundum hanc partem conſuluit Ruin.
conſi. 108. num. 12. & ſeq. uol. 2. in caſu, quo
teſtator poſt inſtitutionem, & ſubſtitutionẽ
conditionalem, ſi ſine filijs ij defecerint, uo-
luit bona ſua conſeruari in ſuis deſcendenti-
bus in perpetuum; & cõcludit, quòd omnes
poſiti in conditione cenſentur diſpoſitiuè
uocati, quia aliàs ſequens diſpoſitio teſtato-
* ris inutilis eſſet, & eſt * communis opinio, ut
concludit Ceph. conſi. 153. num. 87. & ſeq.
uol. 2.

vol. 2. quatenus concludit, prohibitionem de non alienando declarare, & ampliare diſpoſitionem præcedentem; ut abundè plures concordan. citat contra Decium, & ſequaces Riminal. qui etiam dicit ità uidiſſe iudicari contra Dec. conſi. 61. in fi.

Et pro iſta parte facit primò; quia dicta prohibitio de non alienando uenit ampliatiuè ad fideicommiſſum præcedens; ergò non eſt limitanda, & reſtringenda ad illud, & hac ratione utuntur Doct. ſuprà citatis & in terminis Crot. d. conſi. 48. num. 12. ubi citat bona iura, & auctoritates. & facit, quod alibi dicũt
18 Doct. quòd quando concurrunt † ad idem prohibitio legis, & hominis, altera ceſſante, manet tamen altera; Senat. Pedemont. deci. 85. num. 14. & hæc quidem ratio de plano
19 procedit, quando prohibitio fuit facta † per caput ſeparatum à præcedenti ſubſtitutione, prout fuerat factum in cauſa Varſij in teſtamento domini Ioannis hæredis, de quo ibi, quia poſt uulgarem quandam ſubſtitutionem factam filio, ſcilicet, ubi prædeceſſiſſet ipſi teſtatori, teſtator dixit, Et inſuper prohibeo omnibus deſcendentibus meis bona mea alienari &c. quia uolo, quòd perpetuis futuris temporibus conſeruentur in mea familia; põderando illud uerbum, Et inſuper, l. Seiæ. quę eſt 20. in princ. & ibi glo. in uerbo Seiæ inſuper. ff. de fundo inſtruct. leg. & iſtud eſt, quod dixit Cepha. d. conſi. 153. nu. 87. & ſeq. uol. 2. dicens, quòd natura prohibitionis alienationis eſt ampliare præcedentem diſpoſitionem; & propterea iſto caſu, in quo concurrit tacita, & expreſſa prohibitio,
20 † expreſſa agit fideicommiſſum, ut bona nõ poſſint in fiſcum tranſire, quę aliàs trãſirẽt, Alex. conſi. 23. uol. 1. & in ſpecie hoc probat in propoſito Soc. Iun. conſ. 49. num. 10.

Secundò pro iſta parte facit, quia fideicommiſ-
21 ſum † oriens ex prohibitione expreſſa de nõ alienando parit plures effectus diuerſos à fideicommiſſo per ſubſtitutionem expreſſam, vt ſuprà latè probaui in 3. quæſt. principali; ergò vno ſublato non debet cenſeri alterum quoque ceſſare debere, l. fi. ff. de calumniato. & ità arguit quandoque Feder. de Sen. conſi. 54. in vltima ſubſcriptione, incipit, ſecundò probatur ſic, quoties plura ſunt, quorum vnum habet diuerſum effectum ab altero, ibi de vno ad alterum non inferimus, nec ritè argumentamur &c.

22 Non obſtãt modò in contrariũ allegata, † & in primis auctoritates ibi citatæ. quoniam aduertendum eſt, ꝙ Soci. in contrarium citatus loquitur in prohibitione, & ſubſtitutione facta in vna, & eadẽ oratione, & multùm ſimpliciter, & in caſu, quo ſubſtitutus prædeceſſit grauato, & res fuerat redacta ad cauſam non fideicommiſſi per omnia, vt ipſe ſignanter conſiderat, & cęteri, dempto Dec. d. conſ. 336. & d. conſi. 636. omnes auctoritates citatæ per Cepha. in locis ſuprà citatis ſunt extra propoſitum; loquuntur enim omnes in illa quæſtione, An prohibita alienatione cenſeatur etiam prohibita ſucceſſio extranei hæredis ab inteſtato, vel inſtitutio hæredis extranei proximioris grauato: videri poſſunt; & ſic ſunt extra propoſitum noſtrum. Et inſuper Ruin. conſi. 113. vol. 2. nihil penitus de illa, vel de iſta quæſtione loquitur. Et ꝙ attinet ad Alban. is etiam meritò fuit reprobatus per Riminal. Iun. d. conſil. 20. præter id, ꝙ ipſe & Plot. loquuntur expreſsè in prohibitione reſtricta ad præcedentia, de qua non eſt nobis ſermo, vt ſuprà tetigi ſatis in quinta quæſt. princip. in tertio caſu, in ſecunda declaratione. nõ repeto. & in eo quoque caſu verſabatur ſpecies, in qua conſului hoc anno, vt ſuprà dixi. & ſecundũ hunc ſenſum intelligi debent cæteræ, quæ de hac re loquuntur auctoritates ſuprà citatę in contrarium, aliàs à veritate alienæ eſſent.

Et quãtũ attinet ad Burſa. ab eo quoq; cauendum eſt, qui etiam loquitur pariter in prohibitione reſtricta ad præcedentem diſpoſitionem, ſcilicet, ad inſtitutos, & ſubſtitutos duntaxat, vt legere eſt ex eo.

Non omitto etiam, quod conſultatio Burſat. nullatenus ſuſtineri põt ex alio, quia ibi teſtator filios inſtituit hæredes, & eos inuicẽ ſubſtituit, & vbi aliquis eorum prædecederet teſtatori, cum filijs eos ſubſtituit, & prohibuit eos bona alienare, quia vult hęreditatem ſuã deuenire ſine deductione aliqua ad ſubſtitutos, & eorum hæredes, ac ſucceſſores, vt ſuprà. & quærebatur in ea ſpecie, an nepotes dicerentur prohibiti alienare; concluditq; negatiuè, ponderando illa verba, Ad ſubſtitutos, & illud verbum, Vt ſuprà, per quæ dicit apparere filios duntaxat, vt ſuprà ſubſtitutos, non etiam nepotes cenſeri prohibitos alienare, quod tamen defendi non poteſt, duplici ratione.

Prima eſt, quia ſi dicta ſubſtitutio reciproca,
23 † ita nudè ſe habebat, prout refertur ꝑ Burſat. ea omninò inutilis, & otioſa fuit, & non valuit, cùm non afferat commodum alicui, quia debet tantum vnus recipere, quantum dare, & è cõtra, l. ab omnibus. §. ſi Titio. ff. de legat. 1. & probat Crot. conſ. 62. nu. 2. ꝙ ſi ea reciproca ſubſtitutio cõditionalis fuit, quia ſcilicèt dixerit teſtator, eos inuicem ſubſtituit, aliquo ex eis ſine filijs decedente, tunc obſtat ſecunda ratio, quę eſt, ꝙ illud verbum relatiuum in prohibitione poſitũ reſpiciens

ſupra-

ſupradictos ſubſtitutos, cùm indetermina-
te, & generaliter ſit poſitum, omnes ſubſtitu
tos æqualiter determinaſſe dici debet, l.iam
hoc iure.ff.de vulga.& pupillari.cum ſimilib.
ſed ſic eſt, quòd ſuprà filij filiorum ſunt ſub-
ſtituti patribus eorum teſtatori præceden-
tibus, & ſic in caſu vulgaris, filij autem in-
ſtituti ſunt inuicem ſubſtituti, ſi ſine fi-
lijs, & ſic per fideicommiſſum; ergò omnes
dicuntur ſubſtituti; & ità reſpondit in ter-
minis Crot. conſil. 15. numero 29. & cœte-
ri moderni ſuprà relati ſunt ſimplices re-
latores opinionis Decij, nec diſputant arti-
culum, pro vt oportuit. Sublata ergò Dec.
conſultatione, quia ipſe etiam loquitur con
tra communem, vt teſtatur Cepha. qui eum
reprobat d.conſ. 134.nu.37.in fin. res rema-
net penitus ſine ſcrupulo. Dico igitur in pri-
24 mis, † ꝙ Dec.loquitur in caſu longè à noſtro
diuerſo: nam loquitur in caſu, quo poſt ſub-
ſtitutionem expreſſam teſtator ſimpliciter
per modum continuati ſermonis dixit, & ex
preſsè prohibuit bonorum ſuorum aliena-
tionem, vt ipſe fatetur d.conſi.636.num.7.in
fi.& nu. 9. & ſic poſt tacitam prohibitionem
alienationis, quæ inerat dictæ ſubſtitutioni,
adiecit expreſſam ad idem, & ad exemplum
tacitæ tendentem. at in noſtra ſpecie longè
aliud actum eſt, vt ſuprà ſæpè dixi in 2.quęſt.
principa.vult ergò Dec.in ſumma, ꝙ dicta ex
preſſa prohibitio nihil aliud habeat, quàm
quod continebat tacita, ità vt quidquid op-
poni poteſt contra tacitam, obſtet etiam cõ
tra expreſſam, & ſic, quod ſit expreſſio eius,
quod tacitè inerat, quæ parum operatur,
Bar.in l.centurio.nu.6.in fi.ff.de vulga.& pu-
pil.vltra ea, quæ dicam in remotione quartæ
rationis, & ſextę.& ſic propter modicam etiã
facti varietatem totum conſilium mutatur,
vt ipſemet Dec.conſ.637.in prin. in terminis
reſpondit.

Cõuincitur etiam dicta opinio Dec. vbi ſuprà,
& ſequacium, quia obſtant infinita reſponſa
prudentũ, qui in caſu ſubſtitutionis expreſ-
ſæ, quę defecerat, plurimùm inſudarũt labo-
rantes, diſputando etiam vim, & naturã pro
hibitionis de non alienando, an per eam ſit
inductum fideicommiſſum abſolutum, vel
non; vt ſignanter videre eſt apud Soci. d.con
ſil.227.in princ.vol.2.& in vna Placentina de
Todiſchis apud Dec.conſi.399.Ruin. conſil.
173.vol.2.& Curt.Iun.conſ.145.& iterùm in
alia Placẽtina de Fulgoſijs Curt.Iun.d. conſ.
43.& non minus clarè Pariſ.conſ.1. num.46.
vol.3. quem etiam refert, & ſequitur Vegius
d.conſi.vlti.num.440.circa med.& pariter in
caſu Vegij, & in quo etiam conſuluit Alba
conſi.93.Crot.conſi.48.& Cephal.conſi.529.
vol.4.& ante eũ Soci.cõſ.56.vol.5. vbi præter-
miſſis ſubſtitutionibus, ſolùm diſputat pro-
hibitionem de non alienando; Plot.conſ.14.
& idem in caſu Vegij, vbi ſuprà, & Marza. cõ-
ſil.4.in princip.& circa fin.col.1.in conſil. 10.
col.1.Anchar.Iun.dicta quæſtio.72.& Achil.
Perſona.vbi ſup.nu.192.& Rimin.Iun. viden
dus d.cõſ.20.qui plures alios citat, & in mul
tis alijs locis, quæ cumulare potius laborio-
ſum, quàm ingenioſum eſſet; in quibus locis
vana, & otioſa fuiſſet ea diſputatio, quod nõ
eſt dicẽdũ in tot patribus. ergò opinio Dec.
ab omni parte non ſubſiſtit.

Et ſic patet, ꝙ dicta prohibitio de non alienan-
do non poteſt dici, ꝙ ſit acceſſoria ad præce-
dentem diſpoſitionem, imò ſtat de perſe, &
ampliatiuè ad præcedentem, vt conſiderant
omnes Doctores ſupracitati, & in ſpecie So-
cin.d.conſ.227.col.1.in 4.fundamento.verſi.
confirmatur iſta concluſio.nam cùm, vt dixi
in præcedenti, intentio fuerit inducere fidei-
commiſſum, & prohibitio alienationis facta
fuerit ad corroborationem fideicõmiſſi &c.
vol.2.Crot.d.conſi.48.nu.22.& ſequen.

Non obſtat modò prima ratio in contrarium
allegata; quia non eſt verum, ꝙ prohibitio a-
lienationis ſit acceſſoria ad fideicommiſſum
præcedens; immò ſtat de perſe, & ampliatiuè
ad præcedentem ſubſtitutionem, vt ſuprà
fuit dictum. nec huic caſui ſimilis eſt caſus,
quem ponit Dec. in contrarium allegatus.
nam ratio prohibitionis rectè dicitur acceſ-
ſoria ad prohibitionem, & propter eam adie
cta, non ſic autem eſt in ipſa prohibitione a-
lienationis à caſu ſubſtitutionis ſeparata.

Prętereà Dec.etiam in eo caſu loquitur, vt dixi,
contra communem, Gozad.conſil.30. in fin.
* & de * communi idem Gozad.conſ.52.& iſta
** eſt magis ** communis opinio, vt teſtatur
Gabriel.lib.4.rit.de fideicommiſſ. concluſio.
9.nu.37.& ꝙ Dec. loquatur contra commu-
nem, probat Ceph.conſil.136. nu.37. Præter
id, ꝙ Dec. loquitur, vbi prohibitio eſt omni-
nò nulla, & ſic eum ſaluat Cepha.nu.ſeq. ſed
malè, quia ratio adiecta prohibitioni veſtit
cauſam, ergò operatur, & non eſt inutilis, vt
voluit Dec.

Non obſtat etiam ſecunda ratio in cõtrarium
allegata, quia non eſt vera in iure, & hoc pro
batur multipliciter.

Et primò per tex.in l.codicillis.quæ eſt penul.§.
inſtituto.ff.de legat.2.ibi enim teſtator inſti-
tuit filium, & nepotes ex eo, licèt emancipa-
tos, & ſic illi in caſum vulgaris erant ſubſtitu
ti, per Doct.in l.Gallus.§. quidam rectè.ff. de
25 liber. & poſthum. propter ordinem † ſaltem
charitatis, & affectionis, quæ æquipollet or-
dini neceſſitatis, vt poſt Bar. ibi Socin. conſi.

43.nu.8.in fine.vol.3.quæ expirauit poſt aditam hæreditatem per filium, & tamẽ ibi adhuc contentio erat inter eum,& nepotes ſuper locatione facta per filium, an per eam diceretur contrafactum prohibitioni de non alienando factæ per teſtatorem; quod quidẽ vanum fuiſſet, ſi ea expiraſſet per extinctionẽ ſubſtitutionis præcedentis,

Secundò, quia non valet conſequentia, per quã mouetur Dec. vbi ſuprà; incontinenti appoſita eſt, ergo correſpectiuè ad præcedentem ſubſtitutionem dicitur appoſita: hæc enim conſequentia non tenet, quando ſunt plures
26 diſpoſitiones,† quarum vna non venit ad alterius determinationem, ſed quęlibet ſtat de per ſe; tũc.n.dñr diuerſæ, nec vna dicitur correſpectiuè ad aliã ſcripta; ità concludit Bar. in l.Aurelius.§.idẽ quæſijt.ff.de liber.leg.in h. verſi.itẽ ſi incontinenti ſunt plura facta, quorum vnum non venit ad alterius determinationem etc. Brun.conſi.48.nu.5.Bellon.conſ. 46.nume.11. ſed ſic eſt, ꝙ dictæ diſpoſitiones ſtant de per ſe,& diuerſos effectus reſpiciunt, ergò &c. Quod autem id verum ſit demõſtratur, tum quia ſubſtitutio facta filio de eius deſcendentibus, eſt ſpecialis, vnum duntaxat
27 caſum reſpiciens:† prohibitio autem de nõ alienando generalis eſt, plures caſus continens,& vulgaris, & fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, vt abundè probat Veglus d. conſi.
28 66.ergò cùm ſpecialis prouiſio † non potuerit habere locum ſubintrat generalis, vt concludit Ruin.conſi.143.nu.11.vol.3. dum reſpõdet ad l.cohæredi. §.qui patremi. ff.de vulga.& pupilla.idemq; probat Gozadin.conſi. 30.nu.14.concludens, ꝙ regula, quæ habet,
29 ꝙ generalis diſpoſitio † non refertur ad ſpecialem prouiſionem, non procedit, quando ſpecialis non poteſt habere locum, vt quia extarent deſcendentes, in quorum defectum facta fuerat ſubſtitutio, & ſubintrat generalis prouiſio contenta in generali prohibitione de non alienando. ad quod facit etiam Bero.quæſtio.42.nu.2.verſic.vnde ſi teſtator vltra tacitam prohibitionem ſuam, quæ reſultat ex ſubſtitutione præmiſſa, expreſsè etiam prohibuit bona alienari; hæc ſola expreſſa prohibitio, & nõ tacita debet cõſiderari &c. quia expreſſa teſtatoris diſpoſitio circa eandem rem facit ceſſare tacitã, vt ibi per eum;
30 tum etiam † quia per expreſſam prohibitionem, ſtatim ſequuta alienatione, intrat ſubſtitutus, in caſu autẽ ſubſtitutionis expreſſæ alienatio à iure permiſſa eſt ad vitam grauati, l.fin.§. ſin autem ſub conditione. C. commu.de legat.& hanc differẽtiam, & effectum ſignat glo.in l.cum pater.§.libertis.& ibi Caſtren.ff.de legat.2.& concordan.per Bec.cõſil.97.num.6.vbi etiam addit aliam differentiam,& effectum diuerſum inter prohibitionem alienationis tacitam, & expreſſam, quia
31 in tacita valet alienatio facta † per ignorantem ignoranti,& ſolùm ſupereſt actio ad pretium,l.fin.ff.de lega.2.ſecùs autem in expreſſa, vt ibi per eum,& dixi ſup. in 3.q.principali, eoſdemq; effectus ad iſtudmet propoſitũ refert Rimin.iun.conſ.20.nu.27.& ibi etiam addit alium effectum,& differentiam, ꝙ gra-
32 uatus, cui datus eſt ſubſtitutus, † delinquendo transfert bona in fiſcum, vſquequò naturaliter vixerit, contrà autem ſi expreſsè prohibitus ſit alienare. ſed iſte effectus oritur ex prima differentia, ſuntq; plures alij effectus, & differentiæ inter huiuſmodi diſpoſitiones de quibus dixi latius ſuprà in tertia quæſtione principali.

Non obſtat tertia ratio in contrarium allegata, quia ea remouetur pluribus modis.

Et primò, ꝙ illud ſimile de pluribus ſubſtitutionibus non facit ad rem noſtram, ex quo omnes ſubſtitutiones poſt primam dicuntur factæ, vbi prima ſortiretur effectum, vt ibi habetur. diuerſum eſt autem in prohibitione alienationis; quia illa,& eius effectus non dependet à priori ſubſtitutione,& vna ſubſtitu-
33 tio † declarat aliam, ſicut per inſtitutionem
34 † declaratur ſubſtitutio,& ab ea interpretationem recipit, Ruin.conſi.128.nu.12.volu. 3.Alba.d.conſil.1.ſub nu.7.verſi.ad hæc duobus modis reſponderi poteſt &c. & ex præcedentibus ſequentia declarantur, Cephal. cõſil.401.in fi.& ſeq.

Quarta ratio, quę habet, ꝙ prohibitio expreſſa iudicãda eſt facta in caſum, quo ſubſtitutio præcedens expreſſa, cui ineſt tacita prohibitio legis, ſortita fuiſſet effectum, ex quo expreſſa prohibitio ſequens videtur habere relationem ad tacitam pręcedentem, quia expreſſa prohibitio dicitur reſpectu tacitę, & conſequenter quidquid poteſt opponi contra tacitam, obſtabit etiam expreſsè; vnde ſi prima corruit, quia ſubſtitutio præcedens non ſit ſortita effectum, ruit etiam expreſſa ſubſequens: quia quidquid poteſt opponi cõtra originale, obſtat etiam eius exemplo;

Quoniã vltra ea, quæ reſpondit Rimin. Iun. d. conſi.20.facilè remouetur, negando, ꝙ quãuis expreſſum dicatur reſpectu taciti, non ideò tamẽ ſequitur, ꝙ expreſſam relationem habeat ad tacitum, & id debuit probari per Dec. qui ſupradicta vtitur ratione, vel per eius ſequaces.

Quinimmò expreſſa prohibitio hac in re longè differt à tacita, vnde nõ benè infertur de vna ad alteram, vt ſuprà diximus. facit à fortiori deciſio Caſtren.in l.cum pater.§.libertis nu.

4. prope fi. ff. de leg. 2. quatenus concludit, ꝙ
35 ſi fideicõmiſſarius tacitè † conſenſit alienationi rei, expreſsè per teſtatorem prohibitæ alienari, non ideò tamen prohibetur eam vendicare decedẽte hærede, & ſic in caſu mortis ipſius ſine filijs, ſupradicta ratione diuerſitatis, & quia ſublata vna ſpecie fideicommiſſi remanet altera.

Nec ex eo, quòd teſtator in caſu Dec. dixit ſe expreſsè prohibere bonorum alienationẽ, propterea dicatur dicta prohibitio expreſſa relationem habere ad tacitam, nec eius exemplo facta cenſeri debet, cum d. verbum Expreſsè,
36 ſit ex abundanti dictum, quia teſtator † prohibendo bona alienari, ſatis dicitur eam prohibitionem expreſsè feciſſe, d. §. libertis. & alibi ſæpè: ergò fruſtrà per Deci. facta fuit conſideratio ſuper d. verbo, Expreſsè prohibuit. Et quod attinet ad deciſionem Bart. in d. §. filiam. dico, ꝙ non facit ad rem præſentem, quia hic diſpoſitio prohibitiua ſubſequitur, ibi præcedit, & non videt argumẽtum, quòd contrariorum &c.
37 † Non obſtat quinta ratio ſuprà in contrarium allegata, ꝙ materia prohibitionis alienationis ſit ſtrictè interpretanda; quia vltra ea, quæ ſcripſit Rimin. iun. d. conſi. 20. facilè remouetur ex his, quæ diximus ſuprà in præcedenti quæſtio. præſertim ponderando rationem diſpoſitiuam, & finalem prohibitioni adiectam; non repero.
38 Non obſtat modò ſexta ratio † ſuprà in contrarium allegata; quia non minori facilitate, ea quoque fugatur, quàm cæteræ præcedentes. falſum eſt enim, & id probari debuit per Deci. & ſequaces, ꝙ per dictam prohibitionem expreſſam dicatur teſtator ſe ipſum corrigere circa pręcedẽtem ſubſtitutionem; quoniam præcedens ſubſtitutio, & expreſſa prohibitio ſubſequens nullo pacto poſſunt dici inuicẽ ſibi aduerſari in aliquo, ergò non eſt agẽdum de correctione facta. quòd autẽ id verum ſit, patet. nam teſtator ſubſtituẽdo hęredi ſcripto, ſi ſine filijs deceſſiſſet, nihil tamen expreſsè diſpoſuit in caſu contrario, ſed illuc vſque res remanſiſſet in diſpoſitione iu-
39 ris communis, † tanquam in caſu omiſſo, l. commodiſſimè. ff. de libe. & poſthum. cum ſimil.

Rurſus non etiam quidquam in illo capite diſpoſuit, ſi hæres interim alienaſſet, quid tunc placuiſſet teſtatori; contra autem hęc omnia ſuppleuit in prohibitione expreſſa, quæ omnes iſtos effectus parit, vt ſepè diximus ſupra. ergò hic nulla eſt correctio, nihil diuerſum, ſine magis aduerſum in hac expreſſa ꝓhibitione aduerſus dictam ſubſtitutionem, & tacitam prohibitionem.

Secundò principaliter dico, ꝙ vbi etiam dicta prohibitio eſſet correctoria pręcedentis diſpoſitionis, tamen ea quoque attendi debet. nam & ſi Doctor. dicant in dubio non præſumi teſtatorem ſe ipſum velle corrigere, ta-
40 mẽ id procedit in dubio: † ſecùs autem in re clara: unde ſi primò dixit, ſe purè legare Sẽpronio, deinde ſub conditione idem legatũ præſtari debere diſpoſuit, quod poſterius ſcriptum eſt, ſeruari debet, tam & ſi pugnet cum pręcedenti diſpoſitione, ut eſt tex. in d. l. nam ad ea, ff. de condit. & demonſtrat. verſiculo, quòd ſi purè legatum eſt, & in continẽti &c. idem dicendum in propoſito.

Poſſent tamen opiniones iſtæ contrariæ concordari, vt ſecũda opinio generaliter locum obtineat: prima autem procedat aliquibus caſibus. primus eſt, quando prohibitio de
41 nõ alienando † omnimodam habet relationem ad præcedentem ſubſtitutionem, per multas auctoritates, quas primo loco citaui pro ea parte, alias obtinere debet poſterior opinio; etiam ſi aliqualiter prohibitio alienationis relationem habeat ad pręcedentia, ut conſiderat Ruin. d. cõſi. 124. in fi. uol. 2. & ideò ſi prohibitio alienationis uerbum aliam relationem habeat ad præcedentia, putà, quia teſtator prohibuit dictis hæredibus, uel filijs, & huiuſmodi; tunc illa regulatur ſecundum terminos, & formam ſubſtitutionis, ad quam relatio habetur, ut abundè per Rimin. Iun. conſi. 371. nu. 83. & plur. ſeq. & conſ. 457. uol. 4. dicitur enim tunc facta ad roborandum pręcedẽs fideicommiſſum per ſubſtitutionem expreſſam factum.

Et pro iſta concluſione facit; quia certum eſt, ſi
42 pater inſtituat filios, & deſcẽdẽtes, † ut dicatur deſcendentes inſtituiſſe in caſum uulgaris tantùm, Doc. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de libe. & poſthu. quod ſi poſt dictam inſtitutionem dicat, quod uult, quòd bona uadant ad filios, & nepotes uſque ad tertiam generationem, ut ſuprà, certè iſta uerba, quæ de ſe obliquabãt inſtitutionem, reſtringuntur ad vulgarem, propter dictam relationem, Dec. conſ. 384. in 3. ratione, & col. fi. in reſponſione ad eam.
43 Secundus caſus eſt, quando prohibitio † expreſſa de non alienando fuit incontinenti, & in eodem capite adiecta ſubſtitutioni, & ſimpliciter quidem abſque uerbis geminatis, & prægnantibus, quæ in ſpecie ponderat Dec. conſi. 637. num. 7. & iſto caſu procedat opinio Soci. d. cõſi. 53. num. 11. uol. 1. & Dec. d. conſi. 636. & ſequacium. in caſu enim Soci. teſtator in una, & eadem oratione expreſsè prohibuerat bona alienari per hæredem, & poſt mortem ſuam grauauit eum reſtituere

debere

debere dominę Margaritæ, &c. & ita in ſpe-
cie reſpondit, & declarat Gabriel. conſi. 123.
in princip. qui uideri poteſt.
Tertius caſus eſt, quando fideicommiſſum, de
44 quo in præcedenti ſubſtitutione, † & prohi-
bitio de non alienando ſubſequens utraque
facta fuit fauore certæ perſonę, quę poſteà
prędeceſſit grauato. nam tunc propter defe-
ctum perſonæ, ad cuius fauorē dictæ diſpoſi-
tiones factæ fuerunt, tanquam per ceſſatio-
nem cauſę finalis earundem, vna ceſſante, ceſ
ſat & alia diſpoſitio, & ità loquitur Socin. d.
conſi. 53. num. 11. uol. 1.
Quartus caſus eſt, quando apparuit diſponen-
tem uoluiſſe inducere fideicommiſſum per-
petuum, ut reſpondit Menoch. conſi. 310. per
totum. uol. 4. tunc enim procedit opinio con
tra Dec. ſuprà firmata. Et ideò ſi teſtator adie
45 cit grauamen, quod eſt perpetuum, † putà,
cum onere ſoluendi in perpetuum aliquid
annuū pio loco, tunc fideicommiſſum cenſe-
tur eſſe perpetuum, ut per Puteum conſ. 40.
Sed huic concluſioni cōtradicit Menoch. conſi.
326. numero 65. & conſi. 393. numero 43.
in fin. & plur. ſeq. vol. 4. concludens, quod uo
luntas conſtituendi fideicommiſſum perpe-
tuum intelligitur eueniente caſu à diſponēte
prouiſo ſuprà, & non aliter. & ad illud de one
re perpetuo adiecto, reſpondit Riminal. Iun.
conſi. 279. num. 63. & ſeq. uol. 3. ut reſtringa
tur ad uitam.
Quintus caſus eſt, ut opinio Dec. d. conſil. 636.
46 & ſequacium procedat, † quantùm ad effe-
ctum, ut fideicommiſſum ſolum adſit in caſu
contrauentionis: ità intelligit Cepha. d. conſ.
401. num. 44.

ARGVMENTVM.

Quis effectus reſultet ex hoc, an fideicommiſ-
ſum ſit ſimplex, & abſolutum, an uerò in ca-
ſum alienationis factum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum abſolutum poteſt eſſe temporale;*
putà uſque in tertiam generationem.
2 *Prohibitio in caſum alienationis non impedit, quin*
alicui de familia, cui maluerit, poſſit alienari.
3 *Alienatio etiam neceſſaria eſt interdicta, ſtante pro-*
hibitione alienationis cum clauſula Quia uolo etc.
4 *Prohibitio admodum generalis, & fideicommiſ-*
ſum excludunt cauſam teſtati.
5 *Prohibitus alienare extra familiam non dicitur*
grauatus relinquere familiæ, cum poſſit quemlibet
de familia, non tamen extraneum eligere, cui re-
linquat.
6 *Alienatio non poteſt fieri in remotiorem in gradu,*
uel etiam in unum tantum in gradu proximiori,
ubi ſumus in fideicommiſſo abſoluto.
7 *Alienatio non poteſt fieri in remotiorem in gradu,*
uel unum ex pluribus uocatis, ſtante fideicommiſ-
ſo abſoluto, etiam ſi ſit data licentia à teſtatore
alienandi in quem uelit.
8 *Fideicommiſſum in caſu alienationis non impedit*
habere extraneum hęredem, qui aliàs ab inteſtato
erat ei ſucceſſurus, ſecus in abſoluto, in quo exclu-
duntur, qui non ſunt de agnatione.
9 *Fideicōmiſſum abſolutū cū prohibitione facta reſpe*
ctu certæ perſonę excludit ſucceſſionē ab inteſtato.
10 *Fideicommiſſum abſolutum excludit uenientes ab*
inteſtato pręter uocatos, & comprehenſos in fi-
deicommiſſo.

QVAESTIO VII.

TRANSEO modò ad ſeptimā
quęſtionem principalē: in qua
etiam breuiter dico, plures effe
ctus reſultare, ubi prohibitio
de non alienando fideicommiſ-
ſum abſolutum inducit, quod
non producit fideicommiſſum conditiona-
le, quod ſolùm oritur ex prohibitione de nō
alienando, & ſi in multis differant inter ſe hu
iuſmodi ſpecies fideicommiſſorum. Sed in
primis conſiderandum eſt, quòd fideicom-
1 miſſum abſolutum † poteſt eſſe temporale,
putà, uſq; in tertiam generationem, ut reſpō
dit Menoch. conſi. 197. per totum. uol. 2.
Prima igitur differentia, & primus effectus eſt.
2 nam ubi prohibitio alienationis, † ſolum pa
rit fideicommiſſum in caſu alienationis, tūc
poteſt prohibitus alicui de familia, cui ma-
luerit, alienare, l. peto. §. fratre. & l. unum ex fa
milia. in princip. & §. 1. ff. de legat. 2. in caſu
autem fideicommiſſi abſoluti non habet pro
hibitus facultatem huiuſmodi, Rolan. conſ.
98. num. 15. uol. 2. quem ad hoc refert & ſe-
quitur Ceph. conſi. 624. num. 22. & plur. ſeq.
3 uolu. 5. concludens, † quòd quando teſtator
expreſsè prohibuit alienationem cum clau-
ſula, quòd bona deueniant in deſcendentes
& poſteros in infinitum, tunc dicatur indu-
ctum fideicōmiſſum abſolutum, & dicatur
interdicta alienatio, etiam neceſſaria, ſed o-
portet, quòd res prohibita alienari tranſeat
ordine ſucceſſiuo ad proximiores, eoſdemq;
æqualiter, l. cùm ità. §. in fideicommiſſo. ff. de
legat. 2. & ita reſpondit Socin. conſi. 227. col.
1. in fin. uol. 2. & conſi. 57. col. 1. & ſeq. & latius
conſi. 43. uol. 3. & alibi ſæpè per eum. Gozad.
cōſ. 32. nu. 3. & in fi. Rui. cōſ. 89. nu. 19. & conſ.
114. num. 9. & ſeq. uol. 2. Alciat. conſ. 484. col.
1. & ſeq. Alba conſi. 54. num. 1. in 2. caſu. Syl-
uan. conſi. 6. col. 18. uerſi. nec eſt uerum &c.
* & eſt * communis opinio, ut in caſu fideicom

miſſi abſoluti dicantur omnes de familia in-
uicem,& reciprocè omni in caſu ſubſtituti,
& grauati,Curt.Iun.conſi.115.nu.11.& pro-
pterea iſto caſu, ubi fideicõmiſſum eſt abſo-
4 lutum,† vel quando uerba prohibitionis sũt
admodum generalia, tunc excludũt cauſam
teſtati, quamuis ea alienatio neceſſaria dica
tur,Cephal.conſi. 330.nu.4.aliàs ſecùs, Nat-
ta conſi.110.num.19.& nu. 11. in fi. & ſeq.&
latiùs infrà dicam in 4. quæſtio. princip.in 1.
concluſio. caſu 5.& in 2. concluſio.in caſu.&
5 ideò prohibitus alienare extra familiam †nõ
dicitur grauatus relinquere familiæ, vt per
Iaſ. conſi.32.col.3.circa medium. uol.3. cum
poſſit quemlibet de familia vocare, & ei relin
quere,nõ tamẽ extraneo,d.§.fratre. & eſt tex.
in l. filiusfamilias. §.cum pater. ff. de legat.1.
& latiſſimè, quòd hoc caſu poſſit prohibitus
alienare in quemuis de familia quamtuncun
que remotiorem,defendit Menoch. cõſ. 327.
num.96.& plur.ſeq.uol. 4.

Etideò cauendum eſt à Pariſ. conſi. 7. num. 10.
vol.3.qui contrarium voluit.

Et hæc concluſio in tantùm vera eſt, vt in caſu
6 fideicommiſſi abſoluti † non poſſit fieri alie-
natio in remotiorem in gradu, vel etiam in
vnum tantùm in gradu proximiori, vbi ſu-
mus in fideicommiſſo abſoluto, l. cum ità.§.
in fideicommiſſo.ff. de legat.2.& prout abun
dè ſcripſi in vna Placentina de Todiſchis de
anno 1574. ad differentiam fideicommiſſi in
caſu alienationis tantùm.

Declaratur tamen ſupradicta concluſio,& quæ
dicta ſunt de fideicommiſſo abſoluto, ut nõ
7 procedat, † vbi teſtator licètiam dediſſet hæ
redi grauato diſponendi in familia, vel deſcẽ
dentibus ſuis,ſecundum Crot. conſi. 48. nu.
11.in fine,& ſeq.

Sed hęc declaratio pugnat cum natura fideicõ-
miſſi abſoluti,& eam ex parte deſtruit,& ma-
lè probatur in l. peto.§.fratre.ff.de legat.2.&
latè probat Menoch.in d. conſi.327.nu. 106.
in fin.& ſeq.vol.4.

Secundus effectus, ſeu differentia eſt, quia fi-
8 deicommiſſo exiſtente † in caſu alienationis
tantùm,poteſt prohibitus alienare,hęredem
habere in bonis prohibitis extraneum, qui
aliàs ab inteſtato ei ęrat ſucceſſurus, l. cum
pater.§.cum inter.ff.de legat.2.& l.pater filiũ.
§. Iulius Agrippa.ff.delegat.3.& poſt Bar.Go
zadi.conſi.52.num.4.in fin. & ſatis infrà uide
bimus in ſeq.queſt. principal.in 1.caſu, in 2.
& 4. exemplo.

Contrà autem,ubi fideicommiſſum eſt abſolu-
tum,vt concludit Purpura. conſil.375. num.
18.& plur.ſeq.vol.1. Syluan.conſi.6.per totũ,
& præſertim col.18.verſi.nec eſt verum &c. &
quod in caſu fideicommiſſi permanſuri in fa
milia, & ſic abſoluti non admitãtur venien-
tes ab inteſtato, q nõ ſint de agnatione plu-
res concord. citat Ruin.cõſi.197.nu.18. uol.
2. licèt ipſe contrariam admittat, ut mox di
* cemus.& eſt * communis opinio,quòd prohi
bitus alienare extra familiam, poteſt extra
neum hęredem habere ab inteſtato,etiam in
bonis iſtis prohibitis alienari, ut ibi per eos,
* * & per Plot. atteſtãtem de magis ** commu
* ni conſ.14.num.13.& de * communi teſtatur
Alex.conſi.56.num.6.vol.1.& ibi addit,quòd
prohibitus alienare, vbi ſolum eſt fideicom-
miſſum in caſu alienationis, poteſt etiam hæ
redem extraneũ inſtituere, qui erat ſibi ſuc-
* ceſſurus ab inteſtato, ſecundum * commu-
nem opinionem, licèt aliqui eam pungãt. &
pulchrè hoc vltimũ defendit Curt. Iun.cõſi.
163.num. 10. Et pro eo, quod dixi de ſucceſ-
ſione ab inteſtato, dicam in ſeq. quęſt. prin-
cipal. in 2.concluſio.in 1. caſu,in 4.exemplo.
9 Verum eſt, quod vbi prohibitio † eſſet facta
reſpectu certæ perſonæ, tũc impeditur etiam
ſucceſſio ab inteſtato,Imo. vbi ſuprà Cuma.
poſt Bar. in d. §. fratre. in 1. lectu. & quòd in
10 caſu fideicõmiſſi † familiaris, ideſt,abſoluti,
& in quo fuit conſiderata perpetua conſerua
tio bonorum in familia non poſſint admit-
ti venientes ab inteſtato,quia non ſint de vo-
catis,& comprehenſis in fideicommiſſo, pro
batur ratione palpabili.quoniam aliàs bona
prohibita alienari, facilè vel medio fœmina-
rum proximiorum tranſirent ad extraneos,
vt conſiderat Crot.conſi.48. num.26. Rube.
conſi.53.num.5. Rui.conſi.168.nu.20 .vol.3.
Menoch.conſi.197.vol.2.Biret. conſi. 115.&
Purpurat. vbi ſuprà. quatenus concludunt,
quòd ſi teſtator prohibuit perpetuò bona
alienari,quia vult, quòd perpetuò remaneãt
in familia, tunc etiam alienatio legalis, quæ
fit per ſucceſſionem ab inteſtato, dicitur
etiam prohibita in perſonam,quæ non ſit de
agnatione maſculina. & quòd in caſu fidei-
commiſſi abſoluti venientes ab inteſtato le-
gitimi, qui tamen nõ ſunt de vocatis in fidei
cõmiſſo,non admittantur,tenet Crot.d.cõſ.
48.num. 10. & non minus clarè Curt. Iun.
conſi.116.num.7.poſt glo.& Bar. per eum ci-
tatum. & illud eſt, quod uoluit Socin. conſi.
251. num. 3. quod vol. 2. quatenus conclu-
dit, quòd ſi prohibitio alienationis eſt facta,
ut bona in familia conſeruentur, & tunc ha-
bet locum diſpoſitio l. cùm pater.§. cum in-
ter.ff.de legat.2.quòd ſcilicet non intelligan-
tur excluſi venientes ab inteſtato,licet extra-
nei;ſecùs videtur,ſi ultra prohibitionem alie
nationis extra familiam, hoc additum ſit,ut
bona in familia remaneant,& ſimilia,& tunc
non admittitur veniens ab inteſtato, ſed in-
traut

trant illi de familia per fideicommiſſum ordine ſucceſſiuo mortuo grauato. licèt Ruin. in d.§.diui. num. 70. uerſi. & propterea.idem teneat in 1.quod in.2. caſu,per Bal.Pet.& Cuman. in d.§. fratre. & in d.§. cum inter. Sed ꝙ vbi fideicommiſſum eſt abſolutum, non admittantur alij, quàm vocati in fideicommiſſo,ſiue illi veniant ex teſtamēto grauati, ſine abſoluto,Crauet. conſi. 504.num.9.in fin.

Eſt verum,quòd non deſunt, qui tenent,quòd etiam in caſu fideicommiſſi ſimplicis,& abſoluti permiſſam eſſe alienationem inter eos de familia ad libitum alienantis, niſi in caſu alienationis certę perſonę ſint uocatæ,ut latè conatur defendere Menoch. conſil. 97.num. 32. uolum. 2.& numero .18. addunt etiam in effectu vt in caſu fideicommiſſi abſoluti admittantur venientes ab inteſtato non cōprehenſi in fideicommiſſo; ſed malè.

Poteſt tamen ſuprad. concluſio obtinere,ſi per teſtatorem data fuiſſet licentia alienandi inter ſeipſos,vt inquit Crot.conſi. 48. num 11. in fin.& plur. ſeq.

Tertia eſt differentia,quia vbi ſolum ſubeſt fideicommiſſum in caſu alienationis,etiam filius prohibitus requiſitis illis de ſamilia, & recuſantibus emere, poteſt cui alij, etiã extraneo uendere liberè,& expeditè, ſecus autem in caſu fideicommiſſi ſimplicis, & abſoluti, Bar. in l.qui Romæ.§. coheredes. ff. de uerborum obligat.& Socin.conſi. 57. num.3. in princip. vol.3. & Caſtren. in d. l. filius familias.§.diui. num. 10.ff.de legat. 1.cōcludens, quòd aliud eſt prohibere, ne alienentur extra familiam, & tunc procedit præſens cōcluſio,quòd prohibitus recuſantibus illis de familia emere, poſſit alienare extra familiam arbitrio ſuo: aliud eſt prohibere, quia vult bona in familia remanere, & tunc non ſit in poteſtate prohibiti alienare extra familiam,vt etiam infrà dicam in ſequen.quęſt.princip.in 9.caſu, & in 2. in 3.caſu.

Sed ſi teſtator ꝓhibuit bona alienari,quia vult perpetuò in familia conſeruari, certè iſto caſu etiam requiſit is illis de familia, non poterit alienare extra familiam, vt latè defendit Dec. conſi. 38. col.3.ad medium,& per totũ. & probat Caſtren.in d.§. diui.num. 10.

Quarta eſt differētia,ſeu quartus effectus inter fideicommiſſum in caſum alienationis tantum, & fideicommiſſum abſolutum, quia in fideicommiſſo abſoluto alienatio neceſſaria non dicitur interdicta extraneis ſucceſſoribus ab inteſtato, ut conſiderat Ruin. conſil. 134.nu.6.& ſeq.& nu. 15. uol.2.

Sed hæc opinio Ruin. eſt falſa, & ſuprà fuit declarata in 1. effectu.

ARGVMENTVM.

Quando prohibitus alienare dicatur contrafeciſſe prohibitioni,vel non: & ſic, quid ſit licitum,uel non prohibitum.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis quatuor ſunt ſpecies principales.*

2 *Prohibitus vendere non cenſetur prohibitus donare, vel titulo lucratiuo alteri dimittere; & de ſignificatione verbi Vendere.*

3 *Prohibitus vendere non cenſetur prohibitus donare, vel titulo lucratiuo alteri dimittere, quamuis uenditio & alienatio ſit prohibita, quia uerbum Alienatio reſtringitur ex ſpeciali uerbo uēditionis adiecto.*

4 *Prohibita uenditione non cenſetur prohibita datio in ſolutum, uel donatio.*

5 *Venditionis appellatione omnis actus continetur, per quem dominium transfertur, etiam in ultima uoluntate.*

6 *Venditionis appellatione ità demum continetur omnis actus, per quem dominium transfertur, ſi ſimus in materia permiſſiua, & fauorabili, ſecus in materia odioſa.*

7 *Venditionis appellatione omnis actus continetur, per quem dominium transfertur, niſi de pretio ſit facta mentio.*

8 *Probibita uenditione, donatione, uel pignoratione non cenſetur probibita alienatio in ultima uoluntate.*

9 *Probibita uenditione, uel alienatione alternatiuè cenſetur etiam probibita alienatio in ultima uoluntate, ob uerbum Venditionis.*

10 *Verbum Alienatio ſimpliciter prolatum maiorē uim babet. quàm ſi dictum ſit, quod non poſſit alienari, uel uendi.*

11 *Quando teſtator in probibitione de non alienando præpoſuit aliqua uerba ſpecialia, & ultimo loco adiecit uerbum generale Alienari, illud uerbum generale poſtpoſitum facit, ut qualibet ſpecies alienationis cenſeantur cōprehenſa ultra expreſſas.*

12 *Quando diſponens uenditioni, uel actui inter uiuos probibito adiecit per uiam cauſa & rationis finalis, quia uult bona probibita uendi, & ſeu ut ſuprà cōſeruari in familia, & huiuſmodi, tunc probibitio cenſetur complecti actum etiam alienationis in ultima uoluntate.*

13 *Alienatio facta ſub conditione, Si placuerit fideicommiſſario, donec fideicommiſſarius declarauerit nolle alienationem ualere, omnia ſtant in ſuſpenſo.*

14 *Non dicitur facta alienatio feudi, ſi in alienatione adiecta ſit conditio, Si domino placuerit.*

15 *Emphyteota alienans ſub illa conditione, Si domino placuerit, non incurrit caducitatem.*

16 *Sicut emphyteota alienans domino inſcio, & ſtatim redimens cadit à iure ſuo, ità etiam hæres, uel grauatus fideicommiſſo.*

 17 *Alie-*

17 *Alienatio rei emphyteoticæ, vel rei ſubiectæ fideicommiſſo ſaluo conſenſu fideicommiſſarij, vel accedēte conſenſu domini, an præſeruet à caducitate.*

18 *Ablatiui abſoluti important conditionem.*

19 *Si in alienatione facta accedente conſenſu domini appoſita ſit clauſula, Et non aliter, nec alio modo, alienans præſeruatur à caducitate, etiam ſi ſequuta ſit rei traditio.*

20 *Clauſula Et non aliter, nec alio modo, non præſeruat à caducitate, vbi res alienata eſt difficilis recuperationis.*

21 *Clauſula Et nō aliter, nec alio modo, non præſeruat à caducitate, quādo alienatio facta eſt in potētiorē.*

22 *Clauſula Et non aliter, nec alio modo, non præſeruat à caducitate, quādo q alienauit iurauit nō alienare.*

23 *Clauſula Si, & inquantum de iure, adiecta alienationi, an præſeruet à caducitate.*

24 *Clauſula, Si, & inquantum non reddit actum conditionalem, cum ius ſit certum.*

25 *Clauſula Si, & inquantum, in appellatione poſita quid importet.*

26 *Clauſula in contractu poſita, Si dominus, vel is, cuius intereſt, nō reuocauerit, vel ſi cōtractū approbauerit, an præſeruet alienantem à caducitate.*

27 *Clauſula conſtituti operatur veram tranſlationem ciuilis, & naturalis poſſeſſionis.*

28 *Statutum faciens mentionem de poſſeſſione, habet etiam locum in poſſeſſione per conſtitutum.*

29 *In caſibus, in quibus propter clauſulam Et non aliter, nec alio modo, dominus præſeruatur à caducitate, debet tamen conſenſus domini quamprimum requiri.*

30 *Vbi teſtator prohibuit alienationem per verba geminata, tunc dicitur interdicta alienatio etiam in caſibus aliàs à iure permiſſis.*

31 *Prohibitio alienationis facta hæredi, vel alij in vita ſua, vel ante mortem ſuam, non comprehendit alienationem in vltima voluntate.*

32 *Prohibitio alienationis extra familiam non extenditur vltra quartum gradum.*

33 *Succeſſio per ſubſtitutionem expreſſam finitur in decimo gradu.*

34 *In ſucceſſione fideicommiſſi proceditur vſque ad decimū gradū, ad inſtar ſucceſſionis ab inteſtato.*

35 *Prohibitio alienationis extra familiam non extenditur vltra quartum gradum, etiam ſi dictum ſit, Vt bona in perpetuum maneant in familia.*

36 *Verbum Perpetuò importat infinitatem, vel ſaltem centum annos.*

37 *Prohibitio alienationis extra familiam non extenditur vltra quartum gradum, quamuis teſtator de deſcendentibus fecerit mentionem.*

38 *Deſcendentium appellatione veniunt omnes deſcendentes à teſtatore in infinitum.*

39 *Verbū Deſcēdētes nō extenditur vltra centū annos.*

40 *Differētia an ſit inter verbū Familiæ, & Deſcēdētes.*

41 *Prohibitio facta extra familiam, quia teſtator vult bona apud deſcendentes perpetuò remanere, extenditur vltra quartum gradum.*

42 *Quartus gradus incipere debet poſt prohibitum à primo gradu.*

43 *Emphyteoſis cōceſſa alicui vſq; in tertiā generationē intelligitur de tertia generatione, computata perſona recipiētis, & ſic in filios, & nepotes tantùm.*

44 *Prohibitus alienare dicitur etiam prohibitus facere quēcūq; actum, per quem ſequi poſſit alienatio.*

45 *Quod non poteſt fieri immediatè, non etiam poteſt fieri mediatè.*

46 *Prohibitus alienare cenſetur etiam prohibitus facere quēcumq; actum, per quem ſequi poſſit alienatio, non ſolum ſi prohibitio ſit facta reſpectu certarum perſonarum, ſed etiam ſi reſpectu certi generis perſonarum.*

47 *Concluſio, quæ habet, quòd prohibitus alienare cenſetur etiam prohibitus omnem actum facere, per quem ſequi poſſit alienatio, an procedat ſolum in vera et propria alienatione, vel etiā in impropria.*

48 *Prohibitus alienare cenſetur prohibitus omnem actū facere, per quem ſequi poſſit alienatio, ſi concurrat malus animus alienantis.*

49 *Prohibitus alienare dicitur etiam prohibitus quemcunq; actum facere, per quem poſſit alienatio ſequi, ſi alienatio valida ſit.*

50 *Statutum, vel lex loquens de alienatione intelligitur de valida.*

51 *Statutum diſponens, quod aduerſus dationem in ſolutum nemo audiatur poſt annum, intelligitur de datione in ſolutum valida.*

52 *De facto contraueniens voluntati teſtatoris non dicitur facere contra voluntatem ſuam.*

53 *Emphyteota nulliter alienans rem emphyteoticam non cadit à iure ſuo.*

54 *Alienatio facta contra legē, aut ſtatutū licet ſit nulla, non tamen quantum ad præiudicium alienantis.*

55 *Prohibitus alienare dicitur etiam prohibitus quemcunq; actum facere, per quem ſequi poſſit alienatio, ſi prohibitus iurauit non alienare.*

56 *Prohibitus alienare cenſetur prohibitus facere quēcunq; actum, per quem ſequi poſſit alienatio, niſi grauato alienanti fideicommiſſarius ſuccedat.*

57 *Fundus, qui ex forma antiquæ inueſtituræ poterat alienari per deſcendentes, & vocatos in ea, potuit ſubijci fideicommiſſo per aliquem ex deſcendentibus, et hæres tenetur eius facto ſtare.*

58 *Hæres tenetur ſeruare factum defuncti, quatenus vires hæreditatis ſuppetunt.*

59 *Alienatum dici nequit, quod non fuit traditum.*

60 *Dimiſſio rei exiſtentis penes ceſſionarium fungitur vice veræ traditionis.*

61 *Si in prohibitione de non alienando dictum ſit, q nō attentēt alienare, etiā attentatū cēſetur prohibitū.*

62 *Prohibitus alienare, ſi alienet non euitabit pœnam, licet incontinenti alienationem reuocauerit.*

63 *Prohibitus alienare nō etiam poteſt compromittere,*

64 Qui

64 Qui non poteſt alienare, nec poteſt tranſigere.

65 Quod nõ põt alienari, nõ põt in cõpromiſſũ deduci.

66 Fideicõmiſſaria actio eſt ad inſtar ſnĩæ, et rei iudicatę.

67 Hæres poteſt tranſigere ſuper rebus, & iuribus hæreditatis, etiam in præiudicium fideicommiſſarij.

68 Alienationes factæ per hæredẽ, quæ valeant, ſtante prohibitione alienationis, & fideicommiſſo.

69 Compromiſſum eſt ſpecies tranſactionis.

70 Tranſactio in dubio præſumitur facta bona fide.

71 Vbi res clara eſt, vel de facili liquidabilis, non dicitur bona fide tranſigi.

72 Prohibitus alienare poteſt tranſigere in terminis iuris communis, & vbi iam lis mota eſt, & aduerſarius poſſidet, ſecus vbi expreſsè alienatio per hominem reperitur interdicta.

73 Licet res ſit prohibita alienari, tamen tranſactio non malitioſa, ſed bona fide facta ſuper ea, valet.

74 Tranſactio ſuper bonis alienari prohibitis valet, ſi ſuper re dubia facta ſit.

75 Tranſactio ſuper bonis alienari prohibitis valet, ſi fiat ſuper re iam in iudicium deducta, & ſuper lite incerta nondum finita, vel ſi res in iudicium nõ deducta ſit, & ſubſit timor litis futuræ.

76 Tranſactio facta ſub prætextu litis motæ, quæ tamen non aderat, non valet.

77 Tranſactio bona fide facta reſpectu præiudicij alterius ſuſtinetur.

78 Vt tranſactio ſuper bonis alienari prohibitis valeat, requiritur, quod aliquid detur, vel remittatur.

79 Tranſactio ſuper bonis alienari prohibitis, vt valeat, requiritur, quod totaliter lis ſit finita.

80 Tranſactio non reſcinditur de facili ſub prætextu enormis læſionis.

81 Prohibitus alienare non etiam poteſt ad longum tempus locare.

82 Conceſſio in emphyteoſim perpetuam, vel ad longum tempus, non procul eſt ab alienatione.

83 Per locationem ad longum tempus conſtituitur ius in re ad fauorem conductoris.

84 Prohibitus alienare non põt locare ad longum tẽpus, etiam ſi penſio æquiualens fructibus ſoluatur.

85 Locatio ad longum tempus propriè eſt emphyteoſis, ideò conductor ad ſolutionẽ collectarum tenetur.

86 Inter emphyteoſim, & locationem ad longum tempus nulla eſt differentia.

87 Locatio ad longum tempus facta à prohibito alienare, an ſaltem ſuſtineatur pro modico tempore.

88 Locatio ad longum tempus, putà, ad centum annos, vel ad vitam concedentis, vel acceptantis, vel in perpetuum, alienatio eſt.

89 Locatio ad longum tempus, etiam centum annorum, facta à prohibito alienare, valet, ſecundum nonnullorum opinionem.

90 Locatio facta per prohibitum alienare non valet, quamuis in locatione dictum ſit, quod locatio valeat, quamdiu partibus, vel locatori placuerit, quia per hoc non deſinit cenſeri ad longum tempus.

91 Locatio facta ad longum tempus à prohibito alienare non valet, quamuis in locatione ad longum tempus dictum ſit, quod nullum propterea dicatur tranſlatum dominium, vel ius in conductorem.

92 Locatio facta ad vitam conductoris valdè ſenis, an valeat.

93 Locatio facta ad beneplacitum locatoris prohibiti alienare non valet.

94 Locatio facta ad longum tempus valet, ſi in ea adſit clauſula, quod nullum ius ſeu directum, aut vtile dominium dicatur tranſlatum in accipientem.

95 Pactũ in locatione appoſitũ, quod nullum cenſeatur tranſlatũ dominium, cenſetur factum in fraudẽ domini, maximè reſpectu laudemij, ideò non valet.

96 Prohibitus alienare, an ſit prohibitus locare ad centum annos, ſi in locatione adſit pactum, quod tot ſint locationes, quot anni.

97 Locatio facta ad centum, vel mille annos à prohibito alienare colono partiario non conſtituta certa pretij penſione, an valeat.

98 Prohibitus alienare an poſſit locare de modico tẽpore in modicũ tempus cũ pacto renouandi, & quod tot intelligantur factę locationes, quot tẽpora modica.

99 Prælato licet locare rem eccleſiæ de nouennio in nouennium, ſeu ad alios nouem annos inchoandos à die finis primi nouennij.

100 Prohibitus alienare poteſt permittere alicui fundũ, ſeu commoditatem fructuum ad longum tempus.

101 Prohibitus alienare, ſi locat ad longum tempus, non cadit in pęnam, ſed contractus non valet.

102 Prohibitus alienare poteſt vendere fructus.

103 Prohibitus alienare, an poſſit cõſtituere vſumfructũ.

104 Prohibitus alienare poteſt vendere fructus pro tẽpore vitæ ſuæ.

105 Prohibitus alienare nõ põt pignus, vel hypothecã in re prohibita alienari conſtituere ad fauorẽ alicuius.

106 In generali obligatione non cenſentur comprehenſa bona alienari prohibita.

107 Pignus, & hypotheca non poſſunt conſtitui in re, quæ non ſit in dominio noſtro.

108 Prohibitus alienare ſtante fideicommiſſo abſoluto non etiam poteſt hæredem inſtituere.

109 Alienare prohibitus non poteſt controuerſiam mouere ſuper dicta prohibitione.

110 Expreſsè prohibitus alienare non etiam poteſt facere actum, per quem bona in fiſcum tranſeant.

111 In generali prohibitione de non alienãdo, ſecundũ cõmunẽ opinionẽ Doct. venit etiã prohibitio confiſcationis bonorum: & latè examinatur articulus.

112 Prohibitionis verba ſi denotant actum imperfectũ, putà, ſi filius committet, vel commiſſerit delictũ ſit priuatus, tũc bona nõ deuoluũtur ad proximiores delinquẽtis, et filij eius nõ admittũtur, ſed fiſcus.

113 Alienatio, quæ fit ob delictum, dicitur neceſſaria.

114 Alienatio, quæ fit ob delictum, ſecundũ veriorem opinionem, dicitur voluntaria, cum habeat principium voluntarium. & reſpondetur ad contraria.

115 *In prohibitione alienationis ſimpliciter facta non intelligitur prohibita etiam extranei hæredis inſtitutio.*

116 *In prohibitione alienationis non continetur neceſſaria alienatio, niſi dictum ſit, vt remaneant in familia, vel niſi res ſit prohibita de iure alienari, & poſtea adhuc dictum ſit, per pactum ne alienetur.*

117 *Prohibitio alienationis non extenditur ad inſtitutionem hæredis, maximè ab inteſtato proximioris, nec ad venientem ab inteſtato.*

118 *Alienatio, quæ fit ob confiſcationem, ſiue delictum dicitur voluntaria, inſpecta origine.*

119 *Vbi habemus iura et deciſiones claras, non eſt timendum de generalibus obiectionibus.*

120 *Prohibita alienatione quouis titulo, qualibet alienatio neceſſaria cenſetur prohibita.*

121 *Vbi vniuerſaliter quæcunq; alienatio prohibita reperitur, venit etiam tacita alienatio, & obligatio, ac hypotheca.*

122 *Prohibitio alienationis ſimpliciter facta non excludit ſucceſſionem extranei ab inteſtato.*

123 *Prohibitio alienationis facta cū clauſula, Nullo modo, cauſa &c. excludit actū etiā vltimæ volūtatis.*

124 *Prohibita alienatione extra certū genus perſonarū, an dicatur prohibita extranei hæredis inſtitutio.*

125 *Prohibita alienatione extra certum genus perſonarum, putà, extra familiā, & huiuſmodi, intelligitur etiā prohibita alienatio ab inteſtato, & ex teſtamēto, in eū, qui non ſit de familia, & de illo genere.*

126 *Alienatio, quæ fit propter delictū, non dicitur propriè neceſſaria, nec meretur eos fauores, & priuilegia, quæ habent aliæ alienationes neceſſariæ.*

127 *Prohibita alienatione, an ex vi verbi Alienari, contineatur etiā alienatio neceſſaria ex teſtamēto, vbi verba ſunt vniuerſalia, & prohibitio in rem eſt.*

128 *Alienatio ob delictum dicitur voluntaria, cum habeat principium voluntarium, quòd debet attendi,*

129 *Prohibitus alienare tenetur etiam facere, & curare, ne alienatio fiat per legem.*

130 *Delictum neceſſarium, & voluntariū quod dicatur.*

131 *Alienatio ob delictum, vbi aliqua ratione dici poſſit neceſſaria, tamen non meretur eos fauores, qui tribuuntur alienationi neceſſariæ.*

132 *In rebus prohibitis alienari non poſſunt conſtitui alimenta.*

133 *Alienatio facta ſub conditione, quæ pendet, vel cuius euētus non fuit ſequutus, habetur pro nō facta.*

134 *Prohibitus alienare poteſt alimenta conſtituere ad vitam ipſius prohibiti.*

135 *Prohibitus alienare, an poſſit promittere alienare.*

136 *Promiſſio de donando, vel vendendo, an ſit idem cum donatione, vel venditione.*

137 *Promiſſio ſimplex deſcendendo non eſt obligatoria, vbi nulla cauſa præceſſit.*

138 *Promiſſionis appellatione in dubio, an veniat promiſſio veſtita per ſtipulationem.*

139 *Promiſſio ſimplex, & nuda de iure canonico eſt obligatoria, & parit actionem.*

140 *Promiſſio vendendi quot modis veſtita dicatur.*

141 *Promiſſio de vendendo, an differat à venditione.*

142 *Vbi vēditio nō eſt perfecta fructus ſunt promiſſoris.*

143 *Si quis in teſtamento fundum alicui legauerit, & viuens eum locauit ad longum tempus, cum pacto illud vendendi pro certo pretio, cuius partem recepit, & cum pacto faciendi inſtrumentum habito integro precio, & poſtea ante illud ſolutum decedat, non dicitur propterea legatum reuocatum, quaſi res fuerit alienata per dictum promiſſorem.*

144 *Si quis offerat vēdere rem alicui pro iuſto pretio, et ille oblationē acceptet, an illa oblatio ſit obligatoria.*

145 *Promiſſio de conſtituendo dotem, vel antifactum, an operetur, vt habeantur pro conſtitutis.*

146 *Qui promiſſit infra certam diem ſe obligaturum ad dandum mihi decem, poteſt ſtatim cedente die conueniri ad illa decem.*

147 *Quando aliquis promiſſit facere aliquem contractū, in quo ſola voluntas ſufficit contrahentium, talis promiſſio per partem acceptātē inducit contractū.*

148 *Si teſtator mandauit hæredi, vt liberet debitorē, ipſe habetur pro liberato.*

149 *Qui eſt prohibitus ſoluere, eſt etiam prohibitus promittere ſoluere.*

150 *Obligatio dādi, in quo differat ab obligatione faciēdi.*

151 *Vbi in promiſſione vendendi certum pretium fuit expreſſum, & determinatum, tunc habetur talis promiſſio pro perfecta venditione; ſecus, vbi pretium non fuit expreſſum. & ibi de veritate.*

152 *Ex promiſſione de vendendo ad certum tempus ſequuta traditione, & ſolutione pretij, contractus non habetur pro venditione, nec transfertur dominium in eum, qui promiſſit emere.*

153 *Si quis promiſſit vendere, & ille, cui facta fuit vēditio ſoluit pro venditione futura, poteſt pœnitere, & non emere, & repetere datum.*

154 *Ex promiſſione de vendendo ad certum tempus, ſequuta traditione, et ſolutione pretij, dicitur trāſlatum dominium, & fructus ſunt eius, qui acceptauit promiſsionem.*

155 *Promiſsio vendendi, ſeu retrouendendi cum ſolutione pretij operatur, vt fructus pertineant ad eū, qui pretium ſoluit, licet aditio non ſit ſequuta.*

156 *Vbi facta eſt promiſsio vendendi ad certum tēpus, ſiue ſimpliciter cum certificatione certi pretij, et ille, cui facta fuit promiſsio, reciprocè promiſsit emere, ſequutaq; eſt traditio, & ſolutio pretij in totum, vel in parte, venditio eſt, & idem iudicatur de dicta promiſsione, ſicut de ipſa venditione.*

157 *Non ſufficit reciproca promiſsio emendi, & vēdendi cum pretij certi conſtitutione, vt dicatur perfecta venditio, niſi etiam ſine die, vel conditione promiſsio ſit facta.*

158 *Promiſsio de vendendo, vel alienando de iure non eſt venditio, nec alienatio, ſed benè de facto.*

159 *Plures caſus, in quibus idem iudicatur de promiſsione dādi, aut faciēdi, quod de ipſa datione, vel facto.*

160 *Quæ vtilitas, et qui effectus reſultent ex hoc articulo,*

an promiſſio de vendendo, vt venditio iudicanda ſit.

161 Paria an ſint ꝓmittere retrouēdere, et retrouēdere.

162 Paria an ſint promittere locare, & locare.

163 Aliud eſt promittere ratū habere, aliud ratificare.

164 Aliud eſt promiſſio de donando, aliud donatio.

165 Aliud eſt promiſſio de fideiubendo, aliud fideiubere, ſiue fideiuſſio.

166 Aliud eſt mutuum ſeu mutuare, aliud promittere mutuare.

167 Aliud eſt promiſſio de cedendo, aliud ceſſio.

168 Aliud eſt promiſſio de faciendo contractum, aliud contractus ipſe.

169 Aliud eſt renouatio, aliud pactum de renouando.

170 Aliud eſt abſolutio, aliud promiſſio de abſoluendo.

171 Aliud eſt vxorē accipere, aliud ꝓmittere accipere.

172 Aliud eſt promittere infeudare, aliud infeudare.

173 Aliud eſt promittere dare in dotem, aliud dare.

174 Aliud eſt inſtituere hæredem, aliud promittere inſtituere.

175 Aliud eſt promiſſio de reſtituendo, aliud inſtitutio.

176 Aliud eſt alienare, aliud promittere alienare.

177 Aliud eſt aſſignare, aliud promittere aſſignare.

178 Aliud eſt dare inſolutū, aliud ꝓmittere dare inſolutū.

179 Aliud eſt ſe obligare, aliud promiſſio de obligando.

180 Promiſſio de tranſigendo differt à tranſactione.

181 Aliud eſt ſubijcere, aliud promittere ſubijcere.

182 Aliud eſt permutare, aliud promittere permutare.

183 Paria an ſint promittere conſtituere antifactum, & ipſum conſtituere.

184 Iuſſus à teſtatore vendere rem aliquam, poteſt actione ex teſtamento conueniri præciſè, vt vendat, & rem tradat, promittat de euictione, &c.

185 Fauor vltimæ voluntatis operatur, vt quis præciſè cogi poſſit ad factum.

186 An ſicuti in vltimis voluntatibus quis præciſè poteſt compelli ad factū, idē quoq; ſit in cōtractibus.

187 Qui promiſſit retrouendere, poteſt præciſè cogi ad retrouendendum.

188 Qui promiſſit ſe obligaturum ad retrouendendum, eſt obligatus retrouendere.

189 Obligatus ad dandum, tradendum, vel præſtandū, an poſſit præciſè cogi.

190 Promittens vendere cum iuramento poteſt præciſè cogi ad vendendum.

191 Per promiſſionem de vendendo iuratam transfertur dominium.

192 Promiſſio ſimplex de vendendo etiā cum iuramēto non obligat præciſè promiſſorem ad vendendū.

193 Si quis mihi promiſſit vendere cum iuramento, & poſteà alij vendidit, & tradidit, an ſecundus, cui res fuit tradita, ſit præferendus.

194 Per promiſſionem de vendendo acquiritur ius ad rem, per traditionem cum venditione ius in re.

195 Promittens vendere cum iuramento obligatur præciſè ad vendendum, ſi vendendi & tradendi facultatem habeat, aliàs non obligatur.

196 Quāuis ꝓmittēs vēdere cū iuramēto obligetur p̄ciſè ad vendēdū; ſecus tamen eſt in eius hærede, vel habēte cauſam ab eo, ad quos iuramētū nō extēditur.

197 Quando quis promiſſit reſtituere, ſeu retrodare, tunc cogitur promiſſor præciſè ad retrouendendum ex vi verbi reſtituere, vel retrodare.

198 Promittens vendere, ſeu retrouendere, præciſè cogitur adimplere, quādo promiſſio facta per verba abſoluta, & reſolutiua per adiectionem pacti legis commiſſoriæ.

199 Promiſſor, qui preciſè cogi nequit in foro fori ad vendendum, vel faciendū, quod promiſſit, tenetur tamen, quo ad eccleſiam in foro poli, & cōſcientiæ.

200 Quando duobus venditio facta reperitur diuerſis temporibus, præfertur is, cui traditio facta fuit. & ibi de veritate.

201 Vendens rem duobus, an puniatur pœna falſi.

202 Statutum diſponens, quòd ſi quis vendiderit, vel aliquo modo alienauerit aliquam rem immobilem, quam alij vendiderat, vel alienauerat, omnis venditio vel alienatio poſt primam nō valeat ipſo iure, an deroget l. quoties. C. de rei vendicat.

203 Oblatio vēdendi ab aliquo acceptata, an ſit obligatoria.

204 Pœna adiecta promiſſioni de vendendo in caſu contrauentionis, an operetur, vt promiſſor præciſè poſſit cogi ad vēdēdū maximè ſi poſtea alij vēdiderit.

205 Si quis ſolēniter etiam in forma ampliſſima promiſſit mihi rem vendere, & non alij, an præciſè cogi poſſit ad vendendum.

206 Promittens mihi rem vendere, & non alij, quàm mihi, non poteſt cogi ad vēdendum mihi, caſu, quo alij velit vendere: & quando hoc procedat.

207 Qui promiſſit non vendere alij, quā mihi, poteſt tamen donare, & permutare, & inſolutum dare.

208 Is, cui fuit facta promiſſio de vendendo cum iuramento, ſi vult impedire, ne promiſſor alij vendat, poterit appellare ad iudicem eccleſiaſticum, & petere cogi ad obſeruantiam iuramenti.

209 Quādo vltra promiſſionem de vendendo bonorum quoq; hypotheca interceſſit ſpecialis rei, tunc dominij tranſlatio in alium impeditur.

210 Promiſſor non eſt cogendus vendere, quando deceptus ſupra modum reperitur in valore rei.

211 Qui promiſſit vendere, retrouendere, renunciare, et huiuſmodi, etiam ſi præciſè cogi poſſit ad id faciendum, tamen non tenetur in eo facto perſeuerare, quia hoc non fuit promiſſum.

212 Quando vltra verba promiſſiua partes vſæ ſunt verbo Vendere, & Emere præſentis temporis; vel dictum contractum venditionem appellant, tunc huiuſmodi promiſſio habetur pro venditione.

213 Venditor non poteſt regulariter conueniri ad rei traditionem, nec promiſſor ad intereſſe, niſi prius ſoluto pretio, aut alias ſatisfacto, etiam ſi in vno tantum nummo deficiat.

214 Statutum mandans ſolùm gabellā de qualibet venditione, non comprehendit promiſſionē vendendi.

215 Sta-

215 *Statutum, ſi prohibeat vxorem alienare ſine conſenſu mariti, non poterit vxor etiam promittere vendere, vel alienare.*

216 *Per promiſſionem de vendendo peruenitur ad alienationem.*

217 *Stante ſtatuto, quod quilibet, qui promiſſit vendere, vel retrouẽdere teneatur requiſitus vẽdere &c. oblato pretio &c. poterit ꝓmiſſor cogi ad vẽdẽdũ.*

218 *Condemnatus per ſententiam vendere, cogi poterit præcisè vendere.*

219 *Qui tenetur ex forma contractus vendere, & ex vi promiſsionis per eum facta, ſolùm poterit cogi ad vendendum, ſed non ad tradendum.*

Quod procedit, etiam ſi habeat promiſſor facultatem rei tradendæ, vt num. 220.

221 *In caſibus, in quibus promiſſor cogi poteſt ad vẽdendum, ſi ipſe dolo, vel culpa ſua deſijt poſſe tradere, non audietur volens ſoluere intereſſe.*

222 *Venditio differt à promiſsione de uẽdendo, quia venditor tenetur præcisè tradere rem venditam, ſi habeat facultatem rei tradendæ, promiſſor liberatur ſoluendo intereſſe.*

223 *Caſus, in quibus venditor, etiam ſi poſsit tradere, nõ tamẽ tenetur, ſed liberatur ſoluendo intereſſe.*

224 *Vbi agitur de traditione, quæ fieri neceſſariò debet, intelligitur, ſi commodè fieri poteſt, & non aliter.*

225 *Prius ſemper promiſſori adimplendum eſt, quàm contra eum agatur.*

226 *In caſibus, in quibus promiſſor vel venditor non poteſt cogi ad vendendum, poteſt tamen compelli ad faciendum inſtrumentum contractus, ſeu obligationis, imò & exceptionis.*

227 *Aduerſus promiſſorem competit ſolùm actio perſonalis ad intereſſe.*

Et hoc, etiam ſi promiſsio ſit iurata, vt nu. 228.

229 *Intereſſe poteſt eſſe tanti, quanti res ipſa eſt.*

230 *In caſibus, in quibus promiſſor põt cogi vendere, nõ auditur, volens ſoluere intereſſe, etiam ſi facultatem non habeat tradẽdi rem, niſi tamen facto ſuo, & culpa deſijt poſſe tradere.*

231 *Promiſſor conueniri poteſt ad pœnam promiſſam in promiſsione.*

232 *Promiſſore non exiſtente ſoluendo, datur in ſubſidium actio contra habentem cauſam ab eo.*

233 *Promiſsio de uendendo ſi fuit perſonalis, vt quia promiſſor ſe ad perſonam ſuã reſtrinxit, tunc etiã in caſibus, in quibus promiſſor potuiſſet cogi ad ſeruandum promiſſa, non tamen poterit habens cauſam ab eo ad idem cogi.*

234 *Promiſsio de vendendo non extenditur vltra perſonam promiſsionis, niſi illud in promiſsione ſit dictũ.*

235 *Promiſsor ſi non ſit ſoluendo intereſſe, vel pœnam promiſſam, poterit ſingularis ſucceſſor conueniri.*

236 *Promiſsio de vendendo, ſi per verba perſonaliſsima paſsiua alicui facta ſit, eius ſucceſſor, etiã ſi hæres ſit vniuerſalis, non poterit ſe iuuare d. promiſsione.*

237 *Si is, cui facta fuit promiſsio vendendi, promiſsionem acceptauit, & uice verſa ipſe ſe non obligauit ad emendum, non cogitur ipſe emere.*

238 *Is, cui facta fuit promiſsio vendendi põt agere contra promiſſorẽ actione perſonali ad damna & intereſſe, ſeu pœnam, & citandus eſt etiam poſſeſſor fundi, vel rei, in quem fuit facta tranſlatio.*

239 *Res tradita præſumitur, quando tempore cõtractus, vel poſt acquirens erat in tenuta, & corporali poſſeſsione rei.*

240 *In incorporalibus ceſsio iuriũ ꝓ traditione habetur.*

241 *Conſtitutum transfert ciuilem, & naturalem poſſeſſionẽ, perinde, ac ſi traditio vera interueniſſet, dũmodò conſtituens poſsideret tempore conſtituti.*

242 *Licet conſtitutum transferat ciuilẽ, et naturalem poſſeſsionem, non tamen venditor liberatur ab actuali poſſeſsione.*

243 *Tradita res præſumitur, quando concedens conducit ab emptore.*

244 *Tradita poſſeſsio dicitur, quando concedens retinet ſibi vſumfructum*

245 *Tradi dicitur poſſeſsio per inueſtituram.*

246 *Per traditionem clauium transfertur poſſeſsio.*

247 *Poſſeſsio tradita dicitur, ſi in re præſenti, & conſpectu alicuius ſit contractus celebratus.*

248 *Sufficit ſemel fuiſſe traditam poſſeſsionem, vt ab onere tradendi liberatio facta dicatur.*

249 *Alienare prohibitus, an dicatur prohibitus alienare cum pacto redimendi, etiam ſi poſtea redimat.*

250 *Prohibitus alienare rem, non poteſt etiam partem rei alienare.*

251 *Prohibitus alienare non poteſt etiam rem apud alium dimittere.*

252 *Prohibitus alienare põt rẽ alienari prohibitã exiſtẽtẽ pęnes tertiũ poſſeſſorẽ illi dimittere aliquo recepto.*

253 *Omnia cenſentur permiſſa, quæ non reperiuntur a iure prohibita.*

254 *In caſibus, in quibus valet alienatio rei prohibitæ alienari, adhuc in illis non valet alienatio, ſi concurrat etiam prohibitio legis.*

255 *Prohibitus alienare poteſt tamen ex cauſa neceſſaria alienare.*

256 *Statutum prohibens alienationem non comprehendit alienationem neceſſariam.*

257 *Exempla alienationis neceſſariæ.*

258 *Teſtator prohibens bona ſua alienari extra familiam, ſeu certum genus perſonarum, an cenſeatur ſenſiſſe de illa alienatione, quæ fit per inſtitutionem hæredis etiam extranei.*

259 *Prohibitio alienationis ſimpliciter facta non includit alienationem, quæ fit titulo vniuerſali.*

260 *Quemadmodum hæres extraneus non eſt prohibitus ſuccedere prohibito ab inteſtato, ita nec etiam hæres grauatus cenſetur prohibitus habere extraneum hæredem ex teſtamento.*

261 *Prohibitus alienare extra familiam poteſt ab inteſtato hæredem extraneum habere, ſed non poteſt extraneum inſtituere.*

262 Pro-

262 *Prohibita alienatione per hæredes, & deſcendentes, vt bona ſemper remaneant in familia, nõ cenſetur prohibita alienatio per inſtitutũ ex teſtamẽto eius perſonæ, quæ erat ab inteſtato ſucceſſura grauato.*

263 *Alienationis appellatione, quãdo ſolum veniat alienatio inter viuos.*

264 *Alienatio in vltima voluntate, cum ſit neceſſaria inſtituendo eum, qui erat ab inteſtato ſucceſſurus, non dicitur facta ab hærede, ſed à lege.*

265 *Alienationis appellatione venit etiam alienatio in vltima voluntate, vbi ſumus in alienatione ꝓmiſſa.*

266 *Prohibita alienatione extra familiam, intelligitur etiam prohibita hæredis etiam extranei inſtitutio.*

267 *Licet quis non poſſit prohiberi teſtari de rebus ſuis, poteſt tamen prohiberi teſtari de rebus alienis.*

268 *Qui non poteſt alienare, non etiam poteſt facere actum, per quem ſequatur alienatio.*

269 *In inſtitutione hæredis generaliter facta non veniunt prohibita alienari.*

270 *Inſtitutio facta in omnibus bonis non comprehendit bona ſubiecta fideicommiſſo, & reſtitutioni.*

271 *Alienationis appellatione, quibus caſibus veniat alienatio in vltima voluntate: & quando prohibitus alienare dicatur prohibitus hæredem inſtituere.*

272 *Prohibita alienatione prohibita non cenſetur hæredis extranei inſtitutio, ſi extraneus inſtitutus erat ſucceſſurus ab inteſtato.*

273 *Prohibitus alienare non cenſetur prohibitus hęredẽ inſtituere, ſi prohibitio ſit uniuerſalis omniũ bonorũ, ſecus ſi prohibitio ſit alicuius rei particularis.*

274 *Prohibitus alienare cenſetur prohibitus hæredẽ inſtituere, quando ſumus in fideicommiſſo abſoluto.*

275 *Prohibitus alienare an cenſeatur prohibitus inſtituere, ſi teſtator per verba vniuerſalia, & geminata prohibuit bona alienari per eius hæredes, & deſcendentes quouis modo, vel titulo.*

276 *Inſtitutio facta in omnibus bonis per prohibitum alienare, non comprehendit bona, quæ erant ipſius teſtatoris.*

277 *Prohibitus alienare non põt vxorẽ ſuã vſufructuariã in oibus bonis ſuis relinquere, quãdo ſum⁹ in dubio, et vbi nõ apparet aliter de volũtate diſponẽtis.*

278 *Ex quibus dicatur conſtare de voluntate diſponentis in caſu prædicto.*

279 *In generali inſtitutione hæredis in omnibus bonis non veniunt prohibita alienari, ſecus ſi facta ſit expreſſa, & ſpecialis eorum mentio.*

280 *In fideicommiſſo facto ſuper omnibus bonis non veniunt feudalia.*

281 *In vniuerſali fideicommiſſo, vel inſtitutione hæredis extranei nõ veniũt rex emphyteotica etiã ex mente diſponentis, ne res incidat in commiſſum.*

282 *Prohibitus alienare quocunq; modo nõ cẽſetur prohibitus alienare in ꝓximiorẽ, q aliàs erat ſucceſſur⁹.*

283 *Prohibitus alienare non cenſetur prohibitus hęredẽ inſtituere, quãdo ꝑ modũ cõſilij ꝓhibita eſt alienatio.*

284 *Prohibita alienatione non dicitur proculdubio prohibita hæredis inſtitutio, quando teſtator ſe reſtrinxit ad actus inter viuos.*

285 *Prohibitio, vbi eſt realis, tunc etiam legitimi hæredis, qui non ſit de vocatis per teſtatorem, inſtitutio prohibita cenſetur.*

286 *Vbi prohibitio facta eſt in odium certæ perſonæ, in ea non poterit hæres inſtitui.*

287 *Prohibitus alienare non cenſetur prohibitus hęredem inſtituere eum, qui aliàs ab inteſtato erat ſucceſſurus.*

288 *Alienatio ob delictum an dicatur neceſſaria.*

289 *Bona prohibita alienari non comprehenduntur in confiſcatione, quæ fit ob crimen læſæ maieſtatis.*

290 *In prohibitione alienationis inter viuos, ſeu in cõtractu firmata, bona trãſeunt in fiſcum cum ſua cauſa.*

291 *Prohibita alienatione nõ cenſetur prohibita alienatio, quæ fit per ſucceſſionem hæredis ab inteſtato venientis, etiam ſi is non ſit de familia, vel de eo genere, de quo loquitur fideicommiſſum.*

292 *Decedens ab inteſtato dicitur relinquere bona ſua venientibus ab inteſtato.*

293 *Succeſſio ab inteſtato alienatio dicitur.*

294 *Per prohibitionem de non alienando extra familiã non dicitur prohibita ſucceſſio ab inteſtato legitimi hæredis ipſius grauati.*

295 *Prohibitus alienare extra familiam non prohibetur habere hęredem ab inteſtato etiam extraneum.*

296 *Veniens ab inteſtato, quantumcunq; extraneus, non dicitur excluſus à prohibitione de non alienando extra familiam.*

297 *Prohibita alienatione extra familiam per ſtatutum, non dicitur prohibita legitimi hęredis ab inteſtato ſucceſſio.*

298 *Alienare non dicitur, qui ab inteſtato decedit.*

299 *In fideicommiſſo abſoluto extraneus nullo modo admittitur.*

300 *In fideicommiſſo abſoluto non admittitur, niſi qui eſt de agnatione.*

301 *Declaratio ad tex. in l. cũ pater. §. cũ iter. ff. de leg. 2.*

302 *Si prohibitio alienationis concepta ſit in rem, id eſt, realis ſit, tunc etiam interdicta cenſetur ſucceſſio ab inteſtato legitimi hæredis.*

303 *Prohibitio realis cõprehẽdit cãm teſtati, et inteſtati.*

304 *Vbi verba prohibitionis ſunt geminata, cenſetur interdicta ſucceſſio ab inteſtato.*

305 *Per expreſſam prohibitionẽ factam de non alienando cũ tacita ꝓhibitione legis oriẽte ex ſubſtitutione fideicõmiſſaria, nõ admittitur ſucceſſio ab ĩteſtato.*

306 *Si teſtator dixit, quòd vult perpetuis futuris tẽporibus bona cõſeruari in agnatione ſua, cenſetur interdicta ſucceſſio extranei ab inteſtato.*

307 *Vbicunq; cauſa teſtati prohibita reperitur, ibi etiã cenſetur prohibita cauſa inteſtati.*

308 *Prohibitio alienationis facta per legẽ, vel ſtatutum extra certum genus perſonarũ, comprehendit alienationem, quæ fit ex teſtamento, vel ab inteſtato.*

309 *Prohibitio de non alienando facta reſpectu certæ perſonæ, impedit tranſmiſſionem in venientes ab inteſtato.*

310 *Per alienationẽ neceſſariam non dicitur fieri præiudicium vocato per fideicommiſſum.*

311 *In caſib', in qb' pmiſſa ē alienatio ex cā neceſſaria, valet alienatio eatenus, quatenus vrget neceſſitas.*

312 *Alienatio in dubio potius ex cauſa neceſſaria, quàm voluntaria præſumitur facta.*

313 *Alienatio etiam ex cauſa neceſſaria fieri nequit, vbi teſtator prohibuit bona alienari etiam ex cauſa neceſſitatis.*

314 *Vbi teſtator in prohibitione vſus fuit verbis prægnantiſſimis ad effectum conſeruationis bonorum in familia, nullo modo alienatio fieri poteſt.*

315 *Probibita alienatione non cenſetur interdicta alienatio, quæ fit pro ære alieno ſoluẽdo ipſius teſtatoris.*

316 *An, et quando bona probibita alienari per teſtatorem poſſint alienari ex cauſa neceſſaria.*

317 *Neceſſitatis caſus ſemper intelligitur exceptus in quacunque diſpoſitione.*

318 *Teſtator poteſt legem ſuis rebus imponere, quam vult, ſi hoc lege probibitũ expreſsè non reperiatur.*

319 *Alienatione probibita dicitur & interdicta bonorum confiſcatio.*

320 *Alienatio ex cauſa neceſſaria ita demum fieri poteſt, ſi fiat iubente iudice, & inuito grauato.*

321 *Alienatio fieri poteſt ex cauſa neceſſaria pro ſoluendo ære alieno, niſi ęs alienum contractum ſit per grauatum cauſa euertendi fideicommiſſum.*

322 *Feudũ antiquũ non pōt dari in ſolutũ creditoribus.*

323 *Feudalia, & fideicommiſſaria æquiparantur.*

324 *Probibitus alienare extra familiã pōt tamen alienare conſentientibus illis de familia, quorũ intereſt.*

325 *In materia feudali, etiam agnatis requiſitis, & emere nolentibus, non eſt permiſſa feudi alienatio.*

326 *Probibitus alienare poteſt tamen pro legitima ſibi debita iure naturali alienare impunè.*

327 *Probibitus alienare poteſt alienare ſaltem fructuum commoditatem.*

328 *Probibitus alienare poteſt alienare pro detractione trebellianica.*

329 *Authentica, ſed & in ea. C. ad l. falc. quæ loquitur in legato particulari, an habeat locum in legato ſeu fideicommiſſo vniuerſali.*

330 *Probibitus alienare an poſſit ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendæ alienare.*

331 *Si expreſsè etiam ex cauſa dotis probibita ſit alienatio per teſtatorem, vel dictum ſit, quod quouis ſit alienatio fieri poſſit non etiam ex cauſa dotis poterit fieri alienatio.*

332 *Si concurrat duplex fideicommiſſum, alienatio ex cauſa dotis erit interdicta.*

333 *Diſpoſitio Authenticę res, quę. C. commu. de leg. an quid de nouo inducat vltra ius commune.*

334 *Diſpoſitionum verba non ſunt lucranda.*

335 *Materia Auth. res, quæ, C. commu. de leg. alta, & ſubtilis eſt.*

336 *Cauſa finalis Auth. res, quæ. C. commu. de leg.*

337 *Alia ratio diſpoſitionis dict. authen.*

338 *Paternum eſt officium dotare filias.*

339 *Pater cũ teneatur dotare filiã, vel filio nubenti facere donationẽ propter nuptias, aut obligare bona ſua pro reſtitutione dotis ſubijciẽdo bona ſua fideicõmiſſo, non pōt ſe ipſum eximere ab hoc onere.*

340 *Dos æris alieni loco habetur.*

341 *Pater tenetur dotare filiam, ēt ſi ſe ipſam nupſerit inſcio, vel inuito patre, dummodò pari ſuo nupſerit.*

342 *Dos ſuccedit loco legitimæ alimentorum.*

343 *Pater non eſt obligatus aliqua obligatione ad dotandam filiam, ſed ſolum officio iudicis aſtringi poteſt ad id faciendum.*

344 *Officium iudicis non præſupponit obligationem.*

345 *Dos eſt fauorabilior legitima, quo ad eius exactionem, ex quo debetur ēt patre viuente, legitima nõ.*

346 *Teſtator ſubijciẽdo bona fideicõmiſso nõ cẽſetur cogitaſſe includere cām dotis, vel donationis propter nuptias, et hæc fuit alia ratio diſpoſitionis d. Auth.*

347 *Quarta ratio, qua nititur d. Auth. res, quæ, C. commun. de leg.*

348 *Quinta ratio dictæ Authen.*

349 *Auth. res, quæ. C. cõmu. de leg. de dote loquens ſimpliciter, an habeat locũ in dote reſtituenda.*

350 *Pater tenetur promittere reſtituere dotẽ, quã vxor filij dedit, ne matrimonia impediantur.*

351 *Pater tenetur ad dotẽ pro filia, et donationẽ ꝓpter nuptias pro filio, ēt ſi mulier tempore, quo dedit dotem prouidit ſibi de fideiuſsore.*

352 *Pater tenetur ad dotem, etiam ſi grauamen erat factum tpe datæ dotis, et ēt ſi tunc legitima filij erat ſufficiens, ſed non tempore reſtitutionis.*

353 *Pater tenetur ad dotẽ pro filia, & ad donationem propter nuptias pro filio, etiam ſi ex pacto, ſtatuto, vel conſuetudine maritus ſit lucratus dotẽ muliere prædecedente, vel mulier donationem propter nuptias viro prædecedente, & nu. 65.*

354 *Pater tenetur ad dotem etiam pro filia ſpiritualiter nubente.*

355 *Auth. res, quę. C. communia de legat. habet locum etiam in donatione propter nuptias.*

356 *Pater tenetur donationem propter nuptias dare nurui pro filio.*

357 *Dos data donationem propter nuptias meretur.*

358 *Mulier non lucratur antifactum, niſi pacto, vel lege municipali caueatur.*

359 *Donatio propter nuptias mulieri aſſignatur pro maiori ſecuritate dotis ſuæ.*

360 *Donationi propter nuptias ita demum locus eſt, ſi pro parte mulieris fuit petitum conſtitui viuente marito. eo. n. mortuo nõ pōt hoc amplius peti.*

361 *Conſuetudo eſt lex, & ſupplet factum hominis.*

362 *Factũ iudicis reputat̃ factũ partis, ēt ſi qs nõ petat.*

363 *Hodie cõſtitutio donatiõis ꝑ nuptias nõ eſt in vſu, ſed maritus obligat ſolũ bona ſua ꝓ reſtitutione dotis, etiã fideicommiſso ſubiecta, ſi alia non habeat.*

364 *Sicut pater non tenetur ſe obligare pro reſtitutione dotis. et pro antifacto ſimul, ita etiam nec fideicommiſſum pro vtroque debet diminui.*

366 *Pater conſentiens, ꝙ filius ducat vxorẽ ꝑut facere tenetur*

tenetur, quando filius ducit honeſtam perſonā, cenſetur ſe, & bona ſua obligare, & nu. 377.

367 *Quando filius datur contutor cum patre tenetur pater obligationē ſubire pro filio, rē pupilli ſaluā fore.*

368 *Filio ducente vxore poſt mortem patris, an bona fideicōmiſſi dicatur obligata ipſo iure, vſq ad n. 380*

369 *Pater cēſetur cōceſſiſſe authoritatē liberis ſuis, vt poſſint facere q̄ ipſe aliàs veriſimiliter fuiſſet facturus.*

370 *Facultas alienandi conceſſa inter diuidentes procedit, ſi ea vti ſunt.*

371 *Nō pōt qs ſe eximere ab onere, ad qđ de iure tenet̄.*

372 *Ante ſolutū matrimoniū non pōt agi ad reſtitutionē dotis, ſed ſoluta dote, vel in ſolutione poteſt peti, qđ maritus obliget, ne dū bona ſua, ſed etiam paterna.*

373 *In generali ſermone, & in generali obligatione non comprehenduntur bona prohibita alienari.*

374 *Res prohibita pignorari in caſu, quo pōt pignorari, requiritur, quod expreſſè et nominatim obligetur.*

375 *Vxor, quæ mortuo viro diſtulit petere dotē ſuam ab hæredibus viri, cū poſſet, non poteſt vſuras, vel aliquod intereſſe petere, quia ſtetit per eam.*

376 *Non valet cōſequentia, pater tenebatur obligare bona ſua, & obligaſſet, ergò dicta bona ſunt obligata.*

378 *Id, qđ qs tenetur deducere p cōſtitutiōe, vel reſtitutione dotis, nunq̄ cenſetur fuiſſe in fideicommiſſo.*

379 *Si mulier ſcit fideicommiſſum, & maritum dilapidatorem, ceſſat diſpoſitio d. Authen.*

380 *Dos confeſſata an poſſit deduci ex fideicōmiſſo, et ſic an in ea habeat locū Aut. res, quę. C. com. de lega.*

381 *Aut. res, quæ. C. cōia de lega. an habeat locū in dote, & donatione propter nuptias accepta poſt grauamen filio iniunctum, & nu. 383.*

382 *Mors omnia ſoluit.*

384 *Filia, quæ poſſidet bona fideicōmiſſo obnoxia, nō pōt de illis ſe dotare, ſi ex dictis bonis percepit tot fructus, q ſufficiāt ad dotē, et fructus extēt, et nu. 489*

385 *Aut. res, quæ. C. cōmu. de lega an habeat locū in omnibus fideicōmitentibus, ſcilicet tam ex latere patris, & matris, q̄ ēt in tranſuerſalibus, & nu. 411.*

386 *Non eſt maternum officiū dotare filiā, ſed paternū.*

387 *Mr̄ tenetur alere filiū, ſi pr̄ eſt inops, et ipſa eſt diues.*

388 *Valet argu de alimentis ad dotem, contra, et n. 390.*

389 *Qui tenet alere, pōt ēt dotare quaten' alimēta capiūt.*

391 *Mater hæretica tenetur dotare filiā orthodoxam.*

392 *Mater, an quando tenetur dotare filiā, ità teneatur ſi filia ſit iuuenis, pulchra, & apta nuptijs profanis, q̄ ſi ſolùm ſit apta ad vitam religioſam.*

393 *Mater nunquàm tenetur pro donatione propter nuptias, & reſtitutione dotis.*

394 *Aut. res, quę. C. cō. de lega. an habeat locum in oībus deſcēdentibus ipſius fideicōmittētis, tā ex maſculo, q̄ ex fœmina procedentibus, & nu. 399.* (tū.

395 *Liberorū appellatione veniūt oēs deſcēdētes in infini*

396 *Dulciore nomine nepotes noſtros appellare non poſſumus, quàm filij.*

397 *Ceſſante fraude omnes deſcendentes ſunt dotandæ etiam ſi fideicommiſſum euaneſcat.*

398 *Pater habens filium, ſi quid relinquit nepoti fit contemplatione filij.*

400 *Natos vel conceptos deſcendentes oportet fuiſſe tēpore fideicommitentis contrà nu. 405*

401 *Concepti poſt mortem aui, quò ad eum habentur pro extraneis.*

402 *Extraneus oīs ille dicitur, q nō eſt ī ptāte, et n. 412.*

403 *Extraneo nec dos, nec legitima debetur.*

404 *Aut. res. quæ. C. cōia de lega. loquitur de dote detrahēda ex fideicōmiſſo, vbi legitima nō ſufficit, et ſic loquitur tantū de his perſonis, qbus legitima debetur.*

406 *Legitima debet mortuo pr̄e, vel auo, nō illis viuētib.*

407 *Legitima eſt quota bonorum.*

408 *Filius viuente patre nullum ius habet in bonis paternis, niſi ius alimentorum.*

409 *Aut. res, quæ. C. cōia de lega. an habeat locū tātū in liberis fideicōmiſſo grauatis p patrē, vel auū, an ēt ſi alij ſint hæredes inſtituti, & grauati fideicōmiſſo.*

410 *Aut. res, quæ. C. communia de lega. procedit ſolùm in fideicommiſſo conditionali, non etiam in puro.*

413 *Filius inſtitutus quando poſſit in tranſuerſalem alienare de quo, vide nu. 414.*

415 *Alienatio in tranſuerſalem quando fieri poſſit.*

416 *In prohibitione alienandi ſimpliciter comprehenditur omnis ſpecies alienationis.*

417 *Prohibitus alienare in extraneum non poteſt alienare in tranſuerſales.*

418 *Aut. res, quæ. C. communia de lega. locum habet etiā in dote conſtituenda pro matrimonio ſpirituali.*

419 *Extenſio non fit in correctorijs iuris & exorbitantibus, niſi ex ratione expreſſa.*

420 *Materia Aut. res, quæ. C. com. de leg. eſt fauorabilis.*

421 *In fauorabilibus extēſio fieri dēt ēt ad caſus ſimiles.*

422 *Aut. res, quæ C. cōia de leg. an habeat locū tā in expreſſa phibitiōe alienatiōis, q̄ ī tacita, et n. 430. 431.*

423 *Tacita prohibitio alienādi dicitur illa, quæ oritur ex fideicommiſſo facto alicui, ſi ſine filijs deceſſerit.*

424 *Taciti, & expreſſi par eſt virtus.*

425 *Aequiparatur prohibitio alienationis facta per legem, vel hominem.*

426 *Diſpoſitio generalis prohibitiua alienationis non cōprehendit cauſam neceſſariam, vt dotis, & c.*

427 *Neceſſaria cauſa, quæ dicatur remiſſiuè.*

428 *Expreſſum ſæpè plus poteſt, q̄ tacitum, & nu. 434.*

429 *Tacita prohibitio non impedit dominij trāſlationē, ſecùs expreſſa. & quid de poſſeſſione.*

432 *Aut. res, quæ. C. communia de lega. an habeat locū in prohibitione alienationis expreſſa, & in indiuiduo cauſam dotis comprehendente.*

433 *In claris non eſt opus coniecturis.*

435 *Generalis prohibitio alienandi facta per verba quouis titulo etc. cōprehendit cauſam dotis, et nu. 437.*

436 *Aliud eſt prohibitio expreſſa alienandi, aliud ſpecialis, & nominatim, puta, ex cauſa dotis.*

438 *Quando concurrit prohibitio alienandi hominis cum prohibitiōe legis, et ſic vbi adeſt duplex prohibitio, non poteſt fieri alienatio etiam ex cauſa dotis.*

439 *Si prohibitio alienandi facta ſit in cõtractu inter vi uos, non poteſt fieri alienatio etiam ex cauſa dotis.*

440 *Auth. res, quæ. an habeat locum in prohibitione conuentionali, & nu. 443.*

441 *Prohibitio alienandi, facta per contractum, quando dicatur valida.* (te teſtoris.

442 *Aut. res, q̃. C. cõia de leg. fundatur in præſũpta mẽ-*

444 *Statutum prohibẽs bona alienari, putà, in forenſem, an cẽſeatur prohibere alienationem ex cauſa dotis.*

445 *Prohibita alienari poſſunt alienari ob piã cauſam.*

446 *Bona fideicõmiſſaria, an poſſint alienari pro excarceratione hęredis ob delictum, vel ęs alienum, & nu 483. & quid propter captiuitatẽ nu. 485.*

447 *Filia grauata per patrẽ fideicommiſſo, quæ ſe ipſam potuit dotare, ſi deceſſerit hoc non facto, an eius hæres poterit detrahere de fideicommiſſo, quod ipſa potuiſſet, latè. nu. 448. 450. & 451.*

448 *In legitima nullũ grauamen põt imponi, ideò ſi filius nõ deduxit ex fideicõmiſſo poterit ꝑ hęredẽ deduci.*

449 *Dos non eſt ſine matrimonio.*

452 *Dos data primo viro, cenſetur data ſecundo.*

453 *Moriens cenſetur nolle, ideò filia, quæ ſe non dotauit ex fideicõmiſſo, et ſic obijt, cenſet noluiſſe ſe dotare.*

454 *Filia nupta, & non dotata an poſſit vti beneficio Aut. res, quæ. C. cõia de leg. & nu 499.*

455 *Mulier indotata contemnitur à marito.*

456 *Filia incõpetenter dotata, an poſſit petere ex vi Aut. res, quæ. C. cõia de leg. vt magis cõgruẽter dotetur.*

457 *Filia, quæ dotẽ cõſumpſit, an iterũ ſit dotanda ex fideicõmiſſo; itẽ ſi filius conſumpſit legitimã, & trebellianicã, an ꝑiudicet reſtitutioni dotis vxoris ſuæ.*

458 *Fideicõmiſſarij poſſunt agere reuocatoria ad alienata per prohibitum.*

459 *Aut. res, quæ. C. cõia de leg. nõ hẽt locũ, ſi grauatus habeat alia bona, q̃ ſuppoſita fideicommiſſo, ex quibus poſſit conſtitui, vel reddi dos, vt putà fructus perceptos ex fideicommiſſo. & quid ſi superueniãt bona, vt nu. 460. & 461.*

462 *Filij naturales tantũ an habeãt beneficiũ diminuẽdi fideicõmiſſum ex cã dotis, iuxta Aut. res, quæ. C. cõmunia de leg. ſicut habent legitimi, & naturales.*

463 *Pater, licèt teneatur alere filiã naturalem, tamẽ non tenetur dotare, niſi pro modo alimẽtorum; & quid in filia nata ex damnato coitu.*

464 *Dos data pro modo alimentorum filiæ naturali non remanere poteſt apud virum, quia datur cauſa alimentorum, quæ finiuntur cum vita filiæ.*

465 *Dos cõſtituẽda eſt ex fideicõmiſſo pro modo, & qualitate perſonarũ arbitrio iudicis: itẽ antifactũ. Quid aũt iudex cõſiderare debeat, latè habetur ibidem.*

466 *Aut. res, quæ. C. cõia de lega. an procedat in bonis de iure prohibitis alienari, vt ſunt bona feudalia.*

467 *Bona ꝓhita alienari de iure, vt bona feudalia, poſſunt alienari ex cauſa neceſſaria; quæ autem ſit cauſa neceſſaria ibi habetur remiſſiuè.*

468 *Legitima non debetur in bonis feudalibus, & num. 473. niſi ſint patrimonialia, vt nu. 477.*

469 *Quando feudum eſt ex pacto & prouidentia, nõ valet diſpoſitio, etiam de fructibus in præiudicium vocati ex inueſtitura, ſecus ſi eſſet ſubſidiarium.*

470 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, nõ tenetur ad ſoluendum æs alienum defuncti.*

471 *Pater tenetur dotare filiã, frater ſororem de feudo.*

472 *Fortior eſt prohibitio alienationis feudi, quam rei ſuppoſitæ fideicommiſſo.*

474 *Feudalia bona, etiam accedente domini conſenſu, nõ poſſunt alienari, niſi etiam conſentiat proximior agnatus, de cuius præiudicio agitur.*

475 *Fructus feudi poſſunt diſtrahi, donec feudum eſt penes vaſallum, licèt feudum non poſſit alienari, obligari, vel decimari.*

476 *Decima eſt res ſpiritualis.*

477 *Feudum hæreditarium, & patrimoniale alienari poteſt, & legitima ex eo detrahi, & trebellianica.*

478 *Filia poteſt dotare ſe ipſam de feudo, quandoque.*

479 *Aut. res, quæ. C. cõia de lega. an habeat locum in bonis emphyteoticis, etiam eccleſiaſticis.*

480 *An ſicut bona fideicommiſſaria poſſunt alienari ex cã dotis, ita ẽt poſſint alienari ex cã alimentorũ.*

481 *Non appellatur à ſententia lata ſuper alimentis, licèt appelletur à ſententia in cauſa dotis.*

482 *Diſpoſitio generalis non includit cauſam piam.*

483 *Executores deputati ad diſtribuendum bona in pios vſus, poſſunt ea diſtribuere pro redemptione condẽnatorum ex maleficijs, & nu. 484.*

486 *An fideicommiſſum poſſit minui propter ſumptus cauſa militiæ, ſicut in cauſam dotis.*

487 *An qui poteſt diſtrahere, euertere, & facere contra fideicommiſſum, poſſit hoc priuilegiũ alteri cedere.*

488 *Aut. res, quæ. C. communia de leg. an locum ſibi vendicet in cauſa ſtudiorum.*

490 *Aut. res, quæ. an habeat locũ in alienatione ex cã remunerationis cauſata in defuncto fideicomitente.*

491 *Alienari non poteſt fideicommiſſum, iuxta aut. res, quę. C. communia de lega. pro anima.*

492 *Elemoſina ſalutifera fieri non poteſt de re aliena.*

493 *Aut. res, quæ. C. cõia de leg. an habeat loc̃ũ non ſolũ in fideicommiſſo vniuerſali, ſed etiam particulari.*

494 *De fideicõmiſſo particulari nõ põt detrahi trebel. nec falcidia, nec etiam legitima debita iure naturæ.*

495 *Filius, quàm filia, qui de fideicõmiſſo poſſunt detrahere dotẽ, vel antifactũ, iuxta Aut. res, quæ. C. communia de leg. an poſſint id facere ſtatim mortuo patre, antequam ad ætatem nubilem perueniant.*

496 *Aut. res, quę. C. cõia de leg. an habeat locũ in extraneo hærede inſtituto per fideicommittentem, & filio hęrede inſtituto in certa quantitate modica.*

497 *Si teſtator mãdat dotes fœminarũ futurarũ ſolui debere per hęredes ſuos fideicommiſſarios, an hęredes pro t pe poſſint detrahere de fideicommiſſo, an verò ſolutio debeat fieri de ſuo, vel de fructibus.*

498 *Quis teneatur probare, quod filius habeat alia bona, vel non habeat.*

500 *Primogenitura, & fideicõmiſſũ æquiparãtur, et ideò in vtroq;*

in vtroq; habet locũ Authẽ.res,quę.C.cõia de leg.

501 *Dos detrahi non poteſt ex bonis de iure cõmuni,uel ſtatuto ali enari prohibitis,putà ex caſtro, iuriſdictione,& huiuſmodi.*

502 *Alienare qui non poteſt, an,& quando impunè poſſit alienationi conſentire.*

503 *Si teſtator ꝓhibet bona alienari extra familiã nõ cẽſetur ĩterdicta alienatio ĩter ipſos de familia, ẽt ĩ remotiorẽ,& ibi dãtur duæ declarationes.& n.530.*

504 *Prohibitio alienandi & fideicommiſſum quando excedat quartum gradum, vel non, vel quando extendatur vſq; ad centum annos tantũ, latiſſimè vſq; ad num. 501. 546.*

505 *Primus gradus incipit poſt primum grauatum.*

506 *Succeſſio ab inteſtato non datur vltra decimum gradum reſpectu tranſuerſalium, & num. 510.*

507 *Verbum Deſcendentes in infinitum extenditur.*

508 *Familię verbum comprehendit omnes de eodem ſanguine prouenientes.*

509 *Familia,genus,domus,deſcendentes,generatio, proles,ſoboles,progenies,gens,poſteri, idem ſignificant.*

511 *Linea tranſuerſalium non extenditur vltra decimum gradum, linea verò directa deſcendentium porrigitur in infinitum.*

512 *Prohibit⁹ alienare cõtẽplatione alterius pſonæ, vel ſamiliæ põt liberè diſponere de re ꝓhibita alienari, vbi nullus ſupeſt, nec ſperatur futurus q poſsit repetere.*

513 *Vaſſallus ſine cõſenſu domini põt feudũ alienare, qñ alienat, et trãsfert in æque idoneum ad ſeruiendum.*

514 *Alienatio fieri poteſt, per quam non præiudicatur uocato ad fideicommiſſum. & nu. 527.*

515 *Præſens alienationi factæ per alium, & tacẽs non dicitur cõtrafeciſſe, niſi cõſtet de expreſſo eius cõſenſu.*

516 *Prohibitus alienare, an poſſit bona ad monaſterium transferre per ingreſſum religionis.*

517 *Prohibitus alienare an dicatur prohibitus ad diuiſionem prouocare.*

518 *Diuiſio eſt alienatio.*

519 *Emphyteoſis poteſt diuidi inter plures emphyteotas irrequiſito domino.*

520 *Prohibitio diuiſionis ad tempus valet, non in perpetuum nec ad uitam.*

521 *Diuiſio eſt ſpecies tranſactionis.*

522 *Prohibita diuiſione fideicommiſſi per teſtatorẽ, nihilominus impunè fieri poterit diuiſio quo ad fructus.*

523 *Prohibitio diuiſionis in perpetuum an ſaltẽ ſuſtineatur quoad tempus.*

524 *Donatio pro benemeritis non cenſetur interdicta per generalem prohibitionem de non alienando.*

525 *Permutatio & ſubrogatio an prohibita cenſeantur ſtante prohibitione alienandi.*

526 *Emphyteota qñ potuit ꝑmutare ſine domini cõſenſu.*

528 *Quando agitur de fideicõmiſſo particulari rei, ad quã teſtator habuit affectionem cenſetur interdicta etiã permutatio,& ſubrogatio rei etiam vtilioris.*

529 *Damnoſum id dicitur, quod fit cõtra voluntatem domini, etiam ſi aliàs vtile eſſet.*

531 *Prohibitus alienare poteſt ſe perſonaliter obligare.*

532 *Prohibitus alienare ſi ignoret fideicõmiſſum, an poſſit alienare ignoranti pariter fideicommiſſum.*

533 *Alienatio conditionalis non cenſetur prohibita per prohibitionem alienandi.*

534 *Prohibitus alienare an dicatur contrafacere, ſi alteri concedat licentiam alienandi.*

535 *Res modica an poſſit alienari ſtãte ꝓhibitiõe alinãdi.*

536 *Prohibitus alienare extra familiam non dicitur prohibitus alienare requiſitis illis de familia,& nolentibus emere: quod declara, ut ibi.*

537 *Tranſlatio poſſeſſionis in aliũ non cenſetur prohibita ſtante prohibitione alienandi.*

538 *Stante prohibitione alienationis fieri poteſt alienatio pro recuperatione, vel cõſeruatione fideicõmiſſi, vel aliorum bonorum teſtatoris. & nu. 549.*

539 *Alienatio cum pacto redimendi eſt permiſſa de re prohibita alienari.*

540 *Alienãs rem cum pacto redimendi facta recuperatione dicitur habere rem ex prima cauſa.*

541 *Alienatione prohibita inter viuos, vel in codicillis non cenſetur prohibita in teſtamẽto, vel contractu.*

542 *Per alienationem nullam non uidetur contrafactũ prohibitioni de non alienando, nec per alienationem, quæ non eſt ſortita effectum. vt nu. 544.*

543 *Bona poſſunt adiudicari creditoribus, vt eis ſatisfiat de fructibus etiam ſtante prohibitione alienãdi ſub uerbis geminatis vniuerſalib. putà qũocunq; & c.*

545 *Alienans partẽ an dicatur contrauenire prohibitioni de non alienando.*

547 *Prohibitus alienare an poſsit alienare cum iuramẽto.*

548 *Fideicommiſſarius poterit alienare, ſi ei ſit data licentia ex certa cauſa, quæ ſit probanda neceſſariò.*

QVAESTIO VIII.

CApio modò octauam principalem quęſtionem, in qua quęritur, quid poſſit, vel non facere prohibitus alienare. pro cuius pleniore intelligentia, quia diligẽter uerba prohibitionis ſunt conſideranda, cùm materia ſit in ſe odioſa, vt per Doc. in d. §. diui. & latè ſuprà dixi ĩ prima q. principa. & in terminis Rui. cõſ. 116. nu. 16. vol. 2. & Decia. conſi. 55. num. 58. & ſeq. vol. 3. Ideò in primis præmitto, ꝙ alienationis qua-
1 tuor ſunt principales ſpecies. † Vna enim eſt, quæ proprijſſima dicitur, per quam transfertur plenum dominium irreuocabiliter.

Secunda eſt propria, per quã ius, ideſt, proprietas, uel utile dominium transfertur.

Tertia eſt imꝓpria, ꝑ quã uſusfructus, uel vſus, aut alia qualitas, puta, ſeruitus trãsfertur.

Quarta eſt improprijſſima, per quam res pignori obligatur, ſine ſpe luitionis; ità concludit Bal. in c. 1. §. aut ſi libellario. in fin. quib. mod. feudum amitta.

Secũdo præmitto, quòd ſunt plures caſus, ſeu formulæ, uel modi, quibus utuntur diſponẽ-

tes,qui inter ſe ſunt diuerſi;quorum
Primus eſt,quod prohibitus vendere, non cen-
2 ſetur ꝓhibitus donare, † vel tit.lucratiuo al
teri dimittere, quia uerbum Vendere ſaltem
in materia ſtricta accipitur pro transferre
titulo oneroſo,glo. per illum tex.in l.fi.in uer
bo Vẽdere , uel in alium transferre.C.de iur.
emphy.Rui.d.conſ. 116.num. 16.& ſeq.vol.
* 3.vbi de* cõmuni.& idẽ firmat Menoch.conſ.
216.nu.31.& ſeq.vol.3.cõcludens, quòd pro-
hibitus vendere non cẽſetur prohibitus alio
titulo alienare.
Et hæc cõcluſio procedit,etiã ſi venditio & alie-
natio ſit prohibita , quia verbũ Alienatio re-
3 ſtringitur† ex ſpeciali uerbo venditionis adie
cto , latè Ceph.conſi.487.nu.52.& cõſ. 549.
nu.113.vol.4.& ibi addit idem eſſe,ſi ſit dictũ
Vel alio modo alienet, nu. 114. ſic & ꝓhibita
4 venditione† nõ cẽſetur prohibita datio in ſo
lutum,vel donatio,Boe.deci.49. ad fi.
Sed contra d. caſum eſt textus in l. ſicut.§. vendi
tionis.ff.quibus mod.pign.uel hypothe.ſolui
tur.vbi etiam Bar. concludit, quod venditio
5 nis appellatione † omnis actus cõtinetur,per
quem dominium transfertur,etiam in ulti-
ma voluntate. & ità illum tex. etiam in hac
materia, & pręſẽti ſpecie adducit Natta cõſ.
528.nu.2. in fi.verſi.nõ obſtat, quod teſtator
prohibuit uendere ſine licentia &c. ubi etiã
ad hoc citat Bar.in d.§. diui. & quamplures
cõcordan. nolentes, ꝙ prohibita alienatio-
ne generaliter intelligatur prohibitus omnis
* contractus dominij tranſlatitius.& eſt* com-
munis opinio,Ripa in d.§.diui.nu.100.& ſeq.
& hoc largè loquendo : ſtrictè autem ſolùm
venit emptio,& venditio,ut ibi per eum, qui
etiã alias tradit limitationes : & latius Cror.
nu.113.& plu.ſeq.niſi materia ſit fauorabilis,
putà,ſi ſtatutum prohibet bona vendi in fo-
renſem, vt per Ripam, vbi ſuprà. Et ꝙ vendi-
tionis appellatione, quando ſit mentio de ea
ratione rei, ꝙ contineat omnes alienationes,
tenet gl.in l.2.C.de vſucap.& concordan. per
Bologne.conſi.11,nu.71.& ſeq.loquens in pa
cto,in quo venditio fuit prohibita, & ibi ad-
dit,hoc procedere,quia verbum Venditio ac
cipitur pro genere , & non autem pro ſpecie.
maxime quando fuit adiectum uerbum Alie
natio; licet de conſuetudine uerbum Vende
re capiatur in ſpecie,vt ibi per eum,nu,78.
Dici poteſt pro ſolutione iſtius contrarij , ꝙ il-
lud procedat in materia ꝑmiſſiua & fauora-
6 bili,† ſecus aũt in materia odioſa,vt hic,ut cõ
ſiderat Rui.d.cõſ.116.nu.17.uol.2. licet non
apertè tangat hanc difficultatẽ,ſed aliam.Ri
minal.Iun.conſi.313,nu.13.uol.3.ſed hęc ſo-
lutio non eneruat totam difficultatẽ. & ideò
7 videtur ꝓcedere iſte caſus,† niſi de pretioſi t
facta mentio , vt per Senat. Pedemont. deciſ.
50.num.7.in fi. & ſeq.
Secundus caſus , & formula eſt , quando teſta-
tor non ſtetit in puris finibus uẽditionis pro
hibitæ,ſed etiam addidit , ꝙ bona nõ poſſint
8 uẽdi,† donari,uel pignorari: adhuc enim iſto
caſu licita erit alienatio in vltima uolũtate,
tex,eſt in l.pater filium.§. fundum.ff. de leg.3.
& ibi Bar.& alij not. Quia etiã ſi teſtator pro
hibet hæredibus ſuis inſtitutis & ſubſtitutis,
ut nõ poſſint uendere,uel alienare,uel dona-
rę,vel per uiam compromiſſi, uel alio quouis
tit.vel cauſa,uel iure in alium , uel alios trãſ-
ferre,utiq; non dicitur permiſſa alienatio in
ultima uoluntate:ità ubi diſpoſitio eſt alter-
natiua;reſpondit Ruin.conſi. 116.nu. 16. &
ſeq. & num.15.in fi.vol.2.& ubi dixit teſtator
quòd hæres non poſſit uendere, & alienare,
quòd non obſtante uerbo Alienare,quod de
claratur per uerbum Vendere , quòd intelli-
gatur de alienatione ſolùm inter uiuos,Soci.
conſi.12,num.8,uol.3.Ruin. ubi ſuprà,& pro
bat in terminis iſtius caſus Cepha. in conſil.
313.nu. 12. & ſeq. uolu. 3. & ſic ſuprad. con-
cluſ. procedet, uedum ſi alternariuè, ſiue di-
ſiunctiuę teſtator loquutus ſit,ſed etiam co-
pulatiuè, ut etiam latè reſpondit Riminal.
Iun. conſi, 394.nu.81.& ſeq.uol.4. & latè etiã
per Senat. Pedemont.deciſ. 50.num.7.in fi.&
plur. ſeq. Celſus conſi.20. num. 42.& 59. Ce-
phal. conſil.153. num. 6.uolu.2.& facit Fulg.
conſil. 15. qui loquitur in materia ſtatuti
prohibentis uxorem legare marito, uel alio
modo relinquere ; quòd uerbũ Relinquere,
quod eſt generale, aliàs aptum comprehen-
dere hęredis inſtitutionem,reſtringatur hoc
caſu per ſpeciale uerbum adiectũ , ut probat
Ruin.conſi.139,num.17. uol. 1.
9 Sed contrà,quòd ubi dixit teſtator,† quòd nõ
poſſit res uendi , uel alienari , ꝙ intelligatur
ſub uerbo vẽditionis ętiã alienatio in vltima
uolũtate,Io. de Anan.conſ.47. nu. 31. & ſeq.
Etenim uerbum Alienatio ſimpliciter prolatũ
10 maiorem uim habet;† ſecus autem ſi dictum
ſit, quòd non poſſit alienari , uel uẽdi, & hu-
iuſmodi ratione adiecta,quod ſonat inter ui
uos , quia reſtringit uerbũ alienationem, ut
latè probat Rimin.iun. conſi. 128.nu.30.uol.
5. & conſ. 394. nu.23.& plur. ſeq.uol. 4.
Declaratur autem iſte caſus , ut procedat,niſi
aliud dictum ſit in diſpoſitione , ut infrà di-
cam in 3.caſu.
Tertius caſus eſt , qñ teſtator in ꝓhibitione de
11 nõ alienãdo ꝑ poſuit aliqua uerba ſpecialia,
& ultimo loco adiecit uerbũ gñale,putà, Pro
hibeo bona mea vẽdi,locari,pignorari,& alie
nari.illud enim uerbũ Alienari tãquã genus
poſtpoſitũ,facit,ut quilibet ſpecies alienatiõis
com-

cōprehendatut ultra expreſſas, vt docet Bar.
in l. alio. num. 11. ff. de alim. & cib. leg. & facit
tex. in l. quæſitum. §. ſi quis fundū. ff. de fund.
inſtruct. leg. ità ut etiam ſub illo generali uer
bo comprehendatur etiam alienatio neceſſa
ria tàm in ultima voluntate, quā inter viuos,
Soc. cōſ. 25 t. in 1. dubio. uol 2. Dec. cōſ. 160. &
eò magis hoc ꝓcedit, ſi uerba eſſent prægnā-
tia, putà, uel Alio quouis modo, Soc. vbi ſu-
prà in 2. dubio. Ceph. conſ. 153. nu. 32. & ſeq.
uol. 2. Marzar. cōſ. 10. in prin. de quo ultimo
infrà etiam dicemus in 5. caſu.
12 Quartus caſus eſt, quādo diſpouēs † uēditio
ni, vel actui, inter uiuos prohibito, adiecit nō
per modum enūciationis, vt in d. §. fundum.
ſed per uiā cauſę, & rationis finalis, quia vult
bona prohibita vendi, & ſeu ut ſuprà conſer
uari in familia, & huiuſmodi. nam tūc d. pro-
hibitio cēſetur complecti actum, etiā aliena-
tionis in ultima voluntate, ut declarat Bar.
in d. §. fundū. & ratio eſt in promptu, quia ra-
tio extendit dictū, & diſpoſitionem, l. cùm pa
ter. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. & ità ſegnāter de-
clarat Ruin. d. cōſ. 116. nu. 17. ad fi. uol. 2. verſ.
fateor tamē, quòd Otolandus dicitur prohi
bitus alienare in ultima uoluntate. & Bart.
etiam ad hoc refert, & ſequitur Rimiual. Iu.
conſ. 456. nu. 64. & ſeq. uol. 4.
Quintus caſus eſt, quando alienatio eſt condi-
13 tionalis facta ſub cōditione, † quæ vel defecta
eſt, uel pendet, tunc enim etiam ſi traditio fa
cta ſit, tamen omnia ſtant in ſuſpenſo, ut ni-
hil actum cenſeatut: uerbi gratia, ſi alienans
in alienatione dixerit, Si placuerit fideicom-
miſſario. donec enim fideicōmiſſarius decla-
rauerit, ſe nolle alienationem valere, non dici
tur facta alienatio, l. neceſſariò. §. quòd ſi pē
dente. ff. de peric. & commo. rei vend. cum cō
cordan. de quibus per Afflict. in c. imperialē.
q. 38. num. 54. & plur. ſeq. de prohibi. feu. alie
14 nat. per Fede. loquens in alienatione feudi, †
facta ſub illa cōditione, Si domino placuerit.
& præter eum latè probat Iaſ. in l. fi. col. pen.
q. 24. nu. 144. & ſeq. C. de iure emphyt. loquēs
15 in alienatione emphyteoſis † facta ſub illa cō
ditione, ꝙ per eum non dicatur incurri cadu
citas, & ità ab emphyteoſi ad fideicommiſſū
arguit Mantua cōſ. 244. nu. 9. concludens, ꝙ
16 ſicut emphyteota alienās † domino inſcio, &
* ſtatim redimens cadit à iure ſuo, ſecundùm*
cōmmunem opinionē, de qua etiā fidē facit
Soc. Iu. cōſ. 20. nu. 28. vol. 1. loquens etiam in
alienatione cum pacto redimendi, quod ta-
men cæteri non admittunt, Ronchegall. in l.
2. nu. 33. ff. de duobus reis. ità etiam hæres,
vel grauatus fideicōmiſſo propter alienatio
nem. & faciūt, quæ etiam ſup. dixi in 3. q. ptin
cip. in tertia differentia: & iſtud exemplum
videtur de plano procedere. Secūdum etiam
exēplū adduci poteſt, vbi in alienatione alie-
nans vſus eſt ablatiuo abſoluto, verbi gratia,
17 Saluo cōſenſu fideicommiſſarij, † vel accedē-
te eius conſenſu; adhuc enim res videtur in
tuto pro alienante, ut non dicatur à iure fi-
deicommiſſi cecidiſſe, ſi is noluerit cōſentire.
18 qa ea eſt natura ablatiui abſoluti, † vt impor
tet cōditionē, l. ſi ſeruus. §. q margaritā. ff. de
leg. 3. cū cōcordan. per Afflict. vbi ſup. nu. 55.
concludentem, idem eſſe dicere, Vendo feu-
dum accedente conſenſu regio, vel dicere, Si
dominus conſenſerit; vel accedente conſen-
ſu domini. Sed in hoc exemplo contrarium
tenuit Iſern. in d. c. Imperialē. & Bal. in c. 1.
§. fi. quæ fuit prim. cauſa benefi. amitten. Bal.
in l. 1. col. pen. q. 16. C. de his, qui pęnæ nomi.
quos refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. fin. nu. 142.
* vbi etiam teſtatur de* communi. & Dec. cōſ.
160. col. 3. verſi. præterea dato. loquens in ma
teria emphyteotica, & feudali, ſi ſecuta ſit tra
ditio, quia illa proteſtatio eſt cōtraria facto,
quia in ipſo facto requiritur licentia domi-
ni, qui propterea videtur contemni: & etiam
quia, quòd emphyteota, vel vaſallus cadat à
iure ſuo, pendet à iuris diſpoſitione, & non à
uerbo alienantis; & ſequitur Afflict. ubi ſup.
nu. 56. faciens differentiam inter primum ca
ſum ſupradictum, & hunc præſentem. Sed cer
tè Afflict. pugnantia loquitur. Nam ſi verum
eſt, quòd ablatiuus abſolutus importet con-
ditionem, & conditio ſuſpēdat omnia; ſequi-
tut non poſſe dari differentiam inter hos ca-
ſus. & hoc puto verius; & probat Iacobi. de
Sancto Georgio in tract. feud. in verbo, Et cū
pacto de non alienando. num. 6. Sed quia opi
* nio contraria eſt* communis, ab ea non rece
do, vt etiam facit Ripa ſequens ſupradictam
diſtinctionem in c. cùm M. Ferrarienſis. nu.
80. de conſtitu. vbi etiam concordan. citat, re
ꝓbata tamē ſupradicta vltima ratione; quia
immò caducitas pendet à domini volunta-
* te, non autem à iuris diſpoſitione: & de* cō-
muni teſtatur etiam Rube. in l. non ſolùm. §.
morte. nu. 316. ff. de ope. no. nunciat. eò quia
cōſenſus domini requiritur in ipſo facto, uel
ante factum, ideò primo caſu alienatio non
tenet facta cum d. clauſula, Saluo, & reſerua-
to conſenſu domini, & eſt actus contrarius
proteſtationi; & ibi addit, quòd talis prote-
ſtatio eſt ad inſtar illius, qui dicit, Tu mētiris
ſalua reuerentia tua, quem propterea Seniſ-
calchus fecit ſuſpendere cum clauſula, Saluo
iure ipſius. Eſt verum, quòd ipſe tenet, prote
ſtationem huiuſmodi præſeruare a caducita
te, ea ratione, quia illa verba poſſunt intelli-
gi duobus modis: altero ſcilicet, ſaluo iure
domini, ideſt, reſeruato domino directo do-

minio;altero antem,ideſt,accedente conſenſu domini; & hoc ſecundo modo nulla adeſt caducitas: ſicut quando quis appellat viua voce,Saluo iure appellandi in ſcriptis. Sed ut dixi,à communi non eſt recedendum, quam etiamprobat Ripa in tit. de donat. reſpõſo 1. nu.3.Si tamen adiecta ſit clauſula, Et non
19 aliter,nec alio modo,† tunc Bal. & alij ſuprà citati tenent, alienantem præſeruari à caducitate; quod dicit Iaſ. eſſe menti tenendum; & probat etiam Ripa, vbi ſuprà.dicitur enim & hoc caſu alienatio facta ſub conditione,vt ibi per eum,& teſtatur de * communi: & probat Cotta in ſuis memorialibus in verbo, Emphyteota alienans cum pacto legis commiſſoriæ &c. Cepha.conſi.118.& pariter hęc clauſula, Quòd alias contractus ſit nullus, Alcia. conſi.579.& de* communi teſtatur Rolan.conſi. 51. vol. 2. & latiùs Clarus in §.emphyteoſis.quæſt.13.verſi.item quæro.& vltra eos, Iaſ.conſi.86.in fi. vol.3.idem probat Arnon. Dialogo 8. & pro hac parte etiam reſpõdit Ceph. conſi. 118.num.9. & plur. ſeq. vol. 1.idem tenet Senat. Pedemõtanus deciſ.165. num.13.& ſeq.& pulchrè de effectu dictę clauſulæ,Iaſ. conſi.86.nu.16. uolumine 3. Rolan. coſil.63. vol.4. & eſt * communis pro iſto effectu,vt ipſe reſpondit conſi. 51. volu. 2.& de* communi Burſat. conſil. 26. col. 2. Menoch. conſi.38.& de * communi Clarus in §.feudũ. quæſt.31. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. nu. 118. de conſtitu. & de * communi Roland. d.conſi. 63. nu.27. & ſeq. vol.4. & abundè de * communi Achilles Perſona.in tractat. adipiſcendæ,nu. 383. & ſequenti.& de * communi Plot. conſi. 19.& de* communi latè Burſat.conſi.181.num.12. & plurib. ſeq. volu. 2. Burſat. conſi.297.num.4. Rimin.Iun. conſi. 319. col. penult. & fi. uol. 4. Burſat conſil. 26.num.1.

Sed contrarium,quòd immò dicta clauſula,Et non aliter &c. nõ ſaluet à caducitate,ſi ſecuta ſit traditio bonorũ, Iaſ. in d. §.morte. nu. 27.quem tamen damnat Ripa, vbi ſup. in d. c. cùm M. Ferrarienſis .ſed immò Dec.conſi. 160. nu.4. teſtatur de * communi contra dictã clauſulã. & hæc opinio tẽta fuit in conſi. Neapolit.Grammat. deciſ.49. in fin. vbi etiã teſtatur de * communi . & faciunt rationes Bald.conſi.95.in 3.parte. Bero. in c. potuit. num.125.& ſeq.de locato. Aleiat.conſil.753. Cephal.conſi.133.& ꝙ quãdo realis traditio ſecuta eſt,ꝙ dict.clauſula non præſeruet à caducitate, reſpõdit in vna Placentina Ceph. cõſi.223. vol.2. in qua tamẽ fuit pronunciatum contrarium per binas cõformes, Alcia. conſi.753.Menoch.conſil.38. nume.36.Pari. conſi.86.num.14.volum,4.Ripa.reſpon.2.de iure emphyt.lib.2.Riminal. Iun. conſil. 285. num.48. volu.3. Burſat. de * communi 181. nu. 12. Priorem tamen ſententiam puto veriorem,& receptiorem, & vſu forenſi obſeruatam ſæpè vidi, ideò non eſt ab ea recedendum, l. ſi de interpretatione. ff. de legibus.
20 Poſſet tamen conciliari † hæc cõtrouerſia, vt prima opinio tenenda ſit, niſi res alienata ſit difficilis recuperationis,putà,aliquod fortalitium, vt concludit Ripa in d. c. cùm M. numero 80.& probat Rube.vbi ſuprà: Grat. conſi.147. nume.15. volum. 2. Felyn. in d. c. quæ in Eccleſiarum .colum. 7. de conſtitut. Menoch.conſil. 38. numero 21.Grat.conſil. 158.nu. 15. vol.1.
21 Idem quoque eſſet dicẽdum, † vbi alienatio facta fuiſſet in potẽtiorem domino directo, Rube. in d.§.morte.

Tertiò, idem eſſet dicendum , quando qui alie-
22 nauit iurauit † non alienare, Neuizan. conſi.10.num.7.Curt.Inn. in tracta. feudo. quæſtio.23.

Tertium ſit exemplum in clauſula,Si,& in quã-
23 tum de iure poſſunt,† adiecta alienationi,ꝙ præſeruet à caducitate,Iaſ.in d.l.fi. nu. 143. Cotta in ſuis memorialibus, in verbo Emphyteota alienãs.Curt.Sen. conſ.8.vbi æquiparat dictam clauſulam,& clauſulã,Si domino placuerit. Afflict.in d.c. imperialem. in loco ſupracitato. Sicut dicimus de admiſſione appellationis per iudicem facta, cũ clauſula, Si, & in quãtum de iure poteſt: ꝙ faciat admiſſionem conditionalem, vt appellatio dicatur admiſſa,ſi de iure veniret admittenda,aliàs non,vt concludit Senat. Pedemont. deciſ.5.nu.9.& ſeq.& deciſ.131. in princ.

Sed iſtud exemplum periculoſum videtur;quia
24 illa verba, † Si, & in quantum de iure,non reddunt actum conditionalem, cùm ius ſit certum: & ità illa verba generaliter conſiderat Iafred. deciſ.231.& ante eum Lap. allegat.119. Afflict. deciſ. 189. & in materia admiſſionis appellationis cũ dicta clauſula,Roland.conſi.77.num.18.& plur. ſeq. volum.2. Contard.in l.1. charta 185.C.ſi de moment. poſſeſſ. &c. & in additione hæreditatis cum dict.clauſula,Bald.in l.potuit.num.16.& ſequen.C.de iure deliber.& Aret. in l.gerit.nu. 7.ff.de acquir.hæred.& ità in admiſſione. Eſt
25 verũ, ꝙ in admiſſione appellationis † multi volũt,quòd iudex ſibi omninò ligauerit manum,vt non poſſit quicquam facere in dicta cauſa: Natta conſi.566.num.5.in fin.Marius Angniſſola,conſi.132.nume.6.& conſil.172. nu.5.& ſeq.& eſt tex.clarus in c.cũ appellationibus friuolis.de appell.in 6.licèt adhuc multi diſſentiant,Roland.vbi ſup. Quicquid tamen ſit,ego puto primam partem tenẽdam

in ma-

in materia, de qua quęritur, vbi agitur de a-
miſſione iuris, maximè, ſi adſit etiam clauſu
la, Et non aliter, Iaſ. vbi ſuprà, & Cotta vbi
ſuprà.

Quartum ſit exemplum, ſi in contractu aliena-
tionis dictũ ſit, Si dominus, vel cuius inter-
26 eſt, nõ reuocauerit: † vel ſi contractum ap-
probauerit. hæc enim verba præſeruant à ca
ducitate, & faciunt actum conditionalem,
vt cõcludit Cotta, vbi ſuprà. Illud autẽ non
prætermitto, in quãtum fuit dictum ſuprà,
vbi ſecuta eſt traditio, ꝙ intelligitur de tra-
ditione actuali, vt non ſufficiat ea traditio,
quæ cauſatur per conſtitutum, vel precariũ,
ità cõcludunt Doct. ſupracitati, videlicet Ri
pa in d. c. cùm M. Ferrarienſis. & ſecundum
hanc opinionem tanquam ęquiorem, & be-
nigniorem fuit iudicatũ in Parlamento Del
phinat. Guido Pap. deciſ. 46. quem, & Spec.
ad hoc refert, & ſequitur Alcia. conſi. 236. di
co. nu. 7. reprobata opin. Iaſ. in d. l. fi.

Contrarium tamen videtur verius, quia clauſu
27 la prædicta cõſtituti operatur † translatio-
nem veram ciuilis, & naturalis poſſeſſionis,
quæ erat penes conſtituentem, licèt mo-
dus iſte translationis ſit fictus: ità conclu-
dit Iaſ. in dict. l. final. colum. 1. in fin. & poſt
plur. concord. per eum citatos, Bero. in d. c.
potuit. num. 164. de locat. et plures etiam ci
tat Rube. in d. §. morte. nu. 321. licèt ipſe hãc
traditionem fictam appellet, & malè. Guido
Pap. conſil. 192. in fin. & concordant. per Se-
nat. Pedemontan. deciſ. 133. & per Tiraquel.
de Conſtitut. in princip. Vnde ſtatutum fa-
28 ciens mẽtionem de poſſeſſione, † habet etiã
locum in poſſeſſione per conſtitutum trãsla
ta, Iaſ. in §. actionum. num. 149. inſtitutio. de
actio. & in propoſito Afflict. in c. 1. num. 6. &
ſeq. tit. quid iuris ſit, ſi poſt alienationem. &
hãc partem probat latè Ferre. conſi. 122. nu.
7. & ſeq. Non etiam eſt prętereundum, quòd
29 in caſibus, † in quibus alienans præſerua-
tur à caducitate propter clauſulas ſupradi-
ctas, debet tamẽ conſenſus domini quampri-
mum requiri, Burſatus conſi. 45. nu. 15.

Sextus caſus eſt, quãdo teſtator prohibuit alie
nationem per verba geminata, putà, Nullo
modo res alienetur, vel huiuſmodi: nam
30 tunc dicitur interdicta alienatio, † etiam in
caſibus aliàs à iure permiſſis, Iaſ. conſi. 168.
col. fin. uolu. 2. per text. in Authen. ſanctiſſi-
mas. Authen. de alien. & emphy. quod etiam
repetit conſi. 167. col. pen. poſt medium, eo-
dem. & faciunt, quæ ſuprà dixi in 3. caſu.

Septimus eſt caſus, quando teſtator, vel diſpo-
nens prohibuit alienationem hæredi, vel alij
in vita ſua, vel ante mortẽ ſuam: etenim tunc
dubitari poſſet, an diſpoſitio in vltima volũ-
tate dicatur prohibita, cùm ea quoque fieri
dicatur ante mortem, ex quo fit per viuentẽ.
31 Sed verius eſt, vt ea nõ dicatur ꝓhibita, † ex
quo dicitur alienatio poſt mortem, quia di-
ſpoſitio huiuſmodi non ſortitur effectũ ſuũ,
niſi poſt mortẽ, gl. in l. illa. inſtitutio. ff. de hæ
red. inſtit. & eſt tex. in c. cùm Marthæ. de cele-
brat. miſſ. & ità reſpondit Socin. Iun. conſil.
112. num. 7. in princ. volu. 1. & ità obtinui in
cauſa propria contra fiſcum de Anno 1583.
de menſe Nouembris.

Septimus caſus eſt, quando teſtator prohibuit
32 bona alienari extra familiam: † nam tũc hu-
iuſmodi prohibitio nõ extẽditur vltra quar-
tum gradũ, vt eſt tex. in §. nos igitur. authen.
de reſtitut. fideicommiſſ. & ibi Iacob. de
Beluis. & Ange. num. 30. ad differentiam ſuc-
33 ceſſionis per ſubſtitutionem expreſſam, quæ
finitur in 10. gradu, vt reſpondit Dec. conſil.
321. num. 4. in fin. & ſeq. Socin. Iun. conſi. 140.
num. 14. volu. 3. nam in ſucceſſione fideicom
34 miſſi proceditur vſq; ad decimum † gradũ,
ad inſtar ſucceſſionis ab inteſtato, & non vl-
trà: Biret. conſil. 39. colum. 4. in fin. niſi aliud
conſtet de voluntate teſtatoris, putà, ſi ſit di
ctum de deſcendentibus, vt ibi col. 5. & 8.

Declaratur aũt hæc cõcluſio, vt procedat, etiã
35 ſi dictum ſit, † vt in perpetuũ bona remaneãt
in familia; ſic enim expreſsè loquitur text. in
dict. authen. de reſtitut. fideicommiſſ. & ibi-
dem Ange. not. nume. 3. in fin. ꝙ prohibitio
alienationis extra familiam facta in perpe-
tuum nunquam extenditur vltra quartum
gradum &c. & refert, & ſequitur Alexand.
conſil. 56. numero primo, volum. primo, qui
malè in contrarium per aliquos citatur; &
pro eodem benè citat Iaſ. qui etiam concor-
dan. citat in l. uoluntas. nu. 9. in 2. limita. C.
de fideicom. vbi etiam citat Alex. conſil. 59.
vol. 3. Soci. Iu. conſ. 140. nu. 2. volu. 3. quibus
addo Socin. conſi. 227. col. 5. in princ. uerſi. &
pro iſta opinione &c. & conſi. 251. col. 3. in fi.
vol. 2. Alcia. conſi. 479. num. 26. & compro-
bat etiam Cepha. conſi. 268. num. 30. & ſeq.
vol. 2. loquens etiam in verbo, In infinitum.

Contrarium tamen tenuerunt multi, & in ſpe-
cie Socin. conſi. 43. uol. 3. quem etiam refert
& ſequitur Bero. conſi. 88. num. 1. uol. 2. ubi
etiam citat Alex. d. conſi. 56. ſed malè, ut ſu-
prà dixi; Crot. latiùs conſi. 48. num. 30. & ſeq.
pro quo facit, quia uidemus, ꝙ emphyteoſis
conceſſa in tertiam generationem non dici-
tur in perpetuum, Dec. c. in præſentia. nu. 45.
de probat. & concordan. per Ceph. cõſi. 724.
num. 11. & ſeq. vol. 5. & ſentit Paris. conſi. 39.
num. 2. uol. 3. & quãdo teſtator dixit velle bo-
na ſua ad deſcendentes ſuos peruenire perpe
tuò, quod tunc extendatur in infinitum,

Curt.

Curt.Iun.conſi.88.num.2. per Bar.poſt Bel-
uis. in d. Authen. etenim uerbum Perpetuò
36 importat † infinitaté, uel ſaltem centum an
nos, Ceph. conſi.40.num.12. & ſeq. loquens
in clauſula, De perpetuò attendendo &c.

Secũdò, declaratur ſupradicta cõcluſio, vt pro-
cedat, etiam ſi teſtator dixerit de deſcenden.
37 hęc enim dictio † æquipollet verbo Familię,
& huiuſmodi, vt in terminis reſpondit Soci.
Iun.conſ.140.num.28. in fi.volum.3. quam-
38 uis deſcendẽtium appellatione † veniāt om-
nes deſcendentes in infinitum à teſtatore, vt
latè per Menoch.conſi.277.num.3.volu.3. &
itâ illum ad hoc ſignanter ponderat, & ſtrin
git Crot.in repet.§.diui.col.fin.nu.17.& pro
hac ſententia ſtat etiam apertè Cepha.d.cõ-
ſil.268.num.25.& ſeq.vol.2.vbi concludit, ꝙ
39 verbum Deſcendẽtes † non extenditur vltrà
centum annos.& in terminis de deſcendenti
bus in legato facto alicui, & eius deſcendenti
bus, Pariſ.conſi.39.num.1.& ſeq.vol.3.

Eſt verum, ꝙ Alex.conſi.96.nu.2.verſic. & eſt de
mente Iacob.de Beluis.vol.1. ſentit expreſsè
contrarium poſt Iaco.de Belui. facientẽ dif-
40 ferẽtiam inter verbum Familiæ, † & verbum
Deſcendentes, & Bar.in d.Authen. Ruin. cõ
ſi.123.nu.17.vol. 2. Ad quod malè aduertit
Socin.Iun.vbi ſupra.& ita etiã, vbi de deſcen-
dentibus dictum fuit, iuncto verbo, Perpe-
tuò, reſpondit Dec.conſi.481.nu.9. vbi ſic in
telligit Alex.vbi ſuprà, & Crot.conſil.48. nu.
33. ſed certè hæc differentia reprobatur per
Rip.& Alcia.in d.§.diui. & Apoſtilla.ad Alex.
vbi ſuprà, quos refert, & ſequitur Cepha.vbi
ſuprà.& hoc puto, niſi verba ſint geminata,
& Crot.in d.§.diui.vbi ſuprà refert Docto. te
nere, ꝙ prohibitio facta extra familiã, quia
vult teſtator ea apud deſcẽdentes perpetuò
41 remanere, † ꝙ tunc extendatur vltra quar-
tum gradum, & ſic vltra verbum Deſcenden
tes requiritur verbum Perpetuò; nam tunc
verba ſunt apta ad infinitatem, quæ regula-
riter aliàs eſt prohibita, vt per eum in locis
ſuprà citatis.

Tertiò declaratur ſupradicta cõcluſio, vt quar-
ta generatio ſupradicta, de qua loqtur text.
42 in d.authen.de reſtitu.fideicom.incipiat, †&
incipere debeat poſt prohibitũ à primo gra-
du poſt eum, vt declarat Angel. in d. authen.
num. 3. in fin. & ſeq. & abũdè Socin. Iun.d.
conſi.140.num. 10.Menoch.conſi.220.nu.2.
vol.3.& facit Caſtren.cõſ.316. ſupraſcriptus
dominus conſultor.poſt principium, in ſecũ
43 da parte, verſi.ſed in contrarium.† quatenus
concludit, emphyteoſin cõceſſam alicui vſ-
que in tertiam generationem, quod intelli-
gatur de tertia generatione nõ cõputata ꝑ-
ſona recipientis, & ſic in filios, & nepotes tan
tùm.Sed de hoc vltimo vide latè per Gabriel.
conſi. 88.

Nonus caſus eſt, quando diſpoſitio ſimplici-
ter dicit, & loquitur de alienatione, quia ſci-
licet alienatio fuit prohibita.& iſto caſu, vt
plenior habeatur declaratio, conſtituendæ
ſunt duæ concluſiones. altera eſt negatiua, 2
quæ cõpræhẽditur caſus, & exempla, in quibus
illicita eſt alienatio.altera eſt affirmatiua, in
qua videndum erit, in quibus caſibus licita
ſit alienatio, non obſtante huiuſmodi prohi
bitione; quas latè tãgit, ſed confuſè Rodoa.
de rebus Eccleſ.non alienan.in princ.

Circa primam explicanda ſunt exempla, & ca-
ſus, in quibus dicatur cõtrafieri prohibitio-
ni de non alienando, & ſic quæ ſint fieri pro-
hibita grauato, vt non alienet. Sed in primis
præmitto hanc regulam, ꝙ prohibitus alie-
44 nare, † dicitur etiam prohibitus facere quẽ-
cunque actum, per quem ſequi poſſit aliena-
* tio etiam legalis, vt eſt glo.& ibi * cõmuniter
Doctores in l. ſi ità quis.§.ea lege.ff.de verbo.
obligat.in l.pen.§.matre.ff.de legat.2. Bal. &
alij in l.hac edictali.C.de ſecundis nupt.& de
* * communi Cepha.d.cõſi.153.nu.109.vol.2.
Natta conſi.110.num.11.& conſi.543.num.
14.Et iſtud eſt, quod voluit Cepha. cõſi.377.
45 num.26.volu.3.quatenus dixit, † ꝙ id, quod
non poteſt fieri immediatè, nõ etiam poteſt
fieri mediatè. & de hoc puncto dixi etiam in
quadam mea conſultatione facta in vna Me
diolanenſi, in cauſa confiſcationis bonorum
Comitis Ioannis Baptiſtæ Borrhomæi. & ex
hoc patet per hanc regulam negatiuam pro
hibitionis de non alienando, nos eſſe extra
aliam regulam, quòd omnia cenſentur per-
miſſa, quæ nõ reperiũtur prohibita, de qua
dicemus in ſecunda concluſione.

46 Declarat tamẽ hæc regula, vt procedat, † ne-
dùm ſi prohibitio ſit facta reſpectu certarũ
perſonarum, d.l.penul.§.matre. Natta conſil.
470. num.1.& conſi.528.num.24.& per totũ.
vol.3.ſed etiam ſi reſpectu certi generis perſo
narum, Doc.in d.§.ea lege.

Secundò declaratur hæc cõcluſio, vt procedat
ſolùm in vera, & propria alienatione, Cepha.
conſi.375.num.5.volu.3.quæ quidem dici-
tur dominij translatio, l.alienatum.ff. de ver
bo.ſignifi.& concordan.per Lamberteng. ſu
per ſtatuto de Contracti.mulie.col.38.

Contrarium tamen, ꝙ immò ſupradicta cõclu
ſio procedat etiã in alienatione impropria,
tenent multi, quos refert, & ſequitur Cepha.
d.conſi.135.nu.36.

Poſſunt tamen cõcordari ſupradictæ opinio-
nes, vt ſecunda opinio procedat; quando in
impropria alienatione militat eadem ratio,
quæ in propria, Cepha.d.conſi.375.nu.36.

Tertiò

Tertiò declaratur ſupradicta concluſio, vt
48 procedat, † coucurrente malo animo alie-
nantis, Cepha.d.conſi.375.nu.38.vol.3.

Quartò declaratur, vt procedat ità demùm, ſi
49 alienatio ſit valida, † ſecùs ſi nulla ſit, vt re-
ſpondit Cepha. d.conſi.375.nu.39. ſic & ſta-
50 tutum, vel lex loquẽs de alienatione † intel-
ligitur de valida, quia actus nullus non dici-
tur actus allegabilis, l.4.§. condemnatum.ff.
de re iudicat.& in terminis Ruin.conſil.123.
nu.14.vol.2. loquens in ſtatuto, ꝙ aduerſus
51 dationem in ſolutum † nemo audiatur poſt
annum; nam intelligitur de valida, Iaſ.conſi.
54.col.1.in fiu. vol.3. loquens in decreto pro-
hibente alienationem fortalitij ſine conſen-
ſu Principis, ꝙ ſit nulla, & concludit, ꝙ non
capit alienationem nullam, nec eam, quæ nõ
ſit ſortita effectum per omiſſionem transla-
tionis poſſeſſionis. Et pro hoc facit, quia te-
ſtator prohibens aliqd fieri intelligitur ſen-
52 tire de contrauentione de iure, † non autem
de contrauentione facti, quia de facto con-
traueniens non dicitur facere contra volun-
tatem ſuam; ità Bar. in l. Mutiuæ, nu.6. in fi.
& ſeq. ff. de condit.& demonſt.& probat text.
in l. licèt.& ibi Bar.ff. vt legato.no.cauea. niſi
etiã teſtator dixerit, De facto nõ fiat; & hoc
vltimum probat Cepha.conſil.661.num.32.
vol.5. Et latiſſime per Burſat.conſil.82.& in-
frà etiam dicam in ſeq.concluſio.in 22. caſu.
53 ſic & emphyteota nulliter alienans † rem
emphyteoticam, non cadit a iure ſuo, Bal.in
l.2.col.1.nu.3. C.de epiſc.audient. Guid.Pap.
deci.590. Alex.conſi.92.nu.27.volu.5.& pro-
bat Alciat.conſ.258.nu.5.& ſeq. vbi an dica-
tur nulla, quia contra teſtatoris prohibitio-
nem facta ſit; & concordan. per Commenta-
to. ſuper conſuetu. Pariſien.§.22.nu.32.in 4.
q.& ꝙ vbi alienatio eſt nulla in materia em-
phyteoſis, ꝙ emphyteota non cadat a iure
* ſuo, Cabriel.conſi.88.nu.10.& eſt * commu-
nis opi. Lamberten. ſuper ſtatuto de contra-
ctibus mulie.pag.468.nu.157.

Sed hæc concluſio non eſt vera reſpectu pręiu-
54 dicij † alienantis, Ruin.d.conſ.123.num.15.
volu.2.& omninò etiam per Cepha.cõſ.133.
num.66.& probat Craue.conſi.191.num.7.
vbi alia multa exempla adducit ad hoc, & cõ
cordan. per Tiraquel. de retract. tit.1.§.1.glo.
9.nume.42. vt hęc concluſio locum habeat,
quando animus conſideratur, vel quando i-
dem effectus reſultat ex actu nullo, qui ex a-
ctu valido, vt ibi per eum. addit Ruin. vbi ſu-
prà, ꝙ ad pœnæ commiſſionem ſufficit fie-
ri de facto, licèt non de iure, quod infertur
alteri.

Poſſent autem iſtæ opiniones conciliari, vt pri
mò procedat, niſi ad veram, & realem tradi-
tionem ſit deuentum, vt in materia emphy-
teotica, Lãberten. vbi ſuprà pag.469.nu.159.

Quintò declaratur ſupradicta cõcluſio, vt eò
55 magis procedat, ſi prohibitus iurauit † non
alienare, per ea, quæ latè ponit Natta conſil.
426.conſi.474.col.1.& conſi.520.

Sextò declaratur ſupradicta concluſio, vt pro-
cedat, niſi grauatus diſponat de re prohibi-
ta in alium transferri, contra voluntatem
56 eius, cui illa res eſt reſtituẽda, † & niſi is quo
que ſit hæres illius grauati, quia ſcilicet etiã
ſi bona prohibita alienari non erant libera
ipſius teſtatoris, ſed deuolui debebant ad e-
ius hæredem ex alio iure, tamen alienatio p-
miſſa eſt, vt latè defendit Natta conſi.110.lo
quens in bonis emphyteoticis, & ſimilibus,
vt ibi per eum nu.6.& ſeq. & ante eum idem
reſpondit Ruin.conſi.113.num.6.vol.2. con
cludens, ꝙ ſi fideicommiſſarius ſuccedit gra
uato confunduntur iura, & actiones ſibi cõ-
petentes cum hæreditate grauati, etſi dica-
tur ille bona habere ab ipſo grauato, cui ſuc
cedit. Qua de re fundus, qui ex forma anti-
57 quæ inueſtituræ poterat alienari † per de-
ſcendentes, & vocatos in ea, potuit ſubijci fi-
deicommiſſo per aliquem ex deſcẽdẽtibus,
& eius hæres tenetur eius facto ſtare, Curt.
Iun.conſi.175.& 138.

Sed hęc declaratio procedit ità demum, ſi ex-
preſsè grauatus de re prohibita alienari di-
ſponat, ſecus ſi generaliter. & inſuper ſi etiã
ſcienter id faciat, per ea, quę dicam infrà in
quarto caſu.

Periculoſa etiam eſſet hęc declaratio, & maxi-
mè dictum Ruin.d.conſi.113. quoniam præ-
ter id, ꝙ teſtator non videtur diſpoſuiſſe de
bonis alienis, & ſic debitis ipſi hęredi, vt in-
frà dicam in ſecunda concluſione in primo
caſu, in ſecundo exemplo, in tertia ratione,
non etiam potuit teſtator prohibitus gra-
uare heredem ſuum in bonis ei debitis, etiã
ꝙ ipſe ſucceſſerit non confecto inuentario;
& hoc, quò ad effectum retentionis, & ne dã-
num patiatur; vt concludit Bald. & Dec. in
l. debitori. C. de pact.

Conciliari tamen poſſunt iſtę opiniones, vt pri
ma procedat, ſi hęreditas ſit lucroſa, & dedu
ctis bonis debitis ipſi hęredi, alia ſuperſint;
58 tunc enim quatenus vires hęreditatis † ſup-
petunt intrat diſpoſitio regulę, l. cùm à ma-
tre. C. de rei vendicat. quòd hęres tenetur ſer
uare diſpoſita per teſtatorem, vt latè decla-
rat Arius in l.1.in 3.part. C. de bon. mater. &
ità etiam declarat Ruin. d. conſ.113.num.6.
vol.2. de quo tamen latiùs dicam infra in 14.
q. principali. verſic. & hoc vltimũ procedit,
quando creditor per hoc non patitur dam-
num &c.

natio, & latiùs Rolan. conſi. 15. num. 42. &
plur. ſeq. vol. 4. loquens in tranſactione ſuper
rebus eccleſiæ, & feudalib. vt in tranſactio-
ne ſuper re eccleſiæ reſpondit Decia. conſi. 28.
num. 8. volum. 3. & probat Bal. in l. quoties.
in 1. quæſt. C. de fideicommiſs. concludens, q.
qui non poteſt alienare, poteſt tamen bona
fide träſigere, ſi ſit mota lis, aliàs ſecus, Boe.
vbi ſuprà, num. 3. & idem probat Cepha. d.
conſi. 375. num. 36. & ſeq. concludens, quod
73 licet res ſit prohibita alienari, † tamen tran-
ſactio non malitioſa, ſed bona fide facta ſu-
per ea valet, quando id, quòd dimittitur ad-
uerſario non eſt liquidum, & quando non di
catur facta bona fide; tangit etiam Bero. d.
conſi. 211. num. 55. & ſeq. vol. 2.

Ex his itaq; patet, quòd ita demùm compro-
miſſum, ſeu tranſactio ſuper bonis alienari
prohibitis valet pluribus cõcurrentibus. Et
74 primò, quòd ſit † facta ſuper re dubia, quia
aliàs non valeret, l. 1. ff. de träſact. & ſup. dixi.

Secundò requiritur, quòd fiat ſuper re iam in
75 iudicium deducta, † & ſic ſuper lite incerta
& nondum finita, d. l. 1. ff. de tranſactio. im-
mò etiam ſat eſt, ſi dubitabitur litem moue-
ri, & ſic ſufficit, quòd ſubſit timor litis futu-
re, Dec. conſi. 475. nu. 8. & conſi. 480. nu. 12.
dicẽs, quòd ideò notarij ſolent apponere in
inſtrumento Litem motam, uel quæ moueri
dubitatur, & concordan. per Burſat. conſi. 2.
numero 24.

Eſt tamen aduertendum, quòd ſi tranſactio fa-
76 cta ſit ſub prætextu motæ litis, † quæ tamen
non aderat, tranſactio non valet; Dec. con-
ſil. 480. num. 14. & iſtud requiſitum probat
etiam Rolan. conſi. 28. nu. 2. vol. 4. per tex. in
l. 1. C. eo. fauore enim publico tranſactio eſt
inuenta, vt ſit litium finis, vt ibi per eum
numero 28.

Tertiò requiritur, quòd bona fide ſit facta re-
77 ſpectu † præiudicij alterius, vt ſuprà dixi: & ibi
etiam tetigi, quòd in dubio præſumitur bo-
na fide facta, per Bero. d. conſi. 176. num. 28.
volum. 1.

Quartò requiritur, quòd aliquid detur, vel re-
78 mittatur, † aliàs non valet tranſactio, l. tran-
ſact. vltima. C. de tranſact. Roland. conſi. 28.
nu. 3. vol. 4. etiam ſi plus daretur, quàm pe-
tatur, ibidem num. 4.

Quintò requiritur, quòd totaliter lis non ſit
79 finita, † aliàs non valeret tranſactio, glo. in
l. 1. ff. de iureiur. & concordan. per Rolan. d.
conſi. 28. num. 16.

Illud etiam non omitto, quòd tranſactio non
80 reſcinditur de facili † ſub prætextu enormis
læſionis, quia ratione dubij litis difficile eſt,
& forſan impoſſibile læſionem conſiderare,
latiſſimè Rolan. d. conſi. 28. num. 27. ad fin. &
per eũ in, vol. 4. neq; enim quis paruiſſe di-
cratur, qui a lite recedit, vt ibi per eum, nu-
mero 13. & Bero. d. conſi. 176. num. 25. in fi.
volum. 1.

Secundus eſt caſus, ſeu exemplum, quòd prohi-
81 bitus alienare nõ poteſt, † etiam ad longum
tẽpus locare, vt concludit Bal. in c. 1. in prin.
num. 7. de prohib. feudi alien. per feudat. di-
82 cens, † quòd conceſſio in emphyteoſim per-
petuam, vel ad longum tempus non procul
eſt ab alienatione, & plu. concordan. per Feli.
in c. quæ in eccleſiarum. num. 87. verſi. vbi
autem. de conſtitu. & Crau. conſi. 10. nu. 14.
concludens, quòd concedens titulo locatio-
nis perpetuæ dicitur in emphyteoſim con-
cedere, nulla habita ratione verbi, Locatio-
nis, etiam ſi merces in pecunia erat ſoluen-
da; Zach. in repetit. l. hæredes mei. §. cum ita.
nu. 408. ff. ad Trebell. & latius Plot. conſi. 19.
num. 51. & ante eos poſt Dyn. Bar. in l. pen. §.
83 inſtituto. circa princ. ff. de legat. 1. dicens, † q.
per locationem ad longum tempus conſti-
tuitur ius in re ad fauorem conductoris, &
conſequenter alienatio eſt, per l. primam. ff.
ſi ager vectiga. &c. Et procedit hæc concluſ-
ſio etiam ſi penſio æquiualens fructibus ſol-
84 uatur; † adhuc enim locatio in perpetuum,
vel ad logum tempus huiuſmodi propriè eſt
emphyteoſis; Natta conſi. 114. num. 4. & ibi
addit, quòd propterea talis conductor tene-
tur ad ſolutionem collectarum; quod & re-
85 petit conſi. 36. † dicens, quòd talis conductor
habet vtile dominium, & ius in re. Et latiſ-
ſimè hunc caſum firmat Arius in quacunq;
materia prohibitiua alienationis in repeti-
tio. lat. in 3. parte. num. 63. & ſeq. C. de bonis
* mater. et de * communi Rodoan. in tract.
de reb. eccleſ. nõ alien. in prin. §. Vocabulum
quoq; &c. col. 1. & pag. 338. §. ſed ſi locatio.
& etiam idem firmat Natta conſi. 114. num.
& ſeq. vbi poſt plur. concordan. per eum cita-
tos, & ante eum Imo. Aret. & Dec. cõcludit,
86 † quod inter emphyteoſim, & locationẽ ad
longum tempus nulla eſt differentia. & de
* * communi Caballinus Milleloquio 213. dã-
nata glo. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. 2.
* & de * communi Alex. in l. ſi domus. §. ſi pinus
me. 8. ff. de leg. 1. & Riminal. Iun. conſi. 259.
num. 60. vol. 3. loquens in locatione ad 10. an-
nos, vel ad vitam alicuius.

Et non videtur dubitandum, quin ad longum
87 tempus facta locatio † ſaltem poſſit ſuſtineri
pro tempore modico licito, vt latè in mate-
ria locationis rei eccleſiaſticæ firmat Dida.
varia. reſolut. lib. 2. cap. 16.

* Sed hæc opinio non tenetur * communiter,
vt per Rodoan. de reb. eccleſ. nõ alie. pag. 348.
numero 20.

Sed

Sed redeundo ad priorem concluſionem loca-
tionis ad longum tempus, putà, ad centum
annos, vel ad vitam cõcedentis, vel acceptã-
tis, vel in perpetuum, quòd ſit alienatio, in
omnibus iſtis caſibus latè probat Rodoan.
vbi ſup.pagi.338.col.2.& 346.col.2.& ſeq. Et
88 idem in locatione vltra nouẽ annos, † vt eſt
tex.in clem.1.de reb.eccleſ.nõ alie. & per Ro-
doan.vbi ſup.pag.345.col.1.num.4.
89 In contrariũ tamẽ, † ꝙ valeat locatio ad lon
gũ tempus etiã centum annorum, eſt gl.aper
ta in d.l.penul.§.inſtituto.ff.de legat.2.quam
refert, & ſequitur Feder. de Sen.conſi.189.&
comprobat in materia emphyteotica in lo-
catione ad longum tẽpus, vel ad vitam con-
ductoris, Caballinus Milleloquio 213.ad ef-
fectum vitandi caducitatem, & ſolutionem
laudemij. & hanc partem in materia pœnali
tenet Soc. de regu.iur.reg.11.in prima limit.
& probat Ruin.conſi.148.nu.4.vol.1.& ideò
rectè dicũt Doct. quòd inter locationem ad
lõgum tempus, & emphyteoſim multæ ſunt
differẽtiæ, vt reſpondit Alex.conſi.112.vol.1.
& Iaſ.in authen.qui rem.num.2.& ſeq.C.de
ſacroſan.eccleſ.

Sed tenẽdo primam opinionem, ea diuerſimo-
dè declaratur per Soci.in reg.11.verſi.aliena-
re prohibitus &c.

Ampliatur ergò primò, vt procedat, etiam ſi in
90 locatione dictum ſit, † quòd locatio valeat,
quandiu partibus, vel locatori placuerit.nõ
enim per hoc deſinit cenſeri facta ad lõgum
tempus; ità concludit Arius vbi ſup. nu.63.
verſic.dicitur præterea. & ideò ſi locator re-
ſeruauit ſibi facultatem redimẽdi, res eſt ex-
pedita, quòd non ſit alienatio, Ruin.vbi ſup.

Secũdò ampliatur, vt ſupradicta prima opinio
91 procedat, † etiam ſi in locatione ad lõgum
tempus dictum ſit, ꝙ nullum dicatur pro-
ptereà translatum dominium, vel ius in con
ductorem, vt pulchrè reſpõdit Iaſ. conſi.94.
col.fin. vol.1. ſed an hæc opinio vera ſit, dicã
infrà in prima limita.

Tertiò ampliatur, etiam ſi ad vitã cõductoris
92 locatio facta ſit; & qd ſi ſit valdè ſenex, † vide
per Riminal. Iu.vbi ſup.d. conſi. 251.nu.48.
& ſeq.& nu.60.vol.3.& ſuprà etiam tetigi.

93 Quartò ampliatur, etiã † ſi ſit facta ad bene-
placitum locatoris. Riminal. Iun. vbi ſup.

Limitatur modò ſupradicta ampliatio, vt poſ
ſit locũ obtinere glo. in d.§.inſtituto. Primò
quãdo locatio facta eſt ad longum tempus,
94 † etiam ad centum annos, cum clauſula ꝙ
nullum ius, ſeu directum, aut vtile dominiũ
dicatur tranſlatum in accipientem, l. cum
manu ſata.§.fin.ff.de contrah.empt.ibi, De
cuius dominio id agitur, ne ad emptorem
tranſeat &c. et ità tenuit ſignanter Bal.in l.
ſi domus.§.fin. num.1.verſi. ego dico &c. &
ibidem Imo.ff.de leg.1. & idem Imo. & Alex.
ad fin.& Bal.in d.§.iuſtituto.hęc enim tranſ-
latio eſt ſolius qualitatis, reſeruato omni do
minio, vt inquit Alex.idẽ quoq; tenet Ruin.
conſi.57.num.8.verſ. non obſtat &c. & num.
ſeq.vol.1.& conſ.148.num.8.vol.eo.Rodoan.
in d. tract. de reb.eccleſ.non alienan.pag.15.
num. 6. Riminal. Iun. d. conſ.251.nume.49.
vol.3. idẽ probat Arno.ſingula.72.& cõſi.43.

Contrarium tamen tenuit idem Bal.in c. 1. in
princip.nu.7. verſi. quæro modò quid vaſal-
lus poſſit concedere in emphyteoſim perpe-
tuam, vel ad longum tempus &c.de prohib.
95 feudi alien.per Fed.quia illud pactũ, † quòd
nullum trãſeat dominium, cenſetur factum
in fraudem ſcilicet domini, maximè reſpectu
ſolutionis laudemij, ſequendo opinionem
Dyn. & communem ſup.citatam contra di-
ctam glo. & d.rationem pręſumptæ fraudis,
& quia omnis perpetua vtilitas dominium
eſt, tenet idem Bal.in c.1.in princip.in fi.nu-
mero 23.tit.1.feudo.& in c.1.§. aut ſi libella-
rio. in fi.quib.mod.feud.amitta.& hanc opi-
nionem ſecutus eſt Alex. conſi. 165. nume.4.
verſi.ſed vera reſponſ.vol. 2.& hanc ſententiã
tenet etiam Iaſ.d.cõſ.94.col.2.ad fi.vol.1.Ri-
minal. Iun.d.conſi.251. vol.3. & hãc contra-
rietatem tetigit etiã Soc. Iun. d.11.reg. in 4.
limita. & eam non ſoluit. idẽ tenet Rodoan.
de reb. eccleſ. non alien.q.6.pag.345.num.6.
vbi ad id citat Bal.in Authen. hoc ius porre-
ctum. C.de ſacroſan. Eccleſ. & Fabia.de Mõ-
te in Rubr.de emptio.& venditio.q.7. idem
reſpondit Plot.conſi.19.num.63.

Pro concordia dici poteſt, quod prima opinio
Bal. Imo. & ſequacium poſſit procedere in
eo, qui habet poteſtatem alienandi liberam;
alia autem procedat in cæteris, qui recogno
ſcunt dominium ab alio; ita declarauit Iaſ.
d.conſi.94. col.fi. circa medium, verſi.vnde
dico &c. vol.1.

Sed hæc concordia non valet, quia vtrobique
Bal.& alij loquuntur in re, & perſona aliena-
re interdicta, & cui libera facultas alienandi
non erat.

Secundo limitatur prædicta communis opinio
ſuſtinendo glo.in d.§.inſtituto, vt prohibitus
96 alienare non cadat in pęnam, † & ſic non di-
catur prohibitus locare ad centum annos,
vel lõgum tẽpus, cum pacto tñ, ꝙ tot ſint lo-
cationes, quot anni, argum.l.ſcire debemus.
ff. de verb. obliga.ità tenet Bal. in d.c.1.§.aut
ſi libellario. in vltimis verb. quib.mod. feud.
amittat. & facit etiam 4. limit.

Sed cõtrarium tenet idem Bal. in d.c.1.in prin.
numero 23. tit. 1. permotus inter cętera ra-
tione præſumpta fraudis.& hanc partem ſe-
quitur

quitur etiam Soci.in d.11.reg.in 2. limit. ſed
inſolutam dimiſit. Iſtam tamen partem te-
net Feli.in c.quæ in eccleſiarum.nu.87.verſi.
ſimiliter ſi in locatione &c. de conſtitu.

Tertiò limitatur ſupradicta concluſio, vbi lo-
catio ad longum tempus, vel etiam centum,
vel mille annos facta eſt colono partiario nõ
ſub certa pretij, aut ſimili penſione; nam &
hoc quoq; caſu ſaluari poteſt opinio glo. in
d.§.inſtituto.itá tenet Bal.in d.c.1.§.aut ſi li-
bellario.in fi.quib.mod. feud.amittat. & idẽ
in effectu tenet, licet Bal. non citet, Ruin. d.
conſi.57. num.11. volum.1.dum facit diffe-
rentiam inter penſionem modicam, quæ fit
in recognitionem dominij, & penſionem fru
ctibus correſpondentem.

* Sed hæc quoq; limitato non tenetur * com-
muniter, quia eam damnat Alex. in d.l.ſi do
mus.§.fi.in fi.verſi.alio modo &c. ff.de leg. 1.
& hanc partem poſt Bal. & Saly. per eum ci-
tatũ tenet Soci. in d.11.reg.in 5.limita.dicẽs
in talem accipientem dominium transferri
tanquam in ſocium.

Quartò limitatur ſupradicta communis opi-
98 nio, vt non procedat, † ſed obtineat ſenten-
tia glo. in d.§.inſtituto.in locatione de modi
eo tempore in modicum tempus cum pacto
renouandi, & quòd tot intelligantur factæ
locationes, quot tempora modica, vt cõclu-
dit Bal. in l.volũtas.ſub nu.6. C.de fideicom.
ad quòd facit d.2. limitatio. & hanc partem
probat Rodoan. de rebus eccleſ.non alie.pa
gina 338. nu. 5. loquẽs in locatione de quin-
quennio in quinquennium cum clauſula, ꝙ
finito vno aliud incipiat.ſed Bal.quem citat,
tenet contrarium, & aliæ authoritates per
eum citatæ nihil de hoc dicunt.

Hæc quoq; Bal. interpretatio ab omnibus nõ
recipitur, & ea m poſt Alex. per eum citatũ,
damnat Iaſ. d. conſi.94.col.fi. ad med. vol.1.
loquens in locatione rei eccleſiæ de nouen-
nio in nouennium cum pacto renouãdi, opi
nionem Bal. comprobat latè Rimin. Iun. d.
conſi.251. vol. 3. & in propoſito eſt optima
deciſ. Card. in clem.1.§. fin.in vlt.q. de rebus
99 eccleſ. non alie. concludens † licere prælato
locare rem eccleſię de nouẽnio in nouenniũ,
ſed ad alios nonem annos inchoandos à die
finis primi nouennij, quem refert & ſequitur
Alex.d.conſi.165.num.1.in fi. vol. 1.

Quintò limitatur ſupradicta communis con-
cluſio in permutione alicuius fundi facta ali
cui ad centum, vel mille annos; ex hoc.n.
contractu ſolùm oritur perſonalis actio, ſe-
cundum Bar.in d.§.inſtituto. quem Bal. ibi-
dem ſequitur, & cæteri. nam commoditas
100 vtendi &c. † ſiue fructuũ, poteſt licitè con-
cedi ad longum tẽpus, per Doct.ſupra citat.
licet contrarium tenuerit Bartolinus in re-
petit.l.1.num.289. ff. ſolut.matrim.

Eſt autem conſiderandum in hac concluſione
ad id, quod Bal.in d.c.1.§.1.in fi.tit.1.feudo.
dicitur, quòd prohibitus alienare, ſi locat
101 ad centum annos, † non cadit in pœnam,
ſed tamen etiam contractus non valet.

Verumtamen hæc Bal. ſententia reſtringẽda eſt
ſolùm ad caſum, in quo nõ cadit pœna amiſ
ſionis bonorum, nec ſolet ad alios caſus ap-
plicari. & reuera Archi.per eum citatus, & ip
ſe loquuntur in re eccleſiæ per prælatum
alienata.

Sextò limitatur ſupradicta concluſio, vt non
102 procedat in vẽditione fructuum, † quia in
materia ſtricta non venit etiam appellatio-
ne locationis, Bero. conſi.53.nu.23.licet etiã
ſit ad inſtar locationis, vt ibi per eum.

Tertius caſus ſeu exemplum eſt, vt prohibitus
alienare non poſſit cõſtituere vſumfructum,
103 † vt concludit in ſpecie Cepha. conſi. 470.
nu.2.& ante eum Bar. in l.penul.§.inſtituto.
in 1.q.ff.de leg.2.vbi concludit, quòd ſi pro-
hibitus alienare cõſtituit ius vſusfructus in
re prohibita alienari, dicitur contrafeciſſe
præcepto teſtatoris, per l.fin.C.de reb.alien.
non alien.ſecus autem, ſi obligaſſet ſe perſo-
naliter ad dandum fructus rei huiuſmodi
prohibitæ alienari.

Et hoc videtur de plano procedere, ſiue agatur
de conſtitutione vſusfructus formalis, tan-
quam in re aliena, ſiue de vſufructu cauſali,
qui conſtituitur in re, cuius conſtituens eſt
dominus, & poſſeſſor, vt declarat Alberi.in l.
is, cuius.in princ.ff.de legat.2.& in l.cùm an-
tiqui.C. de vſufructu. & etiam videndum eſt
de hoc infrà in 2. concluſione in 1.caſu, in 2.
* exemplo, verſi.ſi tamen.& hæc eſt * commu-
nis opinio, vt etiam in materia alienationis
feudi teſtatur Curt. Iun.in tracta. feud.in 4.
parte quæſt. 15. num. 106. Paris. conſil. 98.
num.4.volum.2.loquens etiam in ſeruitute,
& num. 5. & ſeq.

Declaratur autẽ iſte caſus, vt licet prohibitus
104 alienare † non poſſit in rebus prohibitis
vſumfructum conſtituere, poſſit tamen ven-
dere fructus pro tempore vitæ ſuæ, vt firmat
Bar.in d.§.inſtituto. & nõ minus clarè Curt.
Iun.in d.q.15.num.106.in fi.

Quartus caſus eſt; nam prohibitus alienare
105 non poteſt pignus, † vel hypothecam in re
prohibita alienari conſtituere ad fauorem
alicuius, quia hæc alienationis ſpecies eſt, vt
concludit Bar.in d.l.penul. §. inſtituto.nu.4.
106 ff.de lega.2.vbi glo.vult expreſsè per † gene-
ralem, ſeu vniuerſalem obligationem bono-
rum non cenſeri comprehenſa bona alienari
prohibita; & probat Bero.q.95. loquens in

emphyteota vaſallo &c. & hanc concluſio-
nem probat etiam Cepha. conſi. 470. nu. 2. &
conſi. 534. num. 5. & eſt tex. in l. fin. C. de reb.
alie. non alienan. per quam etiam mouetur
Ruin. qui idem conſuluit etiam in hypothe-
ca legali ex cauſa dotis conſi. 123. nume. 20.
vol. 2. & hunc caſum probat etiam Menoch.
* conſi. 116. nu. 14. vol. 2. & eſt * communis opi
nio, Alban. conſi. 34. ad fi. nam licet pignoris
datio non ſit alienatio propriè, quia tamen
plerumque per eam deuenitur ad alienatio-
nem, venit ſub prohibitione de non alienan-
do, vt ibi per eum.

Et ratio iſtius concluſionis in promptu eſt,
107 † quia pignus, & hypotheca non poſſunt
conſtitui in re, quæ non ſit in dominio no-
ſtro, vt latè probat Neguſant. de pign. in 8.
parte principali, in octauo membro, per to-
tum, & alibi ſæpè in iure noſtro habetur.
Sed ſic eſt, quòd prohibitus alienare non eſt
dominus propriè, & verè, cum teneatur rem
prohibitam alteri reſtituere, l. fi. §. fin autem
ſub cõditione. C. cõmunia de lega. ergò, &c.

Sed iſte caſus ſic ſimpliciter acceptus non eſt tu
tus, quoniam per obligationem, & hypothe
cam generalem non dicitur quis obligaſſe
iura prohibita obligari, l. obligatione gene-
rali. ff. de pignor. Bar. in d. §. inſtituto.

Quintus caſus eſt, vt prohibitus alienare ſtan-
108 te fideicommiſſo abſoluto, † nõ etiã poſsit
hæredẽ inſtituere, per ea, quæ diximus in 7.
quęſt. princip. in 1. & 2. differentia. prohibita
enim alienatione, cenſetur etiam prohibita
hęredis inſtitutio, Natta conſi. 320. in fin. &
faciunt, quę infrà dicam in 2. concluſio. in 1.
caſu, 2. exemplo, quòd ſi hæredem vocatum
per fideicommiſſum ipſe inſtitueret, talis in-
ſtitutio inutilis eſſet, l. vnum ex familia. in
princip. ff. de lega. 3. valet tamen alienatio fa
cta inter viuos, vel in vltima voluntate in eũ,
qui erat ſucceſſurus, q̃a potius eſt refutatio,
vt in materia feudali reſpondit Cepha. con-
ſil. 27. & talis acquirens non dicitur de nouo
acquirere, ſed acquiſitum capere, Senat. Pe-
demont. deci. 161. nu. 11. & infrà dicam in 2.
concluſio. in 2. exẽplo, ſecus in materia per-
miſſiua alienationis, l. ſi prioris. §. illud. C. de
ſecundis nupt. Natta conſi. 78. nu. 2. de quo
ſuprà diximus in pręcedenti quęſt. in 1. dif-
ferentia, & latiùs infrà dicam in 2. concluſio.
in ſecundo exemplo 1. caſus. & pro iſto caſu,
quando adeſt fideicommiſſum abſolutum,
reſpondit Rolan. conſi. 98. num. 14. & ſeq. vo
lumine 2.

Sextus caſus eſt, vt alienare prohibitus non poſ
109 ſit cõtrouerſiam † mouere ſuper dicta pro-
hibitione, vt poſt Bar. & cõcordan. reſpõ-
dit Natta conſi. 110. num. 5. in fin. & ſeq. etiã
ſi controuerſia ſit iuris, vt ibi per eum, &
nu. 1. Et facit quia prohibitus alienare cen-
ſetur etiam prohibitus facere omne id, & to
tum, per quod peruenitur ad illud, Menoch.
conſi. 116. num. 15. vol. 2.

Septimus caſus eſt, quòd expreſsè prohibitus
110 extra familiam † alienare, non poteſt etiam
facere actum, per quem bona in fiſcum trã-
ſeant; & vltra ea, quę dicam infrà in 2. con-
cluſione, in 3. exemplo, ita tenet Alex. conſi-
lio 23. vol. 1. & abundè per Opizonem in d. §.
* diui. nu. 47. & ſeq. & eſt * communis opinio.
Rolan. coſi. 98. nu. 14. vol. 2. de quo etiam me-
minit Marza. in ſuo tracta. de fideicom. q. 47.
vbi idem tenet, & plures alios cõcordan. ci-
tat, diſputantes per auctoritates quęſtionẽ,
an valeat prohibitio facta, ne bona vadant
ad fiſcum: & hoc pro abſoluto habuit Roſ-
* ſius tit. de publica. bono. nu. 34. & eſt * com-
munis opinio, & practica, vt ibi, & nume. 42.
& licet ipſe dicat in puncto iuris contrariam
opinionem eſſe veriorem, quando nõ ſumus
* in fideicommiſſo abſoluto, tamen de * com-
muni abundè Clar. in §. fin. q. 78. verſi. item
* quero &c. & de * communi, quòd in gene-
111 rali prohibitione de non alienando † veniat
etiam prohibitio confiſcationis bonorum,
teſtatur Riminal. Iun. conſi. 50. num. 94. &
ſeq. vol. 1. vbi addit, eò magis id procedere,
ſi etiam ſit nominatim dictũ, ne bona tran-
ſeant in fiſcum. Et hæc quidem ſentẽtia etiã
in puncto iuris eſt veriſſima. Primò, quia in
re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter, l. in
re mandata. C. manda. ſed ſic eſt, quòd teſta-
tor legem hanc poſuit bonis ſuis, & hoc face
re potuit per dictam regulam, ergò &c. &
hanc rationem probant Soci. Iun. Ruin &
Alcia. de quibus per Marza. vbi ſuprà, er-
gò &c. Secundò probatur per tex. in l. impe
rator. ff. de fideicomm. liberta. vbi habetur,
quòd ſerui prohibiti alienari, per illa ver-
ba, Quos tibi commendo, ne alicui ſer-
uiant, non poſſunt apud fiſcum permane-
re, & ibi not. Bar. quem ad hoc expendunt
Alex. & alij tenentes hanc opinionem. ſi ergò
generalis prohibitio in certum genus perſo
narum impedit rem in fiſcum deuenire; mul
tò magis ſi expreſſa facta ſit ꝓhibitio reſpe-
ctu fiſci; regula iuris; expreſſa nocent &c.
* Tertiò probatur per doctrinam Bar. * com-
muniter receptã in l. peto. §. fratre. verſi. aut
prohibitio eſt facta limitatiuè reſpectu per-
ſonæ, in quam non debet fieri alienatio &c.
ff. de leg. 2. vbi per tex. in l. codicillis. §. matre.
ff. eo. concludit, quòd quando facta eſt pro-
hibitio, ne res in aliquam certam perſonam
tranſeat, tunc non poteſt res ad eum perue-
nire, etiam ab inteſtato, quę tamen eſt alie-

ſi.

natio

natio neceſſaria & hanc partem etiã per bona iura tuetur Rimin.iun.conſi.24.nu.10.& ſeq.& co.. n.519.vol.5.& 5.. col. pen. remo... illa... obiectionem, quia alias daretur oc ca... fra.. dandi fiſcum, quia hæc non attenditur, ſed principalis diſponentis intentio. E... crum etiam aliam, quę habet, quod hęc ſic alienatio neceſſaria, quia imò eſt voluntaria, quia pro... enit a mera voluntate delin... itis. & ſcio me etiam idem alias reſpondiſſe in vna Mediolanen. confiſcationis bonorum Illu. Com. Io. Baptiſtæ Borrho n... ſuper bonis ...arpaneſij iuris directi eccl...iæ, q... non ... co nprehenſa in dicta confiſcatione ... & ſec... ndum hanc partem fuit etiam iudicat... quam in ... multi ſolemnes Doct.co... reſpondiſſent, & ego liben ter iu... iſſem e... ndem partem pro d. Illuſt. ... meo colendiſſimo, & multum mei amantiſſim... ſed ve... tati magis cedere oportuit.

Non obſtat modo id, quod in contrarium add... t Boſſi. vbi ſup.d.num.42. quod quando bo... unt prohibita alienari, non cen... entur pro... ta alienari in legitimum hæredem, etia... is ſit extraneus, vt infra dicemus: quia vt alias dixi in vna Mediolanen. ... de Borrhomæis, hæc alienatio eſt potius voluntaria, quàm neceſſaria, quicquid dixerit Imo. contra... ie tenet Alex. cui malè reſpondet Boſſi. vbi ſup... a. Præterea hæc difficultas ceſſabit, quando prohibitio expreſsè fuit facta in fiſcum, per tertium argumentum ſupradictũ. Et ... per diuerſimodè etiam fuit reſponſum dictis obiectis in hac q. non repeto.

Quartò, quid in ſententia, & iudicijs.

Quintò, quid in diſpoſitione legis.

Et capiendo primum membrum, breuiter con
184 cludo, quod iuſſus à teſtatore † vendere rẽ
aliquam, poteſt actione ex teſtamento con-
ueniri præcisè, vt vendat, & rem tradat, pro-
mittat de euictione &c. & hoc in vltimis vo-
luntatibus, in quibus plenior fit interpreta-
tio. vt reſpondit Aret. conſi. 6. num. 3. & ſeq.
Rui. conſi. 145. num. 2. vol. 1. dummodò ta-
men rei tradendæ facultatem hæres habeat
grauatus. quòd ſi ſint plures hęredes graua-
ti vendere &c. omnes tenentur in ſolidum,
Rui. conſi. 270. num. 1. & 6. vol. 4. & hæc con-
cluſio fundata eſt in fauore vltimæ volunta-
185 tis, qui hoc operatur, † vt quis præcisè co-
gi poſſit ad factum, l. fideicõmiſſa. §. fin. ff. de
leg. 3. Io. Cõſtan. ſuper conſtitu. Regijs, ar-
tic. 82. char. 156. à tergo. & hanc concluſio-
nem latè probat Gozad. in l. 2. numero 35. &
plur. ſeq. & num. 61. C. de pact. inter empt. &
vendit. & Boer. deciſ. 48. num. 20.

Et hæc concluſio adeò vera eſt, quod etiam ſi
ſtatutum extaret prohibens alienationem
in forenſem, nihilominus hæres ſic vt ſuprà
grauatus alienare nõdicatur cõtrafeciſſe, vt
rũdit Barbat. cõſi. 51. col. 13. in fi. nu. 6. vol. 1.

Circa ſecundum membrum, quod pertinet ad
186 contractus, † Docto. licet teneant concluſionem
ſionem negatiuam ad differentiam ultimæ
uoluntatis, Aret. & alij ſupra citati; tamen
ut planius hæc concluſio intelligatur, pro
eius reſolutione diſtinguendi ſunt plures ca-
ſus, quos ſubijciam. Primus eſt in materia
retrouenditionis. nam & ſi multi uelint, eũ,
187 qui promiſſit retrouendere, † non poſſe
præcisè cogi ad retrouendum, tamen cæ-
* teri* communiter tenent contrarium, ut te-
ſtatur Gozad. in l. 2. num. 16. C. de pac. inter
empto. & uendit. licèt ipſe à num. 1. uſq; ad
numerum 46. latiſſimè defendat contrariũ,
& dicit etiam ſe ità conſuluiſſe. & reuera nõ
poteſt negari quin articulus ſit diſputabilis,
vt patet ex adductis per eũ hinc inde: & pro
hac poſteriore ſententia ſtat etiam Boc. de-
ciſ. 48. nu. 6. in fi. uerſi. ſed ipſe loquitur &c.

Secundus caſus eſt, quando quis promiſſit, ſe
188 obligaturum ad retrouendendum, † quia
tunc eſt idem, ac ſi eſſet obligatus retrouen-
dere, ità tenet Gozad. in d. l. 2. num. 32. uerſ. 3.
dico. C. de pact. inter emp. & uendit. per deci-
ſionem Io: Andr. ad Spec. tit. de obligat. & ſo-
lut. quatenus uoluit, quòd qui promiſsit, ſe
obligare ad dandum decem, poteſt cogi prę-
cisè ad illa dandum.

Sed certè pręter id, quòd, ut ſuprà uidimus, de-
ciſio Ioan. Andr. non eſt pacifica, non etiam
facit ad præſentem ſpeciem, quia loquitur
Ioan. Andre. in obligatione dandi, quę reſpi
cit dominij traditionem, l. ubi autem nõ ap-
paret. in fi. ff. de uerb. obliga. & in ſpecie Boc.
deciſ. 48. col. 4. in fi. uerſi. nam obligatus cõ-
189 cludens, quòd obligatus † ad dandum, tra-
dendum, uel pręſtandum, poteſt præcisè co-
gi, per d. l. ubi autem non apparet. §. fin. ff. de
uerbo. obligat. præſens autem ſpecies uerſa-
tur in obligatione faciendi, in qua merum
factum conſideratur.

Et inſuper, ſi uera eſſet hæc reſolutio Gozad. de
* facili eluderetur* communis concluſio, quę
habet, quòd aliud eſt promiſsio uendendi,
aliud ipſa uenditio. etenim ſemper euitare-
tur dicta concluſio per promiſſionem de ſe
obligando ad uendendum.

Tertius caſus eſt, quando promittens uende-
190 re &c. iurauit, † ſe id facturum. etenim tũc
ex ui iuramenti pręcisè cogi debet ad uendẽ
dum, ſeu retrouendendum, & huiuſmodi;
quia iuramẽtum pręcisè obligat ad factum,
c. fin. & ibi per Doct. ne pręla. uic. ſuas. gl. or-
dinaria ſingularis per omnes reputata in l. ſi
pecuniam. in uerb. ne neceſſe habeas. ff. de cõ
* dict. ob cauſ. & ità ſignanter ex* communi
ſententia tenuit Gozad. in d. l. 2. nu. 47. & ſeq.
C. de pact. inter empt. & uendit. idemq; fir-
mat Ioan. Conſtan. ſuper conſtit. reg. art. 82.
char. 156. uerſi. nota pręterea. ubi addit, ꝙ
ſi fauor ultimę uoluntatis hoc operatur, ut
quis pręcisè compellatur ad factum, prout
ſupra diximus in pręcedenti membro, idẽq;
non minus operari debet religio iuramen-
ti: ſicq; damnat deciſionẽ. Imo. in c. cum con
tingat. nu. 82. & ſeq. de iureiuran. qui cõtra-
trarium tenuit, & hãc partem tenuit etiam
Rube. conſi. 28. num. 5. in fi. uerſi. ſed datò, ꝙ
dicta promiſsio eſſet de uendendo, & emen
do &c. & nu. ſeq. loquens in promiſsione in-
rata attendendi omnia, & ſingula &c. Ma-
zol. conſilio uigeſimooctauo, in princ. pio, &
per totũ. & quod per promiſsionem de uen-
191 dendo iuratã † transferatur dominiũ poſt
cordan. per eum citatos, tenet etiam Boe.
deci. 48. nu. 18. in fi. & ſeq. & quòd iuramen

tuni ſit tantę uirtutis, quòd impediat tranſlationē in alium rei promiſſę uēdi, preciſeque obliget ad factum, latè reſpondit, & de
* * communi teſtatus eſt Cepha. conſil. 42. loquens in una Laudenſi pro Illuſtri D. Comite Mozanica ſocero meo in pacto redimendi. & hoc de promiſſione incerta, procedit etiam in promiſſione facta ſub fide, quia ęquiparantur, Rimin. Iun. conſil. 13. nu. 19.
192 Veruntamen contrariam † ſententiam apertè ſequutus eſt Imo. in d. c. cum contingat. nu. 82. refert, & ſequitur Iaſ. conſi. 117. col. 2. in princip. vol. 1. & multi ſequaces idē tenuerunt, de quibus per Felin. in c. noſtrā. de iureiuran. licet ipſe dicat, vtranq; partem abſque magno periculo ſuſtineri poſſe, ſed
* * primam ſuſtentabiliorē eſſe, & magis ** cōmunem, ut etiam habetur in additio. ad Cagnol. ubi ſuprà. ſed quòd etiam ſi iuramentum adiectum ſit, non poſſit promiſſor cogi pręciſè ad uendendum &c. tenet Rolā. conſi. 69. nu. 22. & plu. ſeq. vol. 3. quatenus
* concludit ex * communi ſententia Docto. in in l. quoties. C. de rei uendicat. quod ſi quis
193 promiſit mihi cum iuramento vēdere, † & poſteà alij uendidit, & tradidit, ꝙ nihilominus ſecundus præferendus eſt. de quo ultimo dicam infrà in 7. caſu, & in 10. in 37.
* declarat. & dictum Imo. eſt * cōmuniter approbatum, ut poſt Iaſ. & Aret. reſtatur Rolan. conſ. 61. num. 4. niſi etiam concurrat pactum reſolutiuum, ut ibi latè per eum. & Imo. refert, & ſequitur Gabriel lib. 2. titul. de empt. & uendit. concluſio. 2. nu. 4. ubi etiam pro eo citat Oldra. Conrad. & Iaſ. Bero. conſi. 4. nu. 54. in fi. & ſeq. uol. 1. con-
194 cludens, quòd per primam ſolum fuit † acquiſitum ius ad rem, per ſecundam, iuncta traditione, ius in re.

Hæc tamen controuerſia iudicio meo facilè ſedari poteſt; ut prima opinio procedat ità
195 demum, † ſi promiſſor facultatem uendendi, & tradendi habeat, alias pręualeat hæc poſterior ſententia.

Temperatur autem iſte caſus, ut procedat in ip-
196 ſo promiſſore, † ſecus in eius hærede, uel alias cauſam habente ab eo; quia cum iuramentum ſit perſonale non egreditur perſonam ipſius iurantis, c. ueritatis. de iureiurā. & ita defendit Gozad. in d. l. 2. nu. 52. & plur. ſeq. C. de pac. inter empt. & uendi. & quòd huiuſmodi promiſſiones, & inſtrumenta ſint perſonalia, & non extendantur de perſona ad perſonam actiuè, uel paſſiuè, probat Bero. conſi. 149. nu. 5. uol. 1. & hoc niſi etiam pro eis ſit promiſſum, ut ibi.

Quartus caſus eſt, quādo quis ꝓmiſſit reſtitue-
197 re, ſeu retrodare, † tūc n. cogitur promiſſor pręciſè ad retrouendendum, quia ſic importat illud uerbum Reſtituere, uel retrodare, vt concludit Soci. conſ. 253. nu. 7. Gozad. in d. l. 2. nu. 44. in princip. & nu. 60. C. de pac. inter empto. & uendito. & in additionibus ad eum.

Quintus caſus eſt, quando quis promiſſit uen-
198 dere, ſeu retrouendere, & huiuſmodi, † nō per uerba obliqua, ſed abſoluta, & reſolutiua per adiectionem pacti legis commiſſorię, & huiuſmodi, ut concludit poſt plur. per eū citatos, Gozad. in d. l. 2. nu. 62. & in additio. ad eum, tunc enim promiſſor preciſè cogitur adimplere, quod promiſſit, & res dicitur affecta, ut per Fabia. de Monte in tract. de empt. & uendit. in 7. q. princip. ſub num. 12. conſ. 2. quæro. ubi latè formam dicti pacti explicat, & abundè per Rolan. conſil. 62. per totum. uol. 2. & pręſertim nu. 12. & ſeq. ubi pōderat verba ſint reſolutiua, & ſic poſt rem perfectam uec ne.

Sextus caſus eſt, ut talis promiſſor, licèt pręciſè
199 in foro fori † cogi non poſſit ad uendendū, uel faciendum, qđ promiſſit, ſecus tamen eſt, quò ad eccleſiam in foro poli, & conſcientię, Gozad. ubi ſuprà, num. 57. & in additio. ad eum.

Septimus caſus eſt, ſi promiſſor poſteà aliū uēdi-
200 dit, & tradidit: † nam iſto caſu tantò minus debet poſſe cogi ad vendendum primo, poſtquā in ſecundū dominium, mediāte traditione, & tit. uenditionis tranſlatum reperitur, ut eſt tex. in l. quoties. C. de rei uendica. à fortiori. loquitur enim, quando duobus uēditio facta reperitur diuerſis temporibus, quod pręferatur is, cui traditio facta fuit; ità ſignanter tenuit Imo. in c. cū contingat. nu. 81. de iureiu. quem refert, & ſequitur Iaſ. conſ. 117. col. 2. in princip. uol. 1. & eſt
* * communis opinio, teſte Rolan. conſil. 69. nu. 22. & ſeq. uol. 3. qui loquūtur etiā, quando promiſſio eſt iurata, ut ſuprà etiam tetigi in 3. caſu. & pro Imo. Dida. in epito. de ſponſal. in prima parte c. 5. num. 9. & ſeq. loquens etiam in ſponſalibus iuratis, adducit Iaſ. alibi Gozad. conſi. 14. nu. 1. & Hippo. ad quem locum idem Dida. uaria. reſolu. lib. 2. c. 19. in fi. ſe remittit, & in d. c. 19. & ibi latè de intelligentia d. l. quoties. ibi aliqua addidit, & latiſſimè examinat diſpoſitionem d. l. quoties. etiam Hippo. ſingula. 82. ſed latius Gabriel. lib. 2. tit. de emp. & uendit. cōclu. 2. nam hic nouiſſimus cum non habeat facultatem rei tradendæ, non poterit de iure preciſè cogi ad illam, Mazo. conſil. 82. in princip.

Iſte tamen ſeptimus caſus, ubi eſſemus in iurata promiſſione, non eſt pacificus, ut ſuprà di

xi

xi in tertio caſu, & negari non poteſt, quin
quæſtio ſit valdè ambigua.

Verùm hic libet aliquantulùm ſiſtere pedem.
etenim ex diſpoſitione d.l.quoties.perſpicuũ
eſt, licere vendere eandem rem duobus ſepa-
ratim, ſed potiorem eſſe eum, cui res ipſa tra
dita fuit. quæro quomodo id ſtare poſſit, cũ
factum huiuſmodi tanquam illicitum à iure
201 improbetur, imò & puniatur pęna † falſi,
l. qui duobus. ff. de falſ. Fabian. de Monte in
tractat. de emptio. & uendit. nu. 50. in princ.
in 26. quęſt. niſi dixeris hęc diuerſa eſſe, non
autem aduerſa. & quòd promiſſor iſte, ſeu
magis venditor uendendo rem duobus di-
uerſo tempore, dicatur malè agere, tenet
etiam Fabia. de Monte, vbi ſuprà.

Rurſus, ſi ſecundus emptor fuit in mala fide,
ſciens rem alteri promiſſam vendi, uel ſi pro-
miſſor non ſit ſoluendo intereſſe, an poſſit
ipſe conueniri, dicemus infrà ſuis aptiori-
bus locis, & pręſertim in 7. & 8. quęſtio.

Tertiò conſiderandum eſt, quòd ſi fortè ſtatu-
201 to caueatur, † quòd ſi quis vendiderit, vel
aliquo modo alienauerit aliquam rem im-
mobilem, quam alij uendiderat, vel aliena-
uerat, omnis uenditio, vel alienatio poſt pri
mam non valeat ipſo iure, & iudex teneatur
primum emptorem, licèt non fuerit ei prius
res tradita, ponere, & defendere in poſſeſſio-
ne dictæ rei tanquam uerum, & legitimum
emptorem: certè iſto caſu non eſt dubium,
quòd diſpoſitioni d. l. quoties. dicitur dero-
gatum, ut reſpondit Iaſ. in terminis ſtatuti
noſtri Placentini poſiti lib. 3. cap. 29. rubr. de
venditio. duobus factis &c. in conſi. 36. vol.
1. & ante eum Barbat. conſi. 51. col. 11. nu. 18.
& ſequẽ. uol. 1. & ideò malè conſuluit Mazol.
cõſi. 82. quatenus in ſimili ſtatuto Regiẽ. uo
luit, illud eſſe conformè diſpoſitioni iuris cõ
munis. & ſuper ſtatuto noſtro ſcripſit etiam
Bal. conſi. 240. in 2. parte.

Illud autem non omitto circa huiuſmodi ſta-
tutum, quòd ubi aſids liceret per aliam ſpe-
ciem contractus promiſſionem fraudare, ſi
ſtatutum loqueretur de uẽditione tantùm,
ut infrà dicã in decimo caſu, in tertia inſpe-
ctio. nihilominus attentis illis uerbis, Ali-
quo modo alienauerit, comprenditur quæ-
libet ſpecies alienationis, vt pulchrè conſi-
derat Barbat. d. conſilio. 51. col. 13. numero
31. & ſeq. uolumine 1. etiam per ſimplicem
conſenſum præſtitum alienationi, vt ibi per
eum.

Octauus caſus eſt, ſi quis mihi offerat rem ſuã
vendere pro iuſto pretio, & ego accepto di-
203 ctam oblationem, † tamen dicta oblatio
non eſt obligatoria, vt poſt Corn. per eum
citatum, tenet Boe. deciſ. 48. numero 23.
quia eſt potius quædam declaratio, & inti-
matio uoluntatis, & ſeu proteſtatio ipſius
offerẽtis, vt etiam ſuprà tetigi in tertia quę-
ſtione. in princip. & ideò iſto caſu citra om-
nem dubitationem, non poſſet ipſe offerens
compelli ad vendendum.

Nonus caſus eſt, ſi ultra promiſſionem venden-
di, adiecta ſit pęna in caſu contrauentionis:
204 † adhuc enim iſto caſu fruſtrà quæritur,
an præciſè poſſit promiſſor cogi ad uenden-
dum, maximè ſi poſteà alij vendidit, vt poſt
Bal. per eum citatum, concludit Boe. d. de-
ciſ. 48. ſub numero 6. colum. 2. in fi. verſi. &
ità tenet. & de hoc etiam aliquid dicam in-
frà in 6. quæſt.

Decimus caſus eſt, ſi quis ſolemniter, in forma
205 etiam ampliſſima, † promiſſit mihi rem
vendere, & non alij, ſeu non alij, quàm mihi.
& in hoc ſunt plures inſpectiones. Prima eſt,
an ille promiſerit non vendere alij, quàm mi
hi. Secunda eſt, ſi is promiſſit nemini vende-
re, niſi mihi. Tertia eſt, quid iſte poſſit facere
licitè, vbi poterit cogi vendere, caſu quo alij
venderet. Circa primam, gl. Bar. & alij in l. ſi
eum. §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cautio. cõclu-
dunt, promiſſorem non poſſe cogi ad uen-
206 dendum mihi, † caſu quo alij uelit uende-
re, l. paciſcendo. ff. de pact. & rationes plures
adducit Boer. deciſ. 49. numero 2. & plur.
ſequen.

Declaratur tamen iſta inſpectio pluribus mo-
dis. & primò, ut non procedat, quando fuit
additum uerbum, quòd teneatur mihi ven-
dere poſt alios, Iaſ. in d. §. eum, qui. num. 37.
Boe. vbi ſuprà, num. 4.

Secundò declaratur, niſi ille, qui promiſit, ha-
bebat rem venalem, Iaſ. vbi ſuprà, num. 38.

Tertiò declaratur, vt non procedat, quando iu
ramentum interuenit, ut poſt Corn. Bru. &
Gome. tradit Boer. d. deciſ. 49. nu. 4. verſi. fal-
lit ſecundum Gome. & faciunt, quę ſuprà di-
ximus in tertio, & ſeptimo caſu.

Sed contrarium tenet Rube. conſilio 146. nu-
mero quarto, & plur. ſequen. concludens la-
tè, quod pactum prohibitiuum non alie-
nandi, non vallatur iuramento; de quo etiã
meminit Boe. de quo ſuprà, qui propterea
rem indeciſam dimiſit.

Secunda autem inſpectio minorem habet du-
bitationem, ut abundè per Boe. dict. deciſ.
48. numero vigeſimoquarto, & d. deciſ. 49. in
princip. & faciunt, quæ ſcribit Riminal. con-
ſilio 174. numero 82. volumine 1. de conuen
tione inter plures conſortes facta, quòd ca-
ſu quo aliquis eorum uoluerit vendere par-
tem ſuam, teneatur uendere alicui ex con-
ſortibus.

Tertia inſpectio facilè reſoluitur, quòd is, qui

promiſſit non uendere alij, quã mihi, poteſt
207 tñ donare,† nec hoc facere prohibitus cen
ſetur, poteſt & permutare, poteſt etiam in ſo
lutum dare, vt per Boe. d. deciſio. 49. in fi.

Veruntamen hoc vltimum de datione in ſolutum, non habeo pro expedito; quia venditionis appellatione, ſaltem largo modo, datio in ſolutum continetur, ſaltem ſi ſimus in datione in ſolutum voluntaria, vt concludit Ceph. conſi. 159. nu. 17. 23. & plur. ſeq. vol. 2.

Illud autem non eſt prætereundum, quòd is, cui fuit facta promiſſio, de qua ſuprà, ſit cautus, vt antequam promiſſor alij vendat,
208 † appellet à venditione fienda ad iudicem
eccleſiaſticum, & petat præcipi, & cogi ad obſeruantiam iuramenti: ità ſignanter pro cautela tradit Ioan. Conſtan. ſuper conſtit. Reg. artic. 82. char. 156. in fi. verſiculo tamen cautela eſſet. vbi propterea concludit, quòd interim erit interdicta venditio, & ſi contrafiat, tanquam attentatum reuocabitur.

Vndecimus caſus eſt, quando vltra promiſſio-
209 né de vendendo, † & huiuſmodi, bonorum
quoque hypotheca interceſſit, & ſpecialiter rei, de qua quæritur. tũc enim dominij trãslatio in alium impeditur, l. ſi creditor. §. fin.
* ff. de diſtractio. pigno. & eſt * communis opinio, Boer. d. deciſ. 49. colum. fina. in princip. & ſic quandocunque promiſſor iſte alij voluerit vendere, cogi poterit præciſè ad vendeudũ ei, cui promiſſit. quinimmò promittens vendere, vel retrouendere poteſt quandocunq; cogi ad implendum præciſè, etiam ſi ſingularis hypotheca non interuenerit, ſed generalis ſufficit, Bar. in l. paciſcendo. quæ eſt penul. ff. de pact. & in pacto redimendi cõſuluit Crauet. conſi. 1. numero 9. volum. 2. & abundè in hypotheca generali, cum pacto tamen reſolutiuo, Rolan. conſilio 60. num, 34. & ſeq. volum. 2. & comprobat Boer. deciſ. 182. nnmero 53. verſic. præterea in talibus pactis communiter apponi ſolet obligatio omnium bonorum cum iuramento. talis. n. (inquit ille) promiſſio impedit validitatem alienationis in alium, nec eſt neceſſaria ſpecialis hypotheca rei, de qua quæritur. & comprobat Cephal. d. conſi. 42. nume. 19. & facit Gabriel. lib. 2. tit. de empt. & vendit. concluſi. 2. nu. 29. quatenus poſt concordan. per eum citatos, concludit, quòd ſi venditor in venditionis contractu obligauit omnia bona ſua pro obſeruatione contractus, poteſt primus iſte emptor reuocare rem poſteà alteri venditam, & traditam pro conſecutione eius intereſſe, quod aſcendit ad rei valorem, & ſic per indirectũ conſequitur intentũ ſuũ. ergò idẽ dicẽdũ in caſu promiſſionis, de qua quęrimus: de quo vltimo etiam dicã in 7. q.

Duodecimus caſus eſt, quando promiſſor, ſi co
210 geretur vendere,† deceptus ſupra modũ re-
periretur in ualore rei, iuxta terminos l. 2. C. de reſcinden. uenditio. tunc enim non eſt cogendus vendere, Rui. conſi. 79. nu. 2. vol. 1. vbi tamen vult non tempus promiſſionis inſpiciendum eſſe in ualore rei probãdo, ſed tempus traditionis promiſſæ. eſt verum, ꝙ probato ualore temporis anterioris non præſumitur, quòd poſteà valor ſit diminutus, Alexand. conſi. 67. vol. 2.

Illud etiam non eſt ſub ſilẽtio prætereundum,
211 quòd qui promiſſit † vendere, retrouẽdere,
renunciare, & huiuſmodi, etiam ſi pręciſè cogi poſſit ad id faciendum, tamen nõ tenetur in eo facto perſeuerare: quia hoc non fuit promiſſum, & ideò facta venditione, etiam poterit impunè, & liberè contrauenire; vt latè in materia iſta firmat Grãmat. deciſ. 202. num. 91. in fi. & plu. ſeq.

Sed ſupradicta concluſio difficilè ſuſtineri poteſt, vt latè differit Fabia. de Monte in tract. de empt. & vendit. in fi. 3. q. princip. num. 60. & plur. ſeq. char. 472. à tergo.

Decimustertius caſus eſt, quando vltra verba
promiſſiua partes ipſę uſę ſunt uerbo Ven-
212 dere, & Emere † præſentis temporis, vel di-
ctum contractum uenditionem appellant; tunc. n. ſumus extra caſum ſimplicis promiſſionis uendendi, & emẽdi, ut latè per Burſat. d. conſi. 110. num. 2. in fi. & ſeq.

213 Sciẽdum eſt autem, quòd regulariter, † nec
venditor poteſt conueniri ad rei traditionẽ, nec promiſſor ad intereſſe, nec ad alia, de q. bus ſup. & in 6. & 7. quęſt. niſi prius ſibi ſoluto pretio, aut aliàs ſatisfacto ex latere alterius, etiã ſi in vno nũmo deficiat, ut latè per Rimin. iun. inſtitu. de dona. §. 1. nu. 66. & ſeq.

Capio tertium membrum, ꝙ pertinet ad materiam ſtatutariam, ꝙ etiã patebit ex plurium caſuum expreſſione, & diſtinctione.

Primus eſt igitur caſus, ubi ageretur de ſtatuto
214 † mandante ſolui gabellã de qualibet uen-
ditione; tũc. n. non cõprehẽderetur promiſſio, ſeu pactum vendendi, vel retrouendendi, & hmõi, vt ſ etiã firmaui in 3. q. in 4. effectu.

Secundus caſus eſt, ubi ſtatutum de qualibet alienatione loqueretur. tunc. n. alius contractus, quàm uenditionis comprehenderetur, vt ſup. tetigi in ſeptimo caſu, in 5. conſideratione, verſi. illud aũt non omitto. Et facit ad
215 ſtatutũ † prohibens uxorẽ alienare ſine cõ-
ſenſu mariti, quod tunc nõ poterit etiã promittere vendere, uel alienare, vt rñdit Ruin. cõſi. 145. nu. 4. & ſeq. uol. 1. motus ea rõne, qa
216 per huiuſmodi promiſsionem † peruenitur
ad alienatiõné, p regulã l. oratio. ff. de ſpõſal. Sed hęc rõ Rui. ualdè periculoſa eſt, quia, vt

ſuprà

ſuprà per regulam firmatum eſt, qui pro-
miſsit uendere, non cogitur pręcisè ven-
dere.
217 Tertius caſus eſt, ubi ſtatutum diceret,† ꝙ
quilibet, qui promiſsit uendere, uel retro-
uēdere, teneatur requiſitus vendere &c. ob-
lato pretio &c. nam tunc poterit talis pro-
miſſor præcise cogi ad vendendum &c. pro
Placentinis extat ſtatutum ſimile lib. 3, capi-
tulo vigeſimo. Rub. de promiſſione venden-
di &c. habet enim illud ſtatutum etiam clau
ſulam reſolutiuam, de qua ſuprà ſatis fuit di
ctum in præcedenti memb. in 3. caſu.
Ad quartum membrum tranſeo, in quo etiam
breuiter concludo, quòd ſi quis per ſenten-
218 tiam † fuerit condemnatus vendere, tunc
ſine dubio cogi poterit vendere præcisè; ꝙ
tamen negat Boe. deciſ. 48 numero ſeptimo,
& ſequen. Sed male per tex. in l. qui reſtitue-
re. in ſi. ff. de rei vendicat. vbi legitur, quòd
iuſſus reſtituere, ſi non paret iudici, & rem
habet, tunc manu militari officio iudicis ab
eo poſſeſſio aufertur, & transfertur in aliū.
quem tex. ad hoc expēdit Riminal. iun. inſti.
de donat. §. 1. num. 51.
Supereſt quintum membrū iſtius quæſtionis,
quod ad materiam legalem pertinet, in quo
breuiter concludo, ceſſare coactionem, per
ea, quæ ſuprà dixi in præcedenti memb.
Quòd modo pertinet ad ſextam quæſtionem,
dico breuiter, quòd qui tenetur ex forma
219 contractus vendere &c. † ex vi promiſſio-
nis per eum factæ, is ſolum poterit cogi ad
vendendum, ſed non ad tradendum; ità
concludit Bal. in l. ſi quis ità. nume. 4. C. de
pact. inter empto. & vendito. loquens in eo,
qui promiſſit vendere fundum ſub pœna,
quòd ſi vendiderit, promiſſionem adimple-
uit. & comprobat Grammat. deciſ. 102. nu-
mero 97. ad differentiam inquit Bal. vbi ſu-
prà, obligationis ex vltima voluntate, vt etiā
ſuprà dixi; & comprobat Rolan. conſi. 69. nu
mero 14. volum. 3. Et ratio eſt, quia pactum
illud ſolùm obligat ad vendendum, vendi-
tio autem ad tradendum, Ruin. conſilio
47. numero tertio, volumine quarto & ob-
ligatus vendere eſt ad factum obligatus, ob-
ligatus autem ad tradendum, dicitur par-
ticipatiuè obligatus ad dandum, Riminal.
iun. inſtitu. de donatio. §. 1. numero 38. quia
cum rem tradit, ſi eſt dominus, facit etiam
dominum accipientem, aliàs ſolùm trans-
fert vſucapiendi conditionem, ut ante
eum, Dec. conſilio 502. numero ſeptimo, &
ſeq. in princip. & conſilio ſeq. numero 2. &
vtrobiq; firmat hunc caſum, & comprobat
Riminal. iun. conſilio 51. nume. duodecimo,
& ſequen. concludens, quòd regulariter
venditor tenetur tradere rem, ſi facultatem
tradendi habet, nec liberatur præſtando in-
* tereſſe, ſecundum * communem; ſecus tamē
eſt in promiſſione vendendi. & pro primo di
cto eſt tex. in l. 1. in prin. & in l. ex empto. §. fin.
ff. de actio. empt. Bar. in l. ſi quis domum. in
princip. ff. locato. Dec. in conſi. 502. num. 2.
220 Et pro iſta concluſione, ꝙ procedat, † etiā
ſi promiſſor habeat facultatem tradendi, re-
ſpondit etiam Rolan. d. conſi. 69. numero 13.
vol. 3. & dixi etiam in præcedenti quæſtione,
in 9. caſu, & ante eum, Dec. conſi. 502. nu. 8.
in prin. & conſi. ſeq. num. 2. idemq; firmat
Menoch. conſi. 92. num. 61. & plur. ſeq. conclu
dens, quòd obligatus ad dandum, vel traden
dum, non dicitur ſatisfacere, ſoluendo in-
tereſſe, ſi facultatem habet id faciendi; ſecus
in obligato ad faciendum, vt in promiſſione
* vendendi ex * communi ſententia. Qua de
re conſtat hallucinatum fuiſſe Burſat. conſi.
100. num. 36. qui dixit communem eſſe ſen-
tentiam, tàm in promiſſione vendendi, quā
in venditione: quòd ſi habeat facultatē tra-
dendi, tenetur tradere, nec liberatur ſoluen-
do intereſſe; id enim eſt penitus falſum in
promiſſore vendendi, & ità loquuntur aucto
ritates per eum citatæ, ſic diſtinguētes, licèt
ipſe malè eas referat, vt conſueuit: loquun-
tur enim in pacto retrouendendi, in quo di-
uerſa eſt ratio. & articulus eſt diſputabilis,
vt dixi in præcedenti articulo, in 2. membro,
in primo caſu.
Eſt verum, quòd in caſibus, in quibus præcisè
221 promiſſor cogi poteſt ad vendendum, † ſi
ipſe dolo, vel culpa ſua deſijt poſſe tradere,
non audietur, volens ſoluere intereſſe, de
quo dicam in ſeq. quęſt. verſi. non omitto.
Sed hoc vltimum non puto verum; quia inter
venditionem, & promiſſionem vendendi nul
la eſt differentia, niſi ea, quam dixi, quòd il-
222 le † præcisè tenetur tradere rem vēditam,
ſi habet facultatem rei tradendæ, iſte autem
liberatur ſoluendo intereſſe; & ità latè fir-
mat Riminal. iun. inſtitut. de donat. §. 1. nu-
mero 37. & plu. ſeq. vſq; ad num. 58. vbi per
bona iura, & auctoritates firmat, quòd ven-
ditor ità demum ad rei traditionem obliga-
tus eſt, & ad id præcisè poteſt compelli, ſi fa-
cultatem rei tradendæ habeat, aliàs ſolum
tenetur ad intereſſe. imò ſunt multi caſus, in
quibus etiam ſi poſſit tradere, non tamen te
223 netur, † ſed liberatur ſoluendo intereſſe, vt
in l. ſi factum. ff. de actio. empt. Quin etiam
224 vbi agitur de traditione, † quæ neceſſariò
fieri debet, intelligitur, ſi commodè fieri po-
teſt, & non aliter, vt poſt alios Hippo. Rimi-
nal. vbi ſuprà, num. 66. & ſequē. declarando
vt ibi.

Erit autem ſemper prius adimplendum pro-
225 miſſori, † antequàm contra eum agatur,
vt ſuprà dixi in præcedenti quæſt. in fi.
Capio modò ſeptimam quæſtionem, & etiam
breuiter procedendo, dico, promiſſorem hu
iuſmodi ad plura teneri, etiam quòd nõ poſ-
ſit cogi præcisè ad vendendum. Primum eſt,
quòd tenetur facere aduerſario ſuo, & eo pe
tente, inſtrumentum dictæ promiſſionis;
226 † quia quilibet tenetur facere inſtrumen-
tum, & compelli poteſt ad faciendum inſtru
mentum contractus, ſeu obligationis, imò
& exceptionis, vt docet Bar. in l. finita. §. elegã
ter. ff. de damn. infect. & ità in ſpecie reſpon-
dit Corne. conſi. 120. num. 3. volum. 4. idem
firmat Gozad. in l. 2. num. 63. C. de pact. inter
emp. & vendit. & in terminis Burſat. conſi.
100. num. 39. in fi. licèt nihil allegent.
Secundò tenetur ad intereſſe illi, cui promiſit,
227 quia ſolùm actio perſonalis † competit cõ-
tra eum, quæ ſolum datur ad intereſſe, l. ſi ſte
rilis. §. ſi tibi fundum. ff. de actio. emp. & con-
cordan. per Iaſ. d. conſi. 117. nu. 1. vol. 1. & poſt
Ang. per eum citatum, Boet. deciſ. 48. ſub nu
mero 7. & faciunt etiam, quæ ſuprà dixi in
præced. quæſtio.
Et ſupradicta concluſio procedit, etiam ſi pro-
228 miſſio ſit iurata, † & interſit eius, cui fuit
iuratum, iuramentum fuiſſe ſeruatum, Ro-
lan. conſi. 69. num. 22. & ſeq. vol. 3. de quo ta-
men ſuprà diximus in 5. quæſt. in 3. caſu.
Iſtud autem intereſſe quandoque poteſt eſſe
129 tanti, † quanti res ipſa eſt, ſeu res ipſa; ver-
bi gratia, ſi mihi fuit promiſſum uẽdi virida
rium contiguum domui meæ antiquæ, & hu
iuſmodi; nam tunc etiam promiſſor poteſt
cogi ad vendendum, Cagnol. in l. 2. num. 59.
C. de pact. inter emp. & vendit. id quod ipſe
malè probat, & mihi etiam numquam pla-
cuit. Imò regulariter intereſſe aſcendit ad
rei valorem, vt ſuprà tetigi in 5. quęſt. in 11.
caſu, & vltra Gabriel. ibi citatum, qui alios
citat, addo Riminal. iun. conſi. 166. num. 1.
vol. 2. & melius dixit inſtitu. de donat. §. 1. ſub
nu. 39. quòd intereſſe huiuſmodi plerumq;
rei valorem tranſcendit, per l. 1. in fi. princ. ff.
de actio. emp. quod puto ratione affectionis,
quæ facit, vt potius eius, cui fuit facta pro-
miſſio, interſit rem habere, quàm extima-
tionem, vt ille ait, num. 50. & ità poteſt pro-
cedere iſto caſu, quod dixit Cagnol. vbi ſu-
prà, & prędicta omnia comprobat Burſat. d.
conſi. 100. in fi. num. 39. vbi multos concor-
dan. citat.
Non omitto autem, quòd ſi eſſemus in aliquo
caſu, in quo promiſſor poſsit cogi vendere,
230 † vtiq; non audiretur volens ſoluere inter-
eſſe, etiam ſi facultatem non habeat traden-
di rem, ſi tamẽ ex facto, & culpa ſua non de-
ſijt poſſe tradere, ut per Rui. conſi. 155. vol. 1.
id quòd ſuprà reprobaui in præced. quæſt.
Tertiò, talis promiſſor tenetur ad pœnam pro-
231 miſſam † in promiſsione de vendendo &c.
Boe. deciſ. 48. col. 3. in princip.
Quartò, ſi contingat, promiſſorem iſtum ſol-
232 uendo † non eſſe, vtiq; in ſubſidium dabi-
tur actio contra habentem cauſam ab eo, vt
infrà dicemus in ſeq. quæſtio.
Tranſeo ad octauam quęſtionem, quæ duas ha
bet partes, alteram, quæ reſpicit ipſum pro-
miſſorem; alteram, quæ reſpicit eum, cui fuit
facta promiſsio. vnde quòd attinet ad pri-
mam partem, conſiderandum eſt, quòd ſi pa
233 ctum fuit perſonale, † quia promiſſor ſe ad
perſonam ſuam reſtrinxit, & tunc etiam in
caſibus, in quibus is potuiſſet cogi ad ſeruã-
dum promiſſa, non tamen poterit habens
cauſam ab eo ad idem cogi: quæ enim per-
ſonalia ſunt, non egrediuntur perſonam di-
ſponentis, & diſpoſitio dicitur perſonalis,
ſiue magis perſonaliſsima, quando promiſ-
ſor dixit de ſe ipſo per verba perſonaliſsima,
vt abũdè per Nattam conſi. 163. & latiùs Bi-
reta, qui vtrumque probat conſi. 55. num. 3.
& ſequen.
Præterea etiam, quòd promiſſor nõ fuerit ſub
aliquo uerbo perſonali, nihilominus ex na-
tura contractus, ſiue promiſsionis venden-
di, vel retrouendendi, ſi res promiſſa vendi,
vel retrouendi ad tertium ſingularem ſucceſ
ſorem perueuerit, utiq; non poteſt talis ſuc-
ceſſor moleſtari per eum, cui fuit facta pro-
miſsio, ſeu pactum. quoniam, vt ſuprà etiam
fuit dictum, talis promiſſor non poteſt cogi
præcisè ad ſeruandum promiſſa, ſeu magis
vendendum, vel retrouendendum, & conſtat
pactum huiuſmodi, ſeu promiſsionem non
234 extendi vltra perſonam † promiſſoris, niſi
illud in promiſsione ſit dictum, per l. 1. §. ſi
hæres percepto. ff. ad Trebellian. & tradunt
* * communiter Docto. in l. 2. C. de pact. inter
emp. & vendit. Rui. conſi. 76. num. 9. vol. 1. &
faciunt, quæ dixi ſuprà in 5. quęſtio. in 3. ca-
ſu in fi. ubi dixi de promiſsionibus, & iura-
mentis, quòd non egrediuntur perſonam. &
quòd promiſsio per uerba perſonalia non
etiam liget hęredem, Menoch. conſilio 29.
numero 26.
Illud autem non omitto, ꝙ ſi promiſſor non ſit
135 ſoluẽdo intereſſe, † vel pœnam promiſſam,
poterit tamen ſingularis ſucceſſor conueniri
in ſubſidium, glo. in d. l. 1. §. fi. & ita reſpondit
in pacto redimendi Cepha. conſil. 41. nu. 4. &
ſeq. & idem ante eum voluit Fabian. de Mon-
te in tract. de empt. & vendi. in vltimis verbis.
Circa ſecundam partem, quæ tangit eũ, qui fuit
facta

facta promiſſio, breuiter etiam concludo, ꝙ
236 ſi promiſſio per verba † perſonaliſſima paſ-
ſiua ei facta ſit de vendendo, & huiuſmodi, v-
tique eius ſucceſſor, etiam ſi hęres ſit vniuer-
ſalis, nõ poterit ſe iuuare, dicta promiſſione,
vt reſpondit Cepha. conſ. 43. per totum. con
cludens, ꝙ ſi is, cui ſit promiſſum, quòd quã-
docunque ipſe daret, & aſſignaret alicui, pu-
tà monaſterio certum quid, teneatur illud ac
cipere, & facere cambiũ, & huiuſmodi, quod
illud pactum non egreditur perſonã ipſius,
ità vt hæres non poſſit cogi conditionem hu
iuſmodi implere: & loquitur in vna Placenti.
pro Monaſterio ſancti Sauini contra domi-
num Marazanum.

Eſt verum, quod huiuſmodi conſultatio malè
ſortita fuit effectum, etiam vſque in hodier-
num diem.

Nona ſubſequitur quæſtio, in qua etiam breui-
ter concludo, ꝙ ſi is, cui facta fuit promiſſio
237 vẽdendi, † & huiuſmodi acceptauit dictam
promiſſionem, vice verſa ipſe ſe nõ obligauit
ad emendum &c. quòd dubio procul, ſecun-
dum vnam opinionem, quæ videtur eſſe ma-
** gis ** communis, non cogitur ipſe emere,
vel retroemere; quia ſtipulatio, & promiſſio
huiuſmodi ſui natura nõ eſt reciproca: quin-
immò ſi pretium ſoluit, poteſt illud repetere,
& eum pœnitere; ità ſignanter tenuit Caſtr.
in l. in bonæ fidei. §. 1. ff. de eo, quod cert. loc.
vbi refert, ſe euaſiſſe quẽdam militem de ma-
gno labyrintho per dictam deciſionem in cõ
ſultatione per eum facta. & verum dicit, quia
ſic conſuluit conſi. 43. num. 4. in fin, in ſecun-
da parte. idem tenuit Rube. conſi. 29. nu. 4. in
fi. Rui. conſi. 145. in princ. vol. 1. Corn. de quo
per Alcia. conſi. 117. num. 8. Boe. deciſ. 48. nu
mero 20. in fi. & ſeq. & abundè Iaſ. conſi. 117.
vol. 1. vltra alios concordantes, quos ſuprà
citaui in 3. quęſt. verſi. hęc tamen concordia.

Decima eſt quæſtio, in qua etiam breuiter pro-
cedendo, concludo, ꝙ is, cui facta fuit pro-
238 miſſio vendẽdi &c. † debet agere cõtra pro-
miſſorem actione perſonali ad damna, & in-
tereſſe, ſeu pœnam, de quibus ſuprà in 7. q. ci-
tandus tamen eſt etiã poſſeſſor fundi, vel rei,
in quem fuit facta translatio, in qua conclu-
dit Fabian. de Monte in tractatu de empti. &
vendit. in fi. illius tractatus.

Et hæc vltra ea, quæ dixi ſuprà in 3. quæſt. in ter
tio effectu.

Capio vndecimam quæſtionem, quando tradi-
tio rei venditæ, dicatur facta. In qua breuiter
dico, plures eſſe modos, & ſigna traditæ poſ-
ſeſſionis, vt concludit Ang. in l. quædam mu-
lier. ff. de rei vendica. quos ſecundum eũ, ſum
matim hic libet annotare.

Primus eſt, quando tẽpore contractus, vel poſt,
139 † acquirens erat in tenuta, & corporali poſ-
ſeſſione rei, vt eſt text. in l. 2. C. de acquirenda
poſſeſ. & probat Alex. conſi. 86. ſub nu. 7. vol.
6. & probat Angel. in d. l. quædam mulier. in
princ. quatenus concludit, quòd ad acquiſi-
tionẽ dominij ſufficit ciuilis poſſeſſio, & ſuffi-
cit etiam licentia retinẽdi poſſeſſionem, quæ
titulum præcedebat.

Secundus eſt modus tradẽdæ poſſeſſiones in re-
bus incorporalibus, ſcilicet, per ceſſionem iu
240 riũ: nam in incorporalibus † ceſſio habetur
pro traditione, Ruin. conſi. 197. nu. 4. volu. 1.
Iaſ. in l. non quocunque. §. qui Caium. nu. 5.
ff. de legat. 1. Bero. conſi. 188. num. 7. vol. 1. &
conſi. 59. nu. 18. vol. 3. Purpura. conſil. 42. nu.
4. & conſi. 478. nu. 5.

241 Tertius eſt modus per conſtitutum, † Ang.
in d. l. quædam mulier. & eſt text. in l. certè. §.
1. ff. de preca. & latè per Tiraquel. de conſtitu
* to in princ. & conſentiunt * omnes Docto-
res, quòd conſtitutum, licèt ſit actus fictus,
tamen per eum transfertur ciuilis, & natura
lis poſſeſſio, dũmodò tamen conſtituens poſ-
ſideret tempore conſtituti, Tiraquel. vbi ſu-
prà, in prima limitatio. & hoc dictum eſt cõ-
mune ad omnes ferè alios etiam modos tra-
dendæ poſſeſſionis, Ang. vbi ſuprà, nu. 2. verſi.
attende tamen.

242 Eſt verum, quòd venditor propterea † non
liberatur ab actuali traditione, Crauet. con-
ſil. 63, num. 3.

Quartus eſt modus, quando concedens con-
243 ducit † ab emptore, ut concludit Angel. in
d. l. quędam mulier. in princip.

Quintus eſt modus tradendi poſſeſsionem,
244 † quando cõcedens retinet ſibi uſumfru-
ctum, Angelus in d. l. quędam mulier. in
princip.

Sextus eſt modus tradendi poſſeſsionem, per
245 inueſtituram, † quę ſolet fieri per annuli
traditionem, uel bireti impoſitionem, ſi ità
ſe habeat conſuetudo; ſecus eſt tamen de iu-
re communi, Angel. in d. l. quædam mulier.
num. 2. de quo tamen ibi in additio. ad eum.

Septimò pariter, per traditionem clauium
246 † transfertur poſſeſsio, l. clauibus. ff. de con
trahen. empt. Angel. ubi ſuprà, & in additio.
ad eum, & probatur in l. 1. §. ſi iuſſerim. in
fi. ff. de acquirend. poſſeſ. Sed hic modus de-
claratur ità demum, ſi traditio ſit facta in
conſpectu rei. Item alio non poſsidente, &
per eum, qui non poſsideat iure familiarita-
tis. Itẽ quando titulus præcedit, aliàs ſecus,
Paſſetus conſi. 208, num. 9. & ſeq.

Octauò, per acceptilationem trãsfertur poſſeſ-
ſio, Angel. ubi ſuprà.

Nonus eſt modus tradendi poſſeſsionem, ſi in
247 re præſenti, & conſpectu † eius contractus
ſit

ſit celebratus, ut eſt text.in l.1.§. ſi iuſſerim.
* ff.de acquiren. poſſeſsio.& ibi* omnes norât.
Duodecima ſubſequitur quęſtio, in qua etiam
breuiter concludo, ſufficere ſemel fuiſſe tra-
248 ditam poſſeſsionem,† ut ab hoc onere tra-
dendi liberatio facta dicatur; itá concludit
Bart.in l.ſi quis domum.in princip.ſub nu.1.
ff. locat.
Vndecimus eſt caſus, ꝙ alienare prohibitus,
249 † dicitur etiam prohibitus alienare cum
pacto redimendi, etiam ſi poſteá redimat,
Marius Auguiſtola conſi.102.num.15.
Sed hęc concluſio non eſt uera,laté per Rip.in l.
in quartá. num.55.& plur.ſeq.ff.ad leg.Falci.
250 Duodecimó, prohibitus alienare † rẽ non
poteſt etiam partem rei alienare,Menoch.ex
* * communi ſententia conſi. 116. centeſimo-
decimoſexto.
Decimustertius caſus eſt, ꝙ prohibitus aliena-
251 re, † non poteſt etiam rem apud alium di-
mittere, Cepha. conſi.133.num.87.& ſeq.
Sed in contrarium, quód prohibitus alienare
252 poſsit nihilominus † rem alienari prohibi-
tam exiſtentem penes tertium poſſeſſorem il
li dimittere aliquo recepto, reſpondit Nat-
ta conſi.145.num.20.& conſi.441.Cepha.con
ſil.375.num.30.& ſeq. uol.3.
Declaratur autem iſte caſus. Primó,ut proce-
dat, vbi prohibitus aliquo recepto dimittit
detentori, per viam tamen tranſactionis, vt
expreſsé concludunt Doct.ſupra citati,ideḿq;
firmat Bero.conſi.68.nu.55 vol.1.
Sed certé hęc declaratio videtur dubitabilis,quia
cui non licet alienare,non etiam licet tranſi-
gere, alteri rem dimittendo, vt per Clar. in
§. feudum.q.38.& faciunt, quæ ſupradixi de
compromiſſo in præambu.concluſio. in pri-
mo caſu.
Secundo declaratur iſte caſus, vt procedat, niſi
ius teſtatoris, qui prohibuit rem alienari, ſit
liquidum, vel de facili liquidandum, Natta
conſi.304.nu.8.tunc enim huiuſmodi dimiſ-
ſio rei prohibitę alienari,alienationem ſapit.
Quód veró attinet ad ſecũdam concluſionem,
quæ pertinet ad facultatẽ alienandi,non ob-
ſtante prohibitione teſtatoris;in primis præ
mitto, quód videtur, quód prohibitus alie-
nare, poſſit regulariter alienare, & valebit a-
lienatio, niſi quatenus á iure prohibita repe
253 riatur;quia omnia cẽſentur permiſſa,† quę
nõ reperiũtur á iure prohibita,glo. in l. nec-
non.§.quod eis.ff.ex quibus cauſis maio.
Secundó præmitto, quód in caſibus, in quibus
254 valet alienatio † rei prohibitæ alienari, ad-
huc in illis caſibus non valeat,ſi concurrat ẽt
prohibitio legis:ita laté firmat Cepha.conſi.
133.nu.62.& ſeq.
His ſic pręmiſſis, ſubijcio modó caſus, in qbus

prohibitus alienare non dicitur cõtrafacere
præcepto teſtatoris.
255 Primus eſt, vt prohibitus alienare, † poſſit
tamen ex cauſa neceſſaria alienare, vt eſt tex.
qui ad hoc paſſim allegatur,in l.1.ff.de fundo
dotali.vbi habetur, quód licét fundus dota-
lis alienari non poſſit per maritum,lege Iulia
prohibente, tamen ex cauſa damni infecti,
marito non cauente, vicinus poteſt immitti
in poſſeſſionem rei dotalis, quia talis aliena-
tio neceſſaria dicitur,quæ non videtur inter-
dicta,ſed voluntaria tantùm, vt dicit ille tex.
* & hæc concluſio * communiter tenetur, in-
quit Albe.in tracta.ſtatu. lib.2.q.2. in princi.
loquens in ſtatuto prohibẽte alienationem
rerum immobilium in nõ ſubditos, & ſubij-
cit, quód propterea vidit fieri multas frau-
des tali ſtatuto. Et iſte caſus intelligitur, vt
ꝓcedat etiã in quacunq; immiſſione in poſ-
ſeſſionem; declarando tamen, vt per Bal. in
auth.ei,qui.C.de bon.aucto.iud.poſſidẽ. vbi
concludit.ꝙ vbi agitur de immiſſione in poſ-
ſeſſionem bonorum prohibitorum alienari,
diſtinguendum eſt,aut bona retineri debent
in corpore patrimonij, & tunc non poteſt fie
ri immiſſio in poſſeſſionem:aut ſubiacent re-
ſtitutioni ſtatim,quód ſe facit alienum á do-
minio rei,& tunc idem;aut ſunt ſubiecta ſub
alia conditione, & tunc pendente conditio-
ne,fieri poteſt immiſſio &c.& eum refert,& ſe
quitur Ruin.conſi.123.nu.9.volu.2.loquens
in immiſſione in poſſeſſione ex cauſa reſtitu-
tionis dotis. & ex his reſultat primum exem-
plum,& prima declaratio ad hunc caſum.Et
pro iſta concluſione facit; quia etiam ſtatu-
256 tum prohibens alienationem, † non com-
prehendit alienationem neceſſariam,vt con-
cludit Ruin.conſi.27.num.4. in princip. vol.
4.Et eſt generalis concluſio,quód in prohibi
tione alienationis non continetur alienatio,
quæ fit ex diſpoſitione legis, cùm ſit neceſſa-
ria alienatio,l.pater filium.§.Iulius Agrippa.
ff.de leg.3.& concordan.per Rui.in conſ.147.
nu.4.& 10.vol.2.
Huius autem primi caſus plura alia exempla
adduci poſſunt.
257 Primum eſt,† de quo habetur in d.l.1.ff. de
fundo dota.in cauſa damni infecti,inducẽdo
vt ſuprá dixi.
Secundum ſit exemplum in inſtitutione hære-
dis.nam etſi teſtator prohibuerit bona ſua
258 alienari extra familiam, † ſeu certum genus
perſonarum, (hæc enim paria ſunt ſecũdum
* * communem,vt teſtatur Curt.Iun.in conſil.
121.num.1.in fi.) tamen non cenſetur ſenſiſ-
ſe de illa alienatione,quæ fit per inſtitutionẽ
hęredis etiam extranei, quia illa eſt neceſſa-
ria alienatio, cùm quis non poſſit ſemper vi-
uere,

uere, & moriendo oporteat eum hæredẽ ha-
bere, & ſic concurrit,& voluntas pręſumpta
teſtatoris,& etiam defectus poteſtatis ipſius,
vt eſt text.in l. cùm pater. quæ eſt 79. §.man-
do.ff.de leg.2.vbi eſt caſus, quòd ſi pater ſoli-
citus de ſalute filiæ mandauit filiæ ſuæ,ne te-
ſtamentum faciat,donec ſuſceperit filios, ità
enim,inquit ille,ſine periculo vitæ viuere po-
terit,& tamen reſpondit Iuriſcõſultus,quòd
non obſtante huiuſmodi ordinatione pater-
na,poſſit filia arbitrio ſuo teſtari,ſpreta ordi
natione patris,tãquàm cõſilio potius,quàm
præcepto: & ità illum textum ad hoc expen-
dit Cuma. in §. diui. & poſt eum Opizo ibidẽ
num.7. & in terminis hoc exemplum probat
Ange.conſil. 57.domina Andrea condidit te-
ſtamentum.vbi teſtatrix prohibuit hæredem
ſuum,& eius deſcendẽtes in aliũ alienare,& ſi
ſecus fecerit,voluit bona ſua in pœnam ad a-
lium transferri, & reſpõdit propterea extra-
nei hæredis inſtitutionem valere,non obſtan
te dicta prohibitione. hoc idem voluit Imol.
in l.ſi ità quis.§.ea lege. col. pen. ad medium,
verſic.circa tertium.ff.de verbo.obliga. qua-
tenus concludit,quòd prohibitio alienatio-
259 nis ſimpliciter validè facta, † non includit
alienationem,quæ fit titulo vniuerſali, per l.
1.ff.de fundo dota.& l.quædam.ff. de acquir.
re.do.& ratio eſt, inquit ille, quia nemo po-
teſt ſemper viuere,ideò poteſt teſtari;ad diffe
rentiam, quando fit reſpectu certæ perſonæ,
de qua in l.codicillis.§.matre.ff.de leg.2. & il-
lud conſilium Ange.refert,& ſequitur Alexã.
conſi 155.col.1.vol.2.& idem reſpondit Curt.
in conſi.160.num.7.in fin.& plur.ſeq.vbi pro
concordan.citat Alexan. & Iaſ. atteſtantem,
ſe ità etiam conſuluiſſe,& ſic etiam fuiſſe iudi
catum.idem tenet Cepha.conſi.57.nu.25.

Et vltra ſupradictas rationes,ſcilicet cauſam ne
ceſſariam, & defectum poteſtatis teſtatoris,
facit pro iſta parte alia, & tertia ratio, quæ
eſt;ꝙ ſicut hæres extraneus non eſt prohibi-
260 tus ſuccedere † prohibito ab inteſtato, vt
infra dicemus in quarto exemplo,ità nec etiã
hæres grauatus cenſetur prohibitus habere
extraneum hæredem ex teſtamẽto;hæc enim
conſequẽtia neceſſaria eſt; & paſſim per Do-
cto.admittitur;& eſt glo.& ſequuntur Doct.
in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2. & in l. pater filiũ.
* §. Iulius Agrippa.ff.de leg.3.& de * communi
teſtatur.Alex.in conſil.59.nu.10.vol.3. Crot.
conſi.48.num.3.in fi.& ſeq.Et ex hoc patet la
pſum fuiſſe Alcia.conſil.511.nu.3. quatenus
cõcludit, prohibitum alienare extra familiã,
261 † poſſe ab inteſtato hæredẽ extraneum ha-
bere,ſed nõ poſſe extraneum inſtituere. & de
* * communi etiam atteſtatur Iaſ. in vna Pla-
centina de Puteo conſi.96.num.2.col.fi. in fi.
* vol.4.& latiſſimè etiam de * communi Sylua.
conſi.6.nu.17.in fi.verſi.imò,& fortius quar-
to loco dico, quòd & ſi hæc mater extranea
diceretur &c. & plur.ſeq.& per totum. & Ri
minal.conſi.28.in princ.num.3.in fi. & ſeq. &
nu.9.loquens in caſu, quo teſtator prohibue
rat bona ſua immobilia alienari per ſuos hæ
redes,ſeu eius deſcendentes, quia vult, quòd
* ſemper in eis remaneant,quòd ſecundũ * cõ-
munem opinionem de iure cõmuni non eſt
prohibita alienatio per inſtitutum ex teſta-
262 mento eius perſonæ, † quæ erat ab inteſta-
to ſucceſſura grauato, licèt aliàs inſtitutio
hæredis dicatur alienatio,l. ſi quis prioris. §.
certum.C.de ſecundis nup.& concordan.per
eum.

Et pro iſta parte facit, quia prohibitus aliena-
263 re iſto caſu, alienationis appellatione † ſo-
lùm intelligitur comprehendi alienatio,quæ
fit inter viuos,Soci.Iun.conſi.97.num.55. vo
lu.2.per text.in l.1.ff.de fund.dota. & probat
etiam latè Bireta conſi.31.loquens generali-
ter,& in materia emphyteotica, quòd prohi
bita alienatione, non cenſetur prohibita alie
natio, quæ fit in vltima voluntate. Etenim
hæc alienatio in vltima voluntate,cùm ſit ne
264 ceſſaria,inſtituendo eum, † qui erat ab inte
ſtato ſucceſſurus, non dicitur facta ab hære-
de,ſed à lege,Ruin.conſi.134.num.8. vol.2. &
hanc partem latè comprobat Marcabrun.
conſi.83.num.164.& plur. ſeq. & ibi nu.208.
& ſeq.format tres caſus. Primus eſt, quando
prohibitio eſt in certam perſonam, & tunc
non habet locũ hæc concluſio. Secundus,qñ
prohibitio facta eſt in certum genus perſona
rum cum verbis vniuerſalibus,& prægnanti-
bus,& tunc idem eſt. Tertius eſt,quando pro
hibitio eſt facta ſimpliciter, & tunc ſecus. Et
pro hac concluſione faciunt tradita per Iaſ.
conſi.64.col.fin.num.3.volu.3.quatenus con
cludit, ꝙ vaſallus poteſt ſine cõſenſu domini
alienare fundum in eum, qui eſt ab inteſtato
ſucceſſurus,quia eſt potius tranlatio, quàm
alienatio.

Contra tamen iſtud exemplum facit in primis
tex.in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2. vbi apertè le-
gitur,ꝙ prohibita alienatione extra familiã,
fideicommiſſo eſt locus, inſtituto hærede ex-
traneo per prohibitum. & iſte text. admodũ
265 urget;& ꝙ alienationis appellatione † venit
etiam ea,quæ fit in vltima voluntate,d.l.ſi qs
prioris.§.certum.C.de ſecundis nup. per quẽ
text. ad ità tenendũ mouetur Riminal. Iun.
conſi.456.num.67.& conſi.ſeq.nu.13.volu.4.
reprobando Soci.Iun.d.conſil.97. in contra-
rium allegato,Sed certè Soc.loquitur in alie-
natione permiſſa,nos autẽ loquimur in alie-
natione prohibita. & contra iſtud ſtat etiam
Ruin.

Ruin.conſi.134.nu.8.volu.2. quando ſcilicet
eſſemus in alienatione facta inter viuos, licèt
in eum, qui erat ab inteſtato ſucceſſurus, ſed
extraneum, vt ibi per eum.& comprobat Pa
ri.conſi.39.num.9.vol.3.dicens, quòd prohi-
bitio alienationis etiam includit inſtitutio-
nem hæredis. Nihilominus ille text. ſtringit
ineuitabiliter in extraneo hærede inſtituto,
qui non erat ſucceſſurus ab inteſtato, Dec.
conſi.422.

* Et iſti etiam patres dicunt hãc eſſe * commu
nem opinionem, quòd in iſto exemplo non
poſſit fieri hæredis extranei inſtitutio, Rimi.
Iun.conſi.528.num.26.& ſeq.volu.5. ad diffe
rentiã, vbi fuit dictum, ꝙ prohibet bona alie
nari, quia vult in familia remanere, vt ibi per
eum; quę differentia reuera ſtare non poteſt,
cùm in vtroque exemplo ſemper ſit verum di
cere, quòd hæc alienatio eſt neceſſaria, quia
nõ poteſt quis ſemper uiuere, de quo per eũ.

Secũdò facit, quia prohibita alienatione extra
familiam, ſeu certum genus perſonarum,
266 † intelligitur etiam prohibita hæredis inſti
tutio etiam extranei, vt tenet Bar. & alij in d.
§.fratre.& in l.ſi ità quis.§.ex lege.ff.de verbo.
* obligat.& eſt * communis opinio, ut teſtatur
Curt.Iun.d.conſi.121.num.2.& hoc eſt expe
ditum, vt per Anguiſſolam conſil. 12. colũ.2.
verſi.nec me mouet, quod tradit Crot. lib.6.
* & de * communi plures atteſtantes refert, &
ſequitur Dec.conſi.422.vt per Syluan.d.cõſi.
6.Soci.Iun.conſi.97.nu.5.vol.2.Iaſ. conſ.101.
* vol.1.& conſi.96.uol.4. & de * communi etiã
Riminal.Iun.conſi.28.in princ.& nu.36. vol.
1.& infrà dicam in ſecũda declaratione.

Tertiò, contra iſtud exemplum, vltra text.in d.l.
peto.§.fratre.ff. de lega. ſecundo. per quem à
dicta communi recedit Ripa in d.§. diui. nu.
97.& ante eũ Imo. de quo ipſe non meminit,
in l.ſi ita quis.§.ex lege.col.3.verſi.circa tertiũ
concludit &c.ff.de verbo.obligat. & etiam te
tigi in prima obiectione; facit, quia licèt qs
267 non poſſit prohiberi teſtari † de rebus ſuis,
l.1.ff.de teſta.l.in re mandata.C.mandati. po
teſt tamen prohiberi diſponere de rebus alie
nis, imò, eo ipſo dicitur à lege prohibitus, vt
habetur.C.de reb. alien. non alienan. & pro-
pterea contra dictam ampliationem reſpon-
dit Marzar. conſi.10.col.1. verſ. ſed præterea
res eſt clariſſima in caſu pręſenti, ubi teſtator
expreſsè prohibuit etiam inſtitutionem hæ-
redum, niſi naſciturorum ex filijs ſuis maſcu
lis &c. quatenus præſupponit, dictam prohi-
bitionem valere, licèt nihil alleget, nec men-
tionem faciat de auctoritatibus ſuprà in cõ-
trarium allegatis; & ſuprà etiam tetigi in pri
ma obiectione.

Sed vt dixi, hæc obiectio remouetur per ſupradi
ctas declarationes, quas ibi tradidi.

Præter id, quod iure permiſſum eſt, etiam teſta
ri de rebus alienis, l.rem alienam C. de leg.

Quartò, non leuiter vrget cõtra iſtud exemplũ
* * communis concluſio, quæ habet, quòd qui
268 non poteſt alienare, † non etiam debet, aut
poteſt actum facere, per quem ſequatur alie-
natio, l. codicillis. quæ eſt pen. §. matre. ubi
Bar.ff.de leg.2.latè Dec.conſi.445.num.26.&
plu.ſeq. etiam legalis, Cepha.conſi.133.num.
109.& concordan.plu.Craue.conſ.197.nu.7.
& abundè probaui in vna Mediolanenſe de
Borrhomæis, de anno 1577. in cauſa quadã
confiſcationis.& ad hæc faciunt, quę infrà di
cemus in quarto exemplo.

Quintò, etiam facit cõtra iſtudmet exemplum:
quia in inſtitutione heredis generaliter facta
269 † non veniunt prohibita alienari ex defectu
uoluntatis ipſius prohibiti alienare, qui hæ-
redem inſtituit, nec dicuntur in dicta inſtitu
tione comprehenſa bona prohibita alienari
ex præſumpta uoluntate teſtatoris, vt ſuprà
in præcedenti concluſione in quarto caſu,
verſi.ad tollendum. loquendo de hypotheca
generali.& in terminis ultra ea, quæ ibi dixi,
eſt tex.in l.Titius.in fi.ff.de leg.3.cùm nec etiã
pleno iure dicerentur poſſideri per prohibi-
tum, ut concludit Natta conſi.110.nu.10.li-
cèt fideicommiſſarius ſit vtilis dominus, Ce-
pha.conſi.377.nu.33.& ſeq.& ad hoc tendũt,
quæ ſuprà diximus in præcedenti concluſio.
in quarto caſu, in nona declaratione. Et pro
hac conſideratione, quòd inſtitutio facta in
270 oĩbus bonis ipſius teſtatoris, uel ſuis, † non
comprehẽdat bona ſubiecta fideicommiſſo,
& reſtitutioni per mortem teſtatoris, latè Ri
min.Iun.conſil.394.col.2. volu.4. & ante eos
Dec. conſil.378.quem latè reaſſumit Marca-
bru.conſi.85.num.201.& plu.ſeq.ubi conclu
dit, quòd bona prohibita alienari veniũt in
inſtitutione hæredis generaliter facta de om
nibus bonis, in quandam conſequentiam, ne
teſtator videatur deceſſiſſe pro parte teſta-
tus, & pro parte inteſtatus, non autem ex de-
liberata voluntate ipſius; ut ibi per eum.

Eſt verum, quòd hæc ratio non videtur ſubſiſte
re ex eo, quod habemus, quòd prohibita alie
nari tranſeunt cũ vniuerſitate, & titulo vni-
uerſali, l. quædam.ff.de acquir.re.dom. Bart.
& Bal.in l.1.ff.de fund.dota.Natta conſ.367.
nu.5.& ſeq.

Sed hęc obiectio nõ offendit, quia d.l.quædam.
cum concordan. loquitur in prohibitis alie-
nari titulo particulari, quia benè trãſeũt cũ
vniuerſitate, ſed nos loquimur in alienatio-
ne generaliter prohibita per teſtatorem.

Nihilominus contra Ang. meritò tenuit Iaſ.in
d.§. diui.in 2. lectu.num.141.concludens, ua

lere prohibitionem teſtatoris de non inſti-
tuendo hæredem extraneum, & ità eum etiã
intelligit.

Nec ſuffragari videtur prima ratio, quæ funda-
ta eſt in præſumpta mente teſtatoris; quia
imò contrarium apparet verius ex eo, quòd
teſtator prohibendo bona alienari extra fa-
miliam, cenſetur ea voluiſſe in ea conſeruari,
non etiam ad extraneos tranſire.

Tertia quoq; ratio ceſſat, quia cum inſtitutio
hæredis ſit actus proueniens à uoluntate te-
ſtatoris, iudicari debet actus uoluntarius,
non autem neceſſarius, per ea, quæ ſupra di-
xi, & etiam dicam infrà in ſeq. exemplo.

Non obſtat, quòd teſtator non poteſt facere,
quòd hæres ſuus decedat ſine hærede, & te-
ſtamento, quia id facilè admittitur, ſed non
ſequitur, ergò non poteſt prohibere bona
ſua deuolui ad extraneum; quia ſtant ſimul,
quòd hæres ſuus inſtituat hęredem in bonis
ſuis, non etiam in bonis alienis.

Pro reſolutione tamen iſtius controuerſiæ, pu-
to poſſe dici. Et primò, quòd deciſio Ange.
procedat, vbi prohibitio alienationis eſt fa-
cta ſimpliciter, nulla cauſa expreſſa, ſed ſo-
lũ fauore prohibiti erat veſtita à pœna adie-
cta; ſecus autem eſſet, ſi facta fuiſſet in certũ
genus perſonarum, ut conſiderat, & ſic eum
intelligit Anguiſſola, vbi ſuprà, ut in caſu §.
fratre. l. peto. ff. de leg. 2. et abundè examinat
Cephal. conſi. 730. num. 47. & plur. ſeq. uol. 5.
vbi addit, non eſſe uim faciendã in eo, quòd de-
ſcendentes hęredis fuerint etiam prohibiti,
quia prohibitio non ualuit reſpectu ipſorũ,
ex quo non fuerunt honorati: de quo tamen
ſuprà diximus in 1. q. princip. in 5. ampliat.

Sed hæc declaratio non eſt vera, per ea, quæ ſu-
prà dixi in tertia ratione pro iſto exemplo, &
redditur etiam dubia ex his, quę dixi in d. 1.
q. princip. in 7. ampliat. verſi. non omitto au-
tem &c. & comprobat Ruin. conſi. 58. num.
14. vol. 5. Rolan. conſi. 98. per totum. uol. 2.
Vnde pro veriori reſolutione declaratur iſtud
exemplum ſecundo modo, ſecundum doctri-
nam Bar. in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. quam
ſic ad propoſitum noſtrum reaſſumit Alex.
conſi. 55. col. 2. vol. 5. ubi cõcludit, quòd aut
271 ſumus † in materia permiſſiua alienationis,
& in diſpoſitione legis, & tunc procedit di-
ſpoſitio l. ſi quis prius. §. certum. aut prohibi-
tio eſt ſimpliciter facta de non alienando in
aliquem; & iſto caſu non dicitur prohibita
hęredis inſtitutio, ſeu etiam ſucceſſio ab in-
teſtato, aut prohibitio eſt facta odio certę
perſonę, & tunc ſecus; aut prohibitio eſt fa-
cta extra certum genus perſonarũ putà ex-
tra familiam teſtatoris, & huiuſmodi, & lici-
ta eſt hęredis etiam extranei inſtitutio, &
ſucceſſio ab inteſtato, etiam reſpectu extra-
nei. Verùm hæc declaratio adhuc non vide-
tur complecti omnes caſus, vt infrà dicam.

Tertiò igitur declaratur iſtud exẽplum, vt pro-
cedat ità demum, ſi extraneus hæres inſtitu-
272 tus † erat ſucceſſurus ab inteſtato, per ea,
quę ſuprà diximus in cõtrarium in tertia ra-
tione: ſi autem non erat ſucceſſurus ab inte-
ſtato prohibito alienare, tũc procedat diſpo-
ſitio d. §. fratre. & ità ſignanter declarat Syl-
uan. d. conſi. 6. nu. 25. in octauo fundamento,
* & iſta eſt * communis ſententia, Iaſ. conſi. 31.
in col. 2. in ſecundo fundamento. vol. 3. & ità
procedunt allegata ſuprà in princip. pro iſto
exemplo. & quę latius dicam in quarto exem-
plo vltra auctoritates ſuprà citatas in ſecun-
da ratione. & eſt bonus tex. in d. §. fratre. & in
* d. §. cùm inter. & eſt * cõmunis opinio, Mar-
cabru. conſi. 85. num. 163. in fi. & plur. ſeq. lo-
quens in prohibitione alienationis extra cer-
tum genus perſonarum, putà, extra familiã,
vel vt in familia bona remaneant, vel deſcen-
dẽtibus maſculis, quòd nihilominus filia hæ-
redis prohibiti poſſit hæres inſtitui, ſi ab inte-
ſtato erat ſucceſſura, & nu. 211. & ſeq. vbi con-
cludit, aliud eſſe, quãdo prohibitio facta fuit
in certam perſonam, per tex. in l. codicillis. §.
matre. ff. de legat. 2. & concordan. de quibus
per eum.

Quartò declaratur iſtud exemplum, vt proce-
dat in prohibitione vniuerſali omnium bo-
273 norum, † ſecus autem in prohibitione ali-
cuius rei particularis; quia tunc illa etiam ex
teſtamento, & alio quouiſmodo alienari non
poterit, vt Opizo in d. §. diui. nu. 7. verſic. hoc
tamen, quod dixi.

Quintò declaratur iſtud exemplum, vt nõ pro-
274 cedat, quãdo ſumus † in fideicommiſſo ab-
ſoluto, ſcilicet vbi teſtator diſpoſuit, quòd
bona perpetuò remaneant in familia, Ruin.
conſi. 134. nu. 9. vol. 2. & conſ. 168. nu. 20. verſi.
& adhuc iſta opinio &c. vol. 3. Menoch. conſi.
197. nu. 48. vol. 2. & pulchrè Rube. conſi. 1. col.
fi. concludens, quòd per illa verba, Quia vo-
lo, quòd ſemper, & omni tempore bona mea
remaneãt in familia, excludatur ſucceſſio ex
teſtamento, & ab inteſtato extranei, qui non
ſit de familia, & probat Alcia. conſ. 577. nu. 4.
& Vegius conſi. vlti. num. 355. & latè defendit
Menoch. conſi. 95. nu. 120. in fi. & plur. ſeq. cõ-
cludens, etiam quamcunque aliam legalem
alienationem cenſeri tunc interdictam: & lo-
quitur in inſtitutione filiæ. & quod in fidei-
commiſſo abſoluto dicatur interdicta alie-
natio etiam neceſſaria, probaui ſuprà in 7. q.
principa. in prima differentia. hæc enim pro-
hibitio dicitur realis, quæ impedit alienatio-
nem ẽt legalem, vt infra dicam in 6. declaratione,

Sed

* Sed hæc declaratio non tenetur * communiter, vt poſt Alex.reſpondit Iaſ.d.conſi.31.col.3.in princ. in ſecundo fundamento in fi. vol.3.& contrarium etiam reſpondit Riminal. d. conſi.28.

Sextò,declaratur iſtud exemplum, & conſultatio Ange. vbi ſuprà, vt procedat,ét ſi teſtator
275 † per verba vniuerſalia, & geminata prohibuit bona alienari per eius hæredem, & eius deſcendétes quouiſmodo, vel quouis titulo, & huiuſmodi;ità enim reſpódit Ang. in principio huius exempli citatus, per rationé ibi poſitā:& eum refert,& cómendat Iaſ.d.conſ.96.col.antepen.circa med.volu.3.& ità etiam expreſsè reſpondit Ruin.conſi.89.nu.26. vol.2. loquēs in prohibitione facta extra certum genus perſonarum,& familiam,& conſi.147. num.12.co.

Sed contrarium Alcia.reſpondit conſi.484. nu.1.loquēs in caſu,quo teſtator dixerat, quòd nullo modo bona poſſint alienari quomodolibet,& quomodocunque, quòd per dicta verba generalia ſit prohibita alienatio ex teſtamento, & ibi ad hoc citat Card. poſt Soci. & Crot.& à fortiori vrget text.in d. §. fratre. Et contra hanc declarationem,quòd immò, quando verba ſunt geminata, quòd tunc dicatur prohibita alienatio legalis, poſt Aret. & concordan.Rimin.Iun.conſi.413.num.81. vol.3.& hoc quoque caſu loquitur Ange. vbi ſupra,& ſignanter conſi.155.vol.2.

Hanc tamen declarationem probat Anguiſſola d.conſi.12.ſub nu.5.lib.6. loquēs in caſu, quo dictum fuerat, Aliqualiter, & aliquo modo. & latè Menoch.d.conſi.num.114.& q; nó obſtante geminatione, & vniuerſalitate verborum, quòd tamen non cenſeatur prohibita alienatio per ſucceſſioné ab inteſtato, vel per hæredis inſtitutionem,ſaltem quando prohibitio non eſt facta in certam perſonam, vel certum genus perſonarum, ſed ſimpliciter, Marcabru.conſi.85.nu.22.& ſeq.

Veruntamen contra hanc declarationem, & ampliationem, quam non puto tenendam,
276 facit, qa inſtitutio in oibus bonis facta † p prohibitū alienare nó cóplectitur bona, quę non erant ipſius teſtatoris,ſed aliundè, vt ex teſtamento, vel fideicommiſſo alterius ad hæredem pertinent,concludit Bellon. conſi.64. nu.6.per l.cohæredi. §. cùm filiæ. ff. de vulga. & pupilla.& Alex.conſi.20.col.3. & ſeq. vol.3. & idem firmat Iaſ.conſi.89.nu.3.volu.1.concludens,prohibitum alienare non poſſe vxo-
277 rem ſuam vſufructuariam† in omnibus bonis ſuis relinquere, quamuis hæc obligatio generalis ſit,non particularis,ſeu ſpecialis,vt latè per Bero.ubi ſuprà.

Aliqui tamen voluerunt, prohibitum alienare conſtituendo in vltima voluntate vſumfructum in omnibus bonis ſuis fauore vxoris,intelligi etiam ſenſiſſe de bonis ſubiectis fideicommiſſo,vt latè concludit Bellon. conſil.9. num.6.in fin.& ſeq.ex eo, quòd illud verbum omne vniuerſale eſt,per Barto.in l.generali. §. vxori.ff.de vſufruct.legat. & abundè etiā Decia.conſi.57.uol.1.

Verùtamen hæc difficultas diſſolui poteſt hoc modo,videlicet, quòd prima opinio ſit vera, vbi aliter de voluntate diſponentis non appatet,vt etiam admittit Bellon.dict.conſ.9.ſub nu.11.verſi. prædictis tamé vnum obſtat &c. alias ſecus.

Et de voluntate diſponentis,vt ſecundæ opinio
278 ni ſit locus,dicetur cóſtare † ex pluribus.

Et primò, ſi in inſtitutione hæredis dictú ſit in omnibus, & ſingulis bonis ipſius domini teſtatoris,vt concludit Bellon.d.conſil.9.nu.7. & per totum, loquens in vſufructu omnium bonorum ſuorûm relicto vxori inſtituto hærede proprietario, quòd in dicto vſufructu comprehendantur bona feudalia, & emphyteotica,quæ aliàs pertinebant hæredi inſtituto,idemq; reſpondit Alba conſi.73. de quo tamen aliqua in contrarium poſui ſupra in pręcedenti concluſione.

Et ad hæc tendunt, quæ ſuprà dixi in præcedenti concluſio.in quarto caſu, in ſeptima declarat.Immò idem eſt dicendum, ſi dictum ſit,in omnibus alijs bonis &c. quia ſunt verba vniuerſalia,Natta conſi.683.colum. penul. & fi. volum.4.

Secundò,quando diſponens non ſolùm dixit,in omnibus bonis ſuis, ſed etiam de omnibus, & ſingulis,ſeu de omnibus, & quibuſcunq;, Bellon.vbi ſuprà,num.14.verſi. præterea dici poteſt,expreſse teſtatoré diſpoſuiſſe de dictis bonis ſubiectis fideicommiſſo &c.& faciunt, quæ infrà dicam in ſequenti concluſione in ſecúdo exéplo, verſi. ſi tamen in inſtitutione.

Tertiò,quando ex coniecturis elici poteſt,diſponentem ſenſiſſe etiam de bonis fideicommiſſarijs,vt per Bellon.ubi ſuprà, num. 13. in fi. & ſeq.in princ.ubi inter cæteras coniecturas eā dicit eſſe pręcipuam, quādo teſtator ignorabat fideicommiſſum ſibi iniunctū, & prohibitionem alienationis ei factam, quia fortè in codicillis ei ignotis verè, uel pręſumptiuè fideicommiſſum inductum fuerat; quod & voluit Bero.d.quæſt.95.ſub nu. 14. quatenus concludit, quòd in obligatione generali facta de omnibus bonis ſuis non continetur res aliena,niſi illa ſit in bonis diſponétis,hoc eſt,quòd fuerit bona fide poſſeſſa per eum, & pro iſta parte facit; quia niſi in inſtitutione nominatim dictum ſit de bonis etiam fideicommiſſo ſuppoſitus, tunc ſine dubio compie

prehenderentur bona prohibita alienari, aliàs enim per ſimplicem hæredis inſtitutionem in bonis ſuis teſtator hæres grauatus fideicõmiſſo prohibitus ſimpliciter alienare, nõ diceretur de bonis fideicommiſſo huiuſmodi ſubiectis diſponere, ſeu diſpoſuiſſe, vt concludit Cepha.d.conſi.153.nu.7.vol.2.cõcludens, ꝙ in generali inſtitutione hæredis
279 † in omnibus bonis ſuis non veniunt prohibita alienari, ſecus ſi ſit facta expreſſa, & ſpecialis eorum mentio, vt per Bar.in d.§.inſtituto.vel niſi verba ſint generalia, & vniuerſalia geminata, vt per Cepha.vbi ſuprà, nu.107.in fi.& ſeq.& conſuluit ipſemet conſi.371.num.27.& ſequenti. vol.3.& Soci.Iun.conſi.72.nu.45.& plur.ſeq.volu.2.concludens, quòd in fi-
280 deicommiſſo † facto ſuper omnibus bonis ſuis, non ueniunt feudalia, & probat Fulgoſ.conſi.230.poſt principium, concludens,
281 quòd in vniuerſali fideicommiſſo, † vel inſtitutione hæredis extranei non veniunt res emphyteoticæ etiam ex mente diſponentis, ne res incidat in commiſſum per Bart.in l.codicillis.§.inſtituto.ff.de leg.2.

Ex quo patet, dubiam eſſe cõcluſionem, quam multi tenent, quòd in hæredem vniuerſaliter inſtitutũ, & ſi extraneũ, vigore decreti continuatiui cõtinuatur poſſeſſio defuncti etiã bonorum feudalium, & emphyteoticorum, Alciat.conſi.256.nu.7.& conſi. ſeq.nu.1.

Aliud tamen eſſet dicendum in diſpoſitione inter viuos iurata, Alciat.conſi.258.nu.15.

Septimò declaratur, vt prohibitus alienare quo-
282 cunque modo, † non cenſeatur prohibitus alienare in proximiorem, qui aliàs erat ſucceſſurus, latè per Bologne.conſi.6.num.37.& ſeq.& ibi nu.46.addit, quòd proximè ſucceſſurus dicitur, nedum qui erat immediatè ſucceſſor, ſed etiam quilibet, qui ex voluntate alienantis poterat ſuccedere.

Octauò, declaratur iſtud exemplum, vt nõ procedat, quando per modum conſilij prohibi-
283 ta eſt alienatio, † nam poteſt alicui conſuli, vt non faciat teſtamentum etiam inter filios, vt poſſit ſine periculo viuere, vt habetur in d.l.cum pater.§.mando.ff.de legat.2.& hęc vltra alia, quæ dicemus in quarto exemplo infrà.

Nonò, declaratur iſtud exemplum, vt prohibita
284 alienatione, † non dicatur prohibita hæredis inſtitutio citra omnem difficultatẽ, quando teſtator ſe reſtrinxit ad actus inter viuos, putà, quia dixit, Prohibeo alienationem venditionis, locationis, donationis, & huiuſmodi; vt ſignanter declarat Rimin. Iun. d.conſi.456.nu.70.& ſequen.vol.4.

Decimò, declaratur iſtud exemplum, & concluſio, vt non procedat, quando prohibitio eſt
285 realis: † tũc enim etiã legitimi hæredis, qui non ſit de uocatis per teſtatorem, inſtitutio prohibita cenſetur; vt per Ruin. conſil.119.num.7.volu.2.& d.conſi.147.num.7.& ſeq. & conſi.150.nu.16.in fin.& plur.ſeq.vol.eo.poſt Curt.Iun. & concordan. reſpõdit Rimi. Iun. conſi.279.nu.83.& ſeq.vbi dicit, hanc eſſe ſingularem limitationem ad d.l. cùm pater.§.cũ inter.ff.de lega.2.& facit Bal.in l.cum hi.in 2.lec.§.ſed & pluribus. ff. de tranſact. quatenus concludit, quòd vbi prohibitio eſt in rem, vel generalis, tunc in quẽquam nõ poteſt quouiſmodo fieri alienatio: ſecus ſi ſit facta extra certum genus perſonarum. Quo fit, vt ſit cauendum à conſultatione Iaſ. dict. conſil. 96. volumi. 4. quia in caſu ſuo prohibitio erat realis, & in caſu Ange.vbi ſuprà, per quẽ monetur Iaſ. prohibitio erat perſonalis, & in caſu Doct. quos ipſe refert. Sed hæc declaratio nõ eſt tuta, vt infrà dicam in quarto exẽplo, in tertia declaratione.

286 Quòd ſi etiã prohibitio facta ſit † in odiũ certæ perſonæ, vtiq; etiam in ea non poterit hęres inſtitui; & ità procedit tex.in d.l. pen.§. matre.ff.de leg.2. & infrà etiã dicam in quarto exemplo, in ſexta declaratione.

Vndecimò declaratur, vt ſupradicta concluſio non procedat in alienatione facta inter uiuos, licèt in eum, qui erat ſucceſſurus ab inteſtato, ſed extraneum, vt ſuprà dixi, Ruin.dict. conſi.134.nu.8.vol.2. ad differentiam alienationis, quæ fit in vltima voluntate.

Duodecimò, declaratur iſtud exemplum, vt procedat in fideicommiſſo conditionali, idest, in caſu alienationis tantùm inducto; ſecus autem, ſi ex prohibitione de non alienando reſultaret ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, vt ſuprà dixi in d.3. q. princip. in prima differentia, & in quarta.

Decimotertiò, declaratur iſtud exemplum, vt
287 procedat in inſtitutione hæredis, † qui aliàs erat ab inteſtato ſucceſſurus, l.cũ pater. quæ eſt 79. §. cùm inter. ff. de legat.3. dummodò prohibitio de non alienando ſit ſimplex; ſecus autem, quando prohibitio concepta eſt per verba vniuerſalia, & geminata, putà, vt aliquo modo, vel quouiſmodo alienatio fieri non poſſit, vt poſt Bar. cõcludit Aret.in l. ventre.col.14.verſ.dicamus ergò.ff. de acq. hære. idem reſpondit Dec.conſi.23.nu.4.verſi.& in terminis.& concordan. per Marza. conſil.10. col.1.& ſup. dixi.

Et hęc vltra aliàs declarationes, & limitationes, quæ ad dictam l.cùm pater.§.cùm inter. ff.de legat.2.dantur per moder. Hiſpanos in repetit.d.§.diui.nu.54.

Decimoquartò, declaratur ſupradictum exemplũ, vt procedat in prohibitione de non alienando

nando ſimpliciter facta, ſecus autem, ſi ſit fa-
cta in certum genus perſonarum, putà, extra
familiam, & inſtitutus, qui aliàs erat ſucceſſu
rus ab inteſtato, venit vt hæres legitimus, &
ſic ab inteſtato, ſecus autem, ſi hæres ſit tan-
quam hæres teſtamentarius prohibiti aliena
re, uel quãdo prohibitio fuit facta in certam
perſonam; itá ſignanter declarat Imol. in l. ſi
ità quis. §. ea lege. col. 3. verſi. circa tertium. ibi
tertio caſu &c. ff. de verbo. obliga. de quo etiã
ſuprà memini.

Decimoquintò, declaratur iſtud ſecundum exẽ
plum iſtius primi caſus, ut procedat ita de-
mum, ſi in inſtitutione hæredis, nominatim
dictum ſit de bonis etiã fideicõmiſſo ſuppo-
ſitis. aliàs enim per ſimplicem hæredis inſtitu
tionem in bonis ſuis teſtator hęres grauatus
fideicommiſſo prohibitus ſimpliciter aliena
re, non diceretur de bonis fideicommiſſo hu
iuſmodi ſubiectis diſponere, ſeu diſpoſuiſſe,
vt concludit Cepha. & ut ſuprà dixi in ſecun-
do exemplo primi caſus, ad fin.

Tertium ſit exemplum iſtius caſus in alienatio-
ne, quæ fit per confiſcationem bonorum ex
delicto patrato per prohibitum alienare; ea
288 enim dicitur etiam† neceſſaria alienatio, vt
ſentit Bald. in leg. prima. ff. de fun. dota. &
ob id Ruin. in dicto §. diui. per illum text.
uoluit, fraudem non poſſe fieri fiſco per pro-
hibitionem de non alienando, & concordan.
per Gabriel. conſil. 140. ſub nume. 31. & ſe-
quen. ubi latè teſtatur hanc eſſe ueriorem
opinionem. ſed de hac quæſtione ſatis ſuprà
dixi in præcedenti conclu. principali, in octa-
uo caſu. non repeto.

Et in crimine etiam læſæ maieſtatis, quòd non
289 comprehendantur in confiſcatione † bona
prohibita alienari, probat ſatis abundè Grã
ma. deciſ. 105. nume. 29. uerſic. item adeſt in-
ſuper. & plur. ſequen. per Barto. in l. Impera-
tor. ff. de fideicom. libert. & in l. ſi quis in tan-
tam. C. unde vi. & moder. in d. §. diui. & Ale-
xand. in dict. conſil. 23. volum. 1. & Dec. conſi.
442. & idem reſpondi anno præterito in vna
Placentina pro Co. Federico Scoto cõtra fi-
ſcum in materia feudali. & in criminæ læſæ
maieſtatis diuinæ, idem reſpondit Cepha. cõ
ſilio 67. nume. 9. & per totum. vol. quinto, &
comprobat Decia. conſi. 18. num. 337. uolu.
1. poſt Alexan. conſi. 23. volum. 1. & examinat
abundè, reprobando Rui. ubi ſuprà, & Caſt.
& quoſdam alios moder. Socin. Iun. conſi. 49.
uolu. 3. & idem Ruin. ſæpè etiam pro hac par
te conſuluit, quem etiam refert, & ſequitur
* Rolan. conſi. 56. uolu. 1. & de * communi te-
ſtatur Gabriel. d. conſi. 140. num. 31. in prin.
& quòd prohibita expreſsè alienatione, etiã
cum fiſci commemoratione, bona non poſ-
ſint in fiſcum tranſire, & prohibitio ualeat,
latè etiam firmat Marza. de fideicomm. q. 47.
& hanc partem, quando ſumus in expreſſa
prohibitione, tenet poſt plur. concordan. per
eum citat. Riminal. Iun. conſi. 313. nume. 60.
uolum. 3.

Poſſet autem hæc ſecunda opinio obtinere, ubi
eſſemus in prohibitione, & fideicommiſſo fir
mato in aliquo contractu, non etiam in vlti-
ma uoluntate, ut latè ſic diſtinguendo fir-
mat Gabriel. conſil. 140. nume. 32. & ſequent.
in prohibitione enim alienationis inter ui-
290 uos, ſeu in contractu firmatæ † non conti-
netur hæc neceſſaria alienatio, ſed bona tran
ſeunt in fiſcum cum ſua cauſa, per l. cùm pa-
ter. §. hæreditatem. ff. de leg. 2. & l. Aurelius. §.
Cornelio Felici. ff. de iur. fiſci. & cõcordan. de
quibus per eum, nu. 36.

Inſpici etiam debet forma prohibitionis iſto
caſu, quomodo ſit concepta, quia ea nõ ob-
ſtante quandoque uſusfructus in fiſcum trã-
ſit, ut dixi ſuprà in præambu. quæſt. in 8. ca-
ſu, in fin.

Quartum ſit exemplum in alienatione, quæ fit
per ſucceſſionem hęredis ab inteſtato uenien
297 tis, † etiam ſi is non ſit de familia, uel de eo
genere, de quo cantat fideicommiſſum, gloſ.
in l. pater filium. §. filiam. in uerbo, defuncta.
ff. de legat. tertiò. l. cùm pater. §. cùm inter. &
ibi Barto. & alij not. ff. de legat. ſecũdò. ſecun-
* dum * communem intellectum, vt etiam te-
ſtatur Ruin. in d. §. diui. nume. 69. & per Crot.
d. conſi. 48. nume. 10. in fin. hęc enim non hæ-
redis eſt, ſed legis alienatio, quæ non dicitur
* interdicta, vt infrà dicam. & eſt * communis
opinio, vt teſtatur Gabriel. conſi. 111. nu. 20.
Ea enim clarè alienatio neceſſaria dicitur. &
procedunt tunc, quæ ſuprà dicta ſunt in pri-
mo exemplo, & ita loquitur etiam Barto. in
dicta lege prima. ff. de fundo dota. per illum
text. & non minus clarè Imol. in l. ſi ita quis.
§. ea lege. numero quinto. in fin. ff. de uerbor.
obligatio. & eſt bonus text. in l. pater filium.
quæ eſt 79. §. cum inter. ff. de legat. ſecundò.
& non eſt dubium, quòd decedens ab inteſta
292 to † dicitur relinquere bona ſua uenien-
tibus ab inteſtato, l. conficiuntur. ff. de iu-
re codicill. in principio. quoniam creditur
patrem famil. ſponte ſua his relinquere legi-
timam hæreditatem &c. Et idem concludit
Curt. Iunior. conſilio quarto, numero 22. &
pluri. ſequent. concludens, quòd ſucceſſio ab
293 inteſtato † dicitur alienatio; ſequitur
Cephal. conſilio 430. numero 53. uolumine
tertiò, loquens in facultate alienandi inui-
cem conceſſa inter diuidentes; & dixi etiam
ſuprà in ſecundo effectu præcedent. quæ-
ſtione.

Benè

Bene verum eſt, quòd per huiuſmodi prohibi-
tionem de non alienando extra familiam, nõ
294 dicitur prohibita ſucceſſio † ab inteſtato le
gitimi hæredis ipſius grauati, per text. in l.
cùm pater. §. cùm inter. & ibi Barto. not. ff. de
legat. 2. quos refert, & ſequitur Alciat. conſil.
561. numero 3. etiam ſi is non ſit de familia,
vt ibi per eos, & de quo text. in dict. §. cùm in-
ter. latè differit Socin. Iun. in dict. §. diui. nu-
* mero 45. in fine, & ſequen. & eſt * communis
opinio, vt teſtatur Iaſ. conſilio 96. ſub nume-
ro 25. verſicu. confirmo, quia prima prohibi-
tio eſt facta reſpectu certarum perſonarum,
* putà, vt non alienetur extra familiam &c. vo
lumi. 4. & de * communi Marius Anguiſſola
* conſilio 175. num. 8. Vegius conſilio vltimo.
nume. 355. in fin. & ſequen. & de * communi
teſtatur Alexand. conſi. 56. nume. 5. volum. 1.
Dec. conſi. 422. colum. penul. ad fin. Iaſ. conſi.
101. volu. 1. Burſat. conſi. 37. in princ. & nu. 6.
& abundè dixi ſuprà in ſecundo exemplo. &
* iſte eſt * communis ſenſus ad dict. §. cum pa-
ter. quod ſic prohibitus alienare extra fami-
295 liam, † non prohibetur habere hæredem
ab inteſtato etiã extraneum, ſecundum Rui.
in d. §. diui. nu. 48. Et ratio eſt, quia tunc non
dicitur fieri alienatio à prohibito, ſed a lege,
l. 3. §. de illo. ff. pro ſocio. & ibi per eum, & alios
concordan. per eum citatos, nume. 479. & ſe-
* quen. & de * communi Alexand. conſi. 59. nu.
10. volu. 3. Crot. conſi. 48. nu. 10. in fi. & quòd
* iſte ſit * communis ſenſus ad d. §. cùm inter.
vt ſcilicet veniens ab inteſtato quantumcun
296 que extraneus † nõ dicatur excluſus à pro-
hibitione de non alienando extra familiam,
teſtatur etiam Rube. conſi. primo. colum. fi.
licèt ipſe ſubtiliter conetur oſtendere, quòd
ille text. hoc non probet. & quòd prohibita
ſimpliciter alienatione, vel extra certum ge-
nus perſonarum, putà extra familiam, vel de
ſcendentes non dicatur prohibita legitimi
* hæredis ab inteſtato ſucceſſio, eſt * commu-
nis opinio, ut per Marcabrun. conſil. 85. nu-
mero 165. & latè per Menoch. conſil. 371. nu-
me. 96. & plu. ſequent. volumi. 4. & ibi etiam
297 idem dicit in materia † ſtatutaria alienatio
nem prohibente. & idem firmat Bireta con-
ſil. 18. nu. 3. & conſi. 48. num. 11. & quod pro-
hibitio alienationis extra familiam non ex-
tendatur ad hæredem legitimum, putà, ad
* excluſionem auctoris filio grauato, eſt * com
munis opinio, Decius conſil. 377 nume. 9. &
* de * communi Iaſ. conſi. 31. colum. 2. in ſecun
do fundamento. uolu. 3. loquens in prohibi-
to alienare extra familiam, quòd nõ dicatur
prohibitus habere legitimum hæredem ab
inteſtato, etiam ſi non ſit de familia, & in ſuc-
ceſſione matris ex teſtamento prohibiti, idẽ
reſpondit Ruin. conſi. 519. nu. 24. in princ. &
nu. 27. & ſeq. vol. 2. & pro iſto concluſiuè re-
ſpondit etiam Sylua. d. conſi. 6. nu. 17. ad fi. &
* plu. ſeq. ubi etiam de * communi.

Contra iſtud autem exemplum facit; quia imò
298 alienare non dicitur, † qui ab inteſtato de-
cedit, Celſus conſi. 37. nu. 13. Marius Anguiſ-
ſola conſi. 209. nu. 3. & quæ dixi ſuprà in ſecũ-
do exemplo. & pro hoc facit text. in l. confi-
ciuntur. in prin. ibi, quoniam creditur patrẽ
familias ſponte ſua his relinquere legitimam
hæreditatem, &c. ff. de iure codicillo. & glo. in
l. Lucius. la ſecunda, in uerbo liberis. quæ ex-
ponit tacitè ſcilicet ab inteſtato. ff. de hæred.
inſtit. & facit, quia non minus dicitur aliena-
re, qui tacitè alienauit, quàm qui expreſsè, l.
cùm quid. ff. ſi cert. pet. & quia qui poteſt alie
nare, & non alienat, donare dicitur, ut per
Ruin. in d. §. diui. nu. 70. in fin. & ad hoc citat
Petrum, Bald. & Imo. in d. §. fratre. & abundè
probat etiam ipſe in conſi. 168. nu. 17. ad fin.
& ſeq. uol. 3. per l. 1. §. ſciendum. ff. de lega. 3. &
concordan. per eum. ultra ea, quæ ſuprà dixi,
in ſecũdo exẽplo, verſi. 4. nõ leuiter urget &c.

Vnde timore iſtius contrarij Socin. conſil. 251.
vol. 2. dixit, concluſionem ſupra firmatã pro-
cedere, ubi ſimpliciter fuit facta prohibitio
extra familiam, ſecus ſi etiam additum ſit, ut
in familia bona remaneant, quia tunc proce
dit cõtrarium. Et ratio eſt, quia tunc ſumus
299 in fideicommiſſo abſoluto, † in quo extra-
neus quouis modo nõ admittitur, ut ſupra-
diximus in 5. quæſt. princip. in primo caſu, in
5. & 13. exemplo. & in 7. q. princip. in ſecundo
effectu. & hoc idem tenuit in d. conſil. 251. in
ſecunda difficultate, in ſecundo dubio. uol. 2.
quem etiam refert, & ſequitur Rube. conſi. 1.
col. fi. & idem uult Purpura. conſ. 375. nu. 13.
& ſeq. uolu. 1. dum concludit, quòd in fideicom-
300 miſſo abſoluto † nõ admittitur, niſi qui eſt
de agnatione, ſeu familia. & idem firmat So-
cin. conſi. 266. num. 38. & 54. uolum. 2. & Ro-
land. conſil. 98. nume. 14. in fine. & ſequent.
uolum. ſecundo, dicens, quòd licèt prohibi-
ta alienatione, nõ cenſeatur prohibita hære-
dis inſtitutio, tamen ſecus eſt, quando fuit
inductus, licèt dolo. quod totaliter bona per-
ueniant ad dictos hæredes? quia illud uer-
bum Totaliter, ampliat diſpoſitionem, ut
dicatur inductum fideicommiſſum abſo-
lutum.

Sed hanc ſolutionem improbat Ruin. in dicto
§. diui. numero 70. in fin. & ſequen. dicens, in-
ter hos caſus non eſſe differentiam, ut ipſe
iam prius concluſerat per gloſſ. Petrum, &
Cuman. & per Bald. in dicto §. cùm inter. &
ideo ipſe affert ſolutionem ad dictum con-
trarium.

Altera igitur eſt ſolutio, quod eſt ſpeciale in d.
§.cum inter.ſecundum gloſſ. ibi, & Soci. in d.
conſi.227.uol.eo. Altera eſt, quod eſt ſpecia
301 le in d. text. §. cùm inter. † in matre,ut poſ-
ſit in filios alienare, ſecūdum Petrum & Bal.
ibidem,& Salyc. in l. ea lege. C. de condit. ob
cauſam.

Sed certè hæc intelligentia deſtruit, ut pluri-
mùm, dictam communem opinionem ſuprà
prius firmatam; ita concludit Dec. conſil.
422.num.6.uerſiculo, & tenendo. & nu. 7. in
* fin.& de * communi etiam cōtra dictum ſen-
ſum,Syluan.conſi.6.num.17. ad fin. unde ul-
tra reſponſionem Soci.quæ mihi placet,con-
ſil.251. dico, contrarium nō procedere in ca
ſu iſto, in quo diſpoſitio debet intelligi uerè,
& propriè de uera alienatione,l.non aliter.ff.
de legat.3.ſed alienatio,quæ fit per ſucceſſio-
nem ab inteſtato dicitur ficta alienatio, ut
latè per Bero.conſilio 84. numero 80. uolu-
mine ſecundo.

Rurſus,& tertiò ultra ea, quæ ſuprà diximus in
ſecundo exemplo in ſecunda declaratione,&
apertius Corn. cōſi.279.nu.80.& plu.ſeq.eo.
uolumine,quatenus concludit, diſpoſitionē
d.l.cùm pater.§.cùm inter.ff.de leg. 2. proce-
dere,quando prohibitio eſt perſonalis, ſecus
ſi ſit realis; dici poteſt, conſiderandum eſſe,
quòd ſi prohibitio alienationis concepta ſit
302 in rem,ideſt,realis ſit,† tunc etiam interdi-
cta cenſeatur ſucceſſio ab inteſtato etiam le-
gitimi hæredis,ut uoluiſſe uidetur Ancha.cō
ſil.382.in themate. ut latè poſt Rui.conſi.89.
volum. 2. nume.55.& concordan. de quibus
per eum,probat Vegius conſi.ulti.nu.355.&
ſeq.& pulchrè cōprobat Rimi.Iun.conſ.313.
num.82.& ſeq.uol.3.& poſt.plur.concordan.
303 per eum citatos,quod tunc prohibitio † com-
prehendat cauſam teſtati, & inteſtati, pro-
bat Burſat.conſi.37. num.4. tunc enim face-
re,& curare debet prohibitus, ne etiam res
per ſucceſſionem ab inteſtato deueniat in a-
liud genus prohibitum,ut ibi per eū, nu.11.
& hanc declarationem probat Rui. cōſi.168.
num.17.uol.3. concludens, quòd ubi res eſt
prohibita alienari extra certum genus perſo
narum, continet etiam alienationem, quæ
prouenit ex diſpoſitione legis ab inteſtato,
per Ancha.& Caſtren.per eum citatum.

Sed iſta differentia non recipitur ab omnibus;
quia in diſpoſitione teſtatoris non admitti-
tur,ut per Ruin.latè in d.§.diui. nu.73.

Vnde non eſt tutum recedere a præcedente con
cluſione,quam expreſsè tenet Bald.conſi.57.
nume.4.in ſecunda parte.Ruin.qui etiam ci-
tat Anchar. & Caſtren.conſil.147. nume.11.
uolu.3.& concordan. per Beccium conſi.26.
colum.penul.in fin.& ſequen. & Ancha. Iun.
quæſt.72.nume.13. & ſeq.in prima parte. lo-
quēs in prohibitione reali, & in rem ſcripta;
& quando talis dicatur eſſe, declarauit ip-
ſe ibi.

Præterea & quartò dici poteſt, quòd interdicta
304 eſt ſucceſſio ab inteſtato,† ubi uerba prohi-
bitionis ſunt geminata, ut Dec. conſil.23.&
concordan.per Gabriel.conſi.140.nume.14.
in principio,uel ſunt admodum,prægnantia,
& uniuerſalia, putà, quouis titulo, iure, uel
cauſa, & huiuſmodi, Vegius ubi ſuprà, ſub
nume.386.uerſicu. dicit quoque Ruin. & in
terminis Burſat.conſi.37.nu.3.& latius poſt
plur. concordan. per eum citatos, Menoch.
conſi.197.num.63.uolu.2. loquens in inſtitu
tione extranei ab inteſtato ſucceſſuri, & etiā
in ſucceſſione propriæ ſororis, & etiam in fi-
lia,num.55.quando ſcilicet bona ſunt prohi
bita alienari extra familiam, ut in familia cō
ſeruentur, & hanc reſpōſionem probat Dec.
conſilio 481. ubi concludit, quòd & text.in
dicto §. & ibi Barto. non procedit, quando
uerbo prohibitionis ſunt uniuerſalia, & ge-
minata.

Sed hæc declaratio periculoſa eſt ex his,quæ di-
xi ſuprà in ſecundo exemplo, in quarta de-
claratione. & ità eam in ſpecie improbat Ga
briel.conſi.140.num.14.uerſi.tamen uniuer-
ſalia.faciens differentiam inter uerba gemi-
nata &c.& uerba uniuerſalia.

Quinto,ſi concurrat prohibitio expreſſa homi
305 nis per expreſſam prohibitionem † factam
de non alienando cum tacita prohibitione
legis,putà,oriente ex ſubſtitutione fideicom
miſſaria, tunc enim eò difficilius admittitur
ſucceſſio ab inteſtato, ut etiam concludit
poſt alios per eum citatos, Vegius ubi ſu-
prà nu.357.

Sextò,ſi teſtator dixit, quòd uult perpetuis fu-
306 turis temporibus † bona ſua conſeruari in
agnatione ſua, & parentela; per hanc enim
diſpoſitionem, etiam quòd per modum ra-
tionis,uel enunciationis dicta ſit,tamen cen
ſetur interdicta ſucceſſio extranei ab inteſta-
to;ut in una Placentina de Nicellis reſpon-
dit Ruin. conſil. 119. numero 5. in fin.& ſeq.
uolum.2.

Septimò,ubicunque cauſa teſtati prohibita re-
307 peritur,ibi etiam cenſetur † prohibita cau-
ſa inteſtati, quia à pari procedunt ex identi-
tate rationis,Curt.Sen. conſilio 40. numero
17. Sylua.conſilio 55. numero 17.& 25.quos
ultra Gabriel.refert,& ſequitur Burſat. con-
ſil.37.nu.8.

Octauò iſtud exemplum, & concluſio in eo fir-
308 mata non procedit in prohibitione † alie-
nationis facta per legem,vel ſtatutum, extra
certum genus perſonarum; tunc enim com-
prehen-

prehenditur eo caſu alienatio, quæ ſit ex te-
* ſtamento, vel ab inteſtato; vt eſt * communis
opinio relata per Vaſq. de quo per Burſat. cō
ſil. 37. num. 2. vbi loquitur in ſtatuto prohi-
bente ſubditū alienare in forenſem: ea enim
prohibitio fortior eſt, quam prohibitio ho-
minis.

Sed pro pleniori reſolutione dici poteſt, & ſextū
hunc caſum, & iſtud exemplum poſſe proce-
dere, niſi prohibitio de non alienando fa-
309 cta ſit reſpectu certæ perſonæ; † quia tunc
impeditur etiam trāſmiſſio in venientem ab
inteſtato, vt ſuprà dixi in præcedenti quæſtio
ne principali, in ſecundo effectu, & etiam ſu-
pra in ſecundo exemplo, in ſecunda declara-
tione, & ità reſpondit Burſat. conſil. 37. nu. 5.
& ſeq. faciens differentiā inter hunc caſum,
& caſum, vbi prohibitio facta eſt in certum
genus perſonarum incertarum.

Octauò, declaratur modò, vltra primam decla-
rationem ſupradatam, iſte primus caſus; vt
procedat, vbi prohibitio alienationis parit
ſolum fideicommiſſum in caſu alienationis
tantùm; aliàs nō procederet in alienatione,
quæ tamen ſit perpetua, quia tunc bona pro
hibita alienari, tranſeunt cum ſua cauſa; ità
enim loquitur tex. & ibi Bar. & Bal. declarant
in d. l. 1. ff. de fundo dota. neque enim per hu-
310 iuſmodi ſpecies alienationum † neceſſariò
dicitur factū præiudicium vocato per fidei-
commiſſum, ſicut nec vxori in fundo dotali
ex cauſa neceſſaria alienato, habetur in d. l. 1.
& ſuprà tetigi in præcedenti quæſtione prin-
cipali, in ſecundo effectu.

Nono, declaratur, vt in caſibus, in quibus per-
311 miſſa eſt alienatio † ex cauſa neceſſaria va-
leat alienatio eatenus tamen, quatenus vr-
get neceſſitas, & non vltrà, Natta conſi-
lio 162.

Decimò, declaratur iſte caſus pertinēs ad cau-
ſam neceſſitatis, vt procedat etiam in dubio,
312 quòd ſcilicet alienatio † potius ex cauſa ne-
ceſſitatis, quàm voluntaria facta præſuma-
tur, Riminal. Iun. conſil. 147. numero 20.
volum. 1.

Vndecimò, declaratur iſte primus caſus, vt non
313 procedat, quando teſtator † prohibuit bo-
na alienari etiam ex cauſa neceſſitatis, vt con
cludit Cepha. conſi. 330. nu. 6.

Duodecimò, declaratur iſtud exemplum, vt nō
procedat, ſi teſtator vſus ſit verbis prægnan-
314 tiſſimis † ad effectum conſeruationis bono
rū in familia, puta, Semper, & perpetuò; tūc
enim ceſſat diſpoſitio d. §. cùm inter. ità con-
cludit Rube. d. conſi. 1. col. fin. Sed hæc decla-
* ratio * communiter damnatur, Iaſ. d. cōſ. 35.
col. 3. vol. 3.

Quartum exēplum eſt, vbi alienatio ſit pro ære
315 alieno exoluēdo ipſius teſtatoris, † & pro ſa
nandis eius debitis; tunc enim non dicitur
contrafieri voluntati teſtatoris, & interdicta
eo caſu non cenſetur alienatio, vt eſt text. in l.
filiusfamilias. §. diui. in fin. & in l. ſi fundum
per fideicommiſſum. ff. de legat. 1. cum con-
cordan. de quibus per Nattam conſ. 110. nu
me. 13. Natta conſil. 145. nu. 22. ſecus autem
pro ære alieno ipſius hæredis, vt ibi per eos.
idem reſpondit Beccius conſilio 100. & la-
tius per Riminal. conſi. 131. in princi. vol. 1. &
habetur in l. pater filium. in princ. ff. de legat.
3. & in l. cùm fideicommiſſum. ff. de fideicom-
miſſ. hæredita. petit. & in l. Marcellus. §. res,
quæ. ff. ad Trebell. & in l. in fideicommiſſariā.
ff. ad leg. Falcid. & vtrobique Docto. & hunc
caſum probat Imo. in l. ante reſtitutam. ff. ad
Trebell. & dixi etiam in pręcedenti concluſio
ne, in primo caſu.

Declaratur tamen iſtud exemplum, vt proce-
dat, quò ad debita ipſius teſtatoris erga ex-
traneum, non autem quò ad ipſum hære-
dem inſtitutum, & grauatum; ità reſpondit
Natta d. conſi. 110. nu. 6. & plur. ſeq. & nu. 17.
& ſeq. & ferè per totum, nam reſpectu æris
alieni teſtatoris alienatio dicitur neceſſaria
omninò, & non voluntaria, ut Opizo in d. §.
diui. nu. 49. & ſeq.

Veruntamen in hoc puncto, dum quæritur, an
316 bona per teſtatorē prohibita alienari, † poſ
ſint alienari ex cauſa neceſſaria ortum habē-
te in perſona hæredis grauati, uidetur cōclu
dendum affirmatiuè, per l. peto. §. prædium.
* ff. de leg. 2. & ibi * omnes not. & in d. l. filiusfa-
mil. §. diui. ubi Ripa nume. 9. in primo caſu.
quia generale eſt in quacunque diſpoſitione,
317 † quòd caſus neceſſitatis ſemper intelligi-
tur exceptuatus, ut latè infinita exempla cu-
mulando ad hoc propoſitum, tradit Loazes
in d. §. diui. nu. 83. & plu. ſeq.

Declaratur autem hæc concluſio pluribus mo-
dis. Et primò, vt procedat, etiam ſi teſtator
prohibuiſſet alienationem ex cauſa neceſſi-
tatis, ut declarat Cuma. in d. §. prædium. in
prima lectu. in fi. nu. 7.

Iſtud tamen dictum, licèt non reperiam ab ali-
quo reprobatum, mihi uidetur dubitabile.
318 quia teſtator potuit legem, † quam uoluit,
imponere rebus ſuis, poſtquam hac lege ex-
preſsè non reperitur prohibitum, l. in re man
data. C. manda. & faciunt tradita per Docto.
in l. nemo poteſt. ff. de leg. 2.

Secundò declaratur, vt diſpoſitio d. §. prædium.
& dicta concluſio procedat ſolùm in neceſſi-
tate cauſata aliundè, quàm ex actu volunta-
rio ipſius grauati, aliàs ſecùs; ità ſignanter
illum tex. declarat, & intelligit Bald. conſ. 20.
quid importēt illa verba. in ſecūda parte. lo-

quens in neceſſitate fato contingente, putà,
incurſus latronum,& huiuſmodi, vel natura
li caſu, puta, infirmitatis &c. vel ex aliqua a-
lia iuſta cauſa,putà,refectionis domus,& hu
iuſmodi, de qua infrà in vltima quæſtione
principali, ad differẽtiam neceſſitatis cauſa-
tæ ex volutate grauati. Vnde videmus, quod
319 prohibita alienatione, † dicitur etiam bo-
noru cõfiſcatio interdicta; Doct.in d. §. diui.
Veruntamen hæc declaratio nõ eſt omninò tu-
ta;quia Doct.in d.§. prædium. intelligunt il-
lum text.in neceſſitate etiam cauſata ex con-
tractu æris alieni cauſato ex voluntate gra-
uati. Vnde inquit Bart.ibi,nu.3.quòd ex illo
tex. ſumunt quidam fraudem ad fauores gra
uati, ꝙ ſupponat aliquos, qui fingant ſe cre-
ditores illius, & ob id ingrediantur poſſeſſio-
nem bonorum ex primo,& ſecundo decreto.
& cæteri ſequuntur,& maxime Cuma. ibidẽ.
& idem probat Bar.in l. 2.§. ſi. ff. de rebus eo.
& cum hac intelligentia tranſit etiam Caſtr.
ibi,& Opizo d.§.diui.ſub nu.46. verſi. in eadẽ
glo.&c. & Loazes ibidem, nu.83.& ſeq.
Tertiò declaratur ſupradicta concluſio, vt re-
tenta prima intelligentia,procedat, durante
ſolùm vita grauati,ita enim loquitur text. in
dict.§. prædium.& ſic eo mortuo veniunt alij
vocati ad illud fideicommiſſum. Et ſic ibi eſt
tex. ſingularis limitans diſpoſitionem l. cùm
pater.§.libertis.ff.eo.tit.de leg.2.vbi habetur,
quod alienatione ſecuta per prohibitum, ſta
tim fit reuocatio: procedit enim in volunta-
ria, non autem in neceſſaria alienatione, vt
declarat Bar.in d.§.prædium.
Quartò,declaratur ſupradicta concluſio,vt di-
ſpoſitio d. §. prædium. procedat ità demùm,
320 ſi iubẽte iudice,& inuito grauato, talis alie
natio ob æs grauati fiat, ſecùs ſi per ipſum
grauatũ fiat; ità enim verè loquitur ille text.
ibi, Sed bona hæredis veneant. Bart.ibidem,
dum loquitur de primo, & ſecundo decreto
judicis.Bal.in c.1.nu.11.de prohib. feudi alie
nat.per Feder.& non minus clarè Opizo in d.
§.diui.nu.85.verſic. quod tamen intelligo ve-
rum&c.
Quintò declaratur ſupradicta concluſio, vt eò
magis procedat,data licentia per teſtatorem
alienandi pro ſuis neceſſitatibus: tunc enim
valet alienatio facta per grauatũ pro ſanan-
321 dis eius debitis,† niſi gratia euertendi fidei-
commiſſi æs alienum per grauatum contra-
ctum ſit,Bald.d.conſi.20.& faciunt, quæ po-
nit idẽ Bald.in d.c.1.nu.11.de prohibit. feud.
alienat.per Feder. et Dec.in conſ.445. nu.24.
dum concludit, quòd feudum antiquum
322 † non poteſt per vaſallum dari in ſolutum
creditoribus, licèt alienatio huiuſmodi vi-
323 deatur neceſſaria,& feudalia,† & fideicom-
miſſaria æquiparentur,vt ibi per eum nu.47.
Intelligendo tamen, ut iſto caſu, quo data fuit
licentia alienandi pro ſuis neceſſitatibus, ꝙ
poſſit alienare pro ſua perſona, quando debi
tum contraxit,non data opera,ſed aliquo iu
uenili calore, vel propter aliquod maleficiũ
commiſſum ex inimicitia,vel alia cauſa, vt di
cit Bald.in d.conſ.20.id quod alias facere nõ
poſſet,niſi data fuiſſet dicta licentia: & loqui
tur Bald.in alienatione irreuocabili,& perpe
tua.dictus tamẽ.§.prædium. loquitur de alie
natione ad tempus, ſcilicet ad vitam graua-
ti, vt dixi.
Probanda igitur eſt omni in caſu cauſa neceſſi-
tatis, propter quam prætenditur facta alie-
natio,vt reſpõdit Corn.cõſ 187.nu.10.vol.2.
Secundus caſus eſt,vt prohibitus alienare extra
324 familiam,poſſit tamen alienare † cõſentien
tibus illis de familia,quorum intereſt, prout
etiam videmus in emphyteota, qui licet ſit à
lege prohibitus alienare, tamen poteſt domi
no conſentiente alienare,latè Rodoan.de re-
bus eccleſiæ non alienan. pagin.518. nu.23.
Declaratur tamen iſte caſus, vt non procedat
325 in materia feudali.; † quia agnatis requiſi-
tis,& emere nolentibus,non ideò tamen eſt li
cita feudi alienatio,Brun.conſi.80.num.3. &
conſi.ſeq. in princ. vbi alienatio fit titul. one-
roſo,ſecus ſi titulo lucratiuo,putà, donatio-
nis, vt ibi habetur.
326 Tertius caſus eſt,vt ꝓhibitus alienare† poſ-
ſit tamen pro legitima ſibi debita iure natu-
rali alienare impunè,& licitè,Natta cõſ.145.
nu.21. prout in dubio alienata per filium cẽ-
ſentur in eam cauſam alienata, & in eam cau
ſam imputantur,l.Marcellus.§.res,quæ.ff. ad
Trebellia. & habetur in locis communibus.
Quod tamen intelligitur fideicommiſſario
volente;aliàs enim ſi alienatio facta ſit pro vi
li pretio,vel res alienata ſit de melioribus, po
terit alienationem ratam non habere, Sur-
dus conſi.128.nu.21.
Sed de hac materia legitimæ latius dicemus in-
frà in 15. quæſt.principali, in ſecunda ſpecie
deductionis.
327 Quartus caſus eſt, ut poſſit alienare † ſaltẽ
fructuum comoditatem, Matthæ. conſi.116.
nu.19.vol.2.
328 Quintus caſus eſt,pro detractione† Trebel
lianicæ,vt concludit idem Natta d.cõſi.145.
num.22.verſic.quod autem,ubi ad hoc citat
Aret.conſ.19.in tertio dubio.concludentem,
quàm non videtur filius prohibitus detrahe
re etiam Trebellianicam per dictam prohibi-
tionem.Sed hæc quæſtio pendet ab interpre-
329 tatione auth.ſed & in ea. † C.ad leg.Falcid.
quæ loquitur in legato particulari,ꝙ prohi-
bita alienatione, dicatur etiã prohibita Fal-
cidia,

cidia, an habeat locum in legato, ſeu fidei-
commiſſo vniuerſali, quos refert, & ſequitur
Alcia. conſi. 572. num. 10. & per totum. qui
licet loquatur in filio grauato, in quo eſt
longa differentia, Natta vbi ſup. nume. 23.
* ſecundum * cõmunem, per Roma. conſi. 106.
num. 5. & ſeq. & in eo etiam loquuntur au-
ctoritates per eum citatæ, vt etiam animad-
uertit Burſat. conſi. 102. num. 16. vol. 1. tamẽ
Alcia. ipſe abſolutè concludit, dictam Authẽ
ticam ſibi locum non vendicare in fideicom
miſſo vniuerſali, & ſic in quocunq; hærede.
Et de hac diffuſius dicam infrà in 15. quęſt.
princip. in 3. ſpecie deductionis.

Contrariam tamẽ opinionem, quòd imò dicta
Authẽtica habeat locum etiam in fideicom
miſſo vniuerſali, & ſic per prohibitionẽ alie-
nationis dicatur prohibita Trebellianica, te
net expreſsè Bal. ibi, & ità illum tex. intelligũt
Doct. Alba conſilio 7. num. 7. in princip. &
plur. concordan. per Neuiza. conſi. 1. num. 3.

Sextus caſus eſt, ex cauſa dotis conſtituendæ,
330 vel reſtituendæ; † tunc enim per deſcenden
tes teſtatoris licita eſt alienatio, vt habetur
in Authen. res, quæ. C. communia de legat.
Bal. in Auth. ei, qui. C. de bonis aucto. iud.
poſſid. loquens in prohibitione de non alie-
nando generaliter facta, vt non comprehen-
dat caſum dotis. Eſt enim hæc cauſa neceſſa-
ria, vt latè per Riminal. iu. conſi. 147. nu. 18.
& ſeq. vol. 2. Etiam ſi hæc cauſa non ſit expreſ
ſa in ipſa dotatione, vt ibi per eum.

Sed contrarium, quòd etiam ex cauſa dotis nõ
poſſit fieri alienatio, vbi prohibitio de non
alienando eſt expreſſa, poſt alios quos citat,
reſpondit Bero. conſi. 38. num. 23. volum. 1.
& ante eum Bal. in c. 1. §. donare. per illũ text.
qual. olim feud. pote. alien. ſaltem quãdo, vel
cauſa dotis fuit expreſſa in prohibitione,
vel teſtator vſus eſt verbis prægnantibus pu-
tà, Quocunque iure, cauſa, titulo &c. vt
poſt Alex. conſilio 56. vol. 1. concludit Ruin.
conſi. 123. num. 10. vol. 2.

* Sed hæc opinio non tenetur * communiter,
vt concludit Alexan. conſi. 56. num. 3. vol. 1.
verſi. verum quia &c. & latè per Ancha. iun.
quæſt. 54. in 3. parte, & abundè etiam quæſt.
64. et ibi etiam in fin. ponit, quid ſi prohibi-
tio de non alienando ſit facta in contractu.

331 Quod ſi expreſsè † ex cauſa dotis prohibita
etiam ſit alienatio per teſtatorem, vel dictũ
ſit, quòd quouis titulo alienatio fieri poſſit,
vtiq; non etiam ex cauſa dotis poterit fieri
alienatio. Primum probat Alex. conſi. 56. nu
mero 3. verſi. tamen iſta diſputatio in propo
ſito noſtro non eſt neceſſaria, quia teſtator
prohibuit expreſsè dictam domum poſſe
alienari in cauſam dotis &c. vol. 1. Ruin. d.
conſi. 123. num. 10. vol. 2. & vtrunq; dictum
in cauſa reſtitutionis dotis refert, & ſequitur
Ruin. conſi. 23. num. 9. & ſeq. vol. 2. & concor-
dantes per Ancha. iun. d. quæſt. 64. in fin. in 3.
parte.

332 Pariter etiam † ex cauſa dotis alienatio erit
interdicta, ſi concurrat duplex funiculus
prohibitiuus, ideſt, duplex fideicommiſſum,
vt ſuprà dixi in 1. quæſtio. princip. in 2. cau-
ſa, in 5. exemplo.

Vt autem materia iſtius tex. d. authenticæ res,
quæ. planior fiat, conſiderandum eſt in pri-
333 mis, quid diſpoſitio † dictæ Authen. indu-
cat de nouo vltra ius antiquũ, de quo bre-
uiter videndum eſt per Caſtrenſ. in l. mulier.
§. cũ proponeretur. nu. 2. & ſeq. ff. ſolut. matr.
Et in primis dum dicitur in eo tex. in verbo
Irreuocabiliter, ratio illius manifeſta eſt; qa
id, quod datur pro conſtitutione, vel reſti-
tutione dotis, cenſetur non fuiſſe incluſum
in fideicommiſſo, Dec. poſt Doct. per eum ci
tatos, conſi. 519. num. 5. in princip. & ante eũ
Bar. in d. Authen. ſub num. 5. limitando ta-
men, vt infrà conclu. 19. in fi.

Et quamuis tex. & ibi Bal. not. 7. in fi. in l. 2.
C. communia de lega. dicat, quòd verba di-
334 ſpoſitionum † non ſunt laceranda, tamen
hæc Authen. ſupra modum videtur laniata,
& contrita. quoniam aliquando Docto. di-
cunt, eam non eſſe extendendam tanquam
correctoriam, & exorbitantem, aliquando
dicunt, eam eſſe fauorabilem, & extendendã,
& in decidendis quæſtionibus modò vtun-
tur vna, modò alia ratione tanquam funda-
mentali iſtius Authenticæ; alij ſibi ipſis con-
tradicunt, alij alios ſtudio contradicendi, &
oſtenſionis gratia, impugnant, ſicq; res ipſa
in vaſtum pelagus deducitur; quibus nihil
pernicioſius Reipublicæ, vbi ſapientes inter
ſe non conueniunt.

335 Materiam igitur † iſtius Authen. res, quæ.
C. communia de lega. altam, & ſubtilem eſſe
cõcludit Ferdin. Loazes in repeti. l. filiusfam.
§. diui. num. 35. in prin. ff. de lega. 1. & meritò;
ob varias Docto. opiniones, quæ ferè in quo-
cunq; articulo ſunt cõtrariæ; & ſapientibus
inter ſe diſceptantibus difficile eſt veritatem
inuenire, vt reſpondit Bertran. conſi. 39. in fi.
in 2. parte, vol. 1. Et quia quotidiè in foro
practicatur, pro mei laboris ſubleuatione
exiſtimaui, materiam hanc dict. Authen. in
quadraginta duas quæſtiones complecti.
Prima eſt, quæ fuerit cauſa finalis d. Auth.
Secunda, an in dote reſtituenda procedat.
Tertia, an in donatione propter nuptias.
Quarta, an bona fideicõmiſſi in dictas cau-
ſas cenſeantur obligata. Quinta, an in dote
confeſſata. Sexta, an in dote data poſt gra-
uamen

uamen reſtituenda. Septima, an in omnibus
aſcendentibus. Octaua, an in omnibus de-
ſcendentibus. Nona, an in tranſuerſalibus,
& extraneis. Decima, an in dote ſpirituali.
Vndecima, an in prohibitione expreſſa.
Duodecima, an in prohibitione etiam ex
cauſa dotis. Decimatertia, an in prohibi-
tione ex pacto. Decimaquarta, an in prohi
bitione ſtatutaria. Decimaquinta, an ob
piam cauſam. Decimaſexta, an pro redem-
ptione à carcere. Decimaſeptima, an in filia,
quæ ſe non dotauit. Decimaoctaua, an in-
nupta non dotata. Decimanona, an in dota
ta incompetenter. Vigeſima, an in dote con-
ſumpta. Vigeſimaprima, an vbi aliundè po-
teſt ſumi dos. Vigeſimaſecunda, an in filio
naturali, vel ſpurio. Vigeſimatertia, quis di-
catur modus congruus dotandi. Vigeſima-
quarta, an in rebus feudalibus. Vigeſima-
quinta, an in rebus emphyteoticis. Vigeſi-
maſexta, an in cauſa alimentorum. Vigeſi-
maſeptima, an pro ſoluenda condemnatio-
ne filij. Vigeſimaoctaua, an pro redemptio-
ne à captiuitate. Vigeſimanona, an pro mi-
litia. Trigeſima, an grauatus poſſit ius ſuum
alteri cedere. Trigeſimaprima, an in cauſa
ſtudiorum. Trigeſimaſecunda, an ſi graua-
tus habuit fructus æquiualentes pro reſtitu
tione dotis. Trigeſimatertia, an ex cauſa re-
munerationis. Trigeſimaquarta, an pro ani
ma fideicommittentis. Trigeſimaquinta, an
in fideicommiſſo particulari. Trigeſimaſex-
ta, an ſtatim mortuo grauante dos ſit con-
ſtituenda etiam ante nubilem ætatem. Tri-
geſimaſeptima, an in extraneo hærede per fi-
deicommiſſum inſtituto, qui & filiũ reliquit
in modica quantitate inſtitutum. Trigeſi-
maoctaua, an hęredes fideicommiſſarij poſ-
ſint pro ſolutione dotium fęminarum futu-
rarum detrahere tot de bonis fideicommiſ-
ſo ſubiectis, an ſolutio facienda ſit ab eis de
ſuo, quatenus legitima, & Trebellianica ſuf-
ficiunt, vel de fructibus. Trigeſimanona, ad
quem pertineat probare, quòd alia bona
habeant filius, vel deſcendentes. Quadrage-
ſima, an in dote conſtituenda pro filia abſq;
dotis mentione nupta. Quadrageſimapri-
ma, an in primogenitura, ſeu primogenitu-
rę bonis. Quadrageſimaſecũda, an in aliena
tione de iure communi prohibita.

Ad primam igitur quæſtionem redeundo, quia
Doct. ſæpe variãt in deciſione quæſtionum,
alius vnam, alij aliam conſiderantes rationẽ
iſtius Authenticæ; reperio multiplicem aſſi-
336 gnari rationem † diſpoſitionis dictæ Au-
thenticæ. Prima eſt, priuilegium ſpeciale
dotis, & donationis propter nuptias, vt cõſi
derat Bar. in Authen. de reſtitu. & ea, quæ pa
rit &c. in princip. ſub num. 1. & ſatis proba-
ri videtur in d. Auth. vnde ſumitur. §. quãob-
tem. il primo. in fi. in verbo executionis primi
legium. ex cauſa enim neceſſitatis ſumptus
iſte, & deductio ex fideicommiſſo pro dote,
& donatione propter nuptias fit, & ordina-
tur pro ſobole procreanda, & ſic ad effectum
matrimonij, l. 1. ff. ſolut. matr. ita inqt Ange.
in d. Authen. ſub num. 5. & comprobat Alex.
conſi. 17. ad fin. vol. 4. dum concludit cũ Bal.
dicente, quòd priuilegium illius Authẽticæ,
vt pro dote danda, vel reſtituenda alienatio
fieri poſſit de bonis alienari prohibitis, tran-
ſit etiam ad hæredes grauati, ad quos bona
fideicommiſſaria tranſeunt. & iſta ratio idẽ
ſonat, quod prima, de qua infrà dicemus.

Sed iſta ratio non videtur finalis; aliàs enim di-
cta Authentica locum non haberet in dote
ſpiritualis matrimonij, quod tamen omnes
negant, vt infrà dicemus in decima quæſtio.
& inſuper etiam militaret in trãſuerſalibus,
& quocunq; fideicommittente; quod etiam
ab omnibus damnatur, vt infrà dicemus in
nona quæſtione.

Secũda aſſignatur ratio diſpoſitionis dictæ Au
337 thenticæ, † ſcilicet, mulierum pudicitia, &
parentum vitium, de quo in l. mulier. §. cùm
proponeretur. ff. ad Trebell. & ſic pręſumpta
voluntas defuncti, quæ oritur ex neceſſitate
dotandi liberos, vel pro eis donationes pro-
pter nuptias faciendi, qua pater aſtringeba-
tur, dum viuebat, vel ſi viueret aſtringeretur
à lege ipſa, l. qui liberos. ff. de ritu nup. l. dedit
dotem auus paternus. ff. de collat. bono. & l.
ne filia. ff. ad Trebell. & apertius in l. fin. verſi-
culo, neq; enim leges incognitæ ſunt, quibus
338 cautum eſt, omninò paternum eſſe † offi ciũ
dotem, uel ante nuptias donationẽ pro ſua
dare progenie &c. C. de dotis promiſſio. Caſtr.
in d. l. mulier. §. cum proponeretur. num. 2. ff.
ad Trebellia. dicens, quod onus dotandi fi-
lias, neptes, & omnes in infinitum deſcendẽ-
tes pertineat ad teſtatorem fideicommitten
tem, ſi viueret, & probat per tex. in l. cùm ſer
uus. uerſiculo, nam quod ipſe uiuus. ff. de cõ
dit. & demonſtrat. Bar. in l. ſi cùm dotem. §.
tranſgrediamur. num. 4. & ſeq. ff. ſolut. matr.
ubi cõcludit propterea, quòd pater tenetur
dotare filiam, uel filio nubenti pro eo dona-
tionem propter nuptias facere, ubi uiget cõ
ſuetudo: alias obligare bona ſua pro reſtitu-
tione dotis, nimirùm ſi ſubijciẽdo bona ſua
339 fideicommiſſo † non poteſt ſe ipſum exime-
re ab hoc onere. & hæc ſuit uera, & uina ra-
tio d. Authenticæ, ut inquit Ambro. de Opi-
zo. in repeti. d. l. filiusfamilias. §. diui. nu. 137.
uerſi. pro quo arguo ſic formaliter. ff. de leg.
1. & hanc eſſe rationẽ fundamentalem dict.

Authen. reſpondit Caſtren. conſi. 80. circa
princip. verſi. ſed hoc non obſtante. in 1. parte. Soci. conſi. 23. vol. 3. & idem teſtatur Ferd.
Loazes ibidem nu. 135. & quòd ratio d. Authenticæ ſit fundata in d. obligatione, qua
pater tenetur &c. reſpondit etiam Dec. conſilio 376. nume. 2. & conſi. 519. num. 3. & iſta
ratio videtur complecti quemlibet aſcendẽtem fideicommitentem, vt infra dicemus in
octaua quęſtione. Vnde ſicut grauans tenebatur id facere, ità & grauatus. & quod iſta
ſit ratio fundamentalis dict. Authenticæ, ſequẽdo Caſtren. in d. §. cùm proponeretur. tenet Iaſ. in conſi. 231. nu. 3. vol. 2. & quòd iſta
ſit principalis ratio iſtius Authenticæ, quia pater grauãs, & fideicommittens teneretur
ad dotandum, vel dotem reſtituendum, vel donationẽ propter nuptias, firmat Curt.
iun. d. Authen. res, quæ. nu. 12. & ſequen. ſequendo Caſtren. Soci. & Dec. ſuprà citatos.
idem ſentit ſequendo dictas auctoritates, Ruin. conſi. 199. vol. 2.

340 Et pro iſta rõne facit, quia dos æris † alieni
loco habetur, prout dicit tex. in d. l. ne filia, ff. ad Trebell. quem ad hoc expendit Ripa in
d. §. diui. nu. 73. in fin. & ante eum Guid. Pap. quem ipſe non citat, deciſ. 96. num. 1. ad fin.
verſi. ad primum quęſitum ſecundo loco firmatur. vbi addit, quòd prohibitio de non
alienando generalis non comprehendit cauſam dotis etiam ex defectu poteſtatis reſpectu filiarum, vel neptum prohibentis: eſſet
enim cõtra bonos mores, quòd ſcilicet filię, vel neptes dotari non poſſint, & ibi in fin. refert ſic fuiſſe iudicatum. ſequitur Boe. deciſ.
129. num. 5.

Et quòd iſta fuerit ratio d. Authenticę pro-
* bat ex * communi ſententia, Curt. iun. conſilio 59. num. 6.

341 Et iſta concluſio videtur procedere, † etiã
ſi filia ſe ipſam nupſerit inſcio, vel inuito patre, dum modo pari ſuo nupſerit, vt abundè
probat Boe. deci. 130. num. 6. & plu. ſeq.

Veruntamen hæc quoq; ratio nõ videtur vera, & finalis d. Authen. quoniam cum dicta Authentica loquatur de liberis, & ſic de deſcendentibus, & d. l. fin. pariter de progenie mentionem faciat, comprehenderet etiam neptẽ
ex filia ipſius fideicommittentis, l. 1. C. de cõdit. inſer. cum ſimil. & ſic ipſa quoq; per matrem, & auum maternũ dotanda eſſet; quod
tamen Doct. negant, vt dicemus in 7. quęſt.

Rurſus multi Docto. tenent, dictam Authenticam non habere locum, vbi bona ex pacto
prohibita ſunt alienari, vt infrà dicemus in 13. quęſtione.

* Et id * communiter recipitur, vbi expreſsè, & nominatim ex cauſa dotis ꝓhibitio emanauit, vt infrà dicemus in 12. quęſtio. ergò
dicta ratio non videtur ſufficiens, quia alias nullo modo poſſet obligatus dotare, ab onere huiuſmodi ſe ipſum eximere, prout tamẽ
poteſt ex ſupradictis.

Pręterea iſta ratio percutit ſolum patrem, vel auum pro eo, & eius vice ſubrogatũ, & eius
342 bona, quia dos iſta † ſuccedit loco legitimę,
ſecundum Bal. in d. Authen. nu. 18. & Aret. conſi. 17. num. 14. dicentem, quòd ſuccedit
loco legitimæ, & alimentorum, ad quę viuens tenetur pater. et infrà dicã in 8. quęſtio. verſi. contrà tamen. & mulieri dos eſt aſſignanda, vt inde ſe alat, & à viro non contẽnatur, Corn. in d. Authen. nu. 10. in fi. & quatenus legitima filij, vel filię capit, aſſignanda
eſt, non autem vlterà, quia potuit cętera cuicũq; extraneo relinquere ad libitum ſuum,
l. parentibus. C. de ſuffec. tuto. glo. in l. Titia cum teſtamento. §. 1. ff. de legat. 2. vt conſiderat Loazes in d. §. diui. num. 141. in 3. concluſio. & Crot. num. 54. Nec tenetur aliud filijs,
vel nepotibus, & minus cęteris, qui non tenent primum locum, relinquere, l. Gallus. in
princip. & per totum. ff. de lib. & poſthum. & per hanc conſiderationẽ Curt. iun. d. Authẽ.
num. 36. damnat hanc ſecundam rationem, & quod plus eſt dicit eſſe cõtra communem.
Nec dicatur quòd idem probet Ruin. conſilij 63. num. 45. vol. 2. dicens, quòd ſi pater reliquit legitimam, vel Trebellianicam eius filijs, qui eam conſumpſerunt, ceſſat diſpoſitio d. Anthen. pro conſtitutione vel reſtitutione dotis. & facit ratio Dida. de qua infrà
dicam in 12. quęſtio. in 1. opin. licet hęc conſideratio ſit contra tex. in d. Auth. quę vult, quòd ſi legitima non ſufficit, permittatur
alienatio fideicommiſſi pro dote, & donatione propter nuptias. qa hęc alienatio permittitur à lege, vbi non conſtat de teſtatoris
voluntate priuandi deſcendentes ſuos bonis ſuis, dempta legitima, vt infrà dicam, in tertia ratione.

Pręterea conſiderandum eſt, quòd imò pater
343 non eſt obligatus † aliqua obligatione ad
dotandam filiam &c. ſed duntaxat officio iudicis aſtringi poteſt ad illud faciendum, vt
loquitur d. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiar. & ità concludit Bar. in d. Authen. res, quę, numero 6. verſic. contrarium eſt veritas. officiũ
344 enim iudicis † non pręſupponit obligationem, l. qui per colluſionem. ff. de actio. empt.
Ripa in l. 1. §. ſi hęres percepto. num. 23. ff. ad Trebell. ergò mortuo patre ceſſat dictum officium iudicis, & conſequenter non debent
eius bona dici affecta hoc onere dotandi deſcẽdẽtes ſuos, vel pro reſtitutione dotiũ &c.
& ſic ruit rõ prędicta conſiderata per Doct.

ſupra

ſupra citatos, dum dicunt, quòd pater non
poteſt, ſe, & bona ſua eximere ab obligatio-
ne prędicta, & ad quemcunq; vadant, tran-
ſeunt cum dicto onere; quia imò nulla eſt in
patre obligatio, & minus in eius bonis, cum
ſolum detur officium iudicis. & hanc conclu
ſionem, quòd bona patris non cenſeantur
obligata pro dote filiæ, niſi expreſsè obligen
tur, tenuit Ceph.conſi.191.nu.12.& ſeq. vol.
1. p Afflict. deci.162.nu.6.licèt ipſemet cõſi.
160.num.6.& 2. dixerit, hoc procedere patre
viuente, ſecus autem patre mortuo: hoc.n.
à iure non probatur. niſi dicamus dotẽ ſuc-
cedere loco legitimæ, pro qua benè tunc bo-
na ſunt obligata. verum hęc ſolutio non cõ-
ueniret ad terminos noſtros dictę Authent.
quę loquitur vltra legitimam.

Verum eſt, quòd Caſtren. conſi.80. circa prin-
cipium, verſi.ſed hoc non obſtante. in 1.par-
te. videtur hanc obiectionem ſoluere, dum
concludit, quòd illud vinculum, quo pater
aſtringitur ad dotandum, ſiue ſit obligatio,
ſiue officium iudicis, huic aſtrictioni, vel
obligationi non poteſt derogare, vinculan-
do bona ſua onere fideicommiſſi ea prohi-
bendo alienari.

Non obſtat, quòd dotes dicantur æs alienũ;
quia poſſet procedere, quatenus legitimam
iure naturali debitam capit, & non vltra, cũ
non teneatur pater ad aliquid aliud erga fi-
liam & neptem &c. vt ſupra dixi.& ità poteſt,
& debet intelligi Guid. Pap.ſuprà citatus in
contrarium, & infrà etiam videbimus in 12.
quęſtione. Quamuis differentia ſit inter do
tem, & legitimam. quia dos eſt fauorabilior,
345 † quò ad eius exactionem, ex quo debetur
patre etiam viuente, legitima autem non ni-
ſi eo mortuo, vt per Cranc. conſi. 236. nu.4.
in fin. vol. 2. Et inſuper etiam doti nullum
onus adiici poteſt, ſicut nec legitimæ, ſecun-
dum veram opinionem: & ſaltem non debet
eſſe minus legitima, vt ibidem per eum, nu.
2. in fin. & ſequen.

Non obſtat illa ratio conſiderata per Caſtrenſ.
& ſequaces, quòd ſi pater fideicommittens
viueret, teneretur dotare, vel dotem reſtitue-
re &c. quia vt dixi, non teneretur omnes do-
tare deſcendentes, ſed exiſtenti in primo gra
du duntaxat legitimam dimittere, & Bar.in
d.§.transgrediamur.loquitur, vbi pater con-
ſenſit filio recipiẽti dotem, vel eam ſimul cũ
filio recepit, aliàs ſecus, vt infrà dicemus in 4.
quęſt. in 2. caſu.

Et inſuper, quando res redacta eſt ad caſum, à
quo incipere non poteſt, eſt conſiderandum
pręſens tempus, & ſtatus, non autem pręte-
ritum, vt infrà dicemus in 8. quęſtio. verſic.
verumtamen hęc limitatio.

Tertia aſſignatur ratio iſtius Authenticę, quòd
ideò bona fideicõmittentis cenſeantur alie-
nabilia pro dote, & donatione propter nu-
ptias ex pręſumptã mente diſponentis, qui
346 non cenſetur cogitaſſe includere † cauſam
dotis, vel donationis propter nuptias, pro-
pter votum, & affectionem erga filias, & ne-
potes, vt inquit Ripa in d.§.diui.num.70.in fi.
& probat tex. in d.l.mulier. §. liberis ſuis ſic
prouidiſſe cenſetur. l.mulier.§.cum propone
retur. ibi patris voti &c. ff. ad Trebell. quẽ
ad hoc ponderat Caſtren.ibi, ſub nume.2. &
apertiùs Dec. conſi.176.num.2.& conſi.519.
num.3. & Caſtren.in d.Authen.num.10.quę
voluntas in ſe ipſo, dum viuit, demandata
cenſetur eius ſucceſſoribus, ut ibi per eos; pa
ternum enim officium plerunq; pro filijs cõ-
ſilium capit, l. 2. ff. de adulte. & hanc ratio-
nem ponit etiam Ferdinã. Loazes in d.§.diui.
ſub num.140.& quòd dicta Authen.emana-
uerit ratione pręſumptę mentis teſtatoris,
probat expreſsè Crot.num.57. in d.§.diui. &
faciunt, quę infrà dicemus in 4.quęſtio.in 2.
* caſu. Et iſta tertia ratio * communiter ap-
probatur, quòd ſuper ea ſit fundata hæc Au
thentica, & unde ſumitur, vt teſtatur Curt.
ibi nume. 36. licet aliud ſenſerit ibidem pro
ſecunda ratione, vt ſuprà retuli in dicta ſe-
cunda ratione. Et iſta ratio fuit de mente
Bal.in l.nulla.in fin. C. de iure dot. dum con-
cludit, quòd dicta Authen.nõ habet locum
in re per patrẽ prohibita alienari, quia actus
inter uiuos non recipit interpretationem il-
lius Authenticæ, de quo tamen dicemus in-
frà in 13.quæſt. & quòd iſta fuit ratio finalis
dictæ Authenticæ, probat Alcia.cõſi.555.ad
fin. & hanc rationem probat Soci. conſi.75.
num.6. vol. 1. & quòd dicta Authentica ſit
fundata ſuper præſumpta, & tacita volun-
* tate defuncti, eſt * communis opinio, vt ſe-
quendo Curt. vbi ſup. & concordantes, de
quibus per eũ, oſtendit Marza.conſ.1.col.16.
& ab hac ratione pẽdent, quæ infrà dicemus
in 12. quæſtione.

Nihilominus iſta etiam ratio videtur fragilis.
quia aliàs dicta Authentica ceſſaret, vbi fi-
deicommittens expreſsè prohibuit bonorũ
alienationem etiam ex cauſa dotis, id quod
non modicam habet controuerſiam inter
Doct. vt infrà dicemus.
347 Quarta ratio etiam conſideratur, † & elici
poteſt ex tex.in d.Authen.de reſtitu.&c. §.1.
verſi. ſed ingemiſcebat iſta mulier &c. nam
mulier, quæ dotem dedit filio fideicommit-
tentis, vtiq; decepta remaneret, quæ igno-
rauit fideicommiſſum, & bona ſoceri fidei-
commiſſo vinculata, ſi non poſſet conſequi
donationem propter nuptias ex dictis bonis

alienari

alienari prohibitis, alijs non exiſtentibus, vt etiam conſiderat Dec. conſi. 376. col. 1. in fin. verſi. & idem comprobatur. & hanc rationẽ latè probat Rolan. à Vall. conſi. 58. vol. 1. & hanc probat Menoch. de quæſtio. arbitrar. libro 2. caſu 183. num. 69. & ſeq.

Sed nec iſta ratio finalis eſt d. Authenticæ, quia aliàs comprehẽderet quoſcunq; teſtatores, etiam extraneos, & tranſuerſales, & eorum bona, qui hæredem extraneum inſtituiſſet, & qui vxorem ignaram fideicommiſſi duxiſſet, quod tamen vt dixi, falſum eſt, & infrà dicemus. ſequeretur etiam, quòd ſi mulier ipſa onus fideicommiſſi ſciuiſſet, & nihilominus dotem tradidit, meritò qui eam alienauit ipſa indotata remaneret; & hoc caſu ceſſaret dicta Authen. quod tamen non eſt expeditum, vt conſiderat etiã Ripa in d. §. diui. num. 77. in fi. & in titu. Communia de lega. reſponſo. 1. in fi. & hanc rationem damnat Alcia. conſi. 555. ad fi. per ea, quæ dicemus infrà. quæſt. 18.

348 Quintò poteſt conſiderari † ratio dictæ Authenticæ illa, quæ in tex. ponitur, ſcilicet, fàuore publicæ vtilitatis, quæ eſt, vt mulieres dotentur, vt etiã habetur in l. 1. ff. ſolut. matrim. & hac quoq; ratione motus fuit legiſlator, vt inquit Menoch. d. caſu 183. nu. 72.

Sed nec iſta ratio valet, cùm in effectu ſit eadẽ cum prima, vt ibi dixi, nec potuit eſſe finalis dictæ Authen. per ea, quæ ibi dixi; quia aliàs comprehenderẽtur etiam extranei quicunque fideicommittentes, & grauati, quòd fideicommiſſa diminuerẽtur pro dote, vel donatione propter nuptias, etiam extraneæ cuiuſcunq; perſonæ, quod tamen* communiter nemine diſcrepante reijcitur, vt infrà dicemus. Vnde potius dicta ratio fuit motiua, argumen. l. 1. §. ſi vero. in verbo cauſam. vbi gl. ff. de poſtulan. & latè Bar. in l. demonſtratio falſa. §. 1. numero 18. ff. de condit. & demonſtrat. Quamuis hanc difficultatem tanquam inſolubilem, indeciſam dimiſerit Curt. in d. Authen. num. 14. dicens, hoc eſſe difficile contrarium. attamen hæc ratio admittitur, ſi iungatur, & concurrat cum obligatione fideicommittẽtis, vt declarat Soci. iun. conſi. 119. nu. 7. in fi. vol. 2. poſt Ang. & Iaſ. per eum citatos.

Pro reſolutione igitur videtur poſſe dici, quòd ſecunda, & tertia ratio ſupradictæ ſint iungendæ, & quòd tertia oriatur à prima, & ſicut quandoq; dicunt Doct. præſertim Curt. in d. Authen. res, quæ. num. 24. in fi. quòd militant, vel non rationes dictæ Authenticæ, & ſic pluraliter loquuntur nõ de vna tantùm; ità poſſumus dicere, quòd pluribus rationibus ſupradictis Imperator motus fuit ad ità determinandum dictam diſpoſitionem. ſed tunc obſtat, quia ſi ſunt plures, prout tamen non præſumitur, non poteſt argui ab vna ratione, vt probat vtrunq; latè Soci. iun. conſi. 1. nu. 53. vol. 1. quamuis primum non ſit verum, quia imò plures præſumuntur, Gozad. conſi. 103. ſub num. 19. & tres rationes fuerunt, quæ mouerunt legis conditorem in d. Authen. ſcilicet ratio publicæ vtilitatis, parentum votum, & quia dos habetur loco æris alieni, vt inquit Bero. q. 110. numero 4.

Secunda quæſtio, quæ habet, an d. Authẽ. quę
349 ſimpliciter de dote mentionem facit, † loquatur in dote reſtituẽda, licet diſpoſitio d. Authẽticę ſit exorbitans, & extraordinaria, vt inquit Caſtrenſ. conſi. 15. num. 2. in 1. parte. & infrà in 10. quæſtio. tamẽ hęc dubietas facile ſoluitur, quòd licèt aliqua fuerit inter Doct. varietas in hac quæſtione, tamẽ ille tex. in utraq; loquitur, ſecundum veram* communem opinionem, & ſatis probatur in Authentico, vnde ſumitur dicta Authen. §. 1. verſi. moriente namq; viro. in 1. par. dubita. & §. quamobrem. il primo. in verbo reſtitutionem. & glo. ibidem in d. Authen. &* communiter Doct. & etiam Loazes in d. §. diui. num. 135. teſtatur de* communi. & Caſtren. etiam in l. mulier. §. cùm proponeretur. num. 4. ff. de leg. 1. & de* communi Soci. conſilio 23. num. 2. vol. 3. & Alex. conſi. 67. nu. 4. volum. 4. & etiam Caſtren. conſi. 80. in 1. parte. de* communi teſtatur Dec. conſi. 376. & conſi. 519. in princ. & de* communi teſtatur Paris. conſi. 52. nu. 53. vol. 2. & latè de* communi teſtatur etiam Rube. conſi. 78. nu. 1. & probat Dida. variar. reſolut. lib. 1. cap. 6. ſub num. 10. verſic. 14. non tantum &c. vbi etiam* de* cõmuni. & probatur etiam ex* communi doctrina Bar. in d. l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. num. 4. & ſeq. ff. ſolut. matr. & præſertim nu. 6. ubi latè concludit, quòd
350 pater tenetur † promittere reſtituere dotem, quam vxor filij dedit, ne matrimonia impediãtur. & abundè hoc probat Menoch. conſi. 33. num. 19. & ſeq. Quamuis aliqui dicant, quòd hæc concluſio nullo iure probatur, quòd pater teneatur promittere reſtituere dotem prędictam. & tex. in d. l. fin. C. de dot. promiſſio. & l. qui liberos. ff. de ritu nupt. loquuntur in dote conſtituenda pro filia, nõ autem in dote reſtituenda, ut per glo. ibi in verbo dotare. reſpectu autem filiorum maſculorum, textus ſolum obligat patrem ad nubendum eos, non autem ad promittendum dotis reſtitutionem, nec id venit in conſequentiam, quia poteſt dos illa implicari in fundo ſtabili. & hanc concluſionẽ* cõmunẽ

teſtatur

teſtatur Curt. iun. in d. Authen. nu. 11. in 2.
concluſio. Bar. Et ratio iſtius concluſionis
etiam alia adduci poteſt; quia maior eſt ra-
tio in reſtitutione dotis, in qua agitur de
damno vitando, quàm in conſtitutione, in
qua de lucro tractatur, vt per Menoch. vbi
ſup. num. 17.

Sed quòd dicta Authentica ſit fundata in obli-
gatione dotandi, uel dandi donationē pro-
pter nuptias, ſequendo Caſtren. vbi ſup. tē-
net etiam Soci. iun. conſi. 119. num. 11. vol. 2.
* & de* communi teſtatur etiam Menoch. de
quæſtionib. arbitra. lib. 2. caſu 182. num. 69.
* & ante eum de* communi teſtatur Pari. cō-
ſilio 63. num. 35. vol. 2. & hanc partem latè
probat Cepha. conſi. 177. vol. 2. præſertim nu
mero 10. & ſeq. & ibi etiam idem dicit in au-
gumento dotis, quod de ipſa dote. Eſt tamē
magna inter Doct. contētio in hac quæſtio.
Marza. de fideicommiſs. q. 28.

Ampliatur primò hęc concluſio, vt procedat,
351 etiam ſi mulier † tempore, quo dedit dotē,
prouidit ſibi de fideiuſſore, vt rñdit Ruin.
conſi. 199. num. 11. vol. 2. per Caſtren. 15. nu.
2. & conſi. 80. in fin. in 1. parte. ſed Caſtren. lo-
quitur, vbi fideiuſſor nō eſt fortè ſoluendo,
& exigi non poteſt, aliàs loqueretur contra
communem opinionem, de qua infrà dice-
mus quęſt. 19.

Secundo ampliatur, etiam ſi tempore datæ do-
352 tis † grauamen iam erat factum, & etiam
ſi tunc legitima filij erat ſufficiens, ſed non
tempore reſtitutionis, ut per Gozad. conſi.
97. nu. 10. & hoc, etiam ſi mulier id ſciebat,
Menoch. d. conſi. 53. nu. 35. Rolan. conſi. 20.
* & conſi. 27. num. 3. ubi de* communi. uol. 4.
* & de* cōmuni Dida. vbi ſup. & pulchrè Curt.
conſilio 59. per totum.

Tertiò ampliatur hęc concluſio, etiam ſi ex pa-
353 cto, † ſtatuto, uel conſuetudine maritus
ſit lucratus dotem muliere prędecedēte, uel
mulier donationē propter nuptias viro prę-
decedente; ad hęc enim pater tenetur ad do-
tem pro filia, & ad donationem propter nu-
ptias pro filio, vt reſpondit Soci. d. conſi. 23.
colum. 2. verſi. 2. loco. volum. 3. & ante eum
Bar. in Authentico de reſtitu. & ea, quę pa-
rit &c. in princip. num. 5.

Quartò ampliatur hęc concluſio, ut pro-
354 dat, etiam in dote, † quæ conſtituitur pro
filia ſpiritualiter nubente Cur. Iun. in d. Au-
thentica num. 26.

Ad tertiam quęſtionem, quę loquitur de dona
tione propter nuptias, facilis eſt etiam re-
355 ſponſio; quia tex. in d. Authentica † ex cau-
ſa. & vnde ſumitur, apertè loquitur in dona-
tione propter nuptias, ut in cauſam illam ſit
locus alienationi fideicommiſſi, & probatur
per d. l. fin. C. de dotis promiſſio. ubi habetur,
quòd pater tenetur donationē propter nu-
356 ptias † dare nurui pro filio: & de augumen-
to dotis, quod donationē propter nuptias
uocant, loquitur Ruin. conſi. 199. uol. 2. &
* iſta eſt* communis opinio, etiam ſi ſit nupta
poſt fideicommiſſum inductum, Roland. cō
ſilio 20. num. 7. uolum. 4.

Eſt tamen aduertendum, quòd licèt tex. in Au
thentica dos data. C. de donat. ante nupt. di
357 cat, quòd dos data † donationem propter
nuptias meretur, tamen non perpetuò mu-
358 lier eam lucrabitur, † niſi pacto, uel lege
municipali id cautum ſit, ſed ſolùm aſſigna-
359 tur mulieri dicta donatio † pro maiore ſe-
curitate dotis ſuę, quā fortè in pecunia, uel
alia re conſiſtentem alienat uir ſuo arbitrio,
uiro conſentiente tamen, cùm ſit factus do-
minus rei dotalis, l. doce ancillam. C. de rei
uendicat. ſecus autem in donatione pro-
pter nuptias, ut docet glo. in d. Authentica,
& Caſtrē. in d. l. mulier. §. cùm proponeretur.
numero 4. uerſicu. quarto additur. ff. ad
Trebell.

Secundò conſiderandum eſt etiam circa hanc
360 donationem propter nuptias, † quod ità
demum ei locus eſt de iure, ubi petitum fuit
pro parte mulieris, eam cōſtitui uiuente ma
rito; nam eo mortuo non poteſt amplius pe
ti, ut conſtituatur, glo. in d. Authentica dos
data. in uerbo exactio. licet Azo uoluerit eā
conſtitutam cēſeri ipſo iure, ut refert etiam
gloſſa ibidem in glo. pręcedente, in fin. & quod
donatio prędicta non cenſeatur conſtituta,
nec poſſit peti conſtitui poſt mortem uiri,
probat Afflict. deciſ. 242. in princ. quidquid
Neuiza. conſi. 45. num. 17. in fin. concludat,
quòd ſtante conſuetudine pro marito pro
augumento teneatur facere antifactum ad
tantum pro centenario, augumentum di-
catur factum, quia conſuetudo, quę eſt lex
361 † ſupplet factum hominis, citando Signo.
in Authentica ex cauſa. C. de libe. pręte. &
362 Alex. dicentem, quod factum iudicis, † re-
putatur factum partis, etiam ſi quis non pe
tat. in quo tamen articu. ſępè conſului ſe-
cundum uarietatem caſuum.

Tertiò nō omitto, quod Docto. dicunt, hodie
hanc cōſtitutionem dotis propter nuptias,
363 † nō eſſe in uſu, ſed ſolum maritus obligat
bona ſua pro reſtitutione dotis, & etiam bo
na fideicommiſſo ſubiecta, ſi ſua propria nō
ſufficiunt, iuxta formam d. Authenticę, & in
corpore, unde ſumitur. ità concludit aper-
tè Caſtren. in d. l. mulier. §. cū proponeretur.
uerſi. 4. additur. ff. ad Trebell. & eſt etiam de
mente Bar. in d. l. ſi cùm dotem. §. trāſgredia-
mur. num. 4. & ſeq. ff. ſoluto matrim. uerſic. &
in

in partibus, in quibus non eſt hæc conſuetu-
do, an pater cogatur promittere dotem &c.
ff. ſoluto matrim. & quod hodiè d. Auth. dos
data. & ſic donatio propter nuptias, non ha-
beat locum de cõſuetudine, probat Corn. in
d. Auth. res, quæ. nu. 7. vbi tamen fatetur non
propterea d. Authenticam cẽſeri correctam,
quin poſſint bona obligari, pro dictæ dona-
tionis conſtitutione.

Quartò non omitto, quòd in illis partibus, in
quibus donationes propter nuptias conſti-
tuuntur, paſſim ex cõſuetudine, uel ex forma
ſtatutorum, prout fit hic Placẽtiæ, vtique ſi
364 cut pater non teneretur † ſe obligare pro
reſtitutione dotis, & etiam pro dictis dona-
tionibus, quas antifactum vocamus, quia in
conueniens eſſet, quòd ad vtrunque obliga-
retur, vt inquit Bart. in d. §. tranſgrediamur.
ſub nu. 4. ità nec etiam fideicommiſſum pro
vtroque debet diminui.

Quinto, eſt etiam conſiderandum, quòd pater,
365 † & eius bona tenentur ad conſtitutionem
dictæ donationis propter nuptias pro filio,
etiã ſi vxor filij eo prędecedente ex pacto, ſta-
tuto, vel conſuetudine ſit lucratura, vt ſuprà
probaui in fin. quæſtionis præceden. & abun-
de probat Ruin. conſi. 199. nu. 5. & plur. ſeq.
volum. 2.

Quartò, quæritur, quòd attinet ad dotis reſti
tutionem, an bona alienari prohibita, de qui
bus loquitur d. Authen. cenſeantur ipſo iure
obligata mulieri, quæ dedit dotem pro eius
reſtitutione, an uerò debeant obligari. Pro
ſolutione conſtituendi ſunt duo caſus.

Primus eſt, quando filius, uel alius de liberis, de
quibus loquitur text. uxorem accepit patre
viuente, & conſentiente.

Secundus eſt, quãdo eo mortuo. Circa primum
breuiter Bar. in d. §. transgrediamur. nume 7.
concludit, quod pater ſimpliciter cõſentien-
366 do, † prout tenetur conſentire, quando fi-
lius ducit vxorem honeſtam perſonam, cẽſe-
tur ſe, & bona ſua obligare, prout quando fi-
367 lius datur pro cõtutore † cum patre, tene-
tur pater obligationem ſubire pro filio rem
pupilli ſaluam fore, per l. fin. §. 1. ff. de ſuſpect.
tuto.

Secundus caſus eſt, quando filius fideicommiſ-
368 ſo grauatus † patre defuncto duxit uxorẽ,
dote accepta ab ea; & iſto caſu lex non dicit,
ꝙ bona alienari prohibita cenſeantur obli-
gata pro dotis reſtitutione, prout tamẽ ſunt
bona ipſius filij, l. aſſiduis. C. ꝙ pot. in pigno.
habean. cum cõcordan. ſed tex. in d. Authen.
res, quę. & in corpore vnde ſumitur, dicit obli
gari, & alienari poſſe, ſeu permitti. cenſetur
369 enim teſtator † conceſſiſſe authoritatem li
beris ſuis, ut poſſint facere, quæ ipſe aliàs ve-
riſimiliter fuiſſet facturus, Caſtrẽ. in d. §. cùm
proponeretur. in princip. & non minus clarè
Dec. in locis ſuprà in tertia ratione citatis.
quò fit, ut ante obligationem, uel alienatio-
nem dictorum bonorum ea non poſſint dici
obligata &c. Et ex hoc non modica utilitas
reſultat. nam mortuo viro, qui nõ reperitur
obligaſſe dicta bona, vtique nõ videtur, quòd
mulier poſſit dotem conſequi ex ui d. Auth.
quæ & ſi imperſonaliter loquatur, ibi Permit
titur res prædicta in eã cauſam obligari &c.
nihilominus, ut dixi, referri debet ad liberos,
ut per Caſt. & Dec. vbi ſuprà, Ang. in d. Auth.
num. 5. & pro hac cõcluſione faciunt, quę ſu-
prà diximus in præcedenti quæſt. in ſecunda
conſideratione. & etiam in ſpecie Ripa in tit.
Communia de lega. reſpõſo primo, in fi. ver-
ſiculo, in contrarium facit, quia conceditur
marito ꝓ donatione propter nuptias dimi-
nuere fideicommiſſum, ſi legitima non ſuffi-
cit &c. quod etiam repetit in d. §. diui. nu. 77.
in fi. & ſuprà etiam dixi. Idem probat Alex.
conſi. 67. ad fin. vol. 4. dum citat Bald. dicen-
tem, ſe putare, quòd mortuo filio onerato fi-
deicommiſſo, hæredes eius poterunt aliena-
re tot de fideicõmiſſo ſubiectis pro reſtitu-
tione dotis filij: & idẽ concludit Caſt. d. conſ.
80. in fi. in prima parte. dicẽs, quòd filius po-
tuit omnia bona hęreditaria patris obligare
etiam alienari prohibita, quia pater etiã ad
idem tenebatur, & cenſetur uoluiſſe, quod fi-
lius idem faciat, ut etiam repetit in d. Auth.
res, quæ. nu. 10. & in d. l. mulier. §. cum propo-
neretur. in princip. ff. ad Trebell. Quò fit, ut ſi
maritus noluit obligare bona patris pro re-
ſtitutione, ſibi fuerit indulgendum; potuit
enim, ſed noluit, gloſ. in l. multùm intereſt. C.
ſi quis alte. uel ſibi. & facit doctrina Bart. in l.
qui Romę. §. duo fratres. in 8. quęſt. ff. de uer-
bor. obligat. in ea quæſtione, in qua diuiden-
370 tes ſibi inuicem dederũt facultatem † alie-
nandi bona ſubiecta fideicommiſſo, quòd ea
facultas locum habeat ità demũ, ſi quis uo-
luerit, & ea uſus ſit, & non aliter, ideſt, ſecuta
alienatione, de qua etiam Curt. meminit in
d. Auth. res, quę. nu. 21. & ſeq. & ità hanc con-
ſiderationem facit Corn. in d. Auth. res, quę.
num. 6. in fin. verſi. tene menti, & cogita. di-
cens, quòd hæc facultas dotandi vltra legiti-
mam portionem adijcitur per d. Authẽ. non
autem dicit tex. quod ipſo iure fideicommiſ-
ſum diminuatur ex huiuſmodi cauſa do-
tis, &c. & quòd d. Auth. procedat etiã in do-
tis poſt fideicommiſſum inductum apta re-
ſtitutione, latè probat Rolan. conſi. 20. nu. 1.
* & ſeq. vol. 4. & ibi teſtatur de * cõmuni con-
tra Ange.

Nec videtur obſtare Dec. d. conſil. 376. nu. 3. di-

tens, ꝙ ex quo pater teſtator obligatus erat
obligare bona ſua pro dicta reſtitutione do-
tis filij ex neceſſitate legis, propterea pro o-
bligatis haberi debent, argumento l. ſi finita.
§. eleganter. ff. de damno infecto. & l. ſi credi-
tores. C. de fideicom. & l. 2. ff. de euictio. quę
iura ad aliud propoſitum, ſcilicet ad effectũ,
371 vt quis non poſſit ſe eximere ab onere, † ad
quod de iure tenetur, citat Caſtren. d. conſi.
80. circa princ. in 1. parte. & ſequitur Curt.
iun. d. cõſi. 59. & quia in tali reſtitutione at-
tenditur tempus reſtituendæ, nõ autem da-
tæ dotis. vnde ex quo pater tenebatur obli-
gare bona ſua, ſi vixiſſet, & ſic cenſentur ob-
ligata, ità etiam cenſetur voluiſſe, quòd fa-
ciat filius grauatus, & conſequenter d. bona
remanent obligata; ſic enim illi cõcludunt.
Quoniam reſpondetur, quòd tex. in d. Authẽ-
tica, dum permittit obligationem, & aliena-
tionem fieri poſſe, ſatis oſtendit ipſo iure nõ
eſſe factam, vt iam dixi. & in d. §. eleganter.
cautio damni infecti iã petita fuerat, ante-
quam damnum datum fuiſſet, licet medio
tempore damnum cõtigerit ante pręſtitam
cautionem. Eodemque modo ſoluitur obie-
ctio d. l. 2. ff. de euic. vbi qui tenetur de eui-
ctione, ſi non promittit, tamen poteſt con-
ueniri, ut promittat, quia hic maritus non
fuit conuentus, ut obliget dotem, & ſic nul-
la petitio obligationis bonorum prædicto-
rum pro dote reſtituẽda pręſupponitur in-
terueniſſe ante obitum viri; ergò &c. Et pa-
riter tex. in d. l. ſi creditores. non videtur vr-
gere, dum loquitur de hærede grauato ad li-
berandum debitorem, quòd habeatur pro
liberato ex vi exceptionis, quia illud eſt, quia
de proximo erat liberandus, vt declarat Ca-
ſtren. ibi, inferens ad bannitum de proximo
rebanniendum, & ſimilia.
Nec releuat ultima ratio: quia verum eſt, quòd
372 ante ſolutum matrimonium † non põt agi
ad reſtitutionẽ dotis, ſed benè dote ſoluta,
vel in ſolutione dotis poteſt peti, quod ma-
ritus obliget, nedùm bona ſua, ſed & pater-
na; ſicq; intelligi debet Caſtren. d. conſi. 80.
in fi. in 1. par. dum concludit, quod tam de
iure, quàm de conſuetudine omnia bona
obligãtur pro dote, per l. 1. C. de rei vxo. acti.
Nã hoc quidem verum eſt, quòd omnia bo-
na cenſentur obligata, ſcilicet eius, qui con-
trahit, non tamen bona aliena, ſ. patris, niſi
obligẽtur expreſsè. Et ratio eſt, quia in gene-
373 rali ſermone † non continentur prohibita
alienari, & ſic nec in generali obligatione, vt
inquit Bal. in l. voluntas. in fi. C. de fideicom-
miſs. de quo abundè per Iaſ. in l. fin. num. 80.
& plu. ſeq. C. de iure emphy. & Alex. conſi. 16.
per totum. volum. 2. Quia imò res pignori
374 prohibita † in caſu, quo poteſt pignorari,
requiritur, quòd expreſsè, & nominatim ob-
ligetur, Iaſ. conſi. 6. col. fin. ad fin. uol. 3. Sic
375 etiam videmus de muliere, † quę mortuo vi-
ro diſtulit petere dotem ſuam ab hæredibus
viri, cùm poſſet petere, & non petijt, non po-
teſt vſuras, vel aliquod intereſſe petere, quia
ſtetit per eam, Alex. conſi. 27. num. 3. uol. 4.
Et effectus eſt magnus, an in generali obliga
tione prohibita alienari ueniant etiam pen-
dente conditione, ut infrà dicemus in 11. q.
Et ratio conſiderata per Caſtren. & Dec. in cõ-
* trarium citatos, non tenetur* communiter,
vt ſuprà diximus in 1. quæſtio. in 2. ratione.
ſed tertia ratio, ut ibi dixi. Non ualet ergò
iſta conſequentia, Pater tenebatur obligare
376 bona ſua, † & obligaſſet, ſi uixiſſet, ergò di-
cta bona ſunt obligata. & minus etiam alia
conſequentia, Cenſetur uoluiſſe, quòd filius
idem faciat, ergò perinde eſt, ac ſi feciſſet, &
ſic manent obligata, ac ſi obligaſſet. quid-
quid dicant Caſtren. Dec. & Curt. ſuprà in
contrarium citati, quorum opinio in pun-
cto iuris iudicio meo non poteſt ſuſtineri.
Pręterea Curtiuſmet conſi. 133. num. 5. diſpu-
tando doctrinam Bar. in d. l. ſi cùm dotem. §.
tranſgrediamur. ff. ſolut. matr. concludit, ꝙ
377 pater, ſi ſolùm conſentit filio † uxorem ac-
cipienti, non propterea cenſetur, ſe obligaſ-
ſe ad dotis reſtitutionem, niſi etiam conſen-
tiat ei dotem recipienti, vel ſimul eam reci-
piat cum filio; & dicit eſſe de mente Bar. &
Doct.
Magis tamen videtur obſtare contra hãc opi-
nionẽ; quia id, quod quis tenetur deducere
378 † pro conſtitutione, uel reſtitutione dotis,
nunquam cenſetur fuiſſe in fideicommiſſo,
ut inquit Bar. in d. Authentica res, quæ. ſub
num. 5. & Dec. d. conſi. 519. nu. 5. in princip.
niſi dicamus, quòd ipſi loquuntur nõ in eo,
quod quis tenetur dare, ſed ità demum, ubi
is, qui tenetur, dat; prout expreſsè loquitur
Decius.
Non etiam videtur obſtare, ꝙ grauatus, qui po
teſt deducere dotem de fideicommiſſo, licèt
non deduxerit, tamen poteſt hæres eius de-
ducere, ut infrà dicemus in 15. quæſtio. quia
ſolutio patet ex his, quæ ibi dicemus.
Tota autem difficultas eſt in reſpondendo ad
tex. in Authẽtico, vnde ſumitur dicta Authẽ
tica, quę uult etiam mortuo marito vxorem
poſſe deducere dotis reſtitutionem contra
hęredem mariti, qui maritus fuerat graua-
tus per patrem, ut abundè ponit Menoch. in
quęſt. arbitrar. lib. 2. caſu 182. colum. penul.
Niſi dicamus, ꝙ illa mulier nupſerat uiuen-
te ſocero.
379 Cõſiderandum eſt autem, ꝙ ſi mulier, † quę

nupſit, ſciebat fideicõmiſſum extare, & maritum dilapidatoré, tunc ceſſat diſpoſitio d. Authent. Burſat. conſil. 179. nume. 45. uol. 2.

380 Quinta eſt quæſtio, an d. Authen. † locum habeat in dote, & donatione propter nuptias cõfeſſata, vt pro eius reſtitutione fienda poſſint obligari bona alienari prohibita.

Breuiter in hac quæſtione, quæ pulchra, & ſubtilis eſt, vt exorditur Ripa in tit. Communia de lega. reſponſo primo, & in qua ſimpliciter Rui. poſt Soci. per eum citatum dicit, dictam Authen. non habere locum in dote cõfeſſata conſi. 132. in fin. volu. 4. Etenim Doctores cõſtituunt duos caſus.

Primus eſt, quando ſumus in confeſſione dotis receptæ conſtante matrimonio facta; qui eſt clarus, quòd fideicommiſſo non prĕiudicet,
* ſecnudum * communem, Rube. conſi. 78. nume. 2. in primo caſu, quicquid Rolan. cõtradicat conſi. 85. nu. 42. vol. 1.

Secnndus eſt caſus, quando ſumus in confeſſione dotis receptæ ante contractum matrimonium, & tunc diſtinguitur, aut fuit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, vel donationis propter nuptias, vel nondum eſt lapſum tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis &c.

Secundò, quando lapſum eſt tempus, uel facta eſt renunciatio.

Primo caſu concluſio ſtat negatiua, per gloſſ. in dict. l. aſſiduis. C. qui potio. in pigno. habeantur.

Secuudo autẽ caſu, ſecus ſit: vt abundè probat Ambro. de Opizo. in d. §. diui. nu. 146. & ſeq.
* & eſt * communis opinio, Rube. vbi ſupra.
* nume. 9. & de * communi teſtatur etiam Rolan. à Valle conſi. 85. nu. 42. uol. 1. qui ſic debet intelligi in caſu iſto, poſt Iaſ. in dic. Auth. res, quæ. & Ripa in d. §. diui. nume. 77. & in d. reſponſo primo, ubi tamen adhuc primo caſu, etiam ſi dos expreſsè fuiſſet tradita à muliere ſciente onus fideicommiſſi, aliqualiter ipſe dubitat. & abundè hanc partem in dote confeſſata conſtante matrimonio, quòd non habeat locum d. Auth. probat Pariſ. cõſ. 52. num. 40. & ſeq. uolu. 2. Ruin. conſi. 132. in fin. vol. 4. vt latiſſimè hanc quęſtionẽ tractat diſtinguendo plures caſus. Rube. cõſi. 78. nu. 2.
* & plur. ſeq. & latè hanc uti * communem tenet Roland. à Valle d. conſi. 85. nu. 37. & plur. ſeq. vol. 1. ſicq; intelligi debet Pariſ. conſil. 63. in fi. vol. 2. qui ſimpliciter negat, dictam Authen. locum habere in dote confeſſata. in donatione tamen propter nuptias, quòd non ualeat, niſi pro quantitate dotis receptæ, Cepha. conſi. 177. col. fi. uol. 2.

Quòd ſi etiam iſto ſecũdo caſu principali confeſſio dotis receptæ ſonat de receptione non ab vxore, ſed à tertio, tanto magis ualet, Rube. vbi ſuprà. col. fin. ad fin.

Et procedit iſta concluſio etiam in dote, vel donatione propter nuptias confeſſata conſtituta poſt inductum fideicõmiſſum, Rolan. cõſil. 20. nu. 8. & plur. ſeq. volu. 4. vbi teſtatur de
* * communi.

381 Sexta quęſtio eſt, an dicta Authent. † locum habeat in dote, & donatione propter nuptias accepta poſt grauamẽ filio iniunctum.

Et breuiter Ange. in Authentico, vnde ſumitur d. Authen. in princ. nu. 4. negat, locum eſſe d. Auth. ità quòd ſi filius grauatus fideicommiſſo vxorem ducat, nõ poteſt donationem propter nuptias de bonis fideicõmiſſo ſubiectis facere mortuo patre, nec è cõtrà filia grauata pro ſe dare, & ſoluere doté de dictis bonis. ſequitur Iaſ. in d. Authen. res, quæ. nu. 29. circa principium, & in quĩta limitatione dicens, quòd ſi filius grauatus fideicommiſſo poſt patris mortem, uxorem ducit, tunc ceſſat diſpoſitio d. Auth. idem tenuit Bald. ante eum in d. Auth. in lec. antiqua, in 3. q. & probat Corneus ibidem col. 2. vbi dicit, quòd ità fuit hoc caſu in practica ſeruatum. ſequitur Pariſ. conſi. 52. num. 34. & conſi. 63. nume. 46. uol. 2. eo enim mortuo extincta eſt dicta obligatio dotis cõſtituendæ, vel dotis, aut donationis propter nuptias reſtituendæ, qa mors
382 † omnia ſoluit, §. deinceps. Auth. de nuptijs. quæ obligatio præcipuè conſideratur, vt fundamentum dict. Authen. vt ſuprà diximus in prima quæſtio. in ſecunda ratione. idem reſpondit Alcia. conſi. 640. in fi. & hanc opinionem in dote cõfeſſata ſaluat, & approbat Ripa in d. §. diui. nu. 77. & in tit. Communia de lega. reſponſo primo. & plur. alios concord. citat nouiſſimè Marza. in tractatu de fideicommiſ. q. 48. uerſic. an verò d. Authen. & in reſtitutione dotis pro filio poſt mortem patris, loquitur etiam expreſsè Iaſ. conſi. 231. nu. 3. uolu. 2. loquens in reſtitutione dotis cauſatę longo tempore poſt mortem fideicommittentis, ſequen. Ange. ubi ſuprà, & reprobato Io. de Anan. de quo infrà, & ita intelligit Caſtren. in d. §. tranſgrediamur. & conſil. 80. in prima parte. quòd ſcilicet, ipſe loquatur in caſu, quo obligatio fideicommittentis iam ipſo viuente erat cõtracta, quia ſcilicet filius uxorem duxerat, dote accepta patre uiuente, & Bar. in d. l. ſi cùm dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. matr. ſecus autem, ubi pater, uel auus iam condito teſtamento eſt defunctus, & poſteà filius, uel nepos vxorem duxit, & dotem accepit, vt ibi per eum. hanc etiã partem tenuit Soci. Iun. conſi. 119. num. 7. vol. 2. vbi dicit, quod idem tenuit glo. in d. Authen. ſi rectè aduertatur. & hanc partem tenet etiã

Ruin. conſil. 123. ſub num. 13. volu. 2. dicens,
quòd Io. de Anan. qui contrarium tenuit, ci-
tat auctoritates, quæ non loquuntur in dote
recepta poſt grauamen iniunctum. idem te-
net conſ. 137. ad fi. vol. 1. & ad hoc etiam facit
Curt. Iun. conſ. 133. nu. 5. dicens, quod pater,
licèt conſenſerit filio, ut ducat uxorem, non
tamen dicitur obligare bona ſua pro dotis
reſtitutione, niſi etiam cõſenſerit, quòd dotẽ
recipiat, vel eam vnà cum filio recipiat. & pro
iſta parte plur. concordan. citat Cepha. cõſi.
177. nu. 5. & ſeq. uol. 2.

383 Contrariam ſententiam, † quòd imò etiam
mortuo patre fideicommittẽte, filia poſſit ſe
ipſam dotare de bonis, quæ grauata eſt reſti
tuere, & pariter filius obligare bona pro do-
tis reſtitutione, & donatione propter nu-
ptias, tenet expreſsè Bar. in d. Auth. res, quæ.
nu. 4. in fi. Ang. pariter nu. 4. & ſeq. Caſt. nu. 7.
& ſeq. & ita reſpondit Io. de Anan. conſi. 61. &
* eſt * cõmunis opinio, vt reſtatur Soci. d. conſ.
23. vol. 3. ubi etiam refert, ſic fuiſſe cõſultum
per genitorẽ ſuum, & per omnes aduocatos
Florentinos. Dec. d. conſi. 376. & d. conſi. 519.
& damnat opinionẽ Ange. & Iaſ. ubi ſuprà in
contrarium citatorũ. & iure quidem. ex quo
eſt contra mentem, & uerba tex. in d. Auth. &
in corpore, unde ſumitur, dum fit mentio de
bonis alienari prohibitis, & de grauamine fi-
deicommiſſi filio, uel filiæ iniuncto; quod qui
dem eſſe nõ poteſt, niſi mortuo patre, c. cum
Marthę. de celeb. miſſæ. quamuis Soci. & Dec.
conetur aliter, & alio modo interpretari Pa-
riſ. d. conſ. 52. nu. 36. vt ſcilicet ipſi loquantur
in conceptis, & natis viuente fideicõmitten-
te, de quo dicemus infrà q. 8. in 2. limita. idem
reſpondit Natta conſi. 61. col. 1. & 2. loquens
in marito, qui poſt mortem patris uxorẽ du-
xit, & ꝓ dotis reſtitutione omnia obligauit.
& pro hac parte quamplures alios cõcordã.
citat Marza. ubi ſuprà, verſi. contrariã tamen
ſententiam. & ita etiam Ang. & Iaſ. reprobat
Curt. in d. Auth. nu. 21. ſequẽdo Soci. & Dec.
ſupracitatos, ſuſtinendo ſecundã rationẽ ſu-
prà poſitam in d. 1. q. quã tamen, vt ſuprà di
* xi in tertia ratione, dixi * communiter repro
bari. ſicq; Curt. hac in re parùm ſibi ipſi con-
ſtitit. & contra Ang. vbi ſuprà, reſpondit poſt
plur. cõcordan. per eum citatos, Rui. cõſi. 89.
* nu. 41. uolu. 2. & hanc partem vti * cõmunem
ſequitur Rolan. à Valle cõſ. 85. nu. 29. & plur.
ſeq. vol. 1. vbi latè eam tuetur. & hãc partem
tuetur etiam Alcia. conſi. 555. ad differẽtiam
caſus, de quo infrà quæſt. 18. & hanc partem
tenet latè Gozad. conſil. 97. nume. 10. & de
* communi *. teſtatur etiam Curt. Iun. con-
* ſi. 59. num. 2. & hanc partem tanquam * com
munem refert, & ſequitur Cepha. d. cõſi. 177.
nume. 17. & hanc opinionem Angel. & Iaſ. de
quibus ſuprà, refert, & ſequitur in conſtitu-
tione, & reſtitutione dotis, Ruin. conſil. 123.
num. 13. volu. 2. vbi addit, quòd licèt Iaſ. refe
rat in contrarium Io. de Anan. tamen Io. de
Anan. citat authoritates, quę non loquun-
tur poſt grauamen iniunctum. Et hæc con-
cluſio procedit, etiam ſi tempore reſtitutio-
nis dotis iam maritus legitimam ſuam con-
ſumpſerat. et tractabimus eam, vt infrà in
18. quæſtio.

Hæc autem ſecunda pars intelligitur, vt proce-
384 dat ità demũ, niſi filia, † vel mulier ipſa poſ-
ſidens bona fideicommiſſo ſuppoſita, perce-
perit fructus ex dictis bonis, quæ ſufficiant
ad dotem; tunc enim ceſſat ratio d. Authen.
& eſt caſus in l. mulier. quæ eſt 22. §. cum pro-
poneretur. ff. ad Trebellia. per quam ſic re-
ſpondit Roman. conſil. 322. in fin. & ſequi-
tur Rimin. conſil. 115. nume. 7. & ſequent.
volum. 1.

385 Septimò quæritur, an d. Authen. † intelli-
gi poſſit de omnibus aſcendentibus fidei-
committentibus, & bona alienari prohiben-
tibus. Et breuiter videtur; quòd compre-
hendantur omnes aſcendentes ex latere pa-
tris, ſcilicet, pater, auus, proauus &c. prout
etiam complectitur omnes deſcendentes, vt
infrà dicemus in quæſtio. ſequen. non autem
in aſcendentibus ex latere matris, puta, ma-
tre, vel auo materno grauatis fideicommiſſo
ab eorum aſcendentibus. neque enim illi
poſſunt bona huiuſmodi fideicõmiſſo ſubie-
cta alienare, ſcilicet, maternus auus pro ne-
pte, mater pro filia dotanda, vel donatione
propter nuptias, aut dotis reſtitutione pro
nepte, uel filia conſtituenda. neque enim ma-
386 ternum officium eſt † dotare filiam, cùm l.
fin. C. de dot. promiſ. loquatur de patre,
non autem de matre, vt inquit gloſſ. ibidem
in verbo, paternum, & concordan. de quibus
per Iaſ. in dicta Authenti. nume. 32. in ſecun-
da limitatio. & de matre eſt caſus in l. neque
* mater. C. de iure dot. & ibi * communiter
Doct. vt refert, & ſequitur Boe. deciſ. 129. nu-
mero tertio, & etiam concordan. de quibus
ſuprà in prima quæſtio. in ſecunda ratione.
idem firmat Caſtrenſ. in dicta l. mulier. §.
cum proponeretur. in principio. ff. ad Tre-
bellia. vnde etiam, vt ille ait, poterit filia pa-
tre ſuo inſtituta ſe ipſam dotare &c. & etiam
per Curt. Iun. dicta Authentica. nume. 13.
& quòd non habeat locum in tranſuerſali-
* bus, ſed benè in liberis teſtatoris, eſt * com-
munis opinio, Roland. conſil. 27. nume. 6.
volum. 4.

Limitatur hæc concluſio, quæ loquitur de ma-
tre, & de auo materno, vt non procedat, vbi
pater,

pater, & auus paternus non habent modum
dotandi, vel dotem reſtituendi pro filio, uel fi
lia, & iſti pauperes ſunt, ut cōcludit Bar. in d.
Auth. res, quæ. num. 3. verſi. quandoque con-
ſtituit dotem pro perſonis, pro quibus non
387 tenetur &c. & nu. ſeq. ſicut mater † tenetur
alere filium, ſi pater eſt inops, & ipſa eſt diues.
l. ſi quis à liberis. ff. de lib. agno. & ſequitur Iaſ.
in d. Auth. nu. 32. in ſecunda limita. verſic. in-
tellige, quando pater non habebat bona &c.
& vbi pater eſt inops, & mater filiæ dotandæ
eſt etiam inops, & non habet, niſi fideicom-
miſſum paternum, quo ipſe eſt grauatus, ꝙ
poſſit illud diminuere pro filia maritanda,
quia illa eſt etiam de deſcendētibus ipſius te
ſtatoris, tenent Saly. in d. Authen. & plur. con
cordan. per Alex. in l. à filia. col. 1. ff. ad Trebel
lia. & ſequitur etiā Boe. d. deciſ. 129. Et iſtud
388 argumentum † Bat. de alimentis ad dotē,
* * cōmuniter tenetur. ut inquit Rui. cōſ. 199.
num. 9. uol. 2.

Contrarium tenuit Ang. in d. Auth. res, quæ. nu
me. 1. in fin. & ſeq. per rationem ſuprà poſitā
in d. concluſ. quia maternū non eſt officiū &c.
& negat argument. de alimentis ad dotē. om
nes enim parentes ſe inuicem etiam extranei
alere tenentur, inops ſcilicet per diuitem. ſe-
cus autem in dote danda, quia illa dari de-
bet per patrem filiæ, etiam ſi ipſa diues ſit; &
pariter filia naturalis alenda eſt per patrem,
non tamen dotanda, vt ibi abundè per eum.
& probat Roma. in l. 1. ff. ſolut. matri. quem
etiam refert Boe. ubi ſuprà, col. 1. in fi. & iſtud
argumentum, quòd non valeat de alimentis
ad dotem, firmat latè contra Bart. Alex. d. l. à
filia. & eo circumſcripto, ratio Alex. non re-
leuat. quia & ſi filia, vel neptis ex filia ſint de
deſcendentibus teſtatoris, non tamen de his,
quas ipſe tenetur dotare, & hic oportet verū
que concurrere, ſcilicet, quod teſtator ſit o-
bligatus ad dotandum, & granatus pariter,
ut ſit locus diſpoſitioni iſtius Authen. ſecun-
* dum * communem opinionem, vt infrà dicā
in ſeq. quæſtione. in prima limita. Et ſi dica-
tur, quòd qui tenetur alere, poteſt etiam do-
389 tare, † quatenus alimenta capiunt, ut in-
frà dicemus; patet reſpōſio, quod iſta Auth.
loquitur de perpetua dotatiōe, & alienatio-
ne in eam cauſam, & quæ alimenta excedit:
ibi autem de temporali, ſcilicet, durante vita
* filiæ naturalis, vel ſpuriæ, ut ibi de * commu-
ni in tertia declarat. & quæ alimenta non
excedat.

390 Et argumentum Bat. de alimentis † ad do-
tem patet nō eſſe verum; quia filius tenetur
alere matrem, & ſororem, & non utrinque cō
iunctā, & tamen non tenetur dotare, & ſimi-
lia: ſed ſolùm poſſet ſuſtineri, quando iſtæ per
ſonæ non habent aliud, ex quo poſſint ſe ale-
re: tunc enim dos ſtat loco alimentorum uſ-
que ad concurrentem quantitatem eorum,
ut declarat Natta conſi. 400. num. 15. & ſeq.
vbi concludit plures differētias inter hęc, de
quibus infrà in 24. q.

Hæc tamen limitatio ſuſtineri poſſet in aliqui-
bus caſibus, in quibus mater tenetur dotare
391 filiam, † putà, ſi ipſa mater ſit hæretica, quę
habet filiam orthodoxam, l. cognouimus. C.
de hæret. glo. in d. l. fin. in verbo paternum. C.
de dotis promiſſ. Sed tamen hæc declaratio,
quò ad bona ſubiecta fideicommiſſo, quo
grauata præſupponitur mater in hac quæ-
ſtione, vt dixi, non conuenit. quia licèt mater
iſto caſu dotare teneatur filiam, intelligitur
ſcilicet de ſuo, non autem de alieno, ideſt, fi-
deicommiſſo ſubiecto; & ità declarat Ange.
ubi ſuprà, numero tertio, uerſiculo concedo
tamen.

Secundò, dicta limitatio uidetur poſſe ſuſtine-
392 ri, quādo ſcilicet filia eſt iuuenis † apta nu-
ptijs prophanis, ſecus ſi potius eſſet apta ad
vitam religioſam: tunc enim mater non tene
tur hoc ſecūdo loco dotare eam, ſed benè pri-
mo loco, ità concludit Ang. in d. Auth. nu. 3.
uerſi. idem dico, ſi aliqua iuſta, & probabilis
cauſa ſubſit &c.

Veruntamen hæc ſecunda declaratio Angel.
ex toto mihi non ſatisfacit, & ſanè eſt intel-
ligenda.

Primò, ut procedat, quò ad bona propria ipſius
matris, ſecus autē de bonis alienari prohibi-
tis, ut ēt ſuprà dixi in præceden. declarat.

Secundò, dum dicit, ꝙ filiā turpē, & fortè defor-
mem, uel aliàs minus aptā matrimonio car-
nali, ſed aptam matr. ſpirituali mater non te
netur dotare, puto hoc eſſe contra cōēm con
cluſionem, de qua paulopoſt. Ideò intelligi
debet Ang. vt tantam dotem dare non tenea
tur mater pro ea, ſi uelit monaſterium ingre-
di, quantam teneretur, ſi matrimonio car-
nali apta eſſet.

Tertiò declaratur d. Angeli cōcluſ. vt quidquid
393 ſit † de dote conſtituēda, tamen id abſolu-
tum eſt, quod pro dote reſtituenda, vel dona
tione propter nuptias conſtituenda nunquā
mater tenetur pro filio erga nurum; ità re-
ſpondit Soci. Iun. conſi. 119. nu. 12. vol. 2.

Octauò quæritur, an d. Authent. locum habeat
394 † in omnibus deſcendentibus ipſius fidei-
* committentis. Et Doct. videntur * commu-
niter concludere, quòd ſic, & in ſpecie Ang. in
d. Authen. in princ. ponderando verbum, Li-
beris, vt intelligatur de omnibus deſcenden-
tibus, & apertiùs Caſtren. in l. mulier. §. cum
proponeretur. nu. 2. ff. ad Trebell. vbi pariter
ponderando verbum, Liberis, poſitum in d.

Authen.concludit,quòd tex. ille intelligatur
cõplecti omnes filios,nepotes, & alios deſcen
dentes maſculos, & fœminas grauatas per a-
ſcendentem eorum,de reſtituẽdo bona: quia
onus dotandi omnes iſtas perſonas pertine-
ret ad teſtatorem,ſi viueret, per l.debitorem.
ff.de collat. dot. qui text. fuit citatus corru-
ptè, quia in toto illo titulo d.l. nõ reperitur,
& credo,quòd voluerit allegare tex.in l.dedit
dotem.ff.de collat. bonorum. qui tamen tex.
nõ dicit, quòd auus teneatur neptem dota-
te,licèt eam dotauerit in illo caſu.verum eſt,
quòd Doct.illum text. citant, etiam ad hoc,
quòd auus tenetur pro filia dotare neptem,
vt per Aret.conſi.17.nume.13.& plur.ſeq. Iaſ.
in d.Authen.res,quę.nume.30. in ſecunda li-
mitatione.non tamen habemus text. qui lo-
quatur de proauo, & alijs deſcendentibus,
præter d.l.fin.C.de dot.promiſſio. & d.Auth.
res,quæ.& ſic nõ ſolùm filios,nepotes,& pro-
nepotes continet, de quibus loquitur Iaſ. in
d.Auth.num.32.in ſecunda limita.ſed etiam
in cæteris omnibus deſcendentibus,ut ſonat
395 vis † verbi,Liberis,l.liberorum.in prin.ff. de
uerborum ſignifica.& in tex.in Auth.vnde ſu
mitur d. Authẽ. de filijs mentio fit,quorum
appellatione omnes liberi ueniũt,l.84.ff. eo-
dem.& d.l.liberorum.ad fi.ibi, Filiorũ appel-
latione omnes, qui ex nobis deſcendunt, con
396 tinentur. Neque enim dulciore † nomine
nepotes noſtros appellare poſſumus,quàm fi
lij, vt ibi habetur. & procedit hæc concluſio,
397 † etiam ſi per hanc dotationem, uel dotis
reſtitutionem fideicommiſſum ad nihilum
redigatur, fraude euerſionis fideicõmiſſi ceſ-
ſante,ideſt,ſi parentes nihil habeant,vnde do
tent &c.ut concludit Caſtren. ubi ſuprà, ſub
num. 3.uerſi.ſi ergò plures haberet filios &c.
loquens in grauato plures filios habente. &
probat Padilla in d.Authen. nu.58.ubi teſta-
* tur de * communi pro hac parte, quòd ſcili-
cet auus, proauus; & cæteri aſcendentes te-
neantur dotare ſuas deſcendentes.

Contra tamen hanc concluſionem vrgent iudi-
cio meo,quæ ponit Bald.in l.cùm in adopti-
uis.§.quæ in filio.num.3.C.de adoptio. dicẽs,
398 quòd ſi pater filium habet, † & ex eo nepo-
tem,non tenetur quidquam nepoti relinque
re,& dos, quam pater tenetur filiæ dare, ſuc-
cedit loco legitimæ,Aret.conſil.17.nu.15. ad
fin. & ibi addit,quòd ubi auus tenetur dare
dotem nepti, id facit loco ſubrogationis in
locũ patris, qui principaliter ad id tenetur,
& ſolus,ſi modum habet.& faciũt, quę ſuprà
adduxi in prima quæſt.contra ſecundam ra-
tionem.

Limitatur primò hæc concluſio,vt non habeat
399 locum † in filijs filiorum; per ea, quæ ſuprà
diximus in præceden.quæſt.in princ.& per to
tum,ſicque intelligit expreſsè Ange.in d.Au-
then.in prin.dum inquit,quòd d. Auth. non
habet locum in omnibus deſcendentibus, &
pręſertim in nepte, vel pronepte ex filia,quia
auus maternus non tenetur, nec mater, uel
auia earum.idem probat Caſtren. ubi ſuprà.
Et ratio eſt,quia iſta Authen.loquitur in ca
ſu,vbi fideicommittẽs tenetur dotare, & gra
* uatur pariter ad idem,ſecundum * commu-
nem opinionem Bar.vt teſtatur Curt. in dic.
Authen.nu.13.

Veruntamen hæc concluſio in auctore diuite
grauato per eius patrem, & patre filiæ dicti
auctoris paupere exiſtẽte,quòd mater tenea-
tur,& poſſit dotare filiam pauperem de fidei
commiſſo,tenet Boe.deciſ.129.num.4. vbi ci
* tat Bald.& Doct. * communiter in d.l.uolun
tas.C.de fideicom.& Bar.in d. §. diui. de quo
tamen infrà dicemus in 9. quęſtio. ut ſuprà
dixi in præcedenti quæſt.in prima limit.

400 Secundò limitatur ſupradicta cõcluſio,† vt
procedat ità demùm, ſi filius nepos, prone-
pos, & cæteri nati, vel ſaltem concepti ſint
uiuente teſtatore fideicommittente, alias ſe-
cus:ita concludit Corn. in d. Auth. res, quæ.
Pariſ.d.conſi.52.nu.34.& ſeq.uol.2.vbi citat,
& teſlatur hoc clarè terminari per Aret.con-
ſil.17.& Alexan.in l.huiuſmodi.§.cum pater.
col.1.in tertia limit.ff.de leg. 1. qui tamen de
hoc verbum nullum dicunt penitus. citat e-
tiam Bald.in d.Auth.res,quæ.in lec.antiqua,
quæſtio.3. quæ communiter non habetur,&
Ange.in Authen.unde ſumitur d.Authẽ.quẽ
ſequitur Iaſ.ſuprà relatus in 6.q.in princ.qui
tamen loquitur in alia q.& terminis,ut ibi di
xi,& pariter Corne. ibidem. idem tamen ex-
preſsè reſpondit Alcia.conſ.540.aliàs eſt 164.
in 9.lib. ubi addit, quod nemo contradicit
huic cõcluſioni. & multi eam tenent, ſcilicet
Bal. Corne.& Iaſ. ſuprà citati, qui, vt dixi,
hoc non ponunt. Et adducit ſex rationes,
quæ iudicio meo nihil faciunt præter duas.
401 quarum prima eſt, † quòd poſt mortem
aui cõcepti habentur pro extraneis,l.Titius.
quæ eſt ſexta. ff. de ſuis & legi. Namq; extra-
402 neus dicitur ille, † qui non eſt in poteſtate
ipſius,l.1.§.extraneum. C. de rei vxor.actio.
vt etiam infrà dicemus in ſeq.quæſtio.extra-
403 neo autem † legitima nõ debetur, nec dos,
vt infrà dicemus in ſeq. quæſt.2.eſt ratio, qa
404 tex.in d.Authentica res,quæ.† & in corpo-
re,vnde ſumitur,loquitur de dote,vel dona-
tione propter nuptias detrahẽda ex fideicõ-
miſſo, vbi legitima non ſufficit: præſuppo-
nit, quòd loquatur de ijs liberis, quibus legi
tima debetur, ſed ea non debetur extraneis,
prout ſunt concepti poſt obitum aui, er-
gò

gò &c. Alia ratio, quæ eſt quinta in ordine
ſuo, quod aliàs deſtruerentur fideicommiſ-
ſa de facili, ſi oporteret de dictis bonis do-
tari, vel reſtitui dotes omnibus deſcendenti-
bus, & liberis, de quibus loquitur d. Authẽ.
quod eſt abſurdum, & cõtra naturalem ſen-
ſum, vt ille ait: deſtruitur per Caſtren. de quo
memini ſuprà. in 2. quæſt. in 1. ampliat. Hãc
partem etiam ſimpliciter approbat Marza.
nemine citato, in d. tract. de fideicom. q. 48.
in fi. ubi refert ſe ad motiua quædã, de qui-
bus per eum: & clarius ipſe idem probat cõ-
ſilio 1. colnm. 16. in princip. vbi vltra Bal. ubi
ſuprà, citat Ruin. in d. §. diui. colum. 18. qui
mouetur per d. l. 1. Titius. & l. 1. §. ſi quis pro-
ximior. ff. vnde cogna. concludentes, quòd in
405 teſtatore † nulla eſt neceſſitas dotandi ne-
ptes, vel proneptes conceptas eo mortuo.
Quæ tamen ratio non videtur tuta; quia il-
la conſiderat ſolùm teſtatorem mortuũ, hic
autem ex mente Doct. de quibus ſuprà, in 1.
quæſtio. conſideramus eum, ſi viueret, an te-
neretur nec ne, vt infrà dicam. & pro hac li-
mitatione reſpondit ſequendo Alcia. vbi ſu-
prà, Menoch. conſi. 95. num. 132. & hanc par-
tem tenuit etiam Alcia. conſilio 164. de quo
etiam meminit Simon de Prætis in tracta. de
interpretatio. vlti. volunt. chart. 438. nu. 29.
vbi etiam ad hoc citat Rotam Florentinam
vltra Cum. & Paris. & Menoch. vbi ſuprà.

Verumtamẽ hæc limitatio videtur contra men
tem, & verba tex. in d. Authentica res, quæ.
& Doct. ſuprà in concluſione citatos. Nam
ſi priuilegium d. Authenticæ comprehendit
omnes deſcendentes fideicommittentis, fa-
teri oportet, quòd etiam natos, & cõceptos
poſt eius obitum complectatur. impoſſibile
eſt enim, quòd omnes deſcendentes cõcepti
ſint viuente eo, qui nepotes pronepotes, &
deinceps habiturus eſt. & ſic conſideramus
ſolùm, an ſi teſtator viueret, teneretur, non
autem poſtquam eſt mortuus, vt ſuprà dixi-
mus in 1. quæſt. in 2. ratione, & ità in ſpecie
dictam limitationem reprobat ſolus Curt.
in d. Authentica nu. 18. verſi. retenta tamen.
& hanc partem tenet etiam Simon de Prætis
vbi ſuprà. Quamuis replicari poſſet, quòd
imò conſiderandum eſt tempus, quo caſus
contingit conſtituendæ, vel reſtituendæ do-
tis, an bona defuncti ſint obnoxia huic one-
ri nec ne: nullaque ratio, aut lex iubet, aliud
tempus eſſe conſiderandum. & non eſt du-
bium, quod hoc tempore agendum eſt non
de dote conſtituenda, vel reſtituenda, ſed de
406 legitima; quia mortuo patre, † vel auo, &c.
ſolùm conſideratur onus legitimæ, quod vi-
uente eo non poteſt conſiderari, quia eo vi-
uente legitima non debetur. l. cùm quęritur.
407 C. de inoffic. teſtamen. eſt enim quota † bo-
norum, Authentica nouiſſima. C. eodem. eo
autem viuente tractatur de dote danda, &
ità conſiderat Corn. in d. Authentica, nu. 4.
in fi. & latius num. 14. dum concludit, quòd
408 patre viuente † filius nullum ius habet in
bonis patris, nec contra patrem, niſi ius ali-
mẽtorum; patre autem mortuo, vtiq; pater
ius habet in legitima, quæ ſuccedit loco to-
talitatis alimentorũ: & ſic ſecundum diuer-
ſitatem temporum variatur ius filij; vnde de
vno ad aliud non eſt arguendum.

Tertiò limitatur ſupradicta concluſio, vt priui
409 legium ipſius † ſolùm habeat locum in libe
ris grauatis fideicommiſſo per patrem, vel
auum &c. vt ſi legitima portio eis iure natu-
ræ debita non ſufficit, liceat alienare bona
fideicommiſſo obnoxia pro conſtitutione,
vel reſtitutione dotis, vel donationis pro-
pter nuptias, vt declarat Ang. in d. Authen.
in princip. ſecus, vbi non liberi, ſed alij ſint
hæredes inſtituti, & prohibiti alienare; non
enim eſt noſtrum legem illam extendere, vt il
le ait, colum. fin. in princip. & ità expreſsè te-
net Bar. in d. Authen. nu. 4. in fi. dùm inquit,
quòd illud, quod dicitur in d. Authentica, &
vnde ſumitur, quod res poſſunt alienari, quę
ſubiacent reſtitutioni in caſibus ibi expreſ-
ſis, non habet locum, niſi in liberis, qui ſunt
à parentibus grauati, nec alijs permittitur,
& clarè Caſtren. ibidem num. 4. & non minus
clarè Caſtren. in d. l. mulier. §. cum propone-
retur. ſub num. 3. uerſi. 4. additur in corpo-
re, vnde ſumitur, quòd filius de reſtituendo
grauatus poteſt alienare, & obligare bona
prædicta pro reſtitutione dotis vxoris &c. &
verſi. adducit etiam Doct. quòd filius de re-
ſtituendo grauatus poteſt dotare filiam &c.
ff. ad Trebell. & quòd d. Authentica locum
habeat ſolum in liberis grauatis per teſtato-
* rem, eſt* communis opinio, vt inquit Ruin.
conſi. 199. num. 6. volum. 2.

Hæc tamen declaratio mihi nõ ſatisfacit, quia
eſſet nimis reſtringere diſpoſitionem d. Au-
thenticæ, & de facili poſſet pater, vel auus
eludere eam, inſtituendo extraneum relin-
quendo iure etiam inſtitutionis legitimam
filijs, vel nepotibus, & prohibendo hæredẽ,
ne alienet bona &c. & ſic etiam eximere ſe
ab onere dotationis liberorum contra ſecũ-
dam rationem, de qua ſuprà dixi in 1. quęſt.
& diximus etiã in princip. iſtius quæſtionis;
& ſic eſſet lex verbis impoſita.

Quartò declaratur tex. ille d. Authẽt. res, quę.
410 vt procedat ſolùm † in fideicommiſſo con-
ditionali, non etiam in puro, vt per Caſtren.
ibidem in fi. & cõcordan. per Padill. in d. Au-
thentica num. 11.

411 No-

411 Nonò quæritur,† an d.Authentica locum
habeat in alijs parentibus,qui non ſint aſcẽ-
dentes , nec deſcendentes , ſed tranſuerſales,
& extranei in effectu , vt dicit tex. in l.1.§.ex-
traneum. C. de rei vxor.actio.vbi dicitur ex-
412 traneum † intelligi omnem, citra parentẽ,
virilem ſexum aſcendentem, & in poteſtate
dotãdam perſonam habentem. Et breuiter
Doct.concludunt , quòd non ; & præſertim
Ange. in d. Authen.res , quæ.col.1.& per to-
tum.& Caſtrẽ. in d.l.mulier.§.cùm propone-
retur. circa principiũ.ff. ad Trebell. & Doct.
in l.filiusfa.§.diui.ff.de leg.1. præſertim Loa-
zes num. 141. verſi. unum tamen eſt notan-
dum, quod iſta Authentica res, quæ.cõnexa
Authentico,non habet locum,niſi in deſcen
dentibus teſtatoris, ſecundum Bar.& cõmu
niter Doct. &c.qua de re, vt illi dicunt,ſi fra
ter inſtituat fratrem, & prohibuit eum alie-
nare bona, certè frater hæres inſtitutus non
poterit fideicommiſſum minuere pro ſua fi-
lia dotanda , vel dote reſtituenda , vt etiam
probat poſt Ang. Aret. & concordan. per eũ
citat. Crot. ibidem , in d. §. diui.nume.60.&
* hæc concluſio * communiter approbatur,
quòd d. Authentica non habet locum in ex-
traneis, ſed ſolùm in deſcendentibus teſtato
ris, vt teſtatur Ambro.de Opizo.in d.§.diui.
* nu.145.in princip. & de * communi teſtatur
etiam Curt.in d. Authen.nu.18.quod d.Au-
then. procedat, quando aſcendẽs grauauit,
& deſcendens eius fuit grauatus: ſecus in fra
tre grauante fratrem &c. Quis tamen,& qñ
frater aliàs teneatur dotare ſororem, habe-
tur ibi per eum num.17. Boer.deciſ.129.nu-
mero 8. & latius Alex. in l. à filia. col.2. ff. ad
Trebell.quæ eſt lex ultima,quam ipſe in d.ti-
tulo legit. & an frater , quando tenetur do-
tare ſororem , poſſit etiam dotare de bonis,
id eſt, de fructibus beneficij, Boe. vbi ſuprà,
* num.8.& hanc concluſionem tenent * com-
muniter Doct. quòd in tranſuerſalibus non
habeat locum d. Authen. ut habetur etiam
per Ruin.conſi.137.nu.17.volum.2.& latius
Burſat. conſi.179.num.58.vol.2.
413 Declaratur tamen hæc concluſio,† ut licet
frater à fratre prohibitus non poſſit uti pri-
uilegio iſtius Authenticę,non tamen impe-
diatur filius inſtitutus, & grauatus alienare
in tranſuerſalem, putà fratrem,uel ſororem
ex cauſa dotis; ità cõcludit Loazes in d.§.di-
ui.num.142. verſi.quod intelligo uerum &c.
ubi ad hoc citat Iaſ. in d. Authentica col. 4.
& quinta.qui tamen hoc non tangit,& aper-
tè idem ante eum uoluit Bar. in d. Authen.
res , quæ. num.4. uerſi. & eodem modo dico
in fratre in caſibus, in quibus frater cogitur
dotare ſororẽ &c. & probat Ambro.de Opi-
zo. in d.§.diui.num.138. in fi. & ſeq. citando
Bal. in l. uoluntas. C. de fideicom.cum con-
cordan. de quibus per Boe. deciſ. 149. nu.4.
Sed hæc declaratio non eſt uera, quò ad bo-
na fideicommiſſo ſubiecta,ut etiam ſuprà ui
dimus in 7. quæſt. limitatione ſecun-
dum opinionem Ang.
414 Poſſet tamen forſan ſuſtineri † ex forma
prohibitionis alienationis , quæ diceret, ꝙ
alienatio non poſſit fieri extra familiam;tũc
415 enim poterit frater † inſtitutus ſororem
dotare de fideicommiſſo etiã in caſu, in quo
non tenetur eam dotare de ſuo, quia uerba
prohibitionis non comprehendunt hunc ca
ſum; non enim eſt extra familiam omninò,
ſecundum Bal. in l. uoluntas . in princip. &
nu.7. C. de fideicõmiſs.& latè Pari.conſi.63.
num.4.uolum.2. & per Ambro. de Opizo.in
d.§.diui.num.138.in fin.& ſeq.ubi etiam ad-
dit, idem eſſe , ſi ſit ſtatutum , quod non cõ-
prehendit cauſam dotis pro ſorore, ut infrà
dicemus in 14.quæſtio.& iſta ratione in caſu
iſto poſſet forſan ſuſtineri ſupradicta decla-
ratio. diſpoſitio enim dictę Authen.res,quę.
procedit,& loquitur in re prohibita alienari
416 ſimpliciter , quia comprehenditur † tunc
omnis ſpecies alienationis,Aret.conſilio 18.
Bal. autem loquitur in alienatione extra fa-
miliam. imò tex.in d.l.uoluntas.intelligi de-
beret de uenditione, cuius appellatione non
uenit alia ſpecies alienationis in materia ſtri
cta , ſecundum Cyn. ibi , & opinionem me
Bal. in fin. Et ideò Opizo malè refert Bal. ꝙ
loquatur de alienatione in extraneum : neq;
enim ſic Bal.loquitur,ſed vt dixi.nam ſi pro-
417 hibitio † de extraneo loqueretur, vtiq; cõ-
prehenderet etiam ſororem , d. l. 1. §. extra-
neum. C. de rei vxor. actio.
Ex hoc etiam infertur , quòd de bonis extranei
teſtatoris huiuſmodi mater non poterit ſe
ipſam dotare ratione prędicta , & ità cõclu-
dit Caſtren.in d. Authen.nu.4.dicens,ꝙ mu-
lier extranea de reſtituendo grauata non po
teſt ſe ipſam dotare de dictis bonis,per illum
tex.qui loquitur de liberis,vt ſuprà diximus,
prout tamẽ poſſet in caſu prohibitę aliena-
tionis extra familiam , Bal. ubi ſuprà , nu.6.
ſi ipſa ſit de agnatione teſtatoris, & ſic debet
etiam intelligi Cyn. ibi in pen.quæſt.num.4.
dum ſimpliciter cõcludit , quòd prohibitus
alienare, non prohibetur dare in dotem , ſi
mulier non habet aliunde, per dict. Authen-
ticam res, quæ . & l. mulier. §. cum propone-
retur. & l. à filia.ff.ad Trebell.nam dum alle-
gat iura prædicta, debet ſecundum ea intel-
ligi,Bar.in l.Labeo.ff.de Carbo.edict.nõ au-
tem in extraneo , qui non tenetur dotare, vt
loquitur præſens quæſtio.

Decimò

Decimò quæritur, an dicta Authen.locum ſibi
418 vendicet † in dote conſtituenda pro matri-
* monio ſpirituali. Et in hoc Docto.* commu
niter concludunt, quòd ſic, videlicet Bar. in
d. Authen.num.7.Ang.num.4.in fi. Bal.Saly.
Crot. in d.§.diui.num.61.& ſeq.& alij, quos
refert, & ſequitur Loazes in repetit. d.§.diui.
nu. 138. verſi. 2. communem opinionem ex-
tendo. & num.4.& Ambro.de Opizo.ibidem
* nu. 145.& de* communi teſtatur Curt. iun.
d. Authen. num.26.in 6. quæſt. Bar.

Contra hãc concluſionem facit, quia ut ſuprà
dixi citando Ange. in d. Authen. colum.2.in
princip. non eſt noſtrum hanc legem exten-
dere, maximè cum Authentica ſit exorbitãs
modis multis à iure communi, Bal.in cap.1.
§.donare. qualiter olim feu.alien. dicens, ꝙ
propterea non comprehẽdit expreſſam pro-
hibitionem, de quo dicemus in ſeq. quęſt. &
per Caſt.in d.l.mulier.§. cum proponeretur.
419 nu.3.ff.ad ad Trebell. & correctoria † iuris
vtique eſt, ideò non extendenda de patre ad
matrem &c.vt inquit poſt Ange.Ambroſ. de
Opizo.in d.§.diui.nu.141.in fin.& nu.144.in
princ.& ratio non eſt expreſſa in d.Auth.pro
pter quod aliàs fit extenſio etiam in materia
correctoria ad caſus ſub ratione comprehen
ſos, Doct.in Auth.quas actiones.C.de ſacro-
ſan.eccleſ.Ripa in tit.de præſcrip. actio. per-
ſonal.ad dotem, reſponſo primo. nume.4. &
quòd ex identitate rationis non fiat extẽſio
in materia correctoria iuris antiqui, niſi ra-
tio ſit expreſſa in diſpoſitione, probat ipſe
tit.de natu.liber.reſponſo primo, num. 8. &
ſeq.imò nec etiam ex maioritate rationis, vt
* eſt* communis opinio, Viuius de commun.
opin. lib.1.opin.107.

Reſpondetur tamen huic obiectioni, ꝙ imò
420 diſpoſitione materia † d.Authenticæ eſt fa
uorabilis; vt patet ex ratione ibi in fin.adie-
* cta. & eſt* communis opinio, vt refert, & ſe-
quitur Ambro.de Opizo.in d.§.diui.nu.144.
421 in fin.extenſio propterea † debet fieri ad ca
ſus ſimiles, vt ibi per eum, qui glo. & Docto.
concordan.citat, vbi ſic in indiuiduo ſoluit
obiectionem prædictã; & in ſpecie etiã Loa-
zes ibidem num.140.verſi.non obſtat, ſi dica
tur, quòd diſpoſitio d. Authenticæ cum ſit
exorbitans &c. & ità etiam debet intelligi
* Ang. in contrarium motiuatus. & eſt* com-
munis reſolutio, ut teſtatur Rolan. à Valle,
conſi.85.nu.8. vol. 1. In materia enim etiam
correctoria fit etiam extenſio de ſtricta ad la
* tam ſignificationem, ſecundum* commu-
nem opinionem, de qua per Curt.iun.conſi.
127. num.6.

Vndecima eſt quæſtio, vtrùm dicta Authentica
422 † locũ habeat in expreſſa alienationis pro-
hibitione, nedum in tacita. Et concluſiuè
procedendo in hac quæſtione, in qua magna
eſt altercatio inter Doct.vt teſtatur Pari.con-
ſilio 63. num.36. vol.2. conſtat, quòd tacita
423 prohibitio † alienationis dicitur illa, quæ
oritur ex fideicommiſſo facto alicui, ſi ſine fi-
lijs deceſſerit, d.l.mulier.§. cũ proponeretur.
& l. à filia. ff. ad Trebell. & vt ibi habetur, ex
cauſa dotis permiſſa eſt alienatio, ſecundum
ius antiquum, vt concludit, & declarat Am-
bro. de Opizo. in d.§.diui.nu.138. & vbi tex.
in d. Authentica res, quæ. non procederet
etiam in expreſſa, fuiſſet de indubitabili.

In expreſſa igitur prohibitione alienationis,
quæ eſt, vbi teſtator expreſsè prohibet bona
* ſua alienari, Doct.etiam * cõmuniter in hoc
conueniunt, quòd dicta Authentica loqua-
* tur etiam de ea, vt per Bar. & alios* commu-
* niter in d. §. diui, & de* communi teſtatur
Iaſ.in d.Authentica res, quę.num.24.& cõſi.
157. vol.2. Craue.conſil.291.col.2.in fin. vo-
lum.2.idem reſpondit Caſtren.conſi. 80. in
princip.in 1.parte. Et hanc partẽ tenet Am-
bro.de Opizo.in d.§.diui.nume. 144. Loazes
num.135. & latiùs Crot.nu.44. in fin. & plu.
* ſeq. & ibi.num. 50.in princ.teſtatur de* com-
muni. & latiùs etiam Ripa nu.70.& ſequenti
poſt Bar. & ſequaces ibi per eos citat. & de
* * cõmuni etiam Padill. in d. Authentica nu-
mero 52. Ea potiſſimum ratione, quòd ma-
424 teria ſit fauorabilis, & quòd taciti † & ex-
preſſi par eſt virtus, l.cùm quid.ff. ſi cert. pe-
* ta. & quamplures de* communi atteſtantes
refert, & ſequitur Marza.in tract.de fideicõ.
quæſt.48. in princip. & pro hac concluſione
facit ſecunda ratio, quam ſuprà poſui in 1.
quæſt. quòd ex defectu poteſtatis, quia non
poteſt ſe ab hoc vinculo dotandi &c. exime-
re; ſed quia illa ratio non videtur teneri cõ-
muniter melius facit tex. in l. fin. C. de reb.
alien. non alienan. vbi æquiparantur prohi-
425 bitio † alienationis facta per legem, vel per
hominem: quem tex.ad hoc expẽdit Opizo.
in d. §. diui.nu. 142. verſi. & pondera unum,
vbi dicit, iſtud videre ſibi nouũ dictum: quod
tamen longè ante eum fuit per alios poſitum,
* & de* communi teſtatur etiam Boer. deciſ.
129. num. 4.

Quinimò videtur, quòd dict. Authentica aliàs
fuiſſet de indubitabili, niſi expreſſam prohi-
bitionem comprehenderet, quoniam de ta-
cita non erat dubitandum; ex quo diſpoſi-
426 tio generalis † prohibitiua alienationis nõ
comprehẽdit cauſam neceſſariam, & ſic etiã
cauſam dotis, vt eſt caſus in l.voluntas.C.de
fideicom. quem ſic expẽdit Ruin. conſi.125.
nu.12.uol.2.& p Cepha.cõſ.58.& conſ.121.
& in terminis Iaſ.in l. fin.num.47. & plur.ſeq.

&

& num. 107. C. de iure emphy. intelligendo
tamen ex cauſa dotis filij, vel filiæ prohiben-
tis, vel prohibiti, vt ibi per eum, & infra di-
cemus in 23. quæſt.
427 Quæ aũt dicatur cauſa † neceſſaria, abũdè
videndũ eſt per Menoch. de quæſt. arbitrar.
caſu 182.nu.18.& plur.ſeq.& pro iſta conclu.
* tanquam * communi, reſpondit Gozad.con-
ſil.97. nume.9. & quòd hæc concluſio proce-
dat, etiam in expreſſa prohibitione, tenet Ro
* lan.conſi.27.num.4.volu.4.& de * communi
teſtatur etiam Didac. variar. reſolut. lib. 7.
cap.6. nu.10.verſ.2.hoc in tractatu obſeruan
dum eſt &c.& Marzar. in tract. fideic.q.48.in
* princip. vbi plur. refert de * communi atte-
ſtantes.

Non deſunt tamen, qui contrarium tenuerunt.
quorum primus fuit Bal.in c.1.§.donare.qua
liter feud.olim alien. pote. & pro ea Caſtren.
& Barbat.& cõcordan.citat Ambro.de Opi-
zo.in d.§.diui. nu.144. quamuis Caſtren. per
eum citatus in d. Authen. & in l. fin. C. de le-
gat.nec alibi, quem viderim, hoc dicat, & Bar
ba.ſit ſibimet contrarius, vt rectè animaduer
tit Opizo ibidem. & hanc partem amplexus
eſt conſulendo Crot.conſi.144.nu.18. & ſeq.
& in puncto iuris ſuſtentabilem, & tuetur
idem Crot.ibidem in d.§.diui.num.50. in fin.
& ſeq.ea ratione potiſſimùm, quia taciti & ex
preſsè ratio diuerſa ſit, maximè in hac mate-
ria; quia ubi tacitè prohibita eſt alienatio, ſci
licet per ſubſtitutionem in caſu mortis inſti-
tuti, valet interim alienatio, donec ipſe viuit:
in expreſſa autem ſtatim ius erit ſubſtituto,
ſeu vocato facta alienatione, Alex. conſil.25.
num.12.vol.1.Ruin.conſil.123.num.12.vol.
2.& ſuprà abundè probaui maximè in 3. q.
principali. & hãc partem probat Guid. Pap.
conſi.140.num.9.& ſeq.& plur.concordan.ci
tat, ſcilicet vltra ſupradictos, Are.Corneum,
Soci.Campeg.Grat.Dec. Durant. Senſene.&
Alex.Marza.in d.tractat. de fideicom. d.q.48.
428 verſi.ſed contrariũ.& ſæpè expreſſum † plus
poteſt, quàm tacitum, l. nonnunquam. ff.de
condit. & demonſtrat. l. expreſſa nocent &c.
ff.de reg.iu.Soci.Inn.conſi.119.nume.6. vol.2.
429 vnde tacita prohibitio † non impedit do-
minij translationem; ſecus autem expreſſa,
glo.in l.cum pater.§.libertis.ff.de legat.2.quę
* * communiter approbatur.Soci.Iun.conſil.
89.num.11.vol.3.Ruin.d.conſi.123.num.7.&
ante eum Iaſ.conſi.23.in fi.vol.3. vbi expreſsè
tenet, d.Auth. non habere locum in expreſſa
prohibitione, ſequendo Ang. idem tenẽtem.
imuiò etiam expreſſa in indiuiduo prohibet
etiam obligationem etiam conditione pen-
dẽte.ex quo ſequitur, quòd euitatur immiſ-
ſio in poſſeſſionem, vt reſpondit Ruin.d.con-
ſil.123.num.9.& ſeq.& Bald.vbi ſuprà, refert,
& ſequitur Soci.conſi.75.nu.5.vol.1.

Ego tamen putauerim hanc controuerſiam ſic
430 poſſe cõciliari. † Nam aut prohibitio alie-
nationis fuit facta ſimpliciter, & tunc proce-
dat prima opinio, vbi autem per verba vni-
uerſalia, vel geminata, & multùm prægnan-
tia, verbi gratia, Quouis modo, vel titulo; &
iſto caſu, quia hæ habẽt vim ſpecialis expreſ-
ſionis, Bar.in l.2.ff.de nouat. vtiq; quia com-
prehendunt etiam cauſam dotis, vt latè re-
ſpondit Cepha.conſi.58.nu.15.& plur.ſeq. &
conſi.121.nu.1.& ſeq. vtique crediderim pro
cedere opinionem Bald. & ſic perinde eſſe, ac
ſi nominatim, & indiuiduo cauſa dotis fuiſ-
ſet expreſſa, vt infrà dicã in ſeq.q.ita expreſsè
loquitur Iaſ.d.conſi.230.col.2.in prin. uol.4.
& abundè firmat Ruin.d.conſi.123.num.10.
& loquitur in re tacitè, & expreſsè prohibita
alienari, de quo infrà dicemus in ſeq. q. in ſe-
cunda ampliatio. & hanc concluſionem pro
bat Pariſ.conſi.63.nu.40.& plu.ſeq.vol.2. Vel
431 aliter etiam † ſedari poteſt hæc controuer-
ſia, vt prima opinio procedat, quando ſimpli
citer eſt facta prohibitio alienationis expreſ-
sè: ſecunda autem, quando cùm tacita reſul-
tante ex ſubſtitutione facta concurrit etiam
expreſſa, ità reſpondit Ruin.conſ.123.nu.12.
volu. 2.

432 Duodecimò quæritur, † an d.Auth.locum
habeat in prohibitione alienationis expreſ-
ſa, & in indiuiduo cauſam dotis comprehen-
dente. Et in hoc articulo multi negãt locum
ſibi vindicare diſpoſitionem d. Auth.& in ſpe
cie gloſſ.in l.nulla.C.de iure dotium. quæ ta-
men id ſatis mihi non probat, vt legere eſt ex
ead.Alex.cõſi.56.vol.1.col.1. & eum refert, &
ſequitur Iaſ.in d.Auth.nu.24.ad fin.& conſi.
157.vol.2.& l.2.in fin. verſi. ſed præmiſſis non
obſtantibus.& Cur.Iun.d.Auth.nu.36. tunc
enim, vt ille ait, ceſſat ratio præſumptæ men-
tis teſtatoris, ſuper qua fundata eſt hæc di-
ſpoſitio, ex quo expreſsè diſponit cõtrarium,
433 & in claris † non eſt locus coniecturis, l.ille,
aut ille. §. in verbis. ff. de legat. 3. & per hanc
rationem ità cõcluditante Curtium Crot.
in dict.§. diui. nume.59.& idem probat Loa-
zes ibi nume.141. in tertia concluſione, ubi
dicit, hanc concluſionem eſſe indubitanter
veram, quando ſcilicet extra legitimam pro-
hibitio facta reperitur. idem tenuit Petruc.
in dicta Authentica res, quæ. & ante eum
Curt. Sen.conſi.63.num. co. Paris. conſi.52.
num.37.& conſi.63.nume.38.vol. 2. & latiùs
Dida. variar. reſolut. lib.3.cap.6.nu. 10. Ce-
pha. cõſi.574.num.16.vol.4.etiam ſi fideicõ-
miſſum ſit factum poſt acceptationem do-
* tis. & eſt * cõmunis opinio, Alcia.conſi.644.
&

& Rolan. à Valle conſi.85.nu.23.vol.1.& per
Padill.in d. Authentica res, quæ. num. 117.
& quamplures alias auctoritates refert etiã
* de * communi atteſtantes, licèt ipſe diſſen-
tiat, & probat etiam Villalobos in tract.
communium opinionum, in verbo alienari
prohibita, nume. 79. & ſeq. & pro hoc facit,
434 quia expreſſum † ſæpè plus operatur, quã
tacitum, l. nonnunquam.ff.de condit. & de-
monſtrat. l. expreſſa nocent &c. ff. de regul.
iur. Soci. iun.conſi.119.num.6.vol.2.& hanc
partem tenuit etiam Iaſ.in §.diui.num.99. &
ſeq.quem referr, & ſequitur Pariſ. conſil.63.
nu.58.vol.2. idem firmat Soci. iun.conſi.75.
nu.4. & ſeq. vol.1.arguendo à ceſſante ratio-
ne præſumptæ mentis teſtatoris, vt ille ait.&
idem reſpondit Ruin. conſi.123.nume.10.&
435 ſeq.vol.2.vbi addit,quòd tunc cenſetur † ex
cauſa dotis prohibitio facta, etiam ſi ſit di-
ctum Quouis tit.&c. & ſic teſtator vſus ſit
verbis uniuerſalibus,vt etiam ſuprà tetigi.&
* de * communi teſtatur etiam Menoch. con-
ſilio 95. in fi. Item quòd expreſſa prohibitio
ex cauſa dotis valeat,& tollat prouiſionẽ di-
ctæ Authenticæ res, quæ. Iaſ. conſi.157. col.
2.in fin.vol.2.& probat etiam poſt Ruin.Ce-
pha. conſi.58. num.17.& conſi.121. num.3.
ubi nolunt dici expreſsè prohibitum,etiam
ex cauſa dotis, ſi verba ſunt prægnantia,pu
tà,Quouiſmodo &c. & pro hac parte infini-
tos concordantes citat Dida. variar. reſolu-
tio.libro 3. capite 6. ſub nume.10. verſi. 3. vt
quibuſdam viſum eſt &c. & ibi teſtatur hanc
** eſſe magis ** cõmunem,& veram opinionẽ.
Ea quippe ratione, quia pater fideicommit-
tens non tenebatur ad aliquid erga ſuos fi-
lios, & deſcendentes,niſi ad vnicam legitimã
debitam iure naturę,& de reliquo potuit ad
libitum ſuum diſponere.& hoc indubitãter,
dempta legitima filiarum, verum eſt, vt poſt
Crot.& concordantes, comprobat Ferdinã.
Loazes in d. §. diui.num.141.in 3.concluſio.
idem probat Arius in l.1.in 3. parte. nu.102.
* C.de bon. mater. & latiſſimè de * communi
per Burſat.conſil.179.num.22.in 3.concluſi.
vol. 2. & ibidem in 4.cõcluſione idem dicit,
ſi per verba prægnantia bona alienari ſunt
prohibita.Et dicitur expreſſum fuiſſe,quan-
do dictum fuit, quauis cauſa, vel quouis tit.
Ruin. conſi. 123.num.11. vol. 2.

Contrarium tamen,quòd dicta Authentica lo
cum habeat, etiã ſi nominatim ex cauſa do-
tis alienatio prohibita fuerit per patrẽ, vel
auũ &c. tenent expreſsè Guid. Pap.deciſ.96.
Caſtren.conſi.80.nume.1.in 1. parte.dicens,
quòd ex defectu eius ſcilicet poteſtatis, quia
ſicut teſtator nõ poteſt ſe ab hac obligatio
ne eximere mandando alteri bona reſtitui,
ità nec etiam prohibendo alienari, Ripa in
d.§.diui.num.73.& ante eum Iaſ.in d.Authẽ.
res,quæ.ad fin.in 13.limita.vbi ad hoc citat
Caſtren. in d. conſi.80.in 1.parte. qui tamen
non loquitur in prohibitione indiuidua ex
cauſa dotis, de qua nos loquimur, ad quod
non aduertit Curt.in d.Authentica, dãnan-
do ſolùm rationem Caſtren.& Iaſ.de qua ſu-
prà diximus in 1.q.in 2.ratione,hanc probat
Lup.in c.per veſtras.de donat.int.vir.& vxor.
Boe.deci.129.num.5. quibus reſpondi ſuprà
in dicta ſecunda ratione, ut ipſi loquuntur,
quando nihil filio, uel nepoti fuit relictum,
nec legitima, ut etiam ſuprà diximus; idem
reſpondit Bello. conſi.83. nu. 6.& ideò Am-
bro.de Opizo. in d.§.diui.nu.145.ad fi.dicit,
quòd difficile eſt poſſe ſuſtineri opinionem
Alex.per d. ſecundam rationem,quæ ut dixi,
* non tenetur * communiter.ſed hanc partem
etiam tenuit Curt. iun. parũ ſibi conſtans,
conſil. 59. & hanc partem poſt Caſtren. Bal.
* Nouell.& Iaſ.per eum citatos, * communem
teſtatur, & eã latè tuetur Bero. quæſt. 110.
per totum, præſertim nume. 5. dicit autem
** hanc eſſe magis ** communem,ex eo,quòd
* * cõmunis eſt opinio, quòd dicta Authenti-
ca locum habet in expreſſa etiã prohibitio-
ne, ut ſupra diximus in præcedenti quæſtio.
Sed in hoc decipitur, quia aliud eſt expreſſa
436 † prohibitio, aliud ſpecialis,& nominatim
ex cauſa dotis, & inter hos caſus lõga eſt dif-
ferentia. Decipitur etiam in hoc, quòd mi-
litet etiam ratio præſumptæ uoluntatis de-
functi pro dote, imò totum cõtrarium ma-
nifeſtè apparet. Et in terminis, quòd prohi-
bitio facta per teſtatorem de non detrahẽdo
legitimam, & Trebellianicam, & de nõ alie-
nando, etiam ex cauſa dotis,quòd ſaltẽ non
comprehendat alienationem, quæ fieret ex
cauſa dotis filiæ,uel neptis teſtatoris,tenet
Guid. Pap.deciſ.96. nu.3.& in effectu iſta eſt
* * communis opinio,ut teſtatur Iaſ.in d.§.di-
* ui.num.99. & de * communi pro ampliatio-
ne d.Authen.Marza.de fideicom.q.48.verſi.
contrarium tamen. vbi nihilominus refert
multos concordan. & hæc uerior eſt, ut hic
per Padillam.

Retenta tamen prima opinione, ampliatur di-
437 cta concluſio, † ut procedat, etiam ſi non
ſpecificè, & in indiuiduo cauſa dotis nõn ſit
expreſſa in diſpoſitione prohibitiua, dum-
modò appoſita ſint uerba prægnãtia, & uni-
uerſalia, per ea, quæ ſuprà dixi in præceden-
ti quæſt. verſi. ego autem.

Secundò ampliatur dicta concluſio, ut locum
438 habeat, † etiam ſi prohibitio fuit genera-
lis de re tamen à iure communi prohibita
alienari, qa tunc concurrente prohibitione
homi-

hominis eum prohibitione legis, nullatenus
poteſt ex cauſa dotis alienatio eſſe permiſſa,
ità concludit Guid. Pap. conſi. 140. col. fin. &
ita etiam reſpondit Ruin. conſi. 123. nu. 9. &
ſeq. vol. 2. loquens in prohibitione tacita, &
expreſſa hominis cócurrétibus. & idé reſpó-
dit ante eú Soci. cóſi. 40. nu. 4. vol. 1. vbi cóclu-
dit, q d. Auth. nó habet locum, vbi prohibi-
tio legalis, cócurrit & hominis, ac ſi nomina-
tim ex cauſa dotis prohibitio facta eſſet.
Tertio, prima opinio poteſt facilè obtinere,
439 † ſi prohibitio facta ſit in contractu in-
ter viuos, vt per Anch. Iun. quæſt. 64. in fi. in
tertia parte.
440 Decimatertia eſt quæſt. † an d. Auth. proce-
dat ſtante prohibitione alienationis pacto
* contrahentium facta. Et breuiter * commu-
niter Docto. videntur tenere negatiuam, ità
tenet glo. Cyn. & Bal. in l. nulla. in fi. C. de iure
dot. dicens, quòd in re donata cum pacto de
non alienando non habet locum d. Authen.
quia actus inter viuos nó recipiunt interpre-
tationem à diſpoſitione d. Authen. ſequitur
Iaſ. in d. Authen. in quarta limita. & ibidem
Cur. num. 35. idem probat Alexan. in d. §. di-
ui. de quo meminit Opizo ibi ſub num. 145.
Alex. conſi. 103. nu. 18. vol. 2. Soci. cóſi. 75. vol.
1. & in ſuis fallen. regula alienare prohibitus.
in ſecunda limitatio. refert, & ſequitur Loaz.
in d. §. diui. num. 140. in ſecunda concluſio. &
441 comprobat Crot. conſi. 165. nu. 57. † Quan-
do autem res per cótractum prohibita alie-
nari valida dicatur, ponit Bald. vbi ſupra, &
moder. vbi ſuprà, præſertim Opizo, vbi ſuprà
num. 149. & plur. ſeq. vt ſi iuramentum inter-
uenerit, vel reſeruatio iuris, & ſimil. de qui-
bus per Socin. Iun. conſi. 119. num. 9. vol. 2. Et
442 hæc concluſio † fundata eſt ſuper eo, quòd
ratio finalis iſtius Authen. fuerit præſumpta
més teſtatoris, quòd res licèt alienari prohi-
bita per teſtatorem, poſſit tamen ex his cau-
ſis alienari &c. de quo ſuprà diximus in 1. q.
in tertia ratione. quæ ceſſat in caſu pacti: qa
contrahens cum patre nullam habet actio-
nem, nec obligationem erga deſcendétes pa-
tris eorum ſecum paciſcétis; ibi ergò alia ra-
tio reformat pactum &c. vt inquit Ripa in d.
* §. diui. nu. 70. in fi. & iſta eſt * communis opi-
nio, vt teſtatur Boe. deci. 129. num. 5. verſi. ſed
quando in contractu eſt prohibita aliena-
tio &c. & hoc in expreſſa prohibitione alie-
nationis, ſecus in tacita, vt ibi per eú col. 2. in
fin. & ibi dicit, quòd opinio d. glo. non habet
* cótradicentem, & ſaltem * communiter ap-
probatur, vt reſpondit Socin. Iun. conſi. 119.
num. 5. volu. 2. & ſi prohibens eſſet de obliga-
tis ad dotá. &c. vt ibi per eum. & ſecundum
hanc concluſ. reſpondit Soci. conſi. 75. nu. 9.
vol. 1. & Riminal. conſi. 115. nu. 12. vol. 1. con-
cludens poſt Bal. per eum citatum, quòd d.
Authentica cum ſit exorbitans, non habet
locum in prohibitione alienationis facta
aliundè, quàm per fideicommiſſum.
443 Ampliatur hæc concluſio, † vt procedat,
etiá ſi hæc prohibitio ſequuta ſit obligatio-
nem dotandi, vel dotis reſtituendæ, ſcilicet
poſt dotis receptioné, vt reſpondit Soci. ubi
ſuprà, nume. 9.
Contrarium tamen tenuit Opizo. in d. §. diui.
num. 141. verſi. & pondera vnum, quod eſt
mihi nouum, quòd d. Authentica locum ha-
beat, etiam ſi res prohibita ſit alienari inter
contrahétes, & hoc per tex. in l. fin. C. de reb.
alien. non alienan. ubi tex. parificat prohibi-
tionem legis, teſtatoris, & contrahentium.
Et pro iſta opinione facit, quia etiam militat
ratio d. Authenticæ, quæ eſt obligatio erga
deſcendentes de dotando, retenta ſecúda ra-
tione, de qua ſuprà diximus in 1. quæſt. à qua
quidem obligatione facto ſuo non potuit
pater ſe eximere, vt ſuprà diximus, ſecun-
dum vnam opinionem. & hanc opin. tenuit
Caſtren. in d. Authentica circa principium,
& ibidem Iaſ. in 4. limitat. de quibus memi-
nit Boe. vbi ſuprà.
444 Decimoquartò quæritur, † an iſta Authé-
tica, quę loquitur de rebus alienari prohibi-
tis, procedat etiam in rebus alienari per ſta-
tutum prohibitis. Multi tenent, q etiam
ſi ſtatutum velit bona nó poſſe in forenſem
alienari, quòd tamen ex cauſa dotis licita
ſit alienatio: vt abundè poſt Gome. Bar. Al-
be. & concordan. per eum citatos, probat
Opizo in d. §. diui. nu. 138. verſi. facit etiam,
qd voluit ſubtilis Doctor. & latius per Loa-
zem ibidem nume. 135. & ſeq. vbi teſtatur de
* * communi. ſtatuta enim huiuſmodi potius
accedunt vltimis voluntatibus, quam con-
tractibus. facit etiam d. l. fin. C. de reb. alien.
non alienan. hanc etiam partem tuetur Ri-
pa in d. §. diui. nu. 71. & plur. ſeq. idem reſpó-
dit Roma. conſi. 407. Curt. Sen. conſi. 27. nu-
mero 8. 11. & ſeq. & conſi. ſeq. nume. 5. quod
fuit Hieron. de Tortis. idem probat Plot. in
quodam ſuo conſil. inter conſilia criminal.
conſi. 108. nu. 21. in ſeptima limita. volu. 1. ſic
enim alienatio tanquam neceſſaria nó com-
prenditur dicto ſtatuto, Dec. conſi. 300. nu. 9.
& diſpoſitio prohibitiua generaliter loquens
non comprehendit cauſam dotis, Natta có-
ſil. 52. num. 14. vſque ad fi.
445 Decimoquintò quęritur. † an d. Authé. res,
quæ. habeat locum etiam ob piam cauſam,
vt liceat bona fideicommiſſo ſuppoſita alie-
nare, & fideicómiſſum euertere. Et pro affir-
matiua habetur per Padill. qui citat alios in
d. Authen.

dicta Authentica.nume.78.& plur.ſeq. & ibidem nume.94.addit, idem eſſe, vbi agitur de redimẽdo grauatum à captiuitate hoſtium, ſiue illi ſint pagani, ſiue chriſtiani; quia hoc vltimo caſu licèt capti non efficiantur ſerui capientium, tamen ſunt ad inſtar eorum. & faciunt, quæ infrà dicam in quæſt. 28. & ſeq. & quæſt.31.

446 Decimoſextò quæritur, † an ſupradict. Authentica res,quæ.volens, bona fideicommiſſaria alienari non poſſe, habeat locum in redemptione à carceribus ipſius grauati fideicommittentis,ſi ob delictum ipſius, vel æs alienum per eum cõtractum captus, & detentus reperiatur, Et dicẽdum eſt, quod non,vt poſt Ange.Salycet. inquit in dicta Authentica nume.4.Caſtren.nume.13.Iaſ.nume.20.& concordan.per Padill.nu.102. & infrà etiam dicam quæſt.27.

Eſt verum, quòd Fulgoſ. in dicta Authenti. nume.7.voluit,fideicommiſſario licere alienare d. de cauſa:& hanc veriorem opinionem eſſe teſtatur Alexan.in l.quamuis.nume.12.ff.ſolut.matrim.&in l.Marcellus.§.res,quæ. nu.3. ff. ad Trebel. & comprobat Padill. ex multis in dicta Authentica res,quæ.num.98.& plur. ſequen.

Conciliari poſſunt iſtæ opiniones, vt prima negatiua procedat, quò ad præiudicium fideicommiſſarij ad fideicommiſſum vocati:ſecũda autem affirmatiua procedat, quãdo non agitur de præiudicio tertij, ſed de diſtributione faciẽda in pios vſus per executores teſtatoris,vt declarat Cepha.conſi.624.nu.8.& 60.lib.5.

447 Decimaſeptima eſt quęſtio,† an filia grauata per patrem, quæ ſe ipſam dotare potuit, virtute iſtius Auth.ſi deceſſit, hoc non facto, poſſit eius hęres detrahere de fideicommiſſo id, quod ipſa poterat. Videtur concludendũ pro affirmatiua, tum per regulã.l. hęredem. ff.de regu.iur. tum quia ità in terminis tenet Caſtren.in d.Auth.res,quę.nu.8.verſ.ſed pone, ꝙ cùm poſſet ſe dotare, & nõ dotauit &c. & ante eum Bal.ibidem nu.11.ſequitur Cur. ibidem nume.24.& plur.ſeq.vbi concludunt, quòd licèt filia ſit mortua indotata, tamẽ in ea militarunt rationes iſtius Authen.viuo,& mortuo patre,vt ibi per eũ. & ſatis eſt, quòd ipſa viuente,obligatio contracta ſit.& ſecundum abundè hanc cõcluſionem etiam in innupta, quę ſic ante matrimoniũ obijt, & potuerit dotem deducere ipſa, vel eius hęredes, reſpondit Ruin.conſil.199.nu.7.& plur. ſeq. volu.2.& idem reſpondit Cephal. conſil.177. nu.18.& 19.vol.2.

Contrarium tenuit Bartol. in dicta Authentica,vt aduertunt Docto. ſuprà in contrarium citati, licèt in meo libro hoc non reperiam, nec puto reperiri cõmuniter in lectura eius, vt etiam animaduertit Appoſtillat.ad Bal.in contrarium citat. & quamuis non reperiam hanc quæſtionem per alios tactam, puto tamen,quòd ſupradicta concluſio difficile poſſit ſuſtineri aliquo caſu, niſi in vno tantum, conſiderando plures caſus.

448 Primus eſt, quando pater † deceſſit grauata filia hęrede, & non relicta ei legitima aliqua:& iſto caſu, quia nullum grauamen potuit imponi legitimæ,l.omnimodò. C. de inofficioſo teſt.cum vulgar. vtiq; de fideicommiſſo potuit filia legitimam deducere, & ità hæres eius, dict. l.hęredem. & in terminis Iaſ. conſil.130.nume.2. volum.2. & iſto caſu poſſet procedere opinio Bald. & ſequacium; & puto, quòd ita voluerit loqui in hoc caſu Bald. in contrarium citatus, per rationem, quam ſubiecit,quia ſcilicet,hoc eſt adiectum legitimæ parti:quòd ſi voluit dicere, hoc, id eſt,illud plus vltra legitimam, de quo loquitur dicta Authentica,tũc, vt dixi, non video, quomodo poſſit ſuſtineri; vt etiã ſtatim demonſtrabo. Vnum eſt, quod iſte caſus non conueniret huic Authen.quæ loquitur de co pluri,quod eſt vltra legitimam.

Secundus caſus eſt, quando grauata non nupſit ſe alicui: & iſto caſu puto opinionem
Bald. & aliorum non poſſe procedere; quia
text. noſter loquitur in caſu conſtituendæ
449 dotis, † quæ non poteſt eſſe, niſi in caſu
matrimonij, l. final. C. de donation. ante
nupt. Crauet. in dicta Authentica. numero
vndecimo,& latè per Bartol. in l. Titia centum. §. Titio genero. ff. de conditioni. & demonſtrationib.per quę ponit Alexand. in l. huiuſmodi. §. cum pater. in tertia limitatio. ff. de legat. primò. ergò antequàm nubat non poteſt aliquid pro dote detrahere, quia ceſſat cauſa finalis iſtius Auth. quę eſt cauſa matrimonij.

450 Tertius caſus eſt, † quando ſemel nupſit nulla dote conſtituta, & poſteà obijt in matrimonio, & adhuc iſto caſu non debet poſteà per hæredem aliquid deduci,cum ipſa ſine dote nupſerit, & benè per maritum fuit tractata,nec poteſt prętendere maritus dotem aliquam cenſeri conſtitutam hac prima vice,vt admittit Bald.in dict.Authen.nu.14. verſic.ſed nũquid præſumatur dotata,ſi non apparet &c. & adhuc iſto caſu non videtur poſſe ſuſtineri Bald.opinio contraria,de qua ſuprà; quia etiam hæres nihil poteſt prætendere,maximè ſi exiſteret conſuetudo, vel ſtatutum,quòd vir lucretur dotẽ, muliere præ decedente,vt eſt in multis locis.

451 Quartus caſus eſt,† quando filia iam ſemel

fuiſſet nupta,& iterùm poſteà mortuo patre,
& primo viro,nupſit ſecundo : nam hoc caſu
452 cenſetur † ſolùm dediſſe ſecundo eam dotē;
quam dedit primo viro, glo. in l. mulier bo-
na.ff.de iure dot.

Nec aliqua ratio dict.Auth.obſtat iſto caſu,ſci-
* licet ea, quæ ſecūdum * communem opinio-
nem fundamētalis eſt ratio præſumptę men-
tis teſtatoris, imò ceſſat, maximè quia mu-
lier eam non eſt ſecuta, & quod potuit no-
luit,l.multum intereſt.vbi gloſſ. C.ſi quis al-
te.vel ſibi.& ſuprà dixi 4. quæſtio.in ſecundo
caſu. & ceſſat ratio publicæ vtilitatis cōſide-
rata in text. quæ militat ità demùm, vt filia
poſſit nubere, vt habeat virum ſibi benignū,
vt infrà dicemus in ſequen. quæſt. Et non eſt
453 dubium, † quod mulier, ex quo ſe non do-
tauit cùm poſſet,& ſic obijt, cenſetur noluiſ-
ſe ſe dotare,quia moriens cenſetur nolle, Iaſ.
in l.poſt dotem.num.39.& plur. ſeq. ff. ſolut.
matrimo & facit text. in l. ſi ità legatum ſit.
quæ eſt 68.§.illi ſi volet.ff.de legat. primò. Et
ne videar ex capite meo loqui, pro hac opi-
nione contra Bald.& ſequaces, ſtat Corne.in
d.Authent.nume.7.in fin.verſic. adaptari ad
hunc caſum.nec ratio text. nos aſtringit ad
hoc, quia hæc facultas eſt dotandi conceſſa
per tex.vltra legitimam,non autem ipſo iure
ſit diminutio,vt ſuprà etiam dixi in 4. quæſt.
in ſecundo caſu.Et ideò malè cōſuluit Ruin.
d. conſi. 199. volu.2. in filia nondum nubili;
licèt enim ipſa poſſit petere ſibi alimenta ſi-
gnari, non tamen poteſt petere, ſe dotari in
illa ætate:& non eſt verum,quòd Bar.in dict.
Authentica,vel alius de hoc loquatur,ſed lo-
quitur in dote danda, quæ pręſupponit prę-
ſtò eſſe matrimonium.

454 Decimooctauò quæritur, † vtrùm filia nu-
pta, & non dotata poſſit vti benificio iſtius
Authenticæ.Barto. in dict.Authen.res, quæ.
numero 6. negat eam eſſe dotandam, & pa-
tri ſatis eſſe, ſi eam nuptui tradidit, nec vl-
teriùs tenetur, per l. qui liberis. ff. de iure
ritu nuptia.

* Alij autem contrarium tenuerunt * commu-
niter, quia ſcilicet pater ad duo tenetur, ad
nuptui,ſcilicet, tradendum filiam, & ad do-
tandum : ſic enim copulatiuè de vtroque lo-
quitur d.l.qui liberis.& ita interpretatur l.fi.
C.de dotis promiſſione. & ita contra Barto.
tenet Ange.in d.Authentica.num.4.& Bald.
in dict.Authen.nume.10.verſic.quæro, pater
viuens maritauit filiam cum pauca,vel nulla
455 dote &c. Et meritò.quia mulier † indotata
cōtemnitur à marito,vt ille ait. ſequitur Ca-
ſtren.ibidem num.7.vbi teſtatur, ſe ità etiam
* conſuluiſſe contra Barto. & de * communi
teſtatur Alexand. in l.huiuſmodi. §. cum pa-
* ter.col.2.in princip.ff.de legat.1. & de * com-
muni teſtatur Pariſ.conſi.63.nume.34.vol.2.
quamuis citet Bart. qui tamen contrarium
tenet, vt dixi.

456 Decimononò quæritur, † nunquid filia in-
competenter dotata poſſit ex ui dictę Auth.
res,quæ. petere, vt magis congruenter dote-
tur. Et breuiter Bald.in d.Authen. num.16.
& ſequē.concludit,quòd ſi inſpecto tempore
dotationis fuit incōgruè dotata poteſt pe-
tere deduci ſupplementum ex fideicommiſ-
ſo, aliàs ſecus. & hoc de iure communi, niſi
extet ſtatutum, quòd mulier ſit cōtenta do-
te ſibi data, vt ibi per eum. quòd ſi tempore
dotationis ſufficienter dotata fuit, inſpectis
facultatibus patris, vel dotantis, & poſteà
creuerunt diuitiæ ipſius, vtique non eſt lo-
cus dict.Authenticę;quia ſufficit,quòd tunc
ſufficienter fuerit dotata, vt concludit etiam
Iaſ.in dict.Authentica.nume.27. in ſexto no-
tabili. Et quòd filia competenter dotata in
teſtamēto patris, ſi tempore nuptiarum do-
tes creuerūt ex qualitate temporis ſit iuuan-
da, vt augeri debeat dos per heredes, etiam
ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, latè pro-
bat Cranet.conſi.291.vol.2.

457 Vigeſimò quęritur, † quid ſi filius, vel filia
dotem cōſumpſit, an iterum ſit de fideicom-
miſſo dotanda, ex fideicommiſſo. Breuiter
concludendum, quòd, aut agitur de dote
conſtituenda pro filia ipſa teſtatoris, vel pro
nepte teſtatoris, aut pro dote reſtituenda.
Primo caſu,ſi de dotanda ſe ipſa agitur,& fi-
lia conſumpſit eam culpa ſui,certum eſt, ite-
rùm non eſſe dotandam;ſi culpa autem alie-
na; tunc ſępius eſt dotanda per patrem, vt
reſpondit Caſtren.conſi.80.num.2. in prima
parte. vbi idem dicit de legitima, quam pa-
ter viuens filio aſſignauit. & latiſſimè viden-
dum eſt per Menoch.de qq.arbitra. lib.2.ca-
ſu 182.num.59.& plur. ſeq. & Caſtren. ſequi-
* tur Gozad.conſi.92.num.3.in fi.& eſt * com-
munis opinio,vt teſtatur Curt.Iun. conſ.59.
nume.3.

Secūdo caſu principali clarum eſt, quòd ſi ma-
ritus filius, vel nepos grauatus per teſtato-
rem conſumpſit legitimam & Trebellia. ſibi
debitam, licèt culpa ſui, tamen hoc non de-
bet vxori pro reſtitutione dotis poſteà cau-
ſata præiudicare, vt ipſe concludit ibi, & in
dict.Authen.res,quæ.num.11. & Caſtren. ſe-
quitur Iaſ.hic,ad fin. & Ambro. de Opizo. in
dict.§.diui.nume.148.in fin. loquens in caſu,
quo filius grauatus conſumpſit dimidiam
partem hæreditatis, quam poterat pro legi-
tima, & Trebellia. retinere; licèt tex. in dicta
Authen.loquatur ſolùm de legitima,vt infrà
dicemus in ſequen.quæſtio. & latè hanc con-
cluſionem

cluſionem firmat poſt plures concordan.per eum citatos, Rolan.à Valle conſil.58.colum. fina.nume.44.volu.1. vbi dicit, hanc opinionem procedere, etiam ſi poſt mortem patris filius conſumpſit legitimam, & Trebellia. & poſtea recepit dotem ab vxore, cuius reſtitutionis poſteà caſus euenit, vel etiam ſi tempore datæ dotis adhuc nihil conſumpſerat, per quartam rationem, de qua ſuprà quęſt.1.
458 nam & hoc caſu † ſatisfacta muliere, poterunt fideicommiſſarij agere reuocatoria ad alienata per prohibitum, vt inquit Menoch. de qq.arbitra.lib.ſecundo, caſu 182.in fin. Et hanc concluſionem probat latè Curt. Iun. vbi ſuprà, ſiue tempore matrimonij legitima & Trebellia. nondum erant alienatæ, ſiue etiam alienatæ, & latiſſimè hanc partem ibi tuetur.

In hoc tamen ſecundo caſu contrarium tenuit Corn.in dict.Authen.nume.12.dicens, quòd ſi tempore dotis receptæ legitima ſufficiebat pro reſtitutione dotis, & eam poſteà cõſumpſit, non eſt minuendum fideicommiſſum; & dicit eſſe de mente Bald. in lectu. antiqua, & non facit mentionem de Caſtr. in locis præcitatis. Et pro iſta parte facit, quia alienatio, & conſumptio huiuſmodi non valuit in prędiudicium vxoris, quę omnia bona habuit hypothecata, quòd ſi ipſa conſentit, ſibi ipſi imputet. Et pro hoc facit idem Iaſ.in d. Authentica ad fi.dicens, quòd contraria opinio procedit, niſi culpa poſſit imputari mulieri, quæ videns maritum bona ſua diſſipare, & malè vti ſubſtantia ſua tacuit, & nihil ſe oppoſuit pro conſeruatione dotis ſuæ. & contra hunc ſecundum caſum, quando filius legitimam, & Trebellianicam conſumpſit, reſpondit apertè Alcia.conſi.555. ad fin. vbi dicit, quod hoc caſu ſuſtineri poteſt opinio Ange. & Iaſ. quia iſto caſu ceſſat præſumpta mens teſtatoris, quæ fuit cauſa finalis d. Authen. & hanc partem probat latè Pariſ.conſil.63.num.45.volu.2. & hanc videtur tenere Gozad.conſil.97.nume.12. dicens, quod vbi alienatio non ſit permiſſa, ſaltem debet eſſe ſuccurſum mulieri pro reſtitutione dotis cõtra alienata per maritum. Sed quòd mulier poſſit petere ſibi ſatisfieri in reſiduo fideicommiſſi iam legitima, & Trebellia. per maritum conſumpta, reſpondit Natta conſ.61. nume. 4.

459 Vigeſimoprimò quæritur, † an iſta Authẽtica locum habeat, vbi filius grauatus aliundè habuit, vel habet, vnde dotet filiam ſuam, vel neptem, vel dotem vxori reſtituat, vel filia grauata, vnde ſe ipſam dotet, & ſi legitima non extet, vel non ſufficiat. Et breuiter Doctor. * communiter concludunt, non eſſe manum apponendam fideicommiſſo, etiam ex cauſa dotis conſtituendæ, vel reſtituendę, ſi aliundè poteſt prouideri ex proprio patrimonio filij, vel filię, ità tenet gloſſ. & Barto.in d.Authen.num.6.Ange.nu.5. Fulgoſ. & Saly. * & eſt * communis opinio, & probat Boe. deciſ.129.colum.2.in princi. & faciunt, quæ infrà dicemus in q. 29. & iſta eſt * communis opinio, vt teſtatur Roland. à Valle conſil.85. num.9.volu.1.& plur.concordan.citat Ruin. conſi.123.nume.12.in fi.volum.2.& infinitos concordan.citat Pariſ.conſi.63.num.49.volum.2. Iaſ.conſi.231.num.4.volu.2. Eſt enim remedium ſubſidiarium, Salyce. in dict. Authen.num.2.Iaſ.vbi ſuprà, & poſui ſuprà in 7. q.in prima limita. Et quòd dicta Authentica non habeat locum, vbi extant alia bona, vnde filia poſſit congruè dotari, probat Iaſ. cõſil.89.colum.pen. num.4. volu.1. Et quando præſumuntur extare, vel non alia bona, vide infra q.36.

460 Ampliatur autem hæc concluſio, † vt procedat, etiam ſi legitimam, & Trebellianicam filius, idemq; maritus, vel pater conſumpſit, vel tot fructus ex hæreditate paterna percepit, qui deductis deducendis fuiſſent ſatis ad reſtitutionem dotis pro vxore, vel conſtitutione dotis pro ſuis filiabus, ſed eos conſumpſit omnes; nam adhuc ceſſat diſpoſitio dict. Authenticæ, vt concludit Riminal.conſ.115. num.7.& plur.ſeq.volu.1. vbi damnat Caſtr. in d. Authen. qui voluit conſumptionem legitimę, & Trebellianicę non nocere vxori, ſed benè filijs: quamuis putem ego Caſtren. opinionem veriorem, vt alienatio legitimæ, & Trebellianicę vxori nõ poſſit nocere, ea quippe ratione, propter tacitam, vel etiã expreſſam hypothecam, quam vxor habet in bonis viri, & ideò ea alienata reuocare poterit, non tamen dico, ꝙ manum apponet fideicommiſſo. & faciunt, quæ etiam ſuprà dixi in pręcedenti quæſtione.

Contrarium tamen voluit Corn. in d. Authen. nume.9.in fin. vbi ponderat illum text. loqui, quando legitima nõ ſufficit, non autẽ quando bona grauati non ſufficiunt, de quo meminit Boe.d.deciſio.129.col.2.in princ.

Nihilominus verior videtur opinio Barto.& ſequacium conſiderata ratione finali dict. Authent. ſcilicet præſumptæ mentis teſtatoris, quæ ceſſat, vbi aliundè poteſt eſſe mulieri ſuccurſum pro dote conſtituenda, vel reſtituenda: eſt enim iſtud beneficium, ſeu priuilegium d. Authen. ſubſidiarium, vt omnes fatentur; vnde licèt text. loquatur legitima deficiente, tamen intelligitur etiam communiter, vbi etiam Trebellianica iuncta cum legitima non ſufficiunt, vt ſuprà dixi in præceden.

den. quæſtio. & in effectu conſideratur ſolùm inopia grauati, & filij, vel filiæ dotādę, vt omnes fatentur, & Bald. in l. mater. C. de iur. dotium. & ità tenet etiam Caſtren. in dict. l. mulier. §. cum proponeretur. ſub nume. 3. ff. ad Trebel. & pro hac cōcluſio. plur. concordan. citat, & ſequitur Bello. dict. conſil. 83. num. 8. verſic. primo, requiritur, quòd grauatus non habeat alia bona &c. & ideò ſi pater grauatus fideicommiſſo eius aſcendentis abundè ſit pauper, & eius vxor ſit diues, non eſt manus apponenda fideicommiſſo, licèt aſcendentis, quia remedium d. Authen. eſt ſubſidiarium, ſecundum * communem opinionem, licèt contrarium in dicto caſu reſpondit Ruin. conſi. 199. num. 4. & nume. 9. in fin. vol. 2. & malè, iudicio meo, per dictam rationem. Nec obſtat, quòd mater teneatur dotare filiam in ſubſidium, tùm quia hoc benè eſt in ſubſidium, ex quo pater non habet de ſuo. Nec eſt verum, quod ipſe ſubijcit nu. 11. quòd dict. Authen. ſit remedium ſubſidiarium reſpectu grauati, qui vult dotem ſibi prouidere, ſecus reſpectu aliorum, quia dicit contra illum tex. qui vltra legitimam prouidet omnibus liberis in ſubſidium, ſi illa non ſufficit, nec ſecundum Docto. aliundè bona extant. Non etiam verum eſt, quòd mater tractet de damno, fideicommittens de lucro, quia mater eſt obligata, vt dixi; & Caſtren. per eum citat. conſi. 80. in fin. loquitur in fideiuſſore non exigibili, vt dixi ſuprà quæſt. 2. in 1. ampliat.

Non omitto tamen, quod l is, qui dicit alia bona fuiſſe, ex quibus dos ſumi potuit, vel donatio propter nuptias, probare debet, vt probat Socin. conſil. 104. ad fin. volu. 3. quem ad hoc citat Curt. in d. Authen. nume. 50. in 26. dubita. Loazes in dict. §. diui. nume. 138. ad fin.

463 Ampliatur modò prædicta concluſio, † vt procedat, etiam ſi tempore dotationis, vel dotis reſtituendæ alia bona non extarēt preter alienari prohibita, & poſt alienationem diues factus eſt, quia adhuc tenetur bona alienata redimere in cauſam fideicommiſſi, vt reſpondit Ruin. conſi. 137. in fin. volumine ſecundo.

Vigeſimaſecunda eſt quæſtio, an dict. Authen.
461 † loquens ſimpliciter de liberis, quibus tribuitur illud priuilegium diminuendi fideicommiſſum pro dote, vel donatione propter nuptias, procedat etiam ſi filius, vel filia ſit naturalis.

Et in hoc breuiter Docto. * communiter concludunt, quòd non: neque enim pater tenetur dotare filiam naturalem, l. vxorem. §. pater naturalis. ff. de legat. tertiò. & ità concludit Ange. in dict. Authen. res, quæ. num. 3.
463 dicens, quòd licèt † pater teneatur alere filiam naturalem, Authen. licèt. C. de natu. libe. non tamen tenetur dotare, & nos loquimur in materia dotationis: & idem probat Bald. ibi nume. 7. vbi addit, quod ſicut non debetur legitima filio naturali, ità nec dos, & concordan. citat Iaſ. ibidem ſeptima limita.

Contra hanc concluſionem obſtat argumentum de alimentis ad dotem, quod probat Bald. in propoſito in l. mater. C. de iur. dot. & Roma. in l. 1. ff. ſolut. matrimo. dicentes, quod propterea pater tenetur dotare filiam naturalem pro modo alimentorum, & quod text. in dict. §. pater. loquitur in filia non inope, ex quo habebat fideicommiſſum, & ità eos refert, & ſequitur Iaſ. in dict. Authen. loco ſuprà citato.

Limitatur tamen hæc concluſio, vt non habeat locum de iure Canonico, quo quidem iure cautum eſt, quod ſicut filiæ ſpuriæ relinquere poteſt, & tenetur pater alimenta, cap. cum haberet. de eo, qui duxit in matri. quam per adulte. pollu. &c. ità etiam dotare, vt concludit Barto. in Authentica ex complexu. C. de inceſtis nup. dummodò dos non excedat alimentorum quantitatem, vt ibi per eum numero tertio, & quarto. & idem probat Alba conſil. 44. Boe. deciſ. 127. & Roland. à Valle conſi. 74. nume. 41. & plur. ſequen. volumi. 1. Quòd ſi legatum, vel dos pro alimentis modum legitimum alimentorum excedat, reduci debet ad iuſtam metam, vt per Bal. in l. id, quod pauperibus. C. de epiſco. & cler. & in l. fin. C. de his, quibus vt indig. cum concordan. per Opizo. in dict. §. diui. nu. 142. & Alb. vbi ſuprà, & probat Padill. in d. Auth. nu. 53. & plur. ſeq.

Declaratur tamen hæc limitatio, vt procedat etiā in filia inceſtuoſa, id eſt, nata ex presbytero, vel ex alio damnato, & accuſabili coitu, vt cōcludit Bar. in l. fi. §. ſi à ſocero. ff. de his, quæ in frau. credit. & hoc de iure canonico, quia aliud eſt de iure ciuili, quo quidem iure nihil ei relinqui poteſt per patrem, dict. Authenti. ex complexu. & idem tenent moder. ſuprà citati.

Secundò declaratur, vt procedat ſolùm in terris Eccleſię, in quibus debet ſeruari ius Canonicum, non autem in foro ciuili Cæſaris, vt per Iaſ. in dict. Authenti. in dict. ſeptima limitatio. ad fi.

464 Tertiò declaratur, vt dos † prædicta poſt eius obitum ſit reſtituenda fideicommiſſario, quia cùm aſtringeretur pro alimentis illa finiuntur cùm vita dictę filiæ naturalis, vel ſpuriæ, Alba d. conſi. 44.

465 Vigeſima-

465 Vigeſimatertia quæſtio eſt, † quia tex. in d. Authen. res, quæ. permittit alienationem in cauſam dotis, & donationis propter nuptias pro modo honeſtati perſonarum congruo, quis dicatur iſte modus congruus. Et breuiter Bar. in d. Authen. nu. 1. ſenſit arbitrio iudicis id remiſſum eſſe, dùm allegat l. quæro. ff. de iure dot. quam ſic intelligunt Docto. * * communiter ibi, vt teſtatur Curt. nume. 10. in princip. & etiam Bello. conſil. 83. nume. 9. in fin.

Sed difficultas ſtat in ſcrutando, quid iudicare, & arbitrari poſſit, & debeat bonus iudex, quę tamen eſt neceſſaria, vt inquit Curt. Iun. dict. Authen. nume. 10. Quia in re etiam vix certa doctrina dari poteſt, quoniam Docto. variè loquuntur. In primis enim Salycet. ibidem in ſecundo not. dicit, habendam eſſe conſiderationem ad legitimam debitam iure naturæ: & hanc eſſe * * communem opinionem teſtatur Bello. dict. conſ. 83. num. 10. quod tamen à propoſito alienum eſt, quia hic non agitur de inueſtigando quãtitatem legitimæ; ſed de illo ſupra pluri, quod venit ex fideicommiſſo pro dote deducendum, ſecundum diſpoſitionem dict. Authen. vbi legitima non ſufficit, vt rectè animaduertit Curt. vbi ſuprà poſt Socin. & Curt. Sen. per eum citat. reprobantes etiam dictum Salyce. dicentis, quod dos eſſe debeat æqualis legitimæ: id quòd non expedit hic excutere.

Curt. autem vbi ſuprà, quia alij non tangunt, inquit, deciſionem illius difficultatis pendere à ſolutione illius concluſionis in ſtatuto diſponente, quòd ſtantibus maſculis, fœminæ nõ ſuccedunt, ſed dotari debeant, de qua loquuntur præſertim Docto. Sed hæc ſolutio nõ facit ad propoſitum, quia in illa quæſtione diſputatur, quanta debeat eſſe dos, an æquiualens legitimæ debeat eſſe nec ne, de quo, vt dixi, hic non quæritur, & tandem dicit eſſe iudici arbitrarium.

Ego autem arbitor, quòd ſit concludendum, diſtinguendo donationem propter nuptias, de qua loquitur dicta Authentica, ab ipſa dote.

Et primo caſu donatio debet eſſe æqualis ipſi doti, quia de hoc eſt caſus in Auth. ęqualitas. C. de pact. cõuent. &c. & ideò rectè dixit Opizo. in d. §. diui. nu. 141. in fi. quòd ſi mulier dedit in dotẽ mille, donatio poterit cõſtitui in totidem mille. & hoc de iure procedit cõmuniter, niſi aliud conſuetudine, vel ſtatuto caueatur, id quod maximè eſt attendendum, Bello. d. conſi. 83. nu. 11. & idem probat Rolan. à Valle conſi. 85. num. 15. & ſeq. vol. 1. loquens in filia, quæ habebat tres mille ſcutos, ſcilicet legitimam, & Trebellianicã demptas ex fideicommiſſo, quo erat granata, & dicit eam dotem eſſe congruam moribus ciuitatis Albenghæ, in qua primerijs non conſueuit dos tanta dari, & quòd vſus regionis inter cætera debeat attendi, & quãtitas facultarum relictarum, ne ſit in facultate ſua cum dote exceſſiua fideicommiſſum euertere. & ità etiam reſpondit Ruin. conſil. 137. nu. 17. vol. 2. dicens, quòd quando dicatur dos congrua, & non excedens debitum modum, remittitur arbitrio iudicis, qui debet habere reſpectum ad numerum liberorũ, ad patrimonij quantitatem, conditionem perſonarum, & conſuetudinem patriæ, & familiæ, nõ autem ad conditionem mariti tantùm, vt abundè hæc omnia firmat Pariſ. conſil. 63. nume. 50. & plur. ſeq. vol. 2.

Secundo autem caſu, in quo ſtat punctus, puto conſiderandum eſſe in primis, an alia bona extent, vt dixi ſuprà in quæſtione 20.

Secundò qualitatem perſonæ, & eius familiæ, de cuius dote conſtituenda agitur, & perſonæ mariti, an ſcilicet, ipſa poſſit reperire maritum ſibi æqualem pro tanta, vel quãta ſumma dotis. Et inſuper quantitas patrimonij, & fideicommiſſi, vt ſcilicet ſemper minus illud diminuatur, quàm ſit poſſibile. quamuis poſſit eſſe tanta dignitas perſonæ mulieris, & modicitas fideicõmiſſi, quòd poſſet nedum vltra legitimam, & Trebellianicam, vt cõcludunt * * cõmuniter Doct. de quibus per Boc. deciſ. 130. num. 12. ſed etiam dare omnia bona in dotem, vt concludit Bald. in d. Authen. num. 4. dum firmat, quòd ſi filia non inuenit maritum ſibi cõdignum, niſi det omnia bona in dotem, poſſet omnia dare: argumento Authen. contrà, rogatus. C. ad Trebell. & hæc concluſio probatur per Aret. conſ. 17. nu. 20. dicens, conſiderandum eſſe, ſi pater, vel auus habet aliũdè, vnde viuat: & vltra id amplum patrimonium; nam tunc arbitrio boni viri filiæ, vel nepti dos eſt conſtituenda, vbi agitur de dote danda ipſis viuentibus, & bonus vir conſiderare habet deducto ære alieno, facultates, & dignitatem mulieris, & viri, vt ibi per eum.

Tertio eſt etiam conſiderandus numerus filiorum, vel perſonarum, quæ aliàs dotandæ, vel alendæ ſunt ex his bonis, vt tradunt Docto. vbi ſuprà.

466 Vigeſimoquartò quæritur, † an d. Authen. procedat etiam in rebus feudalibus, quæ de iure prohibita ſunt alienari. Et breuiter Do- * cto. * communiter tenent, nõ habere locum in bonis ſui natura prohibitis alienari, & in ſpecie etiam in feudalibus, Iaſ. in conſil. 66. in fi. & 89. num. 4. verſi. 2. quia. volum. 1. contra Spec. qui tamen loquitur in emphyteoſi. Do-

cto.in c.1.§. donare. qualiter olim feud. alie.
* pote.per illum text.& de * communi plures
arteſtātes refert, & ſequitur Duennas in ſuis
regul.regula 40.in octaua ampliat. declaran-
do pluribus modis, vt per Iaſ.in dict. Authen.
nume. 26. & in ſexta limitat.ſi ſine voluntate
domini, vt ipſi loquuntur; faciunt, quæ infrà
dicemus in 31.q.& pro iſta concluſ.itat Bald.
conſ.346.in ſecūda parte. & abundè per Bur-
ſat.conſi.132.nume.42.& ſeq.volu.2. Quam-
467 uis ex cauſa † neceſſaria adhuc ſit licita alie-
natio:& quæ dicatur cauſa neceſſaria late vi-
dendum in propoſito per Menoch.de qq. ar-
bitrar.lib.2.caſu 182.num. 18.& plur.ſeq.pro
468 quo facit, † quia legitima non debetur etiā
in bonis feudalibus, Crauet.conſi.236. nu.4.
in fin. & plur.concordan. citat Cephal. con-
ſil.668.nu.21.vol.5.licèt multi contradicant,
de quibus per eum nu.12.
469 Immò, quādo feudum † eſt ex pacto, & pro-
uidentia, prout intelligo hanc quęſtionem,
res eſt expedita, ꝙ non valet diſpoſitio etiam
de fructibus in pręiudicium vocati ex inue-
ſtitura; ſecus, ſi eſſet ſubſidiarium, Afflict.de-
470 ciſ.26. ad fi. & dummodò hæres † debitoris
ſit hæres cum beneficio inuētarij; neq; enim
tenetur ad ſoluendum æs alienum defuncti,
Sylua.conſi.30.num.8.& ſeq. Sed quòd pater
471 † teneatur dotare filiam, & frater ſororem
de bonis feudalibus, latè probat Tiraq. de
primogenitu. q.(2. loquens de bonis primo-
genituræ.
Et hanc concluſionem probat Craue. cōſi. 24.
num. 11. ubi concludit, eam eſſe rationem,
472 quia fortior eſt prohibitio alienationis
feudi, quam rei ſuppoſitæ fideicommiſſo, &
probat Iaſ. d. conſi.89.num.4. in fi. vol. 1. Et
473 de feudo † non etiam poteſt detrahi legiti-
ma, Menoch.conſi. 104.num. 14. de quo ta-
men per eum conſi. 8. per totum. & feudum
ex pacto, uel prouidentia non poteſt aliena-
ri pro legitima, vel Trebellianica, Riminal.
Inn.conſi.3.num.65.
474 Ampliatur d. concluſio, † ut procedat, ne-
dùm ubi ſine cōſenſu domini, prout loquū-
tur Doct.ſuprà citati, ſed etiā ſi de eius con-
ſenſu facta ſit alienatio huiuſmodi, agnato
tamen proximiore non conſentiente, de cu-
ius præiudicio agitur.
475 Limitatur 1. d. concluſio, † ut non proce-
dat in fructibus feudi, donec feudum eſt pe-
nes uaſallum obligatum, ità concludit Iaſ.
in l.fi.nu.78.in ſecūda linii.C. de iure emphy.
vbi concludit, quod licèt feudum non poſſit
476 alienari, nec obligari, nec etiā decimari, † cū
decima ſit res ſpiritualis, ſecus tamen in fru-
ctibus: & ità etiam poteſt intelligi Afflict. d.
deciſ.26.

477 Secundò limitatur in feudo † hæreditario,
& patrimoniali, putà, conceſſo pro ſe, & qui-
bus dederit, de quo per Curt.Iu. conſil.3. vbi
enim feudum eſt hæreditarium, tūc deduci-
tur legitima, & Trebellianica, aliàs ſecus, Be-
ro.conſi.113.nu.33.vol.2.
478 Tertiò limitatur, vt poſſit † tamen filia ſe
ipſam in feudo dotare, ſi nulla alia extāt bo-
na, Iaſ.conſi.66.vol.1.
479 Vigeſimoquintò quæritur, † an d.Authen.
locum etiam habeat in bonis emphyteoti-
cis. Et breuiter Doct.negant, vt probat Pe-
trus Duennas in d.regu.40. in nona ampliat.
& ſequen.
* Contrarium tenent* communiter Doct.in l.
fin.vbi Iaſ.nume.47.& plur. ſeq.& clarius nu-
me.107.C.de iur. emphyt. dicentes, quòd res
emphyteotica etiam ſine conſenſu domini
dari poteſt in dotem pro filia, vel donatione
propter nuptias pro filio, dummodò tamen
eodem iure detur, quo erat penes dantem,
vt ibi per eum: eſt enim neceſſaria alienatio,
vt etiam diximus ſuprà in 11.q.& eſt differen-
tia inter feudum, & emphyteoſim, vt poſt Sa-
lycet. probat Iaſ. vbi ſuprà nu.78. illud enim
prohibitum eſt alienari, & obligari, & tacitè,
& expreſsè, quoquomodo, etiam donec du-
rat penes feudatarium, vt concludit Iaſ. vbi
ſuprà nu.84. vbi reprobat Bart.in l.ſi cōſtan-
te.ff.ſolut. matrim. qui dixit in generali hyp-
potheca, quā habet de iure mulier pro dote
in bonis viri, quòd venit etiam feudum, do-
nec durat penes maritum, & hanc partē poſt
Specu.tenet etiam Iaſ.d.conſi.66.in fin.vol. 1.
& hanc partem tenet etiam Padill. in d. Au-
then.nu.103.
Et tenendo hanc ſecūdam opinionem, amplia-
tur, vt procedat, etiam ſi emphyteoſis ſit ec-
cleſiaſtica, vt poſt Salyc.probat Iaſ.in d. l. fin.
num. 78. licèt ipſe loquatur in obligatione,
& pignoratione.
480 Vigeſimoſextò quæritur, † an dicta Au-
thentica locum habeat, nedum in cauſa do-
tis, & donationis propter nuptias, ſed etiam
in cauſa alimentorum earum perſonarum,
pro quibus fideicommittens teneretur, vel
ipſorum grauatus, quia. ſ. fructus bonorū
non ſufficiunt. Et in hac difficultate Doct.
ſunt varij. Nam pro negatiua concludit glo.
in d.Authentica res, quæ. ex eo, quia Authē-
tica excipit ſolùm duos prædictos caſus, er-
gò in reliquis firma manet regula iuris com
munis; & quia mortuo patre fideicommit-
tentis filius nullū ius habet in bonis patris,
niſi legitimæ, quæ ſuccedit loco alimentorū:
& eam partem ſequitur etiam Salyc.ibidem,
& idē refert tenuiſſe Bald. in lectu. antiqua.
Contrarium autem, quòd immò etiam locum
habeat

habeat d. Authentica in alimentis, tenent * * communiter Doctor. ſcilicet Iacobus de Arc. Cyn. Bar. & Bal. num. 23. in fi. in d. Authentica. vbi concludit, quòd nedùm in cauſa alienationis procedit d. Authentica, ſed etiam in quacunq; neceſſitate, quod dictum vltimum non eſt vſquequaque verum, vt in* frà dicam. & dc * communi teſtatur Corn. ibidem in d. Authentica in fin. & autè cum Caſtren. ibidem in fin. verſi. ſed pone, q́ erat infirmus, & alia bona non habebat.

Ad rationes autem in contrarium allegatas patet ſolutio ex his, quæ ſuprà diximus in 10. quæſtio. idem reſpondit Roma. conſi. 376. & idem reſpondit Bal. quem refert, & ſequitur Ripa in d. §. diui. num. 78. idem etiam firmat Guid. Pap. decif. 96. col. pen. in princip. dum inquit, q́ dos eſt fauorabilis, ſicut alimenta, & ſic poſt gl. ibi relatam æquiparantur dos, * & alimenta; & iſta eſt * communis opinio, vt teſtatur Ruinus conſi. 199. nume. 8. vol. 2. Et pro ea facit, quia fauorabilior eſt cauſa alimentorum, quàm dotis, & eorum cauſa pia dr̄, niſi vbi dos data eſt pro turpe perſona.

481 Item à ſententia † lata ſuper eis non appellatur, licèt appelletur à ſententia in cauſa

482 dotis, & diſpoſitio† generaliter loquens nō includit cauſam piam; ità latè concludit Natta conſi. 410. nu. 13. & plur. ſeq. ergò &c. Authentica multò magis. C. de ſacroſan. eccleſ. cum ſimil. & hanc partem latè defendit poſt plur. concordan. per eum citatos, Padill. in d. Authen. num. 78. & plur. ſeq.

483 Vigeſimaſeptima eſt quæſtio, an pro† condemnatione filij &c. poſſit fieri alienatio, de qua in d. Authen. res, quæ. Et in hac q. Doct. * * communiter concludunt negatiuè, quando condemnatio ex ſui delicto facta eſt, vt de * * cōmuni teſtatur Loazes in d. §. diui. nu. 142. verſi. pro complemento. & Caſtren. in d. Authen tica in fin. Idem dicit in filio carcerato pro ſuis delictis, & ſic ex culpa ſua, & idem probat Ang. ibidem nu. 5. ad fin. & loquuntur Doct. in condemnatione pro cauſa criminali principaliter, & etiam pro cauſa ciuili æris alieni ipſius grauati, vt infrà dicā in ſeq. q. quia de ære alieno ipſius teſtatoris res eſt indubitata, l. Pap. §. quarta. ff. de inoffi. teſtamē. & ità intelligi debet Bal. in d. Authentica num. 23. in fi. verſi. item propter æs alienum, dum citat l. cùm fideicōmiſſum. C. de fideicom. liber. & faciunt, quæ ſuprà diximus q. 15. & ſeq.

Hæc tamen concluſio non tenetur per Fulgoſ. in d. Auth. res, quæ. & eam in puncto iuris veram eſſe teſtatur Alex. in l. quàuis. ff. ſolut. matr. per Doct. ibi tenentes, quòd executo

484 res † deputati ad diſtribuendum bona in pios vſus, poſſunt ea diſtribuere pro redemptione condemnatorum ex maleficijs, & per hoc, & alia per eum adducta, tuetur hanc partem Loaz. vbi ſuprà in d. §. diui. num. 143. Quæ concluſio poſſet teneri, quando caſu, non autem appenſatè filius deliquiſſet, vt per Menoch. de quæſt. arbitrar. lib. 2. caſu 182. num. 64. & ſeq.

485 Vigeſimooctauò quæritur, † an d. Authentica locum habeat pro redemptione captiui filij &c. Et breuiter Doct. concludunt, quòd locum habeat pro redemptione capti ab hoſtibus, uel latronibus, vt inquit Caſtren. in d. Authentica res, quæ. in fi. quia ſicut pater tenetur viuēs filium alere, ità etiam tenetur à captiuitate redimere; ſecus autem in redēptione à carcere ob delictum, vel æs alienum per filium contractum, vt diximus in præcedenti quęſtio. idem tenuit Ang. ibidem nu. 5. ad fi. vt ſuprà tetigi q. 16.

486 Vigeſimononò quæritur, † an d. Authentica locū habeat ex cauſa militiæ. Et in hoc breuiter Ang. in d. Authen. nu. 5. negat, eam locum habere, quia ſumptus ex cauſa huiuſmodi non eſt adeò neceſſarius, ſicut dotis, qui ad ſobolem procreandam ordinatus eſt, l. 1. ff. ſolut. matrim. idem firmat Iaſ. in d. Authen. in 11. limita.

487 Trigeſimò dubitari poteſt, † an in caſibus, in quibus grauato licet facere contra fideicommiſſum, & illud etiam euertere, poſſit illud priuilegium, & prærogatiuam alteri cedere, & Caſtren. in d. Authentica tenuit affirmatiuam, licet Iaſ. nume. 32. & Curt. iun. nume. 38. ſubſiſtāt. Eam tamen ſententiam apertè improbat, & benè, meo iudicio, Padill. in d. Authen. num. 106. & ſeq.

488 Trigeſimaprima quæſtio eſt, † an d. Auth. locum ſibi vendicet in cauſa ſtudiorum. Et in hac quæſtione breuiter Ang. ibidem nu. 5. negat, eam procedere in ſumptu ex cauſa ſtudij, ratione, quam prædixi in præcedenti quæſtione. & idem probat Iaſ. in d. Authen. in 10. limita. & pro hac ſententia ſtat etiam Padill. in d. Authen. nu. 89. vt ſcilicet ob hāc cauſam liceat fideicommiſſum euertere; & faciunt, quæ ſuprà diximus in 16. & ſeq. q.

489 Trigeſimoſecundò quæritur, † vtrum d. Authentica locum habeat, ſi filius, vel filia grauata tot fructus percipit ex redditibus fideicommiſſi, per quos poteſt ſatisfacere doti conſtituendæ, vel reſtituendæ. Et breuiter Roma. conſi. 232. negat, locum eſſe d. Auth. iſto caſu, cū concordan. plur. de quibus per Iaſ. in d. Authentica in 13. limita. & eſt caſus in l. mulier. §. cū proponeretur. ff. ad Trebell. quem etiam ad hoc expendit Iaſ. vbi ſuprà. Et hanc partem latè tuetur Marzar. conſil. 1. col. 15.

col. 15. in fi. & plur. ſeq. & ibi etiam ponit, quando dicatur dos data, uel reſtituta ex fructibus.

Declaratur tamen hæc concluſio, ut ità demũ procedat, ſi fructus extant, aliàs ſecus. ità ſignanter ex mēte Bar. declarat Iaſ. ubi ſup. & faciunt, quæ ſuprà diximus quæſt. 19. & ità intelligi debet l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Trebell. & Alcia. cõſi. 555. in prin.

490 Trigeſimotertiò quæritur, † an d. Authē. locum habeat in alienatione ex cauſa remunerationis cauſata in defuncto fideicõmittente. Breuiter Curt. in d. Authen. col. fi. nu. 55. concludit, ceſſare diſpoſitionem d. Authenticæ ea ratione, quia obligatio remuneratoria cauſat ſolum obligationem antidoralem non efficacem ad agendum, prout deſideratur, & præſupponitur in d. Authenti. ex cauſa dotis.

Contra hanc cõcluſionem facere videtur, quoniam ratio finalis d. Auth. eſt non neceſſitas teſtatoris, quam modò dixit Curt. ſibi ipſi parùm conſtans, ſed præſumpta mens teſtatoris, vt ille ex * communi ſententia fatetur, vt diximus ſuprà in 1. quæſt. in ſecunda ratione, & tertia.

Quòd ſi mens præſumpta cauſa finalis eſt ea, quæ mouet imperatorem legis latorē d. Authenticæ, vtiq; ea quoque non minus deberet locum habere: hæc enim cauſa naturalē habet obligationem, dotis autem, aut donationis propter nuptias, nullam, ſed officio iudicis pater arctatur, vt ſæpè diximus. & in d. ſecunda ratione. ſic ceſſat fundamentum Curt. & conſequenter eius dictum, c. cũ Paulus dicat. 1. q. 1.

491 Trigeſimoquartò quæritur, † an d. Auth. locum habeat in alienatione, quæ fieret pro anima. Et in hac quęſt. Bal. in l. voluntas. nu. 6. verſi. ſed an poſſit legare extraneo pro anima ſua. C. de fideicom. concludit pro negatiua, per tex. in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. alie. pote. ſequitur in propoſito Curt. in d. Authentica in fin. pro quo facit, quia,
492 de re aliena † nõ poteſt fieri eleemoſina ſalutifera, vt probat Menoch. de quæſt. arbitr. lib. 2. caſu 182. num. 44.

493 Trigeſimaquinta, quæſtio eſt, † an d. Authentica habeat locum in fideicommiſſo, nedùm vniuerſali, ſed etiam particulari.

Et breuiter Rui. conſi. 199. nume. 6. in fi. vol. 2. concludit, quòd ſic, citando Bal. in d. Auth. res, quæ. qui tamen hoc non tangit, vt videri poteſt: hoc tamen expreſsè firmat Padill. in d. Authentica. nume. 108. citando Bal. vbi ſupra, & Iaſ. num. 33.

Sed contrarium puto verius eſſe, vt de re particulariter prohibita alienari non poſſit dos detrahi, nec donatio propter nuptias, & ſic in ea ceſſat diſpoſitio d. Authenticæ, ex eo, quia
494 videmus, quod de re particulariter † prohibita alienari non poteſt Trebellianica, nec Falcidia detrahi, Authētica ſed & in ea. C. ad l. Falci. nec etiam legitima debita iure naturæ, Caſtren. conſi. 247. nume. 1. in 1. parte. & concludit, quòd d. Authentica eſt remediũ ſubſidiarium, vt ſupra diximus in princip.

495 Trigeſimoſextò quæritur, † an d. Authentica, quòd ad conſtitutionem dotis attinet, locum habeat, ut ſtatim mortuo teſtatore, grauatus, ſi ſit filia pro ſe ipſa, vel ſi ſit maſculus pro ſuis filiabus, etiam ante nubilē ætatem poſſit, & teneatur deducere d. dotem de fideicommiſſo. In hac quæſtione Ruin. d. cõſilio 199. vol. 2. concludit num. 5. & plu. ſeq. pro affirmatiua. mouetur ex eo, quòd Bar. in d. Authētica indiſtinctè loquatur, & quia filia alenda eſt, ergò & dotanda. & faciunt, quæ ponit Bar. in l. quibus diebus. §. Termilius. & in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſtrat. dum quęrit, an relictum pro dote ſtatim ſit ſoluēdum, an expectari matrimonium debeat.

Ego autem, quia alij hunc paſſum non tangũt, puto contrariũ verius eſſe, per ea, quæ abundè dixi in 19. quæſt. & q. 15. ne ſępius idem repetam.

496 Trigeſimoſeptimò quęri pōt, † an d. Authētica locum habeat etiam hęrede extraneo inſtituto per fideicommittentem, qui, & filium reliquit in certa quantitate modica inſtitutum. Et breuiter glo. in Authentico de reſtitutio. vnde ſumitur d. Authen. in §. nobis. in verb. dare. ſtat pro negatiua, & Corn. de quo etiam meminit Cepha. conſilio 177. num. 9. vol. 2.

Contrarium tamen tenuerunt multi, quos Cepha. refert, & ſequitur d. conſi. 177. nu. 22. & ſeq. uol. 2.

497 Trigeſimooctauò quęri poteſt, † an ſi teſtator mādat dotes fęminarum futurarum ſolui debere per hęredes ſuos fideicõmiſſarios poſſint hęredes pro tempore detrahere tot de bonis fideicommiſſo ſubiectis, an verò debeat fieri ſolutio per eos de ſuo, quatenus legitima, & Trebellianica ſuffíciunt, uel de fructibus. Et Doct. * communiter cõcludunt in hoc, non eſſe manum apponendam fideicommiſſo, etiam iſto caſu, niſi in ſubſidium, ut abundè probat Marza. conſi. 1. col. 17. & ſeq.

498 Trigeſimononò quęritur, † ad quem pertineat probare, quòd alia bona habeāt filius, vel deſcendentes, an ad eum pertineat probatio negatiuę, an verò affirmatiuę. Declarari uidetur per Didac. uariar. reſolut. libro

bro ſecundo capit. ſexto.

499 Quadrageſima ſit declaratio, † ut etiam pro dote conſtituẽda pro filia abſque dotis mentione nupta procedat, vt per Alex. conſilio 33. & conſi. 56. vol. 4.

500 Quadrageſioprimò declaratur d. Auth. † vt etiam habeat locum in primogenitura, ſeu bonis primegenituræ conſtitutę in teſtamẽto, vt in vna Placentina reſpõdit Plot. conſi. 87. in fi. æquiparatur enim fideicommiſſo, imò eſt fideicommiſſum, vt ibi per eum.

Quadrageſimoſecundò ceſſat d. Authentica,
501 † vbi agitur de rebus aliàs de iure communi, vel ex ſtatuto alienari prohibitis, putà caſtro, iuriſdictione, & huiuſmodi: nam tunc, ſi etiam concurrat prohibitio teſtatoris, nõ poterit ex his dos detrahi: ità Soci. conſi. 76. num. 4. vol. 1.

502 Septimus caſus eſt, † quòd qui non poteſt alienare, poſſit tamen impunè alienationi cõſentire; quia aliud alienare eſt, aliud alienationi conſentire, l. aliud eſt vendere. ff. de reg. iuris.

Sed contrà, quia paria ſunt alienare, & alienationi conſentire, ſicut prohibitus donare dicitur etiam interdictus donationi conſentire, l. cum quis. ff. de reg. iur. & l. 2. C. ſi aduer. donat. & plur. cõcordan. ad hoc citat Decia. conſi. vlt. num. 13. volum. 1. in materia alienationis venditionis, & donationis. & ego in terminis adduco tex. in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. 2.

Breuiter pro concordia dici poteſt in primis, ꝙ ſi conſentiens alienationi factæ per alium, præſtat conſenſum expreſſum parte acquirẽte præſente, tunc procedat hæc poſterior ſententia; ſecus ſi parte abſente, & tacente, & tunc locus ſit d. l. aliud eſt uendere. ità declarat Caſtren. in d. §. libertis.

Secundò dici poteſt, quòd regula d. l. aliud eſt vendere. procedit, ſi is, qui conſenſit venditioni, vel alienationi, nõ habebat rem apud ſe, nec facilè habere poterat in eius dominio, aliàs ſit locus poſteriori ſententiæ; ità declarat Bal. in l. ſi ut proponis. C. de ſeruo pigno. dato manumiſſo quem ad hoc refert & ſequitur Decia. vbi ſuprà num. 14.

Rurſus et tertio d. reg. d. l. aliud eſt vẽdere. procedit, quando diuerſa eſt ratio inter alienantem, & conſentientem alienationi prædictæ, aliàs, vbi eſt eadem ratio, præualet poſterior concluſio, ità etiam poſt plur. concordan. per eum citatos, concludit Decia. ubi ſuprà.

503 Octauus caſus eſt, † quando teſtator ſimpliciter prohibuit bona alienari extra familiam. nam iſto caſu non cenſetur interdicta alienatio inter ipſos de familia, l. filiusfamilias. §. cum pater. in fi. ff. de legat. 1. l. pater filium. §. quindecim. ff. de lega. 3. etiã in remotiorem; latè Decia. conſi. 55. num. 67. & plur. ſeq. vol. 2.

Declaratur autem iſte caſus. Primò, vt procedat, vbi prohibitus aliquo præcepto rem dimittit detentori, per viam tamen tranſactionis, vt expreſsè concludunt Doct. ſuprà citati, idemq; firmat Bero. conſi. 68. nu. 55. volumine 1.

Sed certè hæc declaratio videtur dubitabilis, quia cui non licet alienare, non etiam licet tranſigere alteri rem dimittendo, per Clarũ in §. feudum. q. 38. & faciunt, quæ ſuprà dixi de compromiſſo in præcedenti concluſione in 1. caſu.

Secundò declaratur iſte caſus, vt procedat, niſi ius teſtatoris, qui prohibuit rem alienari ſit liquidum, vel de facili liquidandum, Natta conſi. 304. num. 8. tunc enim huiuſmodi dimiſſio rei prohibitæ alienari alienationem ſapit.

504 Nonus caſus eſt, † vt prohibitus alienare, ſi ſit de deſcendentibus teſtatoris vltra quartum gradũ, tutè poſſit arbitrio ſuo in quẽcunq; alienare bona extra familiam alienari prohibita, vt eſt tex. in §. nos igitur. qui eſt §. fin. Authentico de reſtitut. fideicom. Natta conſi. 110. num. 4. prope finem. & ante eum Alex. conſi. 56. num. 1. vol. 1. loquens in caſu, quo teſtator prohibuit bona alienari extra familiam, quia vult in familia permanere, & ità etiam declarat Alex. d. conſi. 56. nume. 1. quatenus cõcludit, ſupradictam concluſionem in contrariam factam non procedere, ubi teſtator prohibuit alienationem omnibus hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, quia voluit bona perpetuò ad eos pertinere. nam in d. §. fina. aderat etiam uerbum Perpetuò, &
tamen non extenditur fideicõmiſſum vltra
quartũ gradũ. & iſtam concluſionem, quòd
fideicommiſſum non extẽdatur ultra quartum gradum, firmat Cepha. conſi. 724. nu.
11. vol. 5. & quãdo adeſt uerbum Perpetuò,
vel de deſcendentibus eſt facta mentio, quod
adhuc fideicommiſſum non extendatur ultra d. quartum gradum, probat Soci. conſi.
227. col. 5. in princip. verſi. & pro iſta opinione uidetur caſus. vol. 2. & in l. qui Romæ. §.
cohæredes. num. 18. ff. de uerb. obligat. Dec.
conſi. 321. col. 1. Iaſ. in l. uoluntas. in 2. limita.
C. de fideicom. Soci. iun. conſi. 140. num. 2. &
505 10. vol. 3. & ibi concludit, † quod primus
gradus incipit poſt primum grauatũ: idem
reſpondit Alcia. conſi. 479. num. 26. & abundè Sylua. conſi. 10. per totum.

Et pro hoc vltimo dicto perpetuitatis facit, ꝗa fideicommiſſum relictum deſcendentibus, quod quidem verbum infinitatem demonſtrat,

ſtrat, l.liberorum.ff. de verbo. ſigni.& l.fi. C.
eod. tamen non extenditur ultra quartum
gradum, Pariſ. conſi.39.vol.3. Soci.iun.con-
ſilio 136. nume. 11. uol. 3. loquens in legato
alicui, & eius deſcendentibus facto. Rurſus
fideicommiſſum inductum inter omnes de-
ſcendentes, ſub nerbo Perpetuo, uel in infi-
nitum, adhuc non excedit centum annos, ut
reſpōdit Ruin.conſi.127.numero 9.vol.2.&
& conſi.114.nu.135.uol. 1. & conſi. 134. nu-
mero 37. in fi.& ſeq. dum facit differentiam,
an dictum ſit ſolùm de deſcendentibus, vel
propinqnis, an verò adiectū ſit aliquod ver-
bum ſapiens infinitatem, putà verbum Om
nes, Perpetuò, uel In infinitum.

Sed hæc concluſio naldè dubia eſt; quia aliqui
eam intelligunt, ut procedat, quando pro-
hibitio alienationis eſt facta, ut bona perpe-
tuò permaneant in ſamilia, ſecus autem, qñ
teſtator uoluit, quòd bona perueniant ad
deſcendentes Perpetuò, Ruin.conſi.123.nu-
mero 17.uol.2.illud enim uerbum Perpetuò
eſt exten ſiuum temporis, nt in propoſito re-
ſpondit Marcabrun.conſi.85.num.170. Sed
& alij receptiore caculo intelligunt d. §. nos
igitur. Authentico de reſtitnt. fideicom. ut
non procedat, ubi teſtator prohibuit bona
alienari, quia nult perpetuò ad ſuos deſcen-
dentes uenire, Crot.conſi.13.& conſi.48.nu-
mero 33. Nec etiam procedit, ubi de deſcen-
dentibus mentio facta fuit, quorum appel-
latione veniunt omnes deſcendentes in infi-
nitum, l.fi.C.de ſuis, & legiti. Authentico de
hæredi.ab inteſta.in princip.cum concordā.
de quibus per Alexā. in terminis d. conſi. 56.
colum.1.uol.1.& præſertim in verſi. & ità eſt
de mente Iaco. de Belui.ubi iſta ratioue mo-
tus Iaco. de Belui.concludit in dicta Authē-
tica de reſtitutio. fideicommiſſ. in fin. quod
d.§.nos igitur. procedit, nbi de familia men-
tio habita fuit, putà, quòd non alienetur res
extra familiam, uel ꝙ in familia remaneat,
ſecns aūt ſi de deſcendentibus ſit facta men-
tio. idem expreſsè firmat Pariſ. conſi.72.nu-
mero 82.& plur.ſeq.uol.4. dicens, quòd di-
ctus §. nos igitur. procedit in ſimplici pro-
hibitione alienationis, non autem quando
fideicommiſſum fuit relictum deſcendenti-
bus, uel fuit dictum, Perpetuò, uel in infini-
tum bona remaneaut in agnatione, & hu-
iuſmodi.& ante eos idem reſpondit Alex.cō-
ſilio 59.num.4. uol.3. vbi allegando Iaco. de
Belui.vbi ſuprà, concludit, quòd licet prohi-
tio de non alienando extra familiam, quia
teſtator voluit perpetuò bona remanere in
familia, non extendatur ultra quartum gra-
dum poſt perſonam prohibitam, per tex. in
d.§.nos igitur.tamen ſi teſtator prohibuit li-
beros, & hæredes, uoleus ad deſcendentes
ſuos bona perpetuò peruenire, hęc prohibi-
tio extenditur vltra quartum gradum in in-
finitum, ratione prædicta; idē reſpondit So-
cin.inter conſil.Curt.Sen. conſi.40. num.17.
verſi.quod etiam patet. vbi concludit, quod
vbi teſtator prohibuit bona alienari omni-
nò, & in perpetuum, vt in familia remaneāt,
tunc talis prohibitio extenditur in infinitū;
& ad hoc pariter citat Iacob.de Belui.vbi ſu-
pra, & Bal.in quibuſdam recollectis ſuis in l.
voluntas.C.de fideicommiſſis.latè etiam per
Cepha.conſi.137.num.38.& ſeq.volu.1.idem
non minus clarè reſpōdit Curt.Sen.conſ.42.
num.10.verſi.2. confirmantur præmiſſa per
verba teſtamenti, ibi, & deſcendentium de-
ſcendentes &c. vbi concludit, ꝙ mētio facta
de deſcendentibus extenditur ad omnes de-
ſcendentes in infinitū, per Iacobum de Bel-
ui.& Alex.vbi ſuprà, & demonſtrant extēſio-
506 nem vltra decimum gradum, † quamuis
ſucceſſio ab inteſtato non detur vltra deci-
mum gradum, vt ibi per eum. idem reſpōdit
Dec.conſi.516.num.14. verſi. & facta reſolu-
tione pro deſcendētibus veniunt omnes de-
ſcendentes in infinitum &c. & ibi num.16. in
princ.addit, ꝙ dictus.§.nos igitur.non habet
locū, vbi prohibitio facta eſt in perpetuum;
quia tunc durat in infinitum, per Alex.in lo-
cis ſuprà citatis. & clarius in propoſito etiā
hoc firmat Iaſ.in l.fin.nu.5.verſi.limita tamē
ſingulariter. C. de hæred. inſtituen. vbi con-
cludit, ꝙ vbi teſtator prohibuit bona alie-
nari, quia vult ea perpetuò remanere in fa-
milia; iſta prohibitio licèt non extendatur
vltra quartum gradū, & eo elapſo liberè fieri
poſſit alienatio per d.Authen. de reſtitutio-
ne fideicommiſſi, hoc tamen nō procedit, vbi
teſtator prohibuit libros, vel hæredes ſuos
alienare adiecta cauſa, quia vult talem rem
perpetuò tranſire ad omnes deſcendentes,
quoniam tunc prohibitio extenditur vltra
quartum gradum, & deinceps in infinitum,
507 propter illum terminū Deſcendentes, † qui
in infinitum extenditur; & ad hoc ipſe citat
Iacob. de Belui. & Alex. vbi ſuprà, quamuis
verbum Perpetuò non ſufficiat, per tex. in d.
Authen.§.nos igitur.quicquid Dec. & Ruin.
vbi ſuprà in contrarium citati contradicāt;
& malè. Et ex hoc apparet, etiam Soci. Iun.
d.conſi.140. minus rectè conſuluiſſe contra-
rium in caſu, in quo de deſcendētibus men-
tio facta fuerat, & tamen concludit locum
eſſe diſpoſitioni dicti. §. nos igitur. & minus
bene per ſupradicta.& idem firmat Dida.lib.
2.cap.5.nume. 4. variar. reſolut. verſi. ſecun-
dū, quod ex d. §. nos igitur &c. vbi conclu-
dit, quòd vbi teſtator prohibitionem hanc
alio-

alienationis indixit hæredibus ratione adiecta, quòd vult bona ſua perpetuò manere penes eius deſcendentes, aut poſteros, tunc prohibitio egreditur quintam,& alias generationes,ſecundum* communem ſententiā, & ibi in pluribus concordan. & ſic,quòd iſto caſu nō habeat locum diſpoſitio dicti.§. nos igitur. quæ ſolùm habet locum in caſu prohibitionis alienationis extra familiam,vt bona perpetuò in familia maneant. licèt Dida. concludat ſolus, quòd inter hos caſus non videtur eſſe differentia, ſed benè tenet, quòd diſpoſitio dicti. §. non procedat, quoties ex aliquibus coniecturis conſtat,quòd teſtator uoluit prohibitionem eſſe perpetuam.

Cętera autem in oppoſitum allata procedunt, vbi de familia mētio facta eſt in prohibitione, uel cauſa prohibitionis eſt reſtricta, vt diſtinguit Alexā. vbi ſuprà, ſentiens minùs comprehendi ſub uerbo Familiæ, quàm Deſcendentium.

Sed ad hoc vltimum eſt aduertendum; quia illud non puto uerum in puncto iuris, cùm æquè latas habenas, & ſignificatum habeat verbum Familiæ, quod uerbum Deſcendentium, vt reſpondit Soci. conſil.84. vol.3. vbi
508 concludit, † quòd verbum Familiæ cōprehendit omnes de eodem ſanguine prouenientes; & quòd priuilegium conceſſum familiæ, vel deſcendentibus, uel poſteris comprehendat omnes deſcendentes per maſculinum ſexum, ut ibi per eum num.6. & 9. & inter hos terminos non uidetur in effectu eſſe differentia, cum & familię appellatione veniāt omnes de agnatione, l. pronunciatio.§. familię. verſi. Communi iure familiam dicimus.ff.de verbo.ſignific.& l.fi.C. eod.& probat Roma. in l.1.in princip.ff. ad Syllanian.ubi conclu-
509 dit, † quòd Familia, Domus, Genus, Deſcendentes,Generatio,Proles, Soboles, Progenies, Gens, Poſteri, & Nōmen idem ſignificant,Dida.vbi ſuprà.dicens,ꝙ verbum,Generatio, & Deſcendētium idem ſonat. & hūc ſenſum puto habuiſſe Apoſtill.in additio.ad Alexan.d.conſi.56. licet hoc non aperiat.

Et ad hoc etiam facit Io. de Ana.d.conſi.47.numero 8.in princip.vbi concludit,quòd paria ſunt, quòd res prohibeatur exire de domo, ſiue de caſata, ſiue de familia, ſiue de ſtirpę, per Bal.in l. peto.§. fratre.ff.de legāt.2.& firmat Soc.conſi.52.num.2.& 3.& num.11. volumine 4. dicens, quòd uerbum Liberi, Poſteri, Deſcendentes, Familia, Gens, Çognati, eſt collectiuum, & idem importat vnum, quod aliud.

Nihilominus dictam concluſionē firmat etiā, & ſequitur Alba conſi. 51. num. 6. & ſeq. vbi concludit, quòd licèt in fideicommiſſo relicto proximiori de parentela non extendatur illud ultra decimum gradum, ſicut etiam in eo gradu terminatur ſucceſſio ab inteſtato, prout utrunque firmat latè Dec. conſi.321. num.5. & licèt aliud ſit in prohibitione alienationis,aliud in fideicommiſſo relicto proximiori, vt ſuprà. quia primo caſu prohibitio non extenditur vltra quartum gradum, vt inquit Dec.colum.1. uerſic.non obſtat, ꝙ diſpoſitio teſtatoris, de qua agitur, non debeat excedere quartum gradum, prout dicitur de prohibitione alienationis extra familiam &c.nihilominus, ut concludit Alba, diuerſum eſt, quādo proximiores de domo, uel illi de domo ſunt uocati in infinitum, & ex parte granatorum dictum eſt In infinitum &c. quia tunc fideicommiſſum excedit etiam decimum gradum, per Socin.d.conſi. 40. inter conſilia Curt.Sen.& ſic ipſe ſequendo dictum conſilium approbat hanc partem, quam ſuprà firmauimus.

510 Non omitto autem,quòd id, † quod ſuprà dicunt Dec. & Alba circa ſucceſſionem per fideicommiſſum, & ab inteſtato, quòd non extendantur vltra decimum gradum, procedit reſpectu tranſuerſalium, nō autem reſpectu deſcendentium, de quibus nos loqui-
511 mur,quoniam licèt linea † tranſuerſalis nō extēdatur vltra decimum gradum, ſed in eo claudatur,§.pen. Inſtit.de ſucceſſo.cognato. linea tamen directa aſſendentium, & deſcendentium extenditur vlterius, imò durat in infinitum, ſecundum glo. & * communiter Doct.in d.§.pen. & in d.l.fin. C. vnde. legit.& ità concludit Curt.Sen. d.conſi.42.nu.22. in princip.& hanc concluſionem apertè firmat in propoſito Iaſ.conſi.4.num.3.volum.1.vbi concludit, quòd ex quo in caſu ſuo teſtator dixerat, quòd Perpetuò, & Omninò prohibebat alienationem, quia voluit illa bona peruenire ad deſcendentes maſculos in perpetuum, licèt regula ſit, quòd prohibitio alienationis facta extra familiā in perpetuū non extēdatur vltra quartum gradum poſt prohibitum, d.§.nos igitur. tamen ſecus eſt, quando prohibitio facta eſt in perpetuum omnibus liberis, & deſcendentibus; quia tunc omnes deſcendentes cenſentur in infinitum prohibiti.per Iacob.de Belui.& Alex. vbi ſup. Hanc etiam partem tenet Soci.d.cōſilio 51.nu.4.in princip.vol.4.vbi concludit per Iacob.de Belui. vbi ſup. quod ſi teſtator prohibuit filios ſuos, vel hæredes alienare, volens ad deſcendentes ſuos perpetuò bona peruenire, prohibitio extenditur in infinitū; citat etiam eadem iura, & auctoritates, quibus mouetur Iacob.& hanc concluſionē probat pariter Ruin.conſi.128. in fi. volu.2.

vbi

vbi concludit, quòd quando fideicómiſſum eſt in familia, quia ſimpliciter teſtator voluit bona remanere debere in familia, tunc intelligitur ſolùm de familia exiſtente tempore mortis, vel teſtamenti teſtatoris, d.l. cũ ità. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. & per Bar. in l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. in fi. niſi ſit adiectum verbum ſonans perpetuitatem, putà, verbũ Perpetuò, uel teſtator vſus ſit verbo Deſcẽdentibus, quia tunc omnes in infinitum cõprehẽduntur, per d.l. fin. Authentico de hæred. ab inteſt. in princip. & idem in caſu, quo teſtator dixit, quòd prohibebat ſuum hæredem alienare, quia vult, quòd ipſe cum hęredibus ſuis maſculis gaudeant bonis teſtatoris, quòd intelligantur vocati omnes deſcendentes in infinitum, non autem claudatur fideicommiſſum in 4. gradu, reſpõdit Pariſ. conſi. 52. num. 22. volum. 2.

Et hanc concluſionem, quando teſtator diſpoſuit bona ſua durare in perpetuũ inter ſuos deſcendentes, quòd extendatur vltra quartum gradum, latè poſt plures concordantes per eum citatos, firmat Cepha. cõſi. 114. numero 35. & conſi. 724. nu. 11. & plur. ſeq. vol. 5. vbi facit differentiam inter diſpoſitioné legis, & diſpoſitionẽ hominis. Ex qualitatẽ autem oneris adiecti verbo Deſcendẽtibus, & huiuſmodi, quod ſcilicet eſt duraturum in infinitum, poteſt dici fideicommiſſum nõ finiri in tertio, vel vlteriore gradu, vt conſiderat Soci. iun. d. conſi. 136. nũ. 24. & ſequenti. uolumine 3.

512 Decimus caſus eſt, ut prohibitus † alienare contemplatione alterius perſonę, uel familię liberè poſſit de re ꝓhibita alienari diſponere, ubi nullus ſupereſt, nec ſperatur futurus, qui repetere poſſit, ut eſt tex. in l. peto. §. fratre. & ibi not. glo. & in l. cùm pater. quæ eſt 79. §. libertis. in fin. ff. de legat. 2. uel ſi de conſenſu omnium, quorum intereſt, facta ſit alienatio, l. quoties ab omnibus. C. de fideicommiſſis. & hunc caſum firmat Natta conſilio 145. num. 19. & conſi. 470. num. 4. in fin. & ſeq. & hunc caſum probat Crot. conſi. 13. col. 2. in princip.

513 Vndecimus caſus eſt in materia feudali, † in qua licèt uaſallus ſit prohibitus alienare feudum ſine conſenſu domini, tamen poteſt id facere, quando æquè idoneo ad ſeruiendum alienatur, c. 1. qualiter olim feud. alien. pote. & abundè Rinu. conſi. 772. nume. 32. & ſeq. uolumine 4.

514 Duodecimus caſus eſt, † quando fit alienatio, per quam non præiudicatur ei, qui uocatus eſt, ut cõcludit Natta conſi. 470. nu. 5. & ad hoc pertinẽt, quæ dicã infrà in 16. caſu.

Decimustertius caſus eſt in prohibito alienari, 515 † quia fuit præſens, & tacens in alienatione facta per alium rei prohibitæ alienari per teſtatorem, quòd tunc non dicatur ipſe contrafeciſſe, Caſtren. in terminis in l. cũ pater. §. libertis. ff. de leg. 2. & Rimin. conſi. 269. niſi conſtet de expreſſo eius conſenſu, ut ibi per eos, & per Bal. in l. quoties. la 1. num. 5. C. de fideicommiſ. concludens, quòd paria ſunt plures ſimul uendere, uel inuicem alienationi, & uenditioni conſentire, intelligendo de expreſſo conſenſu, & latius tetigi de anno 1574. in una Placentina de Todiſchis.

516 Decimusquartus caſus eſt, † ut prohibitus alienare non poſſit etiam bona ad monaſteriũ transferre per ingreſſum religionis, Imol. in l. ſi quis ità. §. ea lege. col. 2. ff. de uerbo. obligat. Bero. conſi. 94. num. 9. uol. 1.

* Sed in contrarium eſt * communis opinio fauore piæ cauſæ, ut reſpondit Rimin. al. conſi. 243. num. 58. uol. 2.

Declaratur modò iſte decimusquartus caſus, ut procedat ità demum, quãdo conſtat de mente teſtatoris, quòd uoluit monaſterium excludere ordinando, ꝙ bona conſeruentur, & remaneant in familia ſua, ut latè concludit Dec. conſil. 259. col. 1. & ſeq.

517 Decimusquintus caſus eſt, † ut prohibitus alienare nõ tamen dicatur prohibitus ad diuiſionem prouocare, Bal. in c. 1. in princip. num. 12. de prohib. feud. alien. per Fede. & reſpondit Bero. conſi. 86. nu. 27. uol. 2. & abundè per Decia. conſi. 55. num. 73. & ſeq. uol. 3.

518 Quamuis enim diuiſio † alienatio ſit, l. 1. C. commun. utriuſq; iud. Boer. deci. 36. tamen ea non eſt præiudicialis fideicommiſſo, nec iuri alieno Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 1. quæſt. ff. de uerbo. obligat. Sic etiam 519 uidemus rem emphyteoticam † poſſe diuidi inter plures emphyteotas irrequiſito domino, Rodoa. de reb. Eccleſ. non alien. pagi.

* & de * communi in materia feudali, & emphyteotica Lamberteng. ſuper ſtatuto de cõtract. mulie. pag. 13. num. 26. & ſeq. & abundè hunc caſum probat Decia. conſi. 55. num. 73. & ſeq. uol. 3.

Sed in contrarium, quod imò etiam diuiſio dicatur alienatio, probat Rui. conſi. 115. nu. 1. 520 & 10. uol. 2. & ualet ad tempus † prohibitio diuiſionis, ſed non in perpetuum, nec ad uitam prohibiti, latiſſimè per Marcabrun. 521 conſi. 82. & diuiſio † eſt ſpecies tranſactionis, Boe. deciſ. 147. num. 2. in fi. quæ uidetur interdicta, ut ſuprà dixi in præcedenti concluſione in 1. caſu.

Declaratur modò hæc concluſio, ut procedat, 522 † etiam ſi diuiſio ſit prohibita per teſtatorem, quia nihilominus poterit impunè diuiſio fieri quò ad fructus, & ſic dicta prohibitio

tio intelligi debet, quò ad diuiſionem proprietatis, Rolan.conſi.80.num. 33. uol.1.

Non omitto autem in hoc articulo, quòd diuiſio ad tempus prohiberi poteſt, ſed non in perpetuum, & ubi in perpetuum facta ſit,
523 † tamen ſuſtineri debet, quò ad tempus, Curt. Iun.conſi.115.col.2. loquẽs in teſtatore, qui diſpoſuerat bona ſua remanere debere inter ſuos deſcendentes communia, & indiuiſa perpetuò, ut ſaltem ſuſtineatur d. diſpoſitio ad effectum fideicommiſſi, non tamen perpetuæ alienationis, de quo etiam dixi ſuprà in 1. q. princip. in quinta cauſa, in 3. exemplo.

524 Decimusſextus caſus eſt, vt donatio † pro benemeritis nõ cenſeatur interdicta per generalem prohibitionem de non alienando, vt concludit Bero. conſi.65.num. 14. vol. 1.

Decimusſeptimus caſus eſt, vt prohibita
525 † alienatione nõ videatur prohibita permutatio, Bar. in l.pen. §. inſtituto. & in additio. ad eum. ff. de lega. 2. & faciũt, quæ dixi ſuprà, in 9. caſu: & latè probat Alba conſi.97.num. 13. & plur. ſeq. & per totum. concludens permutationem, uel ſubrogationem aliorum bonorum, vel alienationis ipſorum utilem fideicõmiſſo tutè fieri poſſe. & facit pro hac concluſione, quod dicitur in l.ſi donatæ res. §.1. ff. de donat. inter vir. & uxo. ubi habetur, ꝙ diſtribui non videtur, quod uice mutua datur & in materia ſubrogationis, vel permutationis. & quòd hæres alienans aliquam rem ſubiectam fideicommiſſo, & aliã emens dicatur ſubrogaſſe acquiſitum loco illius, latè probat Iaſ. conſi.231. in princip. vol. 2. & latius poſt plures concordan. per eum citatos, Marza. conſi.22. in princip. & rogatus reſtituere fideicommiſſam tenebitur reſtituere bona ſubrogata, uel permutata, latè Decia. conſi.27. per totum. & conſi.52. nu.39. & plur. ſeq. uol.1. & ibi etiam de pecunia hæreditaria implicata in fundis dotalibus, & abũdè Dec. conſi.55. nu.60. & plur. ſeq. uol.3. loquens in prohibitione alienationis, vel uenditionis, quòd permutatio non dicatur interdicta. quò fit, ut fideicommiſſarius non poſſit agere ad rem ſubiectam fideicommiſſo, ſed ad permutata, Burſat. conſi.298. nu. 18. uol. 3.

In contrarium tamen facit, quia videmus, ꝙ
526 emphyteota, † cui abſolutè interdicta eſt alienatio irrequiſito domino, tamen non poteſt permutare, niſi inter ipſos in inſtitutione uocatos, uel niſi bona fide facta ſit, Rodoan. de rebus Eccleſiæ non aliena. ndis, pag. 510. num. 29. & eſt * communis, ut etiam in materia emphyteotica, & feudali, latè per Lamberteng. ſuper ſtatuto de contractubus mulie. pag. 20. num. 43. & ſeq. & pro hac con-
527 cluſione facit, quia prohibitus † alienare, ſi alienat, & is, cuius fauore facta eſt prohibitio non læditur, tunc non dicitur facere contra prohibitionem, Natta conſi.470.nu. 5. & hunc caſum comprobat Decia. cõſil.55. num.76. vol.3. & ante eos Caſtren. de quo nemo facit mentionem, conſi. 269. dubitatur. per totum. in 1. parte. loquens in cauſa pia: unde interdictus, eſt prohibitus vẽdere, alienare, contractum facere, & actum, ex quo alienatio ſequeretur, nihilominus non dicatur prohibitus permutare in melius.

Hæc autem concluſio, tenendo primam partẽ,
528 non procedit, ubi apparet, † quòd teſtator uerisimilem habuit affectione ad rem prohibitam alienari, quia ſcilicet, uel fuit maiorum ſuorum, uel in ea fuit educatus, tunc enim etiam dicitur interdicta permutatio, Crot. in d.§. diui. nume. 114. & ità etiam expreſsè conſiderat Caſtren. d. conſi.269. dubitatur. ad ſi. uerſic. item non obſtat ſi dicatur &c. in 1. parte. Quæ ergo ſuprà adduxi in contrarium, procedunt, uel in fideicommiſſo uniuerſali omnium bonorum, uel in fideicommiſſo particulari inducto per mortem alicuius, aliàs autem ſi agatur de fideicommiſſo particularis rei, ad quam teſtator particularem habuit affectionem, tunc interdicta eſt permutatio, ſeu ſubrogatio, etiã rei utilioris, ſeu pretioſioris, ut etiam uoluit Alba conſi. 97. nume. 19. ſatis enim dicitur
529 † damnoſum illud, quod fit contra domini uoluntatem, etiam ſi alias utile eſſet, l. fin. ff. de uſu. & habit. Alexan. conſi. 55. in fi. uolumine 2.

Decimusoctauus caſus eſt, vt hęc ſecunda concluſio de plano procedat in bonis, quę non erant nec teſtatoris, nec ipſius hęredis, Bologne. conſi.17.

530 Decimusnonus caſus eſt in materia † feudali, vel fideicõmiſſaria, quòd prohibita alienatione aliquibus facta nõ dicatur prohibita alienatio inter eos, latè per Decia. cõſi.55. nu.70. & plur. ſeq. vol.3. etiam ſi alienatio fiat in remotiores, vt ibi per eum. quod vltimum eſt * communiter damnatum, Curt. Iun. in tractatu feudo. in 3. parte. nume. 146. in fi. in feudo antiquo, vel in fideicommiſſo relicto familię, de quo in l. cũm ità. §. in fideicõmiſſo. ff. de lega. 2.

531 Vigeſimus caſus eſt, † vt prohibitus alienare non dicatur tamen prohibitus perſonaliter ſe obligare, vt concludit Bar. in l. pen. §. inſtituto. ff. de lega. 2. Marius Anguiſſ. conſi.71. nume. 6.

532 Vigeſimusprimus caſus eſt, † quando prohibitus alienare ignorãs fideicommiſſum il-

lud etiam ignoranti alienauit,l.fina.§.fi.ff.de legat. 2.

Declaratur autem iſte caſus, vt procedat ſolùm in fideicommiſſo inducto per inſtitutionem expreſſam, quæ tacitam habet in ſe prohibitionem alienationis; ſecus autem ſtante expreſſa prohibitione de non alienando, Ruin. conſi.123.nu.12.ad fi. & latius ac abundè ſuprà probaui.

533 Vigeſimusſecũdus caſus eſt † in alienatione conditionali, quę non cenſetur prohibita, Menoch.conſi.38.nu.13.

534 Vigeſimotertio loco alienare † prohibitus non dicitur contrafacere, ſi licentiam alienandi alteri concedat, Burſat. conſil. 30. nume.28.

In contrarium tamen facit text.in l.cum pater. §.libertis.ff.de legat.2.& in l.ſi fundum per fideicommiſſum.in principio.& l.nihil. §. 1. ff. de leg.1.

Pro ſolutione tamen videndus eſt Caſtren.in d. §.libertis.qui concludit, quòd quando vnicũ duntaxat extat fideicommiſſum, ſeu in vno caſu tantùm ſcilicet alienationis, quòd tunc per conſenſum etiam tacitum dicitur fideicommiſſarius perpetuò excluſus à fideicõmiſſo cõſentiendo illud alienari, ſi autem fideicommiſſum eſt etiam inductum in caſu mortis, putà, ſi vltra prohibitionem de non alienando fideicommiſſarius ſit vocatus, ſi hæres ſine filijs deceſſerit, tunc tacitè conſentiendo illud alienari nõ ſibi præiudicat, quominus audiatur in caſu mortis ſine filijs, ſecus ſi expreſsè, vt ibi per eum.

Si tamen conſentiens conſentiret non ex iure ſuo, & tanquàm parentis, ſed vigore alicuius officij, tunc ſecus, ità concludit latè Anchar. Iun.q.17.in 2.parte. Rurſus ſi iam fideicommiſſum erat purificatum, & res erat effecta fideicommiſſarij, tunc conſentiens dicitur alienare, & ita procedunt allata ſecundo loco, vt ibi per eum, & ſuprà etiam tetigi.

535 Vigeſimoquarto caſu † res modica nõ cenſetur prohibita alienari, Beccius conſi. 100. nume.20.

Sed in cõtrarium ſtat Vegius conſi.vlti.nu.330. & ſeq.nu.337.& nu.349.

536 Vigeſimusquintus caſus eſt, † vt prohibitus alienare extra ſamiliam, nõ dicatur prohibitus alienare requiſitis illis de familia, & non volentibus emere; ità concludit Bar.in l. qui Romæ. §.coheredes. & cæteri ſequuntur. ff.de verbo.oblig.Curt.Iun.conſil.114. col.2. & conſi.57.& ſuprà tetigi in præcedẽti quęſt. princip.in 3.differentia.

Sed contrarium latè defendunt Io. de Anan. & Bologne.ad eum conſi.47.per totum. & omni in caſu deciſio Bar.non habet locum, vbi fideicommiſſum eſt abſolutũ, vel ſaltem quãdo prohibita eſt alienatio extra familiã adiecta etiam cauſa, quia vult teſtator, quòd bona ſtent in familia, Ruin. conſi.134. col. pen. in fi. vol. 3.

537 Vigeſimusſextus caſus eſt, † vt prohibita alienatione, non dicatur prohibita translatio poſſeſſionis in alium, Celſus conſi. 1. nu.13.

Vigeſimusſeptimus caſus eſt in alienatione,
538 † quæ fit pro recuperatione fideicommiſſi,
vel pro eius conſeruatione. nam huiuſmodi
alienatio neceſſaria, & irreuocabilis eſt, gloſſ.
& Docto.in l.Marcellus.§.res, quæ. ff. ad Trebellia.vbi inter cętera exemplificant in rebus ſterilibus, vel quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & ibi Doctores æquiparant hũc caſum caſui, de quo in Auth.res, quæ.C.communia de legat. & probat etiam Iaſ.in l. diuortio.§. interdum.nu.4.ff.ſolu.matr. vbi citat ad hoc Io.de Ana. conſi.32. & habetur etiam in c. ex parte.§.alia quoque dubitatio.de feud.

Vigeſimusoctauus caſus eſt, in alienatione fa-
539 cta † cum pacto redimẽdi: nam ea permiſſa
reperitur de re prohibita alienari, vt concludit Ripa loquens in re emphyteotica, in l. in quartam.nume.56.in princ.ff. ad leg. Falcid. poſt Bal. & Dec.per eum citatos, concluden-
540 tes, quod, quando emphyteota † alienat cũ
pacto redimẽdi ſacta recuperatione, dicitur rẽ habere ex prima cauſa, Cagnol.in l. 2. nume.174. C.de pact.inter empto.& vendit. Socin.Iun.conſi.20.nume.31.vol.1. & ità declarari debet id, quod ſuprà dixi in prima concluſione, in nona declaratio.iſtius quęſtionis principalis.

541 Vigeſimusnonus caſus, † quòd prohibita alienatione inter viuos, vel in codicillis, non cenſetur prohibita in teſtamento, vel è conuerſo, Riminal.conſi.269.nu.16.vol.2.

542 Trigeſimus caſus eſt in alienatione, † quæ ſit nulla; nam per eam non videtur intrare diſpoſitio prohibitiua pœnalis, vt ſuprà dixi in præcedenti concluſione in princi.in quinta declaratione.

543 Trigeſimusprimus caſus eſt, † vt prohibitus alienare, etiam ſub verbis geminatis vniuerſalibus, putà, Quoquomodo &c.tamen ad tempus, donec creditoribus ſit ſatisfactũ de fructibus ad vitam etiam grauati, bona poſſint adiudicari, latè defendit Ruin. in d.§. diui.nu.51.& ſeq.

Trigeſimusſecundus caſus eſt in alienatione,
544 † quæ non ſit ſortita effectum, quia ſcilicet
poſſeſſio non ſit ſubſecuta, vt etiam dixi ſuprà in præcedenti concluſione, in quinta declaratione.

545 Trigeſimustertius, prohibitus † alienare certam rem, putà, caſtrum, vel domum, non

dicitur

dicitur contrauenisſe partem alienando, Iaſ. conſi. 54. col. 1. in fi. vol. 3. Quod an verum ſit, latius infrà explicabo aptiore loco.

546 Trigeſimusquartus caſus eſt, † quòd prohibitio alienationis extra familiam, non extenditur vltra quartum gradum, & ideò vlteriores liberè poterunt alienare, niſi adiectũ ſit verbũ Perpetuò, Menoc. cõſi. 95. nu.

547 Trigeſimusquintus caſus ſit, † quãdo prohibitus alienare alienauit, & alienationem iurauit, vt latè per Bec. cõſi. 99. nu. 10. & ſeq.

548 Trigeſimusſextus caſus eſt, † quando data eſt licentia alienandi ex certa cauſa, & tunc quæ ſint neceſſariò probanda, vide omninò per Senat. Pedemon. deciſ. 171.

549 Trigeſimusſeptimus caſus eſt, † vt pro vtilitate aliorum bonorum teſtatoris poſſit fieri alienatio, Burſat. latè conſi. 151. num. 11. & plur. ſeq. vol. 2.

Vnum antè non omitto, quod pertinet ad alienationẽ neceſſariam, quæ non cenſetur prohibita, vt ſuprà tetigi: & probat etiam Iaſ. in l. fi. nume. 48. & ſeq. ad fin. C. de iur. emphyt. & ante eum Alex. conſi. 189. num. 12. volu. 2. loquentes in emphyteoſi, quòd quamuis non poſſit ſine domini conſenſu alienari, regulariter tamen ſecus eſt in alienatione neceſſaria, putà ex teſtamento, vel titulo aliquo merè lucratiuo, ſcilicet, legati, vel donationis, & huiuſmodi. Nihilominus certum eſt, quòd in illis caſibus à iure permiſſis adhuc non eſt permiſſa alienatio in perſonas à iure prohibitas, etiam in ea materia, ſcilicet, in eccleſiã, vel eccleſiaſticam perſonam, vel militem, aut prætorem, & huiuſmodi, vt concludit poſt alios Iaſ. vbi ſuprà. nu. 91. ergò fortius idẽ dicendum eſt in hac materia noſtra, in qua minus permiſſa eſt alienatio. & tantò magis, ſi dictum eſſet per teſtatorem, ne fiat alienatio quouis titulo, cauſa &c. vt etiam per Iaſ. vbi ſuprà, nu. 58. dum concludit, quòd ſi pactum ſit in contractu emphyteotico, vt non fiat alienatio quouis titulo, iure, vel cauſa ſine cõſenſu domini, tunc etiam fieri non poterit, etiam ex cauſa neceſſaria, vel titulo lucratiuo ſine domini conſenſu.

Et inſuper dum etiam diximus per prohibitionem de non alienando non cenſeri interdictã alienationem, quę fieret ex teſtamento in eũ, qui erat ab inteſtato ſucceſſuтus, id ſanè accipi debere, dummodò is non ſit aliàs incapax, vel de prohibitis per teſtatorem. Quod facit ad declarationẽ Decreti Philippi Mariæ Ducis Mediolani, quod etiam in hoc dominio receptũ eſt, Decreto 30. quo cauetur, quòd nemo audeat, vel præſumat directè, vel per indirectum palàm, vel occultè ſub aliquo prætenſo colore vendere, vel donare, pignorare, vel inſolutum dare, nec ex cauſa dotis transferre, nec ex teſtamẽto, codicillis, vel legato relinquere, nec aliqua ex diſpoſitione inter viuos, vel in vltima voluntate transferre, nec quouiſmodo alienare, infeudare, vel ad longum tempus locare, vel concedere, nec ex aliqua legitimatione incapacium, & inhabilium relinquere aliqua Caſtra, vel Fortalitia, aut loca pro veris fortalitijs habita, & ædificata, feudalia, allodialia, vel propria in dominio noſtro exiſtentia in quempiam ſubditum noſtrum, vel non ſubditum ſine noſtra ſpeciali, & expreſſa licentia, aliàs alienatio ſit ipſo iure irrita, & inanis; & nihilominus pretium, & res ſint fiſco noſtro applicata &c. pmittentes, & declarantes, quòd habẽtes Caſtra, & Fortalitia poſſint ab inteſtato filijs legitimis, & aliàs de cognatione propria ſecũdum iuris diſpoſitionem relinquere, dummodò tamen extra propriam agnationem non transferantur &c. ſuper quo Decreto ſcripſit Iaſ. conſil. 54. volum. 3. vbi pluribus modis illud declarat. Quamuis enim per dictum Decretum interdicta ſit alienatio etiã in vltima uoluntate, tamẽ intelligi debet, niſi fiat in perſonam legitimam de filijs capacibus, & agnatione habentis Caſtrũ, vel Fortalitium: quia ſi eis permiſſum eſt ab inteſtato ſuccedere, vt legitur ex vltima parte dicti Decreti, fortius idem dicendum eſt, quòd poſſint habere ex teſtamento, cuius cauſa fauorabilior eſt, l. vel negare. ff. quemadmo. teſtamen. aperian. Dec. in l. in teſtamentis. in princ. ff. de reg. iur. & in l. quandiu. vbi etiam Cagnol. ff. eod.

Conſtat autem ab eo Decreto excludi illegitimè natos, vt legitur ex eo. & ob id concluſi in vna Placentina de Todiſchis in cauſa Caſtrorum Corani &c. adoptiuos quoque excluſos cẽſeri per dictum Decretum, per deciſionem Bald. in l. ſi te parens. C. de legiti. hæred. quatenus cõcludit, plus eſſe legitimatum, quàm adoptiuũ; quia ille habet naturalia primordialia, quæ non habet adoptiuus. & cõſi. 24. Statuto ciuitatis. ad fin. in prima parte. dum dicit, quòd ſtatutum loquens de filijs excludit naturalem tantùm, & fortius adoptiuũ, vel arrogatum, qui eſt legitimus tantum, & eſt fictè filius.

ARGVMENTVM.

De coniecturanda voluntate diſponentis circa fideicommiſſum: & quæ ſit formula fideicommiſſi.

SVMMARIVM.

1 Doctores, qui ſcribunt pro fideicõmiſſo plerunq; menti veriſimili teſtatoris adhærent, quã ex cõiecturis eliciunt, licèt verba omninò non conueniant.

1 *Doctores aliqui modò ſcribunt pro mente, & ſic pro fideicommiſſo, modò contra fideicommiſſum, prout exigit pecunia, quæ eis datur.*

3 *In dubio non eſt recedendum à verbis diſponentis, etiam ſi aliàs actus redderetur nullus, niſi de mēte clarè conſtet, & verba impropriari poſſunt.*

4 *Quando pugnant inuicem mens, & verba, tunc non ſtatur menti, nec verbis, & nu. 57.*

5 *Voluntas teſtatoris lex eſt & prædominatur, & illa eſt, quæ totum facit.*

6 *Lex pedetentim ſequitur voluntatem teſtatoris, ſicut venator leporem.*

7 *In vltimis voluntatibus omnis verborum rigor, & forma poſtergatur, vbi de mente teſtatoris conſtat, & nu. 11. & 15.*

8 *In interpretanda vltima voluntate non eſt nimis ſubtilizandum, quia perniciosè poſſet errari.*

9 *Veritas obumbratur per ſubtilitates iuris, per quas plerumque contigit errari.*

10 *In ſcrutanda vltima voluntate pares ſunt vires coniecturationis, & diſpoſitionis.*

12 *Fideicommiſſum tunc eſt fauorabile, quando teſtator dixit, velle bona in familia conſeruari, quia hoc cenſetur feciſſe fauore agnationis.*

13 *Perpetuò geminatè prolatum operatur fideicommiſſum abſolutum.*

14 *Non eſt durius, & odioſius fideicommiſſum abſolutum, quàm factum in caſu alienationis*

16 *Nihil inter homines eſt tam indubitatum, quod non recipiat quandam ſolicitam dubitationem.*

17 *Nunquam eſt maior verborum forma, quàm ſenſus contrahentium, ſi de eo poteſt conſtare.*

18 *Virtus humanorum actuum non conſiſtit in atramento, ſed in cerebro.*

19 *Littera occidit, ſpiritus autem viuificat.*

20 *Dicitur conſtare de mente, quando læſio magna reſultaret.*

21 *Voluntas ſufficit, quæ ex coniecturis elicitur.*

22 *Si non apparet de voluntate teſtatoris, quid agendum ſit.*

23 *Si omiſſa ſint fideicommiſſi verba, & cætera, quæ leguntur cum his, quæ ſcribi debuerunt, congruant, rectè datum, & minus ſcriptū intelligitur.*

24 *Coniecturis locus eſt, etiam quò ad inducendam ſubſtitutionem directam. Contrà num. 31.*

25 *Subſtitutio extenditur de caſu ad caſum, in quem teſtator prouidiſſet, ſi de eo cogitaſſet.*

26 *Etiam in contractibus mens potius, quàm verba inſpicienda eſt, & verba menti, non mens verbis inſeruire debet.*

27 *Plus attenditur mens, & intentio iudicis in ſententia, quàm verba ſententiæ, vel laudi.*

28 *Ambulare dicimur in tenebris, cum agitur de interpretanda mente teſtatoris, cum quo locuti non ſumus, & qui non poteſt modò mentem ſuam aperire.*

29 *Sermones ſunt notæ, & ſigna earum, quæ ſunt in anima noſtra, paſſionum.*

30 *Vox eſt præco cordis noſtri, & nu. 52.*

32 *Veriſimilitudo non attenditur, quando non percipitur ex verbis, aut ſerie teſtamenti, itâ quòd poſſit dici voluntatem tranſiuiſſe in diſpoſitionē.*

33 *Veriſimile non attenditur, quando non eſt itâ veriſimile, ut contrarium ab aliquo non poſſit credi.*

34 *Si teſtator vni legat fundum, alij vſumfructum eiuſdem fundi, concurrunt in vſufructu.*

35 *Si teſtator uolens veſtem legare, ſcripſit ſuppellectilem, credens eius appellatione veſtem quoque contineri, veſtis non debetur.*

36 *De mente non eſt curandum, niſi uerba ei poſſint applicari propriè, uel impropriè.*

37 *Quod non eſt ex uerbis, non dicitur, quod ſit mens coniecturata teſtatoris.*

38 *Cui verba non conueniunt, non etiam conuenit diſpoſitio.*

39 *Iudex potius errare debet, & id tolerabilius eſt, ſequendo ſcriptum, quam uoluntatem, quam non vidit.*

40 *Imputandum eſt teſtatori, cur mentem ſuam clarius, & apertius non expreſſerit.*

41 *Nullum maius teſtimonium mentis noſtræ eſt, quàm qualitas inſpecta verborum.*

42 *In legatis, & fideicommiſſis ſit ſtricta interpretatio, ideò in eis magis uerba attenduntur.*

43 *An, & quando magis attendatur mens, quàm verba, vel contrà: & ibi diſtinguuntur plures caſus.*

44 *Quid agendum, quando mens, quæ allegatur eſt præter ſenſum, & uim uerborum propriam, vel impropriam.*

45 *Quid, quando contra proprietatem uerborum, ſed tamen uerba ei poſſunt deſeruire, intelligendo impropriè, uel etiam impropriſſimè.*

46 *Etiam ſi uerba teſtatoris in caſu expreſſo non conueniant nec propriè, nec impropriè ad caſum, qui poſtea contigit, nihilominus ex veriſimili mente extenſio fieri debet.*

47 *Diuinatio in iure noſtro licita eſt, quando ratio ita dictat.*

48 *Lex præſumit teſtatorem diſpoſuiſſe id, quod rationabiliter fieri debuit.*

49 *Quando dicimus ex voluntate recedendum à verbis, intelligitur, ſi voluntas probata ſit, aliàs ſecus.*

50 *Copula non copulat æqualiter, prout eſt de natura eius, quando probatur diſponentem aliud ſenſiſſe.*

51 *Probato verbo probatur animus.*

53 *Quid agendum, quando verba non prorſus diſcrepant à voluntate teſtatoris.*

54 *Coniecturis non eſt opus, vbi verba ſunt clara, & nulla in eis eſt dubitatio.*

55 *In caſu claro omnis interpretatio calumnioſa dicitur.*

56 Vo

56 *Voluntatis quæſtio non admittitur, ubi uerba ſunt clara.*

58 *Qualiter probetur, quòd mens teſtatoris fuerit diuerſa à ſono uerborum expreſſorum.*

59 *Euidens teſtatoris uoluntas dicitur, quæ ex coniecturis colligitur.*

60 *Coniecturæ debent elici ex diſpoſitis in teſtamento, & eſse concludentes, & num. 143.*

61 *Coniectura quid ſit.*

62 *Si agatur de fideicommiſſo continuatiuo, & reciproco maiores coniecturæ requiruntur, quàm ſi agatur de fideicommiſſo inducto in aliquo caſu.*

63 *Pro fideicommiſſo facienda eſt interpretatio, quando aliàs uerba diſpoſitionis eſſent ſuperflua, & eluſoria.*

64 *Coniecturalis ſtatus attenditur in ultimis uoluntatibus, non in contractibus.*

65 *Probatio quid ſit.*

66 *Probationum duæ ſunt principales ſpecies, alia iuris, alia facti.*

67 *Probatio facti eſt triplex, alia eſt plena, alia uerisſimilis, alia non uerisſimilis.*

68 *Verisſimilis probatio indiget patrocinio aliquo, putà, iuramento ſuppletiuo, uel alijs circunſtantijs, quæ iudicem moueant ad iudicandum rem ſic ſe habere.*

69 *Probatio non uerisſimilis pro nulla habetur.*

70 *Iudicis eſt veritatē ſequi, & ad hoc ſolùm inuentus eſt, vt veritatem perquirat, & inueniat.*

71 *Iudex ſemper moueri debet aut ex probatione ſcripturæ, aut teſtium, aut confeſſionis partis, aut euidentiæ facti, aut præſumptionum violentarum.*

72 *Probationis tres ſunt gradus ſuſpicio, opinio, & credulitas.*

73 *Probationum variæ ſunt ſpecies, quædam fiunt per teſtes, quædam per inſtrumenta, quædam per coniecturas, quædam per iuris præſumptionem.*

74 *Præſumptio quid ſit, & nu. 79 ac 91.*

75 *Præſumptio eſt minus, quàm ſemiplena probatio, item quàm ſit indicium, & nu. 83.*

76 *Præſumptio aſſimilatur veritati, & appellatur veriſimilitudo.*

77 *Veriſimilitudo cognata eſt naturæ.*

78 *Præſumptio eſt probatio probans, non autem probata.*

80 *Præſumptio aptatur ijs, quæ communiter accidere conſueuerunt, & non aliter.*

81 *Præſumptionum alia eſt hominis, alia iuris.*

82 *Præſumptio iuris duplex, alia iuris tantùm, alia iuris & de iure: & ibi habetur, quid ſit utraque.*

84 *Quinq; ſunt ſtatus mentis iudicis, primus ignorantia, ſecundus quando actor petit, reus negat, tertius flexio mentis, quartus uehemens applicatio mentis, quintus plena, & indubitata fides: & ibi unumquodq; horum declaratur.*

85 *Fictio quid ſit, & num. 87.*

86 *Fictionis natura eſt fingere id, quod poſſibile ſit in genere ſuo, & non cadit ſuper impoſsibili, ſicut nec præſumptio, & num. 90.*

88 *Præſumptio cadit ſuper incerto, fictio ſuper certo.*

89 *Fictio non admittit probationem in contrarium, etiam per confeſsionem partis, ſecus in præſumptione iuris & de iure.*

92 *Naturalis ratio dictat non debere pronunciari contra unum perfectum indicium.*

93 *Coniectura quid ſit.*

94 *Coniectura debet probari per duos teſtes.*

95 *Coniecturæ, adhoc ut iuuent, debent eſſe à proximis, & uiolentæ.*

96 *Violenta coniectura eſt præſumptio iuris.*

97 *Sententia poteſt ferri ex pluribus coniecturis ad idem tendentibus, ſicut ex pluribus præſumptionibus, & indicijs.*

98 *Coniectura, & indicium ſunt ſynonima, & minus important, quàm præſumptio.*

99 *Coniectura non facit ſemiplenam probationem, niſi adſint multæ bonæ, quia tunc habent uim unius teſtis.*

100 *Probatio, quæ fit per coniecturas legales, dicitur euidentiſſima.*

101 *Coniecturæ non debent eſſe fundatæ in aere.*

102 *Coniecturæ conſiſtunt ut plurimùm in arbitrio iudicis,*

103 *Suſpicio quid ſit.*

104 *Suſpicio, & præſumptio parùm differunt.*

105 *Suſpectus de hæreſi, ſi citatus non compareat, dicitur uehementer ſuſpectus, & ſi per annum ſteterit excommunicatus, talis præſumptio tranſit in uiolentam.*

106 *Suſpicio una non inducit præſumptionem, ſed plures requiruntur.*

107 *Adhoc ut reus recipiatur inter reos, requiritur, quòd aliqua ſuſpicio iudicis, & præſumptio laboret contra eum.*

108 *Ad probandam ſuſpicionem ſufficit leuis probatio, cum oriatur ex leuibus ſignis; ſigna tamen debent plenè probari.*

109 *Suſpicionum alia uehemens eſt, & uerisſimilis, ſeu probabilis; alia temeraria.*

110 *Suſpicio non eſt ſufficiens ad torturam, nec ad condemnationem, etiam ſi ſit uehemens.*

111 *Suſpicio iudicis eſt multum pernicioſa in aliquibus, ut in crimine falſi.*

112 *Fuga famuli parit ſuſpicionem, quod ſit furatus res, quæ in domo deficiunt.*

113 *Opinio eſt ratiocinatio de re dubia.*

114 *Fama eſt ratiocinatio uulgi.*

115 *Error eſt priuatio intellectus, cauſata per falſi imaginationem.*

116 *Argumentum eſt propoſitio ex aliquibus exiſtentibus reſultans ad propoſitum oſtendendum, ſeu concludendum.*

117 Argumentum quid differat à coniectura, præſumptione, ſuſpicione, & ſimilibus.

118 Argumenta ſufficiunt in his, quæ dilucidè probari non poſſunt.

119 Vbi argumentis locus eſt, tunc probationes poſſunt recipi, etiam parte non citata.

120 Adminiculum duplex eſt: & ibi quid ſit vtrunq;.

121 Adminiculum non eſt ſpecies probationis.

122 Adminiculum vehemens ſupplet imperfectam probationem.

123 Indicium quid ſit, & quotuplex ſit.

124 Indicium; & præſumptio differunt; quia indicium eſt probatio probata, præſumptio eſt probatio probans.

125 Indicium quodque debet probari per duos teſtes.

126 Præſumptio tangit directè factum probandum, indicium verò indirectè.

127 Indicium an ſit minus, quàm præſumptio, vel ei æquipolleat.

128 Indicium an faciat ſemiplenam probationem.

129 Indicium ad torturam eſt minus, quàm ſemiplena probatio.

130 Non datur ſemiplena probatio ſemiplenæ probationis, nec ſemiplenum indicium.

131 Vnus teſtis de viſu maleficij facit indicium ad torturam.

132 Semiplena probatio non datur in criminalibus.

133 Indiciorum aliud leue, aliud graue, aliud grauiſſimum.

134 Indicium ad torturam plus eſt, quàm præſumptio.

135 Ex vno indicio, & coniectura regulariter non fit ſemiplena probatio, nec defertur iuramentum suppletiuum, ſecus ſi plura adeſſent indicia, & coniecturæ. & num. 140.

136 Quæ ſingula non proſunt, multa in vnum collecta iuuant.

137 Confeſſio vulnerati non facit præſumptionem, nec indicium.

138 Indicium quandoque ſumitur pro directa, vel præſumpta probatione voluntatis teſtatoris, quandoque pro quibuſdam adminiculis, & circunſtantijs veriſimilibus.

139 Indicium indubitatum licet multos effectus pariat, tamen non ſufficit ad condemnandum corporaliter, niſi leui pęna, putà, fuſtigationis.

141 Notorium quid ſit, & quot ſint eius ſpecies, & effectus, remiſſiuè.

142 Notorium facti permanentis, vel reſultantis ex actis conterit contrariam præſumptionem, etiam ſi ſit iuris & de iure, & illi præualet.

144 Vbi ſubſtitutio eſt dubia, ſemper fit interpretatio contra eum, qui nititur ex tali ſubſtitutione.

145 In conditione poſiti non cenſentur vocati ex unica coniectura.

146 Coniecturæ debent eſſe legis, non hominis, & ibi latè quot, & quales eſſe debeant, ut à uerbis recedamus, & num. 148. 150. 152. 160. 177. 190. 255.

147 Vbi verba teſtatoris poſſunt importare vnum, & aliud, non poteſt dici de mente ipſius conſtare.

149 Teſtator cenſetur grauare hæredem minus, quàm fieri poteſt.

151 Teſtatoris diſpoſitio an, & quando interpretanda ſit, ut ſit conformis diſpoſitioni iuris communis.

153 Conuenit leges rectè poſitas omnia terminare, & pauciſſima iudicantis arbitrio committere.

154 Poſiti in conditione an, & quando diſpoſitiuè per fideicommiſſum cenſeantur vocati, & numero 171, 172. 176. & latiſſimè vſque ad num. 229.

155 Conditio nihil ponit in eſſe, niſi ex tacita uoluntate diſponentis, & nu. 158.

156 Statutum, quod uocat fęminas, ſi maſculi non extent, à contrario ſenſu, extantibus maſculis, cenſetur fęminas excludere.

157 Sed dictio eſt aduerſatiua, & repetitiua præcedentis qualitatis.

159 Non dicitur ſine liberis deceſſiſſe, qui uel unum tantum reliquit.

161 Si princeps concedit caſtrum hoc acto, quod ſi ille decedat ſine liberis, reuertatur ad concedentem, ſi decedat cum filio, qui decedat ſine filijs, caſtrum remanet ipſius, niſi conceſſio ſit facta in feudum.

162 Quoties prouiſio facta eſt in uno caſu, in alio oppoſito cenſetur prouiſum totum contrarium.

163 Poſiti in conditione, licet non dicerentur uocati diſpoſitiuè, tamen habent talem qualem uoluntatem teſtatoris, quæ facilè adiuuatur ex coniecturis.

164 Filiorum appellatione poſitorum in conditione uenit etiam fęmina.

165 Nepotes an ueniant appellatione filiorum poſitorum in conditione, & quid ſi ſit dictum, ex ſuo corpore naſcituris.

166 Filiorum appellatione idem uenit, quod liberorum, quò ad præſentem materiam.

167 Naturales filij tantum ueniunt appellatione filiorum poſitorum in conditione, niſi ex dignitate teſtatoris, uel alijs uerbis adiectis filiationi, appareat, aliud ſenſiſſe teſtatorem.

168 Filij poſiti in conditione excludunt perpetuò ſubſtitutum, etiam ſi per momentum temporis poſt mortem hæredis inſtituti ſuperuixerint.

169 Filij poſiti in conditione excludunt ſubſtitutum, etiam ſi non ſint hæredes patris, dum tamen ſint capaces, & poſſint hæredes eſſe ex teſtamento, uel ab inteſtato.

170 Hæredum appellatione in ſubſtitutione, ſi deceſſerit ſine hæredibus, ueniunt filij, niſi ſit ſimul facta mentio de hæredibus, & filijs, quia tunc debet cō-

currere

currere vtraque qualitas.

171 *Qualitas maſculinitatis adiecta poſitis in conditione, an operetur, vt cenſeantur diſpoſitiuè vocati, latiſſimè.*

173 *Statutum quòd mater excludatur ſtante patruo, factum fuit fauore agnationis; ſed quia hæc ratio nõ fuit expreſſa, nõ extenditur, ſed reſtringitur in perſonis ſpecificatis.*

174 *Statutum quòd ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, non habet locum, vbi maſculi non ſint hæredes.*

175 *Poſiti in conditione, etiam cum qualitate maſculinitatis, ſolùm operantur excluſionem ſubſtituti, non alterius perſonæ.*

178 *Si vaſallo ſit data licentia diſponendi, & teſtandi de feudo in quemcunque voluerit, & is deceſſerit ab inteſtato, creditur voluiſſe, quod perueniat ad venientes ab inteſtato.*

179 *Qui poteſt auferre bona venientibus ab inteſtato, & non aufert, dicitur eos hæredes ſcribere.*

180 *Decedenti ab inteſtato is ſolum admittitur, qui tempore obitus illius proximior reperitur.*

181 *Votum commune parẽtum eſt, vt eis omnes deſcendentes ſui ſuccedant.*

182 *Conſeruatio agnationis attenditur ſolùm in caſu expreſſo, & perſonis expreſſis, & ex ea non licèt arguere, niſi ſit expreſſa.*

183 *Quando teſtator poſt obitum filiorum inſtitutorum vocat maſculos deſcendentes ex eis, et illis non extantibus fœminas, maſculi intelliguntur vocati gratia conſeruandæ agnationis in caſum vulgaris tantùm, non per fideicommiſſum.*

184 *Tacitum non eſt tantæ potentiæ ad excludendum, ſicut expreſſum.*

185 *Si pater filium inſtituat, & filiam tacitet, quam poſteà ſubſtituat filio decedenti ſine filijs, non cenſetur voluiſſe adijcere qualitatem maſculinitatis in ſubſtitutione.*

186 *Abſurdum eſt, quod extraneus præferatur legitimæ ſoboli.*

187 *Grauamen appoſitum poſitis in conditione, an operetur, vt cenſeantur vocati diſpoſitiuè.*

188 *Qui non fuit honoratus, non etiam potuit grauari.*

189 *Caſus expreſſus non indiget adiumento taciti.*

190 *Coniecturæ quot, & quales eſſe debeant ad hoc, vt poſiti in conditione cenſeantur vocati. & nu.223. ac 255.*

191 *Coniecturæ an ſint concludentes, vel non, remittitur arbitrio iudicis.*

192 *Coniecturæ hominis non ſufficiunt, niſi ſint à iure approbatæ.*

193 *Sermones generales ſunt faciliores, particulares autem ſunt veriores.*

194 *Quando teſtator in ſuo teſtamento fœminas excluſit ab vniuerſali ſua hæreditate, eis aliquid relinquendo, an cenſeatur diſpoſitiuè vocaſſe maſculos in conditione poſitos.*

195 *Diſpoſitio, quòd ſubſtitutus aſſumat nomen, & arma teſtatoris, cenſetur facta fauore agnationis.*

196 *Quando filij non ſunt, vel inſtituti, vel exhæredati, teſtamentum eſt nullum, & res reducitur ad cauſam inteſtati.*

197 *Fœminæ tacitatè ſunt excluſæ perpetuò, ſiue maſculi decedant cum maſculis, ſiue ſolum cum fœminis.*

198 *Conditio, quæ euanuit, habetur pro non appoſita.*

199 *Quando teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum ſemper ponendo filios in conditione, an cẽſeatur diſpoſitiuè vocare ſic in cõditione poſitos.*

200 *Subſtitutione vna extincta ſequẽtes corruunt, quia omnes veniunt per modum continuati ſermonis.*

201 *Poſiti in conditione non ſolum ſub qualitate maſculinitatis, ſed etiam adiecta qualitate legitimitatis, an cenſeantur diſpoſitiuè vocati.*

202 *Vbi teſtator non ſolum filios hæredis inſtituti poſuit in conditione ſed etiã addidit, quod vnus alteri ſuccedat vſque in infinitum, tunc cenſetur vocaſſe, & eos reciprocè inſtituiſſe.*

203 *Si teſtator prohibuit bona ſua alienari, quia voluit in perpetuum peruenire ad omnes eius deſcendentes, cenſetur vocaſſe diſpoſitiuè in conditione poſitos, & nu.206.*

204 *Poſiti in conditione per ablatiuos abſolutos, an cenſeantur vocati diſpoſitiuè.*

205 *Vbi teſtator maſculos non ſemel, ſed pluries in conditione poſuit, an cenſeatur eos ſubſtituiſſe.*

207 *Poſiti in conditione ſub duplici conditione cenſentur vocati.*

208 *Quando poſiti in conditione non poſſunt ſuccedere teſtatori ab inteſtato, tunc cenſentur diſpoſitiuè ex teſtamento vocati, & nu.225.*

209 *Quando reſultaret abſurditas aliqua contra veriſimilem mentem teſtatoris, niſi poſiti in conditione dicerentur vocati, tunc cenſentur vocati.*

210 *Abſurdum eſt, quòd remotior excludat proximiorem.*

211 *Quando non ſolum filij poſiti ſunt in conditione, ſed etiam omnes deſcendentes maſculi, tunc ſic in conditione poſiti cenſentur vocati.*

212 *Fauor piæ cauſæ an operetur, quod poſiti in conditione cenſeantur vocati.*

213 *Ratione ſubiectæ materiæ poſiti in conditione cenſentur vocati putà, ſi ſimus in materia feudali: ibi enim quia fœminæ non ſuccedunt, maſculi cenſentur vocati.*

214 *Vbi teſtator vocauit filios filiorum ſubſtitutorum ad portionem patruorum, an cenſeatur vocaſſe eos ad portionem parentum.*

215 *Quando teſtator mandauit aliquid perpetuò fieri per eius hæredes, putà, anniuerſarium, an eo caſu cenſeantur vocati diſpoſitiuè in conditione poſiti.*

216 *Si pia cauſa fuit ſubſtituta, an poſiti in conditione cenſeantur vocati.*

217 *Vbi filij poſiti ſunt in conditione, & vltimo eorum*

decedenti,

decedenti, vel poſt mortem omnium datus eſt ſubſtitutus, tunc cenſentur vocati.

218 *Quando poſiti in conditione in alia parte teſtamenti aliquo caſu diſpoſitiuè vocati ſunt, an cenſeantur ſubſtituti, & nu. 242.*

219 *Quando teſtator inſtituit filios, & eis decedentibus ſine filijs ſubſtituit fratres, & poſt eos eorum filios, & deſcendentes, an cenſeatur vocaſſe in conditione poſitos.*

220 *Vna pars teſtamenti declarat aliam.*

221 *Declaratio non cadit in re clara.*

221 *Quando communiter teſtatores ſolent facere fideicommiſſum in familia, tunc verba dubia pro fideicommiſſo interpretanda ſunt.*

224 *In legatis particularibus poſiti in conditione cenſentur vocati diſpoſitiuè.*

226 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi conſuetudo ità declarauit, quia ſcilicet diù ſic fuit obſeruatum.*

227 *In cōtractibus poſiti in cōditione cenſentur vocati.*

228 *Filij poſiti in conditione quando cenſentur vocati, illud intelligitur, vt ſuccedant eorum parentibus grauatis, non vt dicantur ſubſtituti cohæredi dato ipſis parentibus.*

229 *Quando poſiti in conditione cenſentur vocati, tunc illi tantùm admittūtur, qui extāt tpe mortis hæredis: & ibi quomodo hoc procedat, & nu. 241.*

230 *Vbi filij poſiti in conditione reperiuntur vocati, nō poſſunt diſponere de bonis, & hæreditate ipſis relicta, ſed ipſi cēſentur grauati reſtituere eā filijs ſuis.*

231 *Quando poſiti in conditione cenſentur vocati, an id procedat tantùm in caſum vulgaris, vel etiam per fideicommiſſum, vel reſpectu portionis eorum patris, an etiam patruorū, & nu. 232. 234. & 236.*

232 *Quādo teſtator vocauit filios, & filios filiorū, filius vnius filij non ſuccedit patruo decedenti ſine filijs.*

235 *Reciprocum fideicommiſſum an cenſeatur inductū inter plures poſitos in conditione, caſu quo cenſentur vocati, vel inter hæredes, quibus datus eſt ſubſtitutus ſi ſine filijs deceſſerint.*

237 *Subſtitutus per fideicōmiſſum reuocare pōt alienata.*

238 *Ex fideicommiſſo detrahitur legitima, & Trebel.*

239 *Subſtitutio fideicommiſſaria non expirat per aditionem, ſicut vulgaris.*

240 *Poſiti in conditione, caſu quo cenſentur vocati, dicuntur vocati tacitè, & ideò ſi teſtator loquatur de ſubſtitutionibus, vel inſtitutionibus patris, non veniunt taliter vocati.*

243 *Si teſtamentum ruat præteritione alicuius ex filijs, tunc eius filij poſiti in conditione cenſentur inſtituti in caſum vulgaris.*

244 *Quando poſiti in conditione non dicuntur vocati, fideicommiſſum taliter ceſſat, quod etiam ſi filij filiorum decedant ſine filijs, tamen illi ſunt etiam extra cauſam fideicommiſſi.*

245 *Ex prohibitione de non alienando latè cōcepta elicitur cōiectura, quod poſiti in cōditione cēſeātur vocati.*

246 *Ex verbis geminatis ſurgit coniectura pro fideicō,*

247 *Verba ſtatuti geminata excluſiua operantur maiorem expreſſionem, non autem excluſionem aliorum caſuum ſimilium.*

248 *Quando aliàs verba eſſent ſuperflua, & otioſa, interpretatio eſt facienda pro fideicommiſſo.*

249 *Quando teſtator mādauit, quòd hæredes poſſint dūtaxat vti, & frui, inducitur fideicommiſſum.*

250 *Fideicommiſſum inducitur, quando teſtator ordinauit bona peruenire debere ad filios, & eorum deſcendentes, vel ſi dixit de hærede in hæredem in perpetuum.*

251 *Si teſtator ordinauit deſcendentes debere eſſe de parentella dicti teſtatoris, præſumitur fideicomiſſum.*

252 *Quando teſtator iuſſit deficientibus eius deſcendentibus ſine maſculis hæreditatem ſuā diuidi debere in vſus pios, dicitur inductum reciprocum fideicōmiſſum inter omnes deſcendentes.*

253 *Cōiecturata mens teſtatoris poteſt probari per duos teſtes, qui dicant, ità voluiſſe teſtatorem, & apud eos intentionem ſuam declaraſſe.*

254 *Subſtitutio directa non inducitur ex coniecturis, ſicut fideicommiſſaria.*

256 *Formula inducendi fideicommiſſi, per quam euitatur concurſus opinionum.*

257 *Coniecturæ ſumuntur ex his quæ antè, vel poſt diſpoſitionem dicta, aut facta ſunt.*

258 *Quando vna ratio ſolùm allegari poteſt, perinde eſt, ac ſi eſſet expreſſa, & ex ea argui poteſt.*

259 *Arbitrio iudicis relinquitur, quando ex coniecturis dicatur conſtare de voluntate teſtatoris.*

QVAESTIO. IX.

TRanſeo nunc ad nonam quæſtionem principalem. In qua proponuntur quatuor articuli principales diſcutiendi. Primus eſt, an libēter imbanda ſit opinio, quę fauet fideicommiſſo, & ſtat pro ea. Secundus eſt in coniecturanda voluntate diſponentis ad effectum, de quo agitur, quales debeant eſſe coniecturæ. Tertius eſt, quot ſint neceſſariæ ad dictum effectum. Quartus erit, quæ ſint iſtæ in ſpecie, quæ operantur hunc effectum. Circa primum præmitto in primis, quod in tota hac materia, in qua videtur mirè variatum inter Doctores, quia quandoq; pro fideicommiſſo ſcribunt, quandoq; contra, tamen reuera, vt plurimùm nulla eſt variatio, ſed caſuum varietati conſuluerunt, Dec. conſil. 537. in princ.

1 Secūdò præmitto, quod oēs Doctores, †qui ſcribunt pro fideicommiſſo plerunque menti adhærent veriſimili teſtatoris, quam ex coniecturis eliciunt, licèt verba omninò non cōueniant, non autem conſiderant, an conſultor ſit

tor ſit benè nummatus, ut quandoque pun-
xit Rube. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 17.
ff. de lib. & poſth. dicens, ꝙ ſi aliàs non benè
ſoluunt, dicunt, quòd à verbis non eſt rece-
dendum; ſed re vera tunc hoc dicunt, quia
vident uerba nec propriè, nec impropriè cô-
uenire, vt etiam ibi per eum. alij igitur ver-
bis inhærent, alij menti diſponentis. Quòd
ſi voluiſſet aliquos damnare, qui magis pe-
cuniæ, quàm animæ deſeruiunt, melius eos
reprehendiſſet, quòd illi modò pro mente,
& ſic pro fideicommiſſo, modò contra fidei-
commiſſum verba diſpoſitionis mordicus
tenẽdo, pro modo pecuniarum, quę eis dan-
tur, reſponderunt ut quandoque vidimus
obſeruatum etiam per graues viros.
Tertiò præmitto, quòd illa regula, quæ habet,
3 quòd in dubio † à verbis diſponentis non eſt
recedendum, l. non aliter. ff. de legat. 3. etiam
ſi alia fuit mens diſponentis, de qua tamen
non cõſtat, l. ſi alij fundũ. ff. de vſufruct. lega.
& quæ procedit, etiam ſi aliàs actus reddere-
tur nullus, Menoch. conſi. 97. nu. 40. & plur.
ſeq. volu. 1. procedit ità demum, ſi de mente
clarè non cõſtat, & verba etiam eo caſu im-
propriari nõ poſſunt, quia tunc impropria-
4 ri non poſſunt, † & ità pugnarent inuicem
mens, & verba, tunc non ſtatur menti, nec
verbis, ut ibi per eum nu. 46. in 2. caſu. ſecus
ſi poſſunt impropriari, & de mente conſtat
ex coniecturis, Rube. vbi ſuprà.
5 Et quoniam ſcriptum eſt in iure noſtro, † ꝙ
voluntas teſtatoris lex eſt, §. diſponat. Authẽ-
tico de nupt. Cepha. conſi. 318. nume. 15. &
ideò ſemper prædominatur, & ea attendi de-
bet, l. in conditionibus primum locum. ff. de
condit. & demonſt. & illa eſt, quæ totum fa-
cit, l. ex facto. la 1. ff. de hæredibus inſtituen.
& præſertim in fideicommiſſis, l. cùm propo-
neretur. l. penul. ff. de legat. 1. & l. vnum ex fa-
milia. ff. de legat. 2. & l. cum uitum. C. de fidei-
commiſ. & ità concludit Cuman. conſi. 103.
vbi addit, quod generaliter in teſtamentis,
& fideicommiſſis voluntas eſt illa, quæ præ-
dominatur, l. fin. C. de fideicommiſ. & eum
refert, & ſequitur Marza. conſi. 4. pag. 26. ver-
ſicu. confirmantur præmiſſa, & abundè Bi-
ret. conſi. 118. col. 1. & 2. & ad hoc facit dictũ
Bal. in l. fin. C. de impube. vbi concludit, ꝙ
6 lex † pedetentim ſequitur uoluntatem te-
ſtatoris, ſicut venator leporem, Natta conſi.
110. nu. 5. ad fi. & quòd mens potius, quàm
verba in hac materia debeat attendi, Grat.
conſi. 31. num. 12. & ſeq. vol. 2. & quod mens
potius, quàm uerba in fideicommiſſis ſit at-
tendenda, Alex. de Nevo conſi. 88. col. 1. nu.
2. & ante eos Cuma. in l. peto. §. fratre. in 1. le-
ctu. col. 3. in fin. per dictam l. cùm propone-
retur. idem firmat latè Soci. in conſi. 113. nu-
mero 12. uol. 1. concludens, quòd mens ſola
regit, & gubernat diſpoſitiones, & ei ſeruiũt
uerba, non è conuerſò, & ibi citat Ange. cõſi.
222. benè, & egregiè dicentem, quòd in vlti-
7 mis voluntatibus † omnis uerborum rigor,
& forma poſtergatur, vbi de mente teſtato-
8 ris conſtat. Et propterea dicunt iura, † & Do-
ctores non eſſe in hac materia nimis ſubtili-
zandum, quia perniciosè poſſet errari, l. ſi
ſeruum. §. ſequitur. ff. de verbo. obligat. & l. ſi
quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub con-
dit. fact. Crot. conſi. 48. num. 8. idem reſpon-
dit Alciat. conſi. 492. num. 18. & facit tex. in
l. ſicut. §. ſi debitori. ff. quib. mod. pign. uel hy-
poth. ſolui. ibi, Hæ enim ſubtilitates à iudi-
cibus non admittũtur &c. Hinc Soci. conſi.
157. num. 7. volum. 2. rectè dixit, quòd veri-
9 tas † obumbratur per ſubtilitates iuris, per
quas plerunq; contingit errari, l. ſi ſeruum.
§. ſequitur. ff. de verb. oblig. & pro hoc facit,
10 † quia Docto. dicũt in vltima voluntate ſcru
tanda pares eſſe uires contemplationis, ſiue
coniecturationis, & diſpoſitionis, Gabriel.
conſi. 140. num. 92. & quamuis ſubtiliter ſit
agendum in ſcrutãdo fideicommiſſo, etiam
interpretando contra illud, §. nos igitur. Au-
thentico de reſtitut. fideicommiſ. ſed non ni-
mis, vt dixi. & ità etiam intelligi debet An-
cha. cõſi. 137. col. 1. verſi. diligenter igitur põ-
deratis &c. & verſic. ſed ſubtilius pondera-
tis &c. & Socin. iun. conſi. 167. num. 5. uol. 2.
11 vbi concludit, † quòd in interpretatione
teſtamentorum uoluntas eſt diligenter per-
quirenda; & ibi num. 60. addit, quòd omnis
uerborum rigor poſtergatur, ubi in teſtamẽ-
tis conſtat de uoluntate diſponentis, maxi-
mè in legatis, & fideicommiſſis. & abundè
hanc rationem exornat latè Decia. d. conſi.
50. num. 10. & ſeq. vol. 1. ubi ſic ſoluit obie-
ctionem, quæ fit de odioſitate fideicommiſ-
ſi, vt procedat, quando nihil cõſtat de men-
te teſtatoris.
12 Et tũc † apertè dici poteſt fideicommiſſum
eſſe fauorabile, & adiuuandum, non autem
reſtringendum, quia factum fauore conſer-
uandæ agnationis, ut latè dixi in 5. quæſtio-
ne princip. in 1. caſu, & in quinto exemplo,
& in 2. declaratione. & latè etiam compro-
bat Manti. in ſuo tractat. de coniecturis vl-
tima. volunt. lib. 7. tit. 1. num. 30. & ſequen.
& per totũ. & plu. concordan. per Menoch.
conſilio 197. num. 35. & ſeq. vol. 1. licet ipſe
num. 32. ante fi. contrarium dixerit, parùm
ſibi conſtans, per Soci. 113. col. pen. vol. 1. qui
* tamen hoc non ſatis aperit. & eſt * cõis opi-
nio, vt fideicommiſſum dicatur fauorabile,
quando teſtator dixit, Velle bona in familia
conſer-

conſeruari, quia hoc cenſetur feciſſe fauore
agnationis, Pariſ.conſ.52.nu.26.& ſeq.vol.3.
& abundè hanc concluſionem probat Mar-
za.conſi.5.col.ti.& conſil.ſeq. col.ti. Et quòd
fideicommiſſum factum fauore conſeruan-
dæ agnationis, dicatur fauorabile, Menoch.
conſi.95.nu.95.& conſ.117.nu.81. vbi etiam
idem in primogenitura, & comprobat conſ.
204.num.60.& nu.81. vol.3. & abundè Bur-
ſat.conſi.227.num.51.& nu.56.& ſeq.volu.3.
& latiùs conſil.202. nu.47.& plur. ſeq. vol.2.
quando fideicommiſſum eſt reciprocum.
13 Et de verbo, Perpetuò, † geminatè prolatũ,
quòd operatur fideicommiſſum abſolutũ,
Rube.conſi.53.num.5.& ſeq.& ſuprà dixi in
5.q.principali, in ſecũdo caſu. Et in caſu, quo
teſtator filijs hęredibus inſtitutis prohibue-
rat alienationem, & poſt, aliam prohibitio
nem fecit in rem dicẽdo, Et ſimiliter veto, &
prohibeo ipſa bona mea immobilia aliqua-
liter vendi, vel alienari, ſubijciendo hæc ver-
ba, Quia totaliter volo, intendo, & mando,
quòd ipſa bona mea remaneant in deſcen-
dentibus meis, & familia mea. Hinc ſequitur
falſam eſſe conſultationem Bologneti conſi.
15. de quo dixi ſuprà in 5.q. princ. in 3. caſu,
14 in octaua declaratione, qui credidit † du-
rius eſſe, & odioſius fideicommiſſum abſo-
lutum, quàm in caſu alienationis tantùm.
Et in dubio fauendum eſt rationi agnatio-
nis conſeruandæ, quæ talis tunc præſumi-
tur eſſe, ſi alia non oſtendatur, vt latè pro-
bat Rimin.Iun.conſi.23.nu.92.& ſeq.& latè
multa adducit Crauet. inter conſil. Marzar.
15 conſi.5.col.1.& 2. quòd voluntati † teſtato-
ris omninò ſit fauendum, etiam ſi ſit præ-
ſumpta, etiam per verborum impropria-
tionem, vt ibi latè per eum. ità quòd cauilla-
tiones omninò fugiendæ ſunt, quia per eas
perniciosè plerumq; erratur, vt abundè per
Socin. conſil.250. col.4.ad fi.volum.2.& pro
voluntate ſeruanda, Marzar.conſi.6.col.1.&
ſeq.& Soci.vbi ſuprà.col.5.ad fi. addit, quòd
vbi mentem habemus non eſt curandum de
verbis. Et facit, quia vbi verba ſunt apta im-
portare fideicommiſſum abſolutum, illud
cẽſetur inductum, vt ſuprà tetigi in 5.quæſt.
principali in tertio caſu, verſicu. exiſtimo ta-
men. per Ruin.conſi.122.ſub nu.2.volu.2. Et
iſtud eſt, quod voluit Dec.conſi.227.col.pen.
16 dicens, quòd licèt inter homines † nihil ſit
tam indubitatum, quod non recipiat quã-
dam ſollicitam dubitationem, Anth. de Ta-
bellio. col.3. tamẽ quia in fideicommiſſis ſo-
la voluntas ſeruanda eſt, quæ ſufficit, vt taci-
tè ex cõiecturis colligatur, potiùs illa eſt in-
ſpicienda, quàm uerba, ut infrà dicam, aliàs
iudicium teſtatoris nimia ſubtilitate frau-
daretur, contra l. ſi quis hæredem. in fi. C. de
inſtitu. & ſubſtitu. Et eò magis, ſi agatur de
deicõmiſſo reciproco, quia eſt fauorabile,
Riminal.Iun. conſi.75. num. 2. Et in dubio
pronunciandum eſt, fideicommiſſum ſubeſ-
ſe, vt bona conſeruentur in agnatione, De-
cian.conſi.1.num.317.vol.1. Et quòd in pri-
mis ſpectanda ſit mens diſpouẽtis, ſatis pro-
batur apertè in l. in conditionibus primum
locum, &c. ff. de condit. & demonſtrat. Et vo
luntas teſtatoris facit legem, l. ex facto. la
grande. circa medium. ff. de hæred. inſtitu.
quam ad hoc expendit etiam Petrus Anto.
Anguiſſ.lib.6.conſi.77.num.13. Et ſcriptum
eſt, quòd verba intentioni debent deſeruire,
c.2. requiris. quod eſt 41. in prin. de appella.
17 & nunquam † eſt maior verborum forma,
quàm ſenſus contrahentium, ſi de eo poteſt
conſtare, etiam ſi rationi repugnarent; ità
18 Bal.conſ.417.nu.2.in 5.parte. Virtus † enim
humanorum actuum non conſiſtit in atra-
19 mento, ſed in cerebro, & littera occidit, † ſpi-
ritus autem viuificat, vt in materia etiã con-
tractuum, quòd mens cõtrahentium ſit po-
tiùs inſpicienda, quàm verba, poſt alios, Ne-
20 uiza.conſi.38. nu.3. & etiam † quòd dicatur
ſatis conſtare de mente, quando lęſio magna
reſultaret, & in iudicando illi ſemper eſt ad-
hęrendum, Clar. in §. teſtamentum. quęſt.62.
in vltimis verbis. & hoc verum eſt in quacun-
que diſpoſitione, & materia, vt per Soci.con-
ſil.58.nu.4.vol.1.& facit text. in l.3.§. cõditio.
ibi, Sed melius eſt ſenſum magis, quàm verba
amplecti. ff. de alim. & cib. lega. & ideò ſolet
dici, quòd verborum interpretatio nunquã
valet tantùm, vt ſenſus non ſit melior, Socin.
Iun.conſ.158.nu.2.vol.2. Dec.cõſi.384.nu.1.
21 & ſeq.& voluntas, † quæ ex coniecturis elici-
tur, ſufficit, Dec.conſi.514.nu.5.& conſ.515.
num.1. Tria enim ſunt, quæ idem ſonant, ſi-
cut verbum mens, & ratio, Bal.conſi.2. nu.2.
in 1.parte. Sicq; in re controuerſa prævaluit
Craſſi ſentẽtia contra Scæuolam verba ſcri-
pta teſtatoris defendentem. Teſtator enim
poſthumo, ſi naſcetur, & poſt pupillarẽ æta-
tem deceſſerit, ſubſtituit Sempronium, qui,
& natus, & mortuus eſt ante pubertatem, &
ſententia pro ſubſtituto lata eſt ex mente te-
ſtatoris, vt refert poſt concordan. per eum
citatos Marza.cõſi.1.col.1.& conſi.4.col.30.
in fi.& iterùm col.35.& conſi.5.col.44.& cõ-
ſil.6.col.52.& ſeq. vbi poſt multos cõcordan.
per eum citatos, cõcludit, quòd in fideicom-
miſſis ſola voluntas attenditur tanquam
domina, & regina, & illa totum facit, & per
tex. in l. quiſquis mihi. ff. de verbo. ſignifi. vbi
Labeone figuram verborum ſequente, Pro-
culo autem mentẽ teſtatoris, pręualuit Pro-
culi

ćuli ſententia, qui ex coniecturis teſtatorem
aliud ſenſiſſe dicebat,quam verba ſcripta ſo-
narent. Et quòd in fideicommiſſis voluntas
potius,quàm verba ſint inſpicienda, reſpon-
dit Gozad.conſi.102.nu.3. per l.cum virum.
C. de fideicom. & concordan. de quibus per
eum, & ea in primis obtinent primum locũ,
l.iu conditionibus primum locum. ff. de cō-
dit.& demonſt.& concordan.per Socin.Iun.
conſi.181.num.16.& ſeq. volu.2. & latiſſimè,
ꝙ in vltimis voluntatibus, & fideicommiſſis
attendi debeat mens teſtatoris, per Alexan.
conſi.41.col.1.verſi.in primis.vol.1. Port.cō-
ſi.40. num.22.& plur.ſeq. & latiſſimè Rolan.
conſi.70.nu.52.& plur. ſeq. vol.3.

Et ſufficit quomodocunque de mente teſtato-
ris appareat,vt per Clarum in d.§. teſtamen-
tum.d.q.62.in fi.nedùm ſi expreſſa ſit,in quo
nullus contradicit, ſed etiam ſi adeò expreſ-
ſa non ſit, ſed ex cōiecturis elici poſſit in hac
materia fideicōmiſſaria ſcilicet, l. cùm pro-
ponebatur.& ibi etiam glo.not. ff. de lega.2.
* & eſt * communis ſententia, vt idem Clarus
teſtatur in d.§.teſtamentũ.q.76.in 1. regula,
poſt Dec.in l.1.ſub nu.4.C.de collat. Gozad.
vbi ſuprà, nume. 2. idemq́; ante eos probat
Fulgoſ.in l.voluntas.C.de fideicom. vbi con-
22 cludit, † quòd vbi voluntas teſtatoris incer-
ta eſt,tunc ad cōiecturas in primis eſt recur-
rendum,ſecũdò ad aliàs ſignificationes, ter-
tiò, vbi verborum ſignificatio eſt multiplex,
accipimus id,quod minimũ eſt: quartò, vbi
non poteſt apparere,quod eſt minimum, ni-
hil valet.

Quia etiam ſi fideicommittentis voluntas ex
verbis expreſſis colligi non poſſit,dummodò
ex coniecturis deprehendatur, etiam contra
vim, & proprietatem verborum expreſſorũ,
ſufficit,l.hȩredes mei.§.cùm ità.ff.ad Trebell.
vltra adducta per Soci. iun. conſil. prædicto
* 181. volu. 2. & eſt * commun. opinio, Clar.
in d.q.76.in 2. reg. Coniecturæ enim in fidei-
commiſs. habentur pro expreſſa voluntate,
Cepha.conſi.188.num.7.vol.2.

Hinc etiam dicitur, quòd ex coniecturata men
te teſtatoris fideicomiſſum inducitur, l. vnũ
ex familia.§.fin.ff.de leg.2. & uiderur eſſe bo-
nus tex.in d. l. vnum ex familia.§.ſi omiſſa.ff.
de leg. 2. vbi ait Iuriſconſultus, Si omiſſa fi-
23 deicommiſſi uerba ſint, † & cetera, quæ le-
guntur cum his, quæ ſcribi debuerunt,con-
gruant, rectè darum, & minus ſcriptum in-
telligitur, quem Curt. iun. ad hoc magnifa-
cit conſi. 121. num.10. cum concordan. per
Marza.nouiſſimè conſi.4.colum.35.& conſi.
5. col.44. vbi hæc omnia comprobat. & pro
hac parte facit tex.in l.non aliter.ff. de leg.3.
vbi à verbis receditur, quando conſtat de
mente teſtatoris, & in d.l. cùm virum.§.1.C.
de fideicommiſ. vbi in fideicommiſſis plerũ-
que magis voluntas, quam verba intuenda
eſt, quæ ſufficit, etiam ſi tacita ſit, licèt non
expreſſa, vt reſpondit Gozad. conſilio 102.
in princip.

Et quòd mens teſtatoris ſit attendenda, licèt
verba aliud innuant, Soci. iun. conſi.98.nu-
mero 9.vol.1.& iſta fuit opinio gl. & Dyn. in
l.pater filium.§.pen.ff.de leg.3.qui dicit ſecũ-
dum verba non eſſe fideicommiſſum, ſed ſe-
cundum mentem, in illo tex.quatenus dicit
nihil de fideicommiſſo proponi. Et hæc ſen-
24 tentia etiam nera eſt,† etiam in directa ſub-
ſtitutione inducenda. ut etiam locus ſit con
iecturis, Alex. conſi.91.num.9.vol.1. Craue.
conſi.62.num.15. Et pro iſta opinione facit,
quia,ut etiam ſuprà dixi,lex ciuilis pedeten-
tim ſequitur mentem teſtatoris, ſicut vena-
tor leporem, ut inquit Bal. per illum tex. in
l.penul.C.de neceſſa. ſeruis hæred.inſti.Iaſ.in
conſ.41.col.1.vol.1.hinc etiam dicunt Doct.
25 quòd ſubſtitutio† extenditur de caſu ad ca-
ſum, in quem teſtator prouidiſſet, ſi de eo
cogitaſſet, ut eſt tex. notab.quē ita ſummat
Bar.in l.Lucius.§.Lucius.ff.de libe.& poſthu.
cum concordan.per Alex.conſi.128.uol.2.&
eſt gl.ordina.in l. tale pactum.ff.de pactis.Et
26 hæc quidem uera † uidetur, etiam in mate-
ria contractnum, in quibus mens potiùs,
quàm uerba inſpicienda ſunt,& uerba men-
ti, non antem mens uerbis inſeruire debent,
l.fin.C. quæ res pigno.obli.poſ.cum concor-
dan.per Rub.conſi.138.num.6.Et in propo-
ſito noſtro, quòd ad inducendum fideicom-
miſſum magis ſit adhȩrendum coniecturis,
& indicijs uoluntatis, quàm naturæ, & pro-
prietati uerborum,& ſic licèt uerba non de-
ſeruiant, ſequendo etiam Bald. in d.l. penul.
latè firmar Curt.Sen.conſi.75.num.2.in fi. &
ſeq. Hinc etiam dicunt Doct. quòd ubi agi-
tur de fideicōmiſſaria ſubſtitutione magis
attendi debet uoluntas teſtatoris,tanquàm
regina,& quæ dominatur uerbis,quàm uer-
borum proprietas, late Iaſ.conſi. 143. nu. 8.
& ſeq.uol.4.Et quod etiam in fideicommiſſo
reciproco inducendo ſufficiat cōiecturata
mens teſtatoris, etiam quòd verba deficiãt,
idem reſpondit Iaſ. conſi.108.col.3.in princ.
eo.uol.ſic etiã in contractibus uerba cedunt
menti, Chaſſan.conſi.53.nume.10. & pariter
27 etiam † quòd plus attendatur mens, & in-
tentio iudicis in ſententia, quàm uerba ſen-
tentiæ, uel laudi, ponit Caſtren. conſil.418.
circa principium.in 2.parte.Non deſunt ta-
men ex noſtris, qui, vt ſuprà dixi, aſſerunt,
uerba potiùs ſpectanda, quàm mentem di-
28 ſponentis;qnia dicimur† ambulare in tene-
br is,

bris, eum agitur de interpretanda mente teſtatoris, cum quo locuti non ſumus, & qui modò non poteſt mentem ſuam aperire, ut poſt Bal. reſpondit Soci. iun. conſilio 101. in princip. vol. 1.

29 Conſtat enim, quòd ſermones † ſunt ſigna, ſeu notę earum, quæ ſunt in anima noſtra, paſſionum, Ariſt. in 1. Perihermeni. de quo etiam per Burſat. conſi. 75. col. 5. in princip. vol. 4. ubi etiam citat Bal. dicentem, quod
30 vox † eſt preco cordis noſtri, & in iure noſtro etiam. Vnde ſi non conueniunt nec propriè, nec impropriè ceſſat omnis controuerſia, Alex. conſi. 139. num. 3. vol. 6. Et hoc eſt expe-
31 ditum † dubio procul in diuerſis ſubſtitu-
* tionibus, ſecundum * communem opinionem, quam probat Clarus in d. §. teſtamentum. q. 76. in prima regula. idem reſpondit Iaſ. conſi. 33. vol. 1. vbi concludit, quod ſubſtitutio directa debet fieri verbis expreſſis, non autem ex coniecturis. immò etiam in fideicõmiſſis idem quoque. idem probat Gabri. conſi. 111. nu. 11. dicens, quod veriſimili-
32 tudo † non attenditur, quando non percipitur ex verbis, aut ſerie teſtamenti ita, & taliter, quòd poſſit dici voluntatem tranſiuiſſe in diſpoſitionẽ, ſed ſolùm ex præſumptionibus colligitur, & ad hoc citat Alex. Corn.
33 Curt. Sen. Bec. Pariſ. Rui. & ibi ſubdit, † hoc ſine dubitatione procedere, quãdo id, quod pro veriſimili allegatur, non eſt ita veriſimile, vt contrarium ab aliquo non poſſit credi. Et videtur ſatis deciſum per text. in l. ſi alij. ff. de
34 vſufructu leg. vbi inquit. I. C. † quòd ſi teſtator vni fundum legauit, & alij vſumfructum eiuſdem fundi, & hoc fecit ea intentione, & propoſito, ꝙ is, cui fundus eſt legatus, nudã haberet proprietatẽ, alius integrum uſumfructum, errore lapſus eſt, intẽtionem ſuam ſic exprimendo. Et ideò quod ſcriptum eſt, non quod actum attendi debet. & ob id glo. ibi diuerſimodè ſe torquet, primum dicens, quòd ſecundum aliquos, quod ſcriptum eſt attendi debet, quando id, quod actum fuit, non, eſt aptum ſecundo, quòd immò ſecundum alios, ſemper attẽdi debet id, quod ſcriptum eſt, etiam ſi appareat, quod actum eſt. tertiò inqt, id ſpeciale eſſe, ſicut & alia multa, de quibus C. plus vale. quod agi. &c. & cõcordan. de quibus per eam, nullamq; rationem ſpecialitatis aſſignat. Sat igitur ex illo tex. colligitur, quòd voluntas defuncti, quæ in diſpoſitionem non tranſiit non eſt attendenda, vt abundè etiam per Mant. cõſil. 194. num. 11. & ſeq. ad idem eſt text. in l. 4. in prin.
35 ff. de lega. 1. vbi ſi teſtator † volens veſtem legare, ſcribit ſuppellectilem, credens eius appellatione veſtem quoque cõtineri, Papinianus ſcribit veſtem non deberi. ad idem eſt tex. in l. ex verbis, quę in poſtemis iudicijs inſeruntur. ibi, Inditorum verborum cõceptio ad fideicommiſſum relictum oſtendit, &c. C. de donat. inter vir. & vxor. & quod de mente
36 † non ſit curãdum, niſi verba poſſint illi applicari propriè, vel impropriè, tenent Alex. & Iaſ. in l. 3. C. de libe. præte. Et quatenus verba non deſeruiant menti, quòd voluntas nõ ſit attendenda, tenent Bal. & Imo. in l. cùm quidam. ff. de hæred. inſtitu. & clariùs Bal. in d. l. cum virum. inquit, quòd ad inducendum fideicommiſſum non ſufficit ſola coniectura mentis teſtatoris, & quòd voluntas defuncti non poteſt allegari ad detrahendum verbis expreſſis, ſequitur Iaſ. in l. poteſt. ff. de vulga. & pupil. & Alcia. conſi. 779. num. 6. & ſeq. vbi addit, quòd nunquam dicimus ſubeſſe fideicommiſſum ceſſantibus verbis, per text. in l. Lucius. §. tres hęredes. ff. ad Treb. vbi Dyn. Iacob. & Albe. & quòd ad inducendum fideicommiſſum non ſufficiat coniecturata mẽs teſtatoris, vbi verba deficiunt, latè probat poſt plur. concordan. per eum citatos, Rolã. conſi. 97. nu. 15. & ſeq. vol. 4. vbi etiam addu-
37 cit Bald. dicentem, quòd illud, † quod nõ eſt ex verbis, non dicitur, quòd ſit mens conie-
38 cturata teſtatoris. & vbi verba † non conueniunt, non etiam diſpoſitio dicitur conuenire, l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. ità in propoſito Rimin. Iun. conſi. 371. nu. 131. volu. 4. & ante Rimin. Sen. conſil. 28. nu. 6. Quinimmò, vt Caſtren. ait in l. ſi Plautius. §. ſi eadem.
39 ff. de lega. 1. potiùs iudex errare debet, † & id tolerabilius eſt ſequẽdo ſcriptum, quàm voluntatem, quam non vidit aliter: imputan-
40 dum eſt enim † teſtatori, cur clariùs, & apertius mentem ſuam non expreſſerit. ſequitur Rota Bononien. inter conſi. Marza. conſil. 7. col. 83. in fi. facit etiam ad hoc in argumen. l. veteribus. ff. de pact. & l. ſi non repetendi. C. de condi. ob cauſ. quamuis dictam regulam d. l. veteribus. diuerſimodè euitare conetur Bellon. conſi. 80. nu. 10. & ex eo præſertim, ꝙ in contractibus loquatur. faciunt, quæ latè firmat in hac materia ſubſtitutionũ ad excluſionem fideicommiſſi, Curt. Sen. conſi. 29. num. 6. vbi concludit, quod ſi verba non cõueniunt menti ex aduerſo allegatæ teſtatoris, non eſt quærendum de fideicommiſſo, nec quod teſtator aliud voluerit, quàm ꝙ verba ſonant; nam uoces, ſeu ea, quæ ſunt in uoce, ſunt notæ earum, quæ ſunt in animo noſtro, paſſionum, inquit Ariſt. in primo Perihermen. ſeu de interpretatio. c. 1. in princ.
41 quia nullum † maius teſtimonium mentis noſtræ eſt, quàm qualitas inſpecta uerborũ; per Bal. in d. l. quidã cũ filiũ. ff. de hęred. inſtit. col. pen.

col. pe. verſi. ſed q nomodo poſſumus eſſe certi de mente teſtatoris. & propterea concludit, quod nō ſufficit teſtatorem voluiſſe, niſi etiam diſpoſuerit. idem probat Dec. conſil. 205. nu. 5. dicens, qꝰ voluntas teſtatoris debet concipi ex verbis, aliàs nihil operatur.

42 Et hæc quidem concluſio † eò magis procedere videtur in legatis, vel fideicõmiſſis; quia in illis fit ſtricta interpretatio, vt in terminis Alcia. conſi. 492. nu. 6. in fi.

43 Ego in hac quæſtione, † vt meum indicium proferam, pro cõcordia iſtius controuerſiæ, putaui in primis diſtinguendos eſſe plures caſus, quorum aliquos ponit glo. in d. l. cùm virum. C. de fideicom.

44 Primus eſt, quādo mens teſtatoris † eſt præter ſenſum, & vim verborum propriam, vel impropriam, & iſto caſu procedit tex. in d. l. cùm virum. nam ſi tunc probetur mentem teſtatoris ſaltem fuiſſe, prout prætenditur, vtique audiendu s eſt eam volens probare, vt dicit tex. ibi, & hoc caſu mens potiùs, quam verba eſt ſpectauda; ità declarat ſignanter Rube. in l. Gallus. §. quidā rectè. nu. 27. ante finem. ff. de libe. & poſthu. aliàs non probata voluntate diſponentis per verba, quæ ſaltem impropriè poſſint impropriari no erit à verbis recedendum, d. l. non aliter. ff. de lega. 3. & ità procedit tex. in d. l. ſi alij. ff. de vſufruct. lega. ità declarat Bart. in l. in ambiguo. in prima oppo. ff. de reb. dubijs. quāuis in illo text. Iuriſconſultus præſupponat poſſe conſtare de cõtraria voluntate teſtatoris, ſed eum errare, & verba tunc eſſe attendenda: ſicq; hoc caſu procedat opinio prima ſuprapoſita; & ità etiam intelligit Alex. conſi. 91. nu. 1. vol. 1. dum concludit, quòd mens prædominatur quicquid omiſſum ſit in expreſſione verborū, & ad hoc citat iura ſuprà pro prima parte allegata. & dicitur de voluntate teſtatoris ſatis conſtare, ſi id ſit veriſimile, quia tunc id primò attēditur, aliàs recurritur ad verborum proprietatem, ità inquit Alex. cõſi. 179. ſub num. 13. uol. 5. & hoc caſu ſaluari poteſt Iaſ. conſ. 96. col. 4. in prin. uol. 4. dicens, ſolam uoluntatis teſtatoris cõiecturam non ſufficere ad inducendum fideicommiſſum.

Qua de re dicunt iura, & Doct. quòd quamuis in primis voluntas teſtatoris ſit attēdenda, l. in conditionibus primum locum. ff. de cõdit. & demonſtrat. non tamen eſt menti adeò indulgendum, ut ſufficiat imaginari teſtatorem ità voluiſſe, niſi etiam ità diſpoſuerit, Bald. & Imo. in d. l. quidam cùm filium. ff. de hæred. inſtit.

45 Secundus caſus eſt, † vbi mens, & voluntas teſtatoris eſt contra verborum proprietatē, impropriè tamen ei poſſunt cõuenire, & iſto caſu idem quoq; dicendum, ptout in præcedenti, vel etiam impropriſſimè, vt reſpondit Alcia. conſi. 532. nu. 5. & ſeq. incipit, perſtringendo. pront etiam quando verba plures habent ſenſus, nam conſtito de voluntate, accipietur illa ſignificatio, quæ magis conuenit voluntati, & ità procedit d. l. non aliter. ff. de leg. 3. vt declarat Bar. in d. l. in ambiguo. nu. 3.

46 Fortius ego cõſidero, † quòd etiā ſi uerba diſpoſitionis, in caſu expreſſo non conueniant propriè, nec impropriè, aut etiam impropriſſimè ad caſum, qui poſteà contigit, imò illi contraria ſint, nihilominus adhuc ex veriſimili mente & voluntate diſponentis porrigi debent ad eum caſum, vt illum etiam comprehendant, verbi gratia, ſi teſtator inſtituit filium, & ei ſi hęredes erit, & in pupillari ætate deceſſerit, dedit ſubſtitutū, certè ſi contingat filium non eſſe hæredem, quia noluit, uel non potuit, adhuc ſubſtitutus ille dicitur in eum quoq; caſum honoratus, tametſi expreſſo contrarium, ſicq; ex cõſtitutione D. Marci, & Veri ſancitū eſt, quam probat Modeſtinus in l. iam hoc iure. in princip. ff. de vulga. & pupilla. qui ſic mentē teſtatoris interpretati ſunt, quòd veriſimiliter, ſi eum caſum cogitaſſet, idem diſpoſuiſſet in eo, tametſi nemo eorum teſtatorē viderit, nec cū eo locutus ſit, ſed hanc mentem coniecturatam fuiſſe diſponentis putauerūt ex his, quæ ſcripta ſunt, cum his, quæ ſcribi debuerunt, ſecundum humanum ſenſum rationabilem, vt ibi ſcribunt Bar. & alij, * cõmuniter. & abundè probat etiam Craue. conſi. 904. per totum. vol. 5.

Quinto ergò magis idem dicere debemus, vbi aliquæ concurrunt coniecturæ, quæ ex ſcripto colliguntur, & hæc talis qualis diuinatio ſuſtinetur, quia in iure noſtro † diuinatio 47 eſt licita, quando ratio ità dictat, vt concludit Bar. in l. ità ſtipulatus. in 2. oppoſitione vltimæ partis principalis. ff. de verb. oblig. Ripa in l. 1. ff. de vulgar. & pupilla. nume. 22. verſi. & iſtud eſt etiam. Et ratio iſtius cõclu-

48 ſionis eſt, quia lex † præſumit teſtatorem diſpoſuiſſe id, quod rationabiliter fieri debuit, vt poſt plures cõcordantes per eum citatos, cõcludit Gulielmus Benedicti in c. Raynutius in verbo, Si abſq; liberis moreretur. nu. 30. de teſtam.

Et iſtud eſt, quod poſt alios voluit Curt. iun. conſi. 139. nu. 7. vbi concludit, quod obſcurum in vltimis uoluntatibus declaratur ex coniecturis. ſic & compendioſa ſubſtitutio facta licet uerba directa repugnent, & fideicõmiſſaria contineatur in ea, tamen voluntas teſtatoris pro fideicomiſſaria ſtabit, & clauſula codicillaris contra uerborum proprietatem

prietatem, Dec.conſi.287.num.3. & 291.nu.
3. & iſto etiam caſu poteſt procedere opinio
prima, quæ fauet menti teſtatoris, ubi tamē
49 ea ſemper † probata ſit, quod fuerit talis,
qualis per partem allegatur, contra uerbo-
rum proprietatem, vel ſenſum ambiguum
verborum: nam hoc non probato, à verbis
non erit recedendum, d.l. non aliter. res enim
dicitur clara, ubi verborum proprietas cō-
currit, Iaſ. in conſi.109. in fin. uol.4. ſic etiam
dicitur de diſpoſitione copulata. nam licèt
50 † copula ſecundum propriam eius naturam
copulet æqualiter copulata, tamen id perpe-
tuum non eſt, ſi manifeſtè demonſtretur di-
ſponentem aliud ſenſiſſe, l. Seia. §. cui. ff. de fun
* do inſtruct. lega. & hæc eſt * communis opi-
nio, de qua per Curt. iun. conſi.169. num.1.
quam refert, & ſequitur Clar. in d. §. teſtamē-
tum. q.76. regul.2. in princip. neque enim te-
ſtator præſumitur aliud uoluiſſe, quàm id,
quod locutus eſt, & eius verba ſonant, quia
vt ſæpè fuit dictum, & libet repetere, uerba
ſunt notæ earum, quę ſunt in animo noſtro,
paſſionum, l. Labeo. §. idem Labeo. ff. de ſup-
pellec. lega. & plur. concordan. citat Iaſ. conſi.
143. num.1. vol.4. & etiam conſiderat Bello.
in propoſito conſi.82. nu.6. vbi addit hanc
regulam eſſe communem in quacunq; mate
ria. idē probat Bal. in l. ſed & probari. in prin
cip. ff. de excuſat. tuto. & in l. de quibus. in 1.
lect. in fi. ff. de legibus, vbi inquit, quod pro-
51 bato uerbo, † probatur animus per dictam
rationem, quia uoces ſunt notæ earum, quę
ſunt in animo noſtro, paſſionum, id eſt, uo-
luntatum animæ, & ideo non debet induci
fideicommiſſum, niſi, uel uoluntas, uel uer-
ba ſint clariſſima, Dec. conſi.63. col. fi. quem
refert, & ſequitur Alba conſi.29. nu.7. cum
concordan. de quibus per eū conſi.31. nu.9.
& ante eum Alcia. conſi.98. num.14. eſt enim
onus, l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pu
pill. ut illi dicunt, & ſatis abundè fuit proba-
tum in 1. quæſt. & ad hoc etiam facit, quia
52 lingua † eſt præco cordis noſtri, ut concludit
poſt Bal. & concordan. Caſtren. conſi.48. nu.
7. & quòd iſto caſu procedit id, quod Bal. in
l. 2. num.3. C. commu. de lega. quòd ubi habe
mus mentem teſtatoris, non debemus api-
ces iuris curare.

Tertius caſus eſt, quando uerba non prorſus
diſcrepāt à uoluntate teſtatoris, & propriè,
nec impropriè ei conuenire poſſunt, & iſto
caſu vult Ripa in l. ubi purè. §. 1. nume.4. ad
Treb. quòd licet uerba repugnent, tamen
menti eſt ſeruiendum, de qua conſtat. Sed
imò circumſcripta uoluntate, inſpicienda
ſunt uerba expreſſa, & iſto caſu procedat d.
l. 4. in princip. ff. de leg. 1. ut declarat glo. in d.
l. cum uirum. & hoc caſu ſecunda opinio ve-
ra ſit, quam ſuprà poſui. & iſto caſu falſa
erit opinio eorum, qui tenent uoluntatem
magis attendendā, quàm ſenſum, & uim uer
54 borum. quoniam ubi † uerba ſunt clara, &
nulla eſt dubitatio in eis, non eſt recur-
rendum ad coniecturas, ſed uoluntas teſta-
toris expreſſa in uerbis pro lege eſt habenda,
ut eſt tex. in l. ille, aut ille. §. cum in uerbis. ff.
de leg.3. & ità illum tex. in materia interpre-
tationis ſubſtitutionis expendit Anch. con-
ſilio 137. principaliter ponderandū eſt, quod
forma ſubſtitutionum multiplex eſt. num.1.
ad idemq; adducit. §. diſponat. Authentico
de nup. & ita declarat Curt. ſen. conſi.42. nu.
21. & eſt de mente Bar. in d.l. in ambiguo. ff.
de rebus dub. ubi. n. uerba non conueniunt
menti vociferatæ, ea non eſt attendenda, &
ita expreſsè per Bar. ubi ſup. & concordan.
concludit Ruin. conſi.29. nu.11. uol.2. imò
etiam ſi de contraria mente cōſtet, idem di-
cendum, ut ille concludit conſi.49. nume.5.
vol. eo. ubi citat eaſdem auctoritates. idem
probat Ruin. conſi.49. nume.5. uol.2. ꝙ vbi
uerba propriè, uel impropriè non poſſunt
deſeruire menti ipſius diſponentis, ea non
attenditur, etiam ſi de ea conſtet. ad hoc fa-
ciunt, quæ ſuddit idem Curt. ſen. conſil.29.
num.5. uerſi. vlt. me mouet. ubi concludit, ꝙ
nunquam ad mentem, & uoluntatem teſta-
toris ſeruandam recurrimus, niſi quando
ſecundum propriam, uel ſaltem impropriā
uerborum prolatorum ſignificationem, uer
ba ipſa menti cōuenire poſſunt, aliàs ſecus,
quia ubi uerba ſunt clara, non oportet à uer
bis recedere, ibiq; ad hoc plur. concordan.
citat. & ſequēdo Bar. ubi ſuprà, aliàs, vt ille-
met inquit, nunquam verum eſſet id, quod
regulariter dicitur, quod caſus omiſſus ha-
betur pro omiſſo, & ibi ſubdit, quod in caſu
55 claro † omnis interpretatio dicitur calum-
nioſa, per glo. in d.l. quidquid aſtringendæ.
ff. de uerb. obligat. idem firmat apertè Ruin.
conſi.128. nu.22. uol.3. remouendo dictum
in caſu ſuo, quod magis dilectus non debet
eſſe deterioris conditionis, quàm minus di-
lectus. & ad hoc facit, quod dicitur, uolun-
56 tatis quæſtionem † non admitti, ubi uerba
ſunt clara, d.l. ille, aut ille. ff. de lega.3. & Soci.
iun. conſi.64. uol.3. num.6. & non ſufficit, te-
ſtatorem noluiſſe, niſi etiam diſpoſitum ſit,
d.l. quidam cum filium. ubi Bar. & Imo. ff. de
hæred. inſtitut. latè Dec. conſi.384. col. fin.
uerſi. nō obſtat. & conſi.636. in fi. Alex. conſi.
202. nu.4. uol.7. & hanc partem probat etiā
Matthæ. Laym. in defenſio. cauſæ Honold.
nu.429. & ſeq. ubi etiam refert illud dictum,
de quo ſuprà, ꝙ ubi uerba ſunt clara, tunc
omnis

omnis interpretatio repugnans eſt calum-
nioſa, citando Ripam. & ideò Crauet. cõſil.
47. nu. 2. concludit, quòd interpretatio ceſ-
ſat in re clara, nec indigemus gloſſa, vbi ha-
bemus tex. & quòd ceſſant cauillationes ad-
uocatorum, vbi uerba ſunt clara. Illud ergò,
quod dicitur ſuprà in contrarium in fideicõ
miſſis, maximè attendi debere mentem po-
tiùs, quàm uerba, procedit in ea mente, quę
ſit per verba teſtamenti ſignificata, vel quæ
colligatur in cõſequentiâ verborum expreſ-
ſorum in teſtamento, vt etiam conſiderat
Torniel. inter conſilia Port. conſi. 43. nu. 16.
Et ità debet intelligi Bal. in l. voluntas. col. 2.
in princip. C. de fideicom. dum concludit, quòd
ſi cõſtet de voluntate qualitercunq;, ſtatur
volũtati, & non interpretationi. Et pro hoc
faciunt, quæ ponit Bal. in c. mandatum. de
reſcrip. quem refert, & ſequitur Curt. iun.
conſi. 121. num. 11. in fi. & ſeq. dicens, quòd
ſub ſigno mentis verba conſiſtunt, tamquã
ſub ſuo proprio originali, dummodò tamẽ
à verbis totaliter nõ diſcedatur, & ità intel-
ligitur, quod ipſi dicunt, quòd mens eſt in-
dex uerborum, & eius ſubſtãtia prima, quia
cor eſt imperator linguæ, & habet eam tan-
quam mancipiũ. Quod ergò dixit Menoch.
conſi. 97. num. 46. in 2. caſu, quòd vbi mens,
57 † & uerba repugnant, neutrum eſt attenden
dum, intelligi debet, vbi verba nullo modo
conueniunt, & omnis cõiectura mentis ceſ-
ſat: aliàs enim contra illam opinionem, fa-
cit tex. in l. quoties. §. ſi duo. ff. de hered. inſti-
tuen. ubi ſi duo hęredes ſunt inſtituti, alter
ex parte tertia, alter ex beſſe eiuſdem fundi,
utiq; detracta fundi mentione, uterq; intel-
ligitur hæres æquis portionibus, ſi modò vo
luntas teſtatoris manifeſtiſſima non repu-
gnet.

Sed pũctus ſtat circa primum, & ſecundum ca-
58 ſum, qualiter probabitur † mens teſtatoris
varia, & diuerſa à ſono uerborum expreſſo-
rum, & iſto caſu, ut ſuprà vidimus, tenentes
primam opinionem conueniunt in hoc, quòd
euidenter probetur talis diuerſa uoluntas,
quàm ut uerba ſonent, ut dicit tex. in l. licet
Imperator. in verbo euidens. ff. de legat. 1. l.
Lucius Titius. quæ eſt 126. in princip. ff. eo. &
in l. Caius Seius. quæ eſt 88. in fi. ibi Euiden-
ter probauerit. ff. de legat. 2. ſeu manifeſte, l.
nõ aliter. quæ eſt 65. in princ. ff. de legat. 3. vel
etiam manifeſtiſſimè, l. generali. quæ eſt 32.
§. duas filias. in fi. ff. de vſufruct. Ad proban-
dum autem talem euidentem, manifeſtã, uel
manifeſtiſſimam voluntatem, concludunt,
quòd ſit locus cõiecturis, ubi aliundè mens
probari non poſſit, d. l. cum proponebatur.
in uerbo coniectura. & ibi glo. ff. de leg. 2. eui-
59 dens enim uoluntas † teſtatoris dicitur, quę
ex cõiecturis colligitur, d. l. licet Imperator.
ff. de lega. 1. & concordan. per Abba. conſil.
78. num. 2. in 2. parte. & ſufficit, quòd poſſit
de uoluntate apparere ex quibuſcunq; con-
iecturis, uerbis, uel præſumptionibus, vt per
Iaſonem conſi. 108. col. 3. circa principium.
60 uol. 4. & quòd ubi fideicommiſſi onus † ex
cõiecturis colligitur, oporteat eas colligi ex
* diſpoſitis in teſtamento, tenent* omnes Do-
ctо. Port. conſi. 14. nu. 2. & conſi. 40. num. 4.
* & ſeq. & de * communi etiam teſtatur Tor-
niel. ibidem conſi. 43. num. 14. & ſeq. & Port.
conſi. 137. num. 14. ubi inquit, quòd ad hoc,
ut onus fideicõmiſſi inductum a fideicom-
mittente dicatur, oportet, quòd hoc colli-
gatur ex his, quæ in teſtamento diſpoſita
ſunt, nec ſufficit dicere mentem teſtatoris ta-
lem fuiſſe, niſi ex uerbis, uel factis expreſsè
colligatur. & pro hac concluſione eſt tex. in
d. l. vnum ex familia. §. fin. ff. de lega. 2. ibi, cũ
fideicõmiſſi verba ceſſare aiaduerteret. & cla-
rius. in. §. ſi omiſſa. ibi, Si omiſſa ſint uerba fi-
deicommiſſi, & cætera, quæ leguntur, cum
ijs, quæ ſcribi debuere, congruant, rectè
datum, & minus ſcriptum. &c. quem tex. in
propoſito coniecturali ſignat Curt. Iun. con
ſilio 121. num. 13.

Sed hactenus cõcluſio iſta manet in ambiguo,
ignotum etiam per ignotius &c. Et ideò hic
aduertendum eſt, quòd ut infrà dicam ſecundũ
Bal. in l. ea quidem. nu. 13. C. de accuſat. con-
61 iectura eſt † acceptio, ſeu reputatio ueri ex
aliquo ſic ueriſimiliter ordinato, ſicut per
circulum coniecturamur tabernam, & per
habitum meretricem, l. apud Labeonem. §. ſi
quis uirginem. ff. de iniur. & ſic in effectu cõ-
iectura eſt uera opinio ſapientum, ſecundũ
Franc. Niconic. in rub. num. 45. ff. de no. ope.
nunc. & eſt ſemiplena probatio, ut inquit
Ang. in Authentico de fid. inſtrumen. §. ſed ſi
inſtrum. in fi.

Secundò conſiderandum eſt, quòd aut agi-
62 tur † de fideicõmiſſo inducto in aliquo caſu,
& tunc ſufficiunt coniecturę etiam leues, ſi
uerò agitur de fideicommiſſo cõtinuatiuo,
& reciproco inter deſcendentes, & tũc opor-
tet, quòd coniecturæ ſint vrgẽtiſſimę, ut poſt
Alex. & Socin. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff.
de uerbo. obligat. concludit Bolognet. conſ.
15. num. 55. in princ. dicẽs, quòd iſto caſu ra-
riſſimè fideicommiſſum inducitur, & quòd
coniecturæ oportet, quòd ſint apparentes,
& euidentes, & ex multis ſcriptis in diſpoſi-
tione ſumptæ, ità quòd uideatur id, quod
prætẽditur deductum in diſpoſitione, ut ibi
per eum nu. 51. & idem firmat poſt plur. con-
cordan. per eum citatos, Menoc. conſi. 392.

num. 5. uol. 4. dicens, oportere coniecturas, quæ adducuntur pro inducendo fideicommiſſo eſſe multùm probabiles, neceſſarias, & concludentes. Rub. in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 10. per illum tex. ff. de lib. & poſthu. dicens, oportere coniecturas elici ex uerbis ſaltem impropriè, ut ibi nu. 27. uel ex mente euidētiſſima, quæ illud neceſſariò inferat, Cepha. conſi. 447. nu. 14. & quod diſponens non loquitur, non dicitur uelle, latè Bolognet. ubi ſuprà, Cepha. conſi. 419. num. 43. & plur. ſeq. & ad hoc faciunt, quæ dixi ſuprà in 5. quæſt. principali, in tertio caſu, in 7. declaratione. idem reſpondit Cephal. conſil. 401. & conſi. 432. & conſi. 447. & conſi. 419. & contra multas coniecturas reſpondit Cephal. d. cōſi. 419. & Bolognet. ubi ſuprà. Et hanc cōcluſionem & declarationem firmat etiā Alba conſi. 29. nu. 7. & conſi. 31. nu. 21. ubi concludit, quòd in fideicommiſſis licèt ſpectanda ſit potiſſimùm uolūtas teſtatoris, tamen ibi intelligitur ſanè, quantum ad eius interpretationem, poſtquam conſtat illud eſſe inductum, ſecus autem quando agitur de eo introducendo, quia tunc neceſſariò requiruntur verba expreſſa, uel coniecturę admodùm urgentes, & etiam ſuprà dixi in 5. quęſt. principali. in tertio caſu, in ſecunda declaratione, in fin. idem reſpondit Grat. conſil. 31. col. 1. in fin. nu. 24. in fin. & ſeq. uol. 3. præſertim ubi uerba impropriantur nume. 63. & iſtud eſt, quod uoluit Bald. in l. precibus. C. de impub. quem ad hoc refert, & ſequitur Dec. conſi. 89. col. penul. poſt med. uidelicet, quod ſæpè fallimur in coniecturanda teſtatoris uoluntate, ut ibi, num. 66. & quam non audiuimus, nec modò loqui poteſt, ut inqt Bald. ubi ſuprà. Soci. Iun. conſi. 101. in prin. uol. 1. dicens, quòd tunc dicimur ambulare in tenebris. Sæpè enim contigit teſtatorem aliquid uoluiſſe, & tamen non rogaſſe, l. ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus. ff. de donat. inter uirum, & uxo. Rolan. conſi. 23. in prin. uol. 4. Sed quando agitur de interpretando fideicōmiſſo iam inducto, uel quādo dubitatur, an inductum ſit, quòd ſufficiant cōiecturę ſimpliciter, tenet Alex. de Næuo conſi. 17. col. fi. & quòd ubi uerba cōueniunt, debeat etiam conuenire diſpoſitio, Cepha. cōſ. 318. nu. 22. & Bal. ubi ſuprà, quòd plerunq; decipimur, dum ſcrupuloſæ mentis, & anxiæ coniecturis, ceu exceptuatis rebus utimur, refert, & ſequitur Matth. Layma. in defenſione cauſæ Honoldinæ nu. 7. & ſummopere fugienda eſt diuinatio, ut latè probat Riminal. Iun. cōſi. 571. nu. 173. uol. 4. Et comprobat latiùs Bero. conſi. 67. num. 8. uol. 2. concludens, quòd licèt leges omni conatu nitantur interpretari, conſeruare, & imitari uolūtates defunctorum, l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſtrat. non tamē uoluerunt intātum fauere eis, quòd ſufficiat imaginari cum prudenti conſilio, & conſideratione rationabili defunctum ita uoluiſſe, niſi ex uerbis eius hoc colligatur, uel ex diſpoſitis per eum, ità quòd uoluntas in diſpoſitionem tranſiuerit, per text. & ibidem Bald. & Imo. in l. quoties. §. tantundem. ff. de hæred. inſtitu. & Bald. in l. 1. in fin. C. de his, qui ante apertas tabu. & cōcordan. de quibus per eū, dicentem poſt Doct. ſuprà citat. ſic intelligi debere regulam, de qua in l. tale pactum §. fi. & ibidem glo. ff. de pact. & allegata in contrarium. pro qua regula multa adducit Menoch. conſi. 204. nu. 65. uol. 3. qui tamen nituntur coniecturis, ut infrà dicemus. Addit ipſe conſi. 220. num. 96. & plur. ſeq. eo. uolu. q in ſubſtitutionibus in re dubia fit interpretatio contra eum, qui nititur ex eis, & quòd non eſt recedendum à proprietate uerborū, quia illa præfertur præſumptæ uolūtati teſtatoris, ut ibi per eum. & coniecturę mentis teſtatoris debent ſumi, non niſi ex uerbis expreſſis, Pariſ. conſi. 41. nu. 25. uol. 3.

63 Tertiò conſiderandum eſt, † quòd pro fideicommiſſo facienda eſt interpretatio citra omnem dubitationem, quando aliàs uerba diſpoſitionis eſſent ſuperflua, & eluſoria redderentur, ità reſpondit Alcia. conſi. 532. perſtringendo. nu. 1.

64 Quartò dici poteſt, † quòd ſtatus coniecturalis attenditur in ultimis uoluntatibus, nō tamen in contractibus, etiam ſi de fideicommiſſo quæratur: ità concludit Gabriel. conſi. 140. nu. 33.

Ex his itaque patet, eam opinionem, quæ fauet coniecturandæ menti diſponentis, ex magis communi omnium conſenſu intelligi debere, ſecundum diſtinctiones ſupradictas.

Capio modo ſecūdum principalem articulum iſtius nonæ Quæſtionis principalis, in qua etiam patet rem non eſſe pacificam. Etenim tres reperio eſſe opiniones.

Prima eſt, quæ deſiderat, quòd coniecturæ debeant omninò eſſe neceſſarię, & cōcludētes.

Secunda eſt, quod immò ſufficiat etiam, quod ſint leues.

Tertia eſt, quòd non niſi probabiles audiātur. Sed antequam ad explicationē harum opinionum accedam, uidendum eſt, quid ſit cōiectura, vt faciliùs intelligamus id, de quo diſputamus. Qua in re breuiter dico, quòd in iure noſtro circa hanc materiam, dantur plures termini, quos ſæpè vidi confundi per ſcribentes. Sed oportet rem altiùs exordiri, & plures q̄ſtiones breuiter diſcutere. Quarum

rum prima eſt, quid ſit probatio. Secunda,
quot ſint ſpecies probationum. Tertia, quid
ſit præſumptio. Quarta, in qd differat præ-
ſumptio, fictio, cōiectura, error, ſuſpicio, opi
nio, fama, indicium, credulitas, manifeſtum,
notorium, adminiculum, argumentū. Quin-
ta, quotuplex ſit præſumptio. Sexta, quid ſit
effectus præſumptionis. Septima, quæ pręſu-
mantur, & quæ non.
Circa primā breuiter dicēdum eſt, quòd eſt ra-
65 tiocinatio † de re certa per ipſam, & eſt ora-
tio, vel actitatio, ſiue ratio veritatem dedu-
cens in lucem, ideſt, rei dubiæ faciens fidē, vt
concludit Bal. in prin. Rub. extrà de probat.
Ad ſecundam quæſtionem variæ diſtinctiones
traduntur per Doct. nam Bal. in c. 1. §. ſacra-
mentum. nu. 10. de conſuetudine rect. feud.
66 concludit, quòd probationum † duæ ſunt
principales ſpecies, alia ſcilicet iuris, & alia
67 facti. Facti autem † tria ſunt genera.
Alia enim eſt vera probatio, ſeu plena, & hęc nō
indiget patrocinio.
68 Alia veriſimilis, † & non plena, & hęc indiget
patrocinio aliquo, putà, iuramento ſupple-
tiuo, vel alijs circonſtantijs, quæ iudicē mo-
uent ad iudicandum rem ſic ſe habere.
69 Tertia eſt † non veriſimilis, neque plena, &
hæc tertia ſpecies pro nulla habetur in cau-
ſis, maximè, in quibus agitur de graui pręin-
dicio, l. nō eſt veriſimile. in princ. ff. quod me-
tus cau. & c. quia veriſimile. de præſumpt.
Alibi autem Card. conſi. 128. in fin. conclu-
70 dit, quòd iudex, cuius eſt † ſequi veritatem,
& qui ſolùm ad id inuentus eſt, vt veritatem
perquirat, & inueniat, vt inquit Grāmat. de-
71 ciſ. 34. in prin. ad iudicandum † ſemper mo-
ueri debet per aliqua ex his quinque ſpecie-
bus probationum, ſcripturæ, teſtium, con-
feſſionis partis, facti euidentiæ, aut præſum-
ptionum violentarum. idem dixit glo. in c. cū
ad ſedem. de reſtit. ſpoliat. quæ addit & ſextā
ſpeciem, videlicet iuramētum ſuppletiuum,
cum concordantibus, de quibus per Barba.
conſ. 30. col. 1. nu. 2. vol. 1. Bar. autem in l. ad-
* monendi. nu. 22. & Rip. nu. 89. & ſeq. & * cō-
muniter Docto. ff. de iur. iuran. concludunt,
72 quòd probationum, † quæ cadūt in animo
iudicis, & quæ ei fiunt, tres ſunt gradus.
Primus eſt ſuſpicio.
Secundus eſt opinio.
Tertius credulitas.
Prætereà alibi dicunt Docto. maximè Bald. in
Rubr. C. de probat. & in rubr. extra eodem.
73 quòd probationū † variæ ſunt ſpecies, quę-
dam enim fiunt per teſtes, quędā per inſtru-
mēta, quędam per coniecturas, quędam per
* iuris pręſumptionem, & hęc eſt * communis
opinio, Bero. q. 90. nu. 2.

74 Circa tertiam, ſcilicet pręſumptionem † li-
cèt generaliter ſecundum aliquos definia-
tur, ꝙ ſit cognitio veritatis ex circunſtan-
tijs reſultans, vt declarat Calderi. in c. veſtra.
de cohabit. cler. ſequitur Grāmat. deciſ. 28.
nume. 21. vbi addit, quòd pręſumptio debet
reſultare ex pluribus cōiecturis, & alijs pro-
bationibus, & ideò debilitatur, fortificatur,
& variatur ſecundum, quod ſuadebunt cir-
cunſtantię, nihilominus Bald. in princ. rubr.
extrà de probat. cōcludit, quòd pręſumptio
eſt ratiocinatio ſumpta à veriſimili, & prę-
75 ſumptio † in genere ſumpta eſt minus, quàm
ſemiplena probatio & minus, quam indiciū,
quod eſt plus, quàm pręſumptio, & minus,
quàm ſemiplena probatio, vt per Iuliū Clar.
in §. fin. q. 20. circa principium. in eius. pract.
76 crimin. & pręſumptio † aſſimilatur veritati,
veriſimilitudoq́; appellatur, c. conſtitutis. il
77 primo. ibi. quia veriſimilitudo † cognata eſt
naturæ. c. quia veriſimile. de præſumptioni.
Crauer. conſi. 61. num. 9. abhorretq́; irratio-
nale naturę pręſumptio, Bald. in c. 1. §. ſi verò
vaſallus. quid ſit inueſtitura. Soci. conſi. 169.
num. 12. verſi. prętereà. uol. 2. addit Bal. in d.
l. ea quidem. nu. 16. C. de accuſat. quod veri-
ſimile eſt id, quod vero videtur ſimile, nō ve-
riſimile autē, quod à vero diſſimile videtur,
& idem Bal. in l. excuſantur. quę eſt la ſecon-
da, in princ. verſi. extrà quęro. ff. de excuſan-
78 tut. quod eſt pręſumptio † probatio pro-
bans, non autem probata, quia pręſumptio
fit per vnum teſtem, qui plenè non probat, ſi
autem eſſent plures teſtes verum deponen-
tes, probatum eſſet ad plenum; & quod prę-
ſumptio eſt probatio directè tangens nego-
cium, cętera autē, de quibus infrà dicemus
in ſequenti quęſtione, tāgunt negocium per
indirectum; & ſic ſecundum Bal. plus eſt prę-
ſumptio, quàm indiciū. & pro prędicta defi-
nitione faciunt ea, quę ponit Abb. in c. quar-
to loco. de pręſumpt. vbi concludit, ꝙ præ-
79 ſumptio † nihil aliud eſt, quàm ſuſpicio quæ-
dam, quæ cauſatur in animo Iudicis, & cu-
iuslibet alterius ex uarijs argumentis, & cō-
iecturis, vel indicijs, quæ, quo magis vrgent,
eò magis firmatur ſuſpicio: ſequitur Syluan.
conſi. 86. nu. 16. in princ. & Natta conſi. 358.
nu. 12. addit Bald. in l. mater tua. ſub nu. 12.
80 C. de rei veud. quod præſumptiones † aptan-
tur ijs, quæ communiter accidere cōſueue-
runt, & non aliter. Sunt enim duo genera
81 † præſumptionum. aliæ enim ſunt pręſum-
ptiones hominis aliæ iuris, ut inquit Bal. in
d. l. ea quidem. nu. 6. C. de accuſat. & ibi con-
cludit, quòd præſumptio hominis eſt quidā
conceptus cauſatus in mēte ab aliqua pro-
babili coniectura.

82 Præſumptionum† autem iuris aliæ ſunt iu-
ris tantum, aliæ iuris & de iure.
Præſumptio iuris tantum, eſt ſimilitudo quæ-
dam, de qua ibi.
Præſumptio autem iuris & de iure eſt ſtylus de
iure promulgatus ex indubitata coniectu-
83 ra, ut ibi per eum, & cōſtat,†:ꝑ præſumptio
eſt minus, quàm indicium, Hippolyt. in §. di-
ligenter. num. 114. intelligendo de præſum-
ptione hominis.
Circa quartam principalem quæſtionem ſciē-
84 dum eſt in primis,† quinque eſſe ſtatus men
tis iudicis, ut dicit Bal. in l. 1. num. 38. C. qui
accuſare non poſſunt.
Primus ſtatus eſt in præparatorijs cauſæ, & hic
eſt ignorantia, quia iudex adhuc nihil ſcit
de pertinentibus ad cauſam, & ignorantia
eſt prima qualitas mētis, licèt ipſe dicat pri-
uationem eſſe, non autem actum, tamē me-
lius in Rubrica in principio extrà de proba.
inquit, quòd ignorantia eſt paſſio, quā mens
non ſentit, & in l. quidem. num. 14. & ſeq. C.
de accuſat. concludit, quòd inſcitia, ſeu igno
rantia eſt intellectus non determinans ſe ad
verum, nec ad falſum, error autem eſt priua-
tio intellectus cauſati ꝑ falſi imaginationē.
Secundus ſtatus, & qualitas mentis iudicis eſt,
ubi inchoatur tractari de meritis, quæ cau-
ſantur à petitione actoris, & negatione rei.
Tertius ſtatus eſt mentis, & animi iudicis,
q appellatur flexio, & iſte fit in ventilatione
cauſæ inclinando, & flectendo mentem, &
animum ad vnam magis, quàm ad alteram
partem, tractus ex indicijs, & coniecturis.
Quartus ſtatus eſt electio, ſeu mentis vehemēs
applicatio ad vnam ex partibus ex argumen
tis vero proximis.
Quintus ſtatus eſt plenum animi iudicium, &
plena, & indubitata fides iudicis, vt ille ait
in priore loco ſuprà citato, & à nihilo inci-
pit, & terminatur ad perfectum.
Secundò præmitto, quod antequam perue nia-
tur ad cognitionem alicuius rei, homo tran-
ſit per multos gradus, & multa media, &
paulatim per partes deuenit ad notitiam
rei veram, ut concludit idem Bal. in d. l. ea
quidem. num. 4. in fin.
His ſic pręmiſſis ex cognitione vniuſcuiuſq; ter
mini ex contentis in hac quarta quæſtione
apertè apparebit, quæ, & qualis differentia
85 ſit inter eos. Dico igitur, † quòd attinet ad
fictionem, quòd fictio eſt diſpoſitio, & deter-
minatio facta per legem taliter firma, & ſta-
bilis, quòd nullam admittit probationem
cōtra illud, quod fingit factum, tamē & ſi in
rei veritate non ſit factum, vt in ſtipulatione
pro dote, l. 1. §. accedit. vbi glo. & omnes not.
C. de rei vx. actio. & ſimilibus caſibus, de qui-
bus per Bar. Iaſ. & alios in l. ſi is, qui pro em-
86 ptore. ff. de vſucap. & natura fictionis eſt† fin
gere id, quod poſſibile ſit in genere ſuo, putà,
ꝙ vnus, qui ſit filius alterius ſit filius meus.
nam ſi ſum tantæ ætatis, quòd poſſit eſſe fi-
lius meus, poteſt habere locum fictio, aliàs
ſecus, putà ſi filius ſit maioris ætatis, quàm
pater, uel quod furioſus, vel mente captus
conſentiat alicui actui, iſtud enim eſt impoſ-
ſibile per rerum naturam in genere ſuo, ideò
lex, aut aliqua diſpoſitio humana non po-
teſt hoc fingere, ità dicit Bart. in l. ſub condi-
tione. num. 2. ff. de condit. & demonſtrat.
87 Et definitur fictio, † quòd ſit falſitas pro ve-
ritate accepta, & iuſtiſſima, & ſpecialiſſima
cauſa in iure expreſſa, inquit Bal. in d. l. ea
quidem. nume. 9. & licet Bar. in l. ſi duo. ff. de
acqui. hæred. dicat, quod fictio, & præſum-
ptio iuris, & de iure idem ſunt, vt non admit
tant probationem in contrarium, tamē hoc
88 non puto uerū; quia præſumptio cadit† ſu-
per eo, quod eſt incertum, fictio autem ſu-
per certo, vt inquit gloſſ. in d. §. accedit. in
verb. præſumitur. quæ exponit, id eſt, fingi-
tur. Nam ſi reuera ſtipulatio non interuene-
rit pro dote, lex tamen fingit, quòd interue-
89 nerit, & fictio † non admittit probationem
in contrarium etiam per confeſſionem par-
tis, ſecus autem in præſumptione iuris, & de
iure, ut poſt Cyn. cōcludit Bar. & alij in Au-
thē. ſed iā neceſſe. C. de donat. propter nupt.
& quòd contra pręſumptionem admittatur
probatio, non autem contra fictionem, re-
ſpondit etiam Alex. conſi. 158. vol. 2. & ibi nu
mero 9. tāgit, an homo poſſit fingere, quod
negat, Natt. conſi. 429. num. 14. & ità etiam
debet intelligi Bal. in l. ordo nu. 2. in fin. C. de
exeq. rei iudicat. dicentem poſt glo. ibi, quòd
quando lex præſumit ſuper certo, nō poteſt
probari contrarium, & dicit eſſe menti tenē-
dum; debet enim intelligi in fictione, per ea,
quæ ſuprà diximus. & ità expreſsè hanc dif-
ferentiam inter præſumptionem iuris, & de
iure, & fictionem tradit Imol. in l. creditor. §.
1. num. 6. ff. de appellāt. Conueniunt tamen
90 in hoc, † quia nec fictio cadit ſuper impoſſi-
bili, nec etiam præſumptio, Bal. in l. filium
definimus. in 2. lect. num. 4. in 3. notab. ff. de
his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. dicens, quòd
præſumptio non adaptatur ad impoſſibile,
& præſumptio æquipollet indicio, quia in-
dicium dicitur præſumptio, ut per Alex. con
ſilio 124. nu. 7. vol. 6. Addit Cran. conſi. 178.
91 nu. 9. quòd vehemens pręſumptio † dicitur,
quando animo iudicis contrarium perſua-
deri non poteſt, nec eius intellectus verti po-
teſt in oppoſitam conſcientiam, & quod lex
ciuilis habet pro probato id, cuius contra-
rium

rium non eſt credibile, nec alicui probo vi-
ro perſuaderi poteſt, & quod ratio naturalis
92 dictat † non debere pronunciati cõtra vnum
perfectum indicium.
93 Coniectura autem † eſt uera opinio ſapien-
tum, ſecũdum Franciſcum Niconi. Com.
in Rubr. num. 41. C. de eden. ſed Angel. in §.
ſed ſi inſtrumentũ. in fin. Authẽ. de fid. inſtr.
concludit, quòd omnis coniectura dicitur
ſemiplena probatio, & conſentit Bal. in d. l.
ea quidem. nu. 13. dum concludit, ꝙ conie-
ctura eſt acceptio, ſeu reputatio veri ex ali-
quo ſic veriſimiliter ordinato, ſicut per cir-
culum coniecturamus tabernam, per habi-
tum meretricem, per l. apud Labeonem. §. ſi
quis virgineo. ff. de iniur. Quò fit, vt malè
Curt. reprobauerit Angel. vbi ſup. in d. l. ad-
monendi. nu. 289. dicens, quod coniecturæ,
& indicia ſunt minus, quàm ſemiplena pro-
batio. Nam ſi loquamur de coniectura à re-
motis poſſet teneri, Angelum minus rectè
94 loquutum, niſi etiam † ſi ea probata ſit, pro-
ut de iure debet probari per duos teſtes. &
hoc vltimũ probatur in l. fin. C. famil. erciſc.
Riminal. conſi. 252. num. 21. vol. 2. talis enim
coniectura à remotis non ſiſtit animum iu-
dicis in quarto etiam ſtatu, de quo ſuprà. &
nedũ ſi vna ſit, ſed nec etiam ſi plures eſſent
tales à remotis, quia adhuc minus, quàm ſe-
miplenè probarent. & hoc modo poſſet etiã
ſaluari Curt. loquens in numero plurali, qa
illæ vix animum iudicis reducerent ad ter-
tiũ ſtatum, de quo ſuprà. Et iſtud eſt, quod
uoluit Bal. conſi. 152. nu. 6. in 1. parte. dicẽs,
95 quòd coniecturæ, vt inuent, † debent eſſe à
proximis. quòd ſi eſſemus in violenta conie-
ctura, alio ex aduerſo non probato, iuſta eſt
Ange. ſententia, per Bal. ubi ſup. in exemplis
per eum poſitis. quemadmodum etiam in
coniuncto prohibente aduerſarium litigare
cum perſona prohibenti coniuncta teſtes
examinare contra dictam coniunctam per-
ſonam; coniectura enim vehemens inſurgit,
quòd hoc faciat cum participatione cõiun-
cti, cuius intereſt, d. c. conſtitutis. il primo. de
teſtib. & habetur etiam in exemplo Salomo-
nis, de quo in d. c. afferte mihi gladium. de
præſumpt. reputatur enim talem eſſe verita-
tem. Verum eſt, quòd talis violẽta coniectu-
96 ra † non diſtat à præſumptione, imò præ-
ſumptio eſt iuris, ut habetur in iuribus pę-
dictis, & in exemplis Bal. vt ſuprà, & ſunt cõ-
iecturæ quaſi colligatæ, quæ coniunguntur
ſuę origini, Bal. in l. 1. C. de priuil. dot. de quo
etiam meminit Curt. vbi ſup. vbi tamen fa-
97 tetur, quòd ex pluribus coniecturis † ad idẽ
tendentibus poteſt ferri ſentẽtia, ſicut ex plu
ribus præſumptionibus, & indicijs, per In-
nocen. & Doct. in c. illo, vos. de pignor. &
concordan. tes, de quibus per eum, intelligen
do eum de pluribus coniecturis à remotis,
ne videatur pugnare cum his, quæ ſuprà di-
ximus. addit Bal. in l. excuſantur. quæ eſt l. 2.
in princip. ff. de excuſat. tuto. quod coniectu
ra eſt minus, quàm prę ſumptio, quia tangit
factum indirectè. Addit Curt. Iun. in d. l. ad-
98 monẽdi. quòd indicium, & coniecturę † ſunt
ſinonyma idem ſignificantia, & importan-
tia, per Bal. vbi ſup. & ex his patet coniectu-
ram minus eſſe, quam pręſumptionem, quia
pręſumptio facit ſaltem ſemiplenam proba-
tionem, vt diximus in prima quæſtione. Et
ad prædicta facit Bal. in l. ea quidem. nu. 13.
C. de accuſat. dicens, quòd coniectura eſt ac-
ceptatio, ſeu repſentatio veri ex aliquo alio,
ſic veriſimiliter adiuncto, ſicut per circulum
coniecturamus tabernam, & per habitum
99 meretricem. Coniectura autem † minimè fa
cit ſemiplenam probationem, niſi ſint mul-
tæ bonæ, quia tunc habent vim vnius teſtis,
Bal. conſi. 380. tres ſunt caſus. nu. 3. in 5. par-
100 te. imò probatio, † quæ fit per coniecturas
legales dicitur euidentiſſima probatio Ca-
ſtren. conſil. 74. in 2. parte. & iſtud eſt, quod
voluit Iaſ. in l. qui filiabus. §. 1. num. 9. ff. de le-
gat. 1. dicens, quòd id, quod per coniecturas
probatur, dicitur euidens; ſequitur Brun. in
tract. de forma. titulo, ex quibus cõſiſtat for
ma &c. col. 15. in fin. Et probatio per conie-
cturas dicitur probatio euidentiſſima, Bo-
logne. conſi. 25. col. 2. in princip. per glo. in l.
penult. C. de periculo tutor. ſed iſti capiunt
coniecturas pro pręſumptionibus, vt alibi
ſæpè, & præſertim Soc. in l. cùm auus. nu. 71.
ff. de condit. & demonſtrat. dum concludit,
quòd verbum coniectura ſignificat pręſum-
ptionem; ſed malè, iudicio meo. differunt. n.
iſta inter ſe (vt dixi) & ſunt termini diuerſi
(vt tradit magiſtraliter Bal. in d. l. ea quidẽ.)
Verum eſt, quòd ſicut ex pluribus præſum-
ptionibus reſultat plena probatio (vt infrà
dicam) ità etiam ex pluribus coniecturis,
Mantua conſi. 72. col. 3. Quod tamen nõ pu-
to, quia argumentum benè ſequitur ex plu-
ribus coniecturis, vel pręſumptionibus, ſed
non plena probatio, quia illa eſt de directo
probata, ſecundum Bal. conſi. 364. nume. 2.
in 3. par. ſed coniectura non eſt veritas aper-
ta, Curt. ſen. conſi. 87. nu. 9. Et ad prędicta
faciunt, quæ ponit Bal. in l. volũtatis. nu. 10.
C. de fideicom. dicens, quòd coniectura eſt
propoſitio hypothetica, ſcilicet, ſi hoc eſt,
veriſimiliter eſt & illud, & ſicut ex pluribus
pręſumptionibus fit plena probatio, ità etiã
ex pluribus coniecturis, & circunſtantijs re-
ſultare debet præſumptio, Gram. deciſ. 28.
num. 21.

nu. 21. Cōſiderandum eſt etiam, quòd con-
iectura probatur per duos teſtes, Bal. in leg.
quamuis. num. 1. C. de impub. & coniectura
101 † nō debet eſſe fundata in aere, Homode. cō
102 ſilio 209. in fin. & coniecturę conſiſtunt † vt
plurimum in arbitrio iudicis, ſed veritas re-
rum probatarum de neceſſitate concludit
partibus, & iudici, Bal. conſi. 364. num. 2. in
103 3. parte. Suſpicio autem, † quæ eſt ſuſpica-
ri de eo, de quo eſt ſuſpicandum, (vt inquit
Bal. in rubr. in princip. extra de probat.) eſt
motus quidam mētis ad aliquid cum vehe-
menti titubatione, vt concludit Bal. in d. l.
ea quidem. num. 5. C. qui accuſare non poſ-
ſunt. per tex. in l. de ſtatu ſuo dubitans. ff. de
teſtamen. cum ſimilibus iuribus, in quibus
fit mentio de ſuſpicione; ſubdens hanc defi-
nitionem procedere in ſimplici ſuſpicione,
non autem in ſuſpicione mixta cum conie-
cturis, pręſumptionibus, & alijs veriſimili-
bus, ex quibus quis ab officio, putà, ſuſpecti
tutoris remouetur; & ſic differt ſuſpicio ab
alijs terminis ſupradictis, & probatur per
cōiecturas, vt inquit Ioan. Fabr. in l. licet. nu-
mero 8. verſic. ſed quo modo probatur hæc
ſuſpicio. C. de acquir. poſs. vbi addit, quod ſu
ſpicari aliquando nō capitur pro dubitare,
ſed pro eo, qui habet animum inclinatum
ad aliquid, puta, ad amittendā poſſeſſionē.
104 Et hoc modo parum diſtaret † ſuſpicio à
pręſumptione, vt etiam ſuprà dixi, in prima
quęſt. imò etiam in effectu, vt ſinonyma iu-
dicantur, per gloſſ. in c. cum contumacia. in
prima gloſſ. & in c. ſeq. in uerb. vehemens ſu-
ſpicio. de heret. in 6. vbi concludit, quòd ſu-
105 ſpectus de hęreſi, † ſi citatus non cōpareat,
dicitur vehementer ſuſpectus, & ubi excom-
municatus per annum ſtetit, iam illa, quæ
erat uehemens pręſumptio tranſit in violē-
tam. quod puto verum loquendo de vehe-
menti ſuſpicione: illa enim vehemēs pręſum-
ptio poteſt appellari, ſecus autem ſi in ſim-
plici ſuſpicione, per illum tex. in d. c. cum cō-
tumacia. ibi, ſuſpicioni, pręſumptioni adij-
106 ciat uehementes. & una ſuſpicio † non in-
ducit pręſumptionem, ſed plures requirun-
tur, vt per Dec. d. conſi. 175. col. 6. licet ſuffi-
ciant ad capturam. & ità intelligi debet Bal.
in d. l. 1. nu. 37. C. qui accuſare non poſſunt.
107 dum concludit, ꝙ ad hoc, † vt reus recipia-
tur inter reos, requiritur, quòd aliqua ſuſpi-
cio iudicis, & pręſumptio laboret contra
eum; & ꝙ ex ſuſpicionibus, & pręſumptio-
nibus grauetur conditio rei, & ſentit, quod
ſuſpiciones, & pręſumptiones ſonent idem.
addit Syluan. d. conſi. 358. num. 12. quòd ſu-
ſpicio eſt in primo gradu probationis. quod
puto procedere in pluribus ſuſpicionibus
non in vna tantùm; nam non ex vna tantùm
oriri poteſt pręſumptio, ſed ex pluribus be-
nè oriri poteſt ſuſpicionibus, ſecundum Bal.
in Auth. ſi quis. C. de adult. quem etiam re-
fert, & ſequitur Rip. in d. l. admonendi. nu. 9.
& ſeq. ff. de iur. iur. Et in indiuiduo, quòd mi-
nor ſit ſuſpicio, quam pręſumptio, firmat
Dec. conſi. 575. num. 5. & poſt Bar. Port. in
ſuis concluſ. lib. 1. cōcluſ. 9. col. 1. quod eſt di-
ctum Gabriel. in ſuis concluſ. lib. 7. tit. de cri-
minal. concluſ. 6. num. 3. imò ad faciendum
vnam pręſumptionem plenę ſuſpiciones re-
quiruntur, Natt. conſi. 134. nu. 8. Vnum ta-
108 men non omitto, † quòd ad ſuſpicionem
probandā licèt ſufficiat leuis probatio, quia
ex leuibus ſignis poteſt oriri, ea tamen ſigna
debent plenè probari, ſecundū Oldrad. cōſi.
210. in princip. vt latius hęc probat Felin. in
c. litteras. nume. 22. de pręſumpt. Verum eſt,
109 † quòd ſuſpicio alia uehemens eſt, & veriſi-
milis, ſeu probabilis, vt in c. afferte mihi gla-
dium. de pręſumpt. & in c. conſtitutis. il pri-
mo. de teſtib. alia temeraria eſt: & ſuſpicio po
teſt etiā appellari leue indicium, vt per Clar.
in §. fin. q. 20. circa principium. & ſuſpicio
110 † non eſt ſufficiens ad torturam. Et conſta
etiam, ꝙ propter uehementem ſuſpicionem
non pōt quis condēnari, vt eſt tex. & ibi gl. in
ver. uehementé. in d. c. litteras. Addo, ꝙ ſuſpi
111 cio iudicis † eſt multū pernicioſa in aliqui-
bus, putà, in crimine falſi, Bal. in l. fin. in fin.
C. ſi ex falſ. inſtrumē. & in materia probatio-
nū ſuſpicio eſt parum momēti, & minus eſt,
quā præſumptio, quia ad faciendū vnā pręſ-
ſumptionem plures ſuſpiciones requirūtur;
vt ſępè dixi, & probat Dec. conſil. 175. nu. 5.
in fin. Et ità debet intelligi Bal. in ca. 1. §. inter
vaſallos. num. 9. uerſi. ſed quęro de ſuſpicio-
nibus, quis ſit earum effectus. de cōtron. in-
neſtit. dum inquit, quòd ſuſpicio facit indi-
112 cium, ut de fuga famuli, † quę parit ſuſpi-
cionē, quòd ſit furatus res, quę in domo de-
ficiunt. Iaſ. in l. admonendi. num. 59. ff. de iu-
reiur. vbi de hac materia.
113 Opinio autem † eſt ratiocinatio de re du-
bia, ut inquit Bal. in dicta Rubr. in princip.
extrà de probat.
114 Fama † verò eſt ratiocinatio vulgi, ut ibi
per eum.
Error autem, ut ſuprà diximus in primo pr-
115 miſſo, † eſt priuatio intellectus cauſata per
falſi imaginationem, & ut Bal. ait in dicta
Rubr. in princip. Error eſt ratiocinatio con-
traria veritati.
116 Argumentum verò ſic diffinitur, † quòd eſt
propoſitio ex aliquibus exiſtentibus reſul-
tans ad propoſitum oſtendendum, ſeu con-
cludendum, & ſic argumentum eſt collatio
plurium.

plurium, quę ad unam concluſionem ad ali-
quid probandum copulantut, ità conclu-
dit Bal. in d.l. ea quidem. num. 11. C. de accu-
ſat. & hoc modo non multùm diſtaret argu-
117 mentum à coniectura, † & ab alijs termi-
nis differret hoc modo, quia illud conficitur
ex illis, uel ex pluribus ex illis ſimul copula-
tis, & illi creant argumentum, quemadmo-
dum ex vino, & melle fit mulſum, inſtit. de
rer. diuiſio. §. quòd ſi partem. cum ſimil. Et
hanc definitionem Bal. tenet etiam Grāma.
d. deciſ. 13. nume. 23. vbi in principio addit,
ꝙ argumenta dicuntut perſpicuę præſum-
ptiones, ſecundum Innoc. extra in c. cùm in
diœceſi. de vſu, & habit. in ſua Margarita. &
quòd argumētum dicitur rei dubiæ faciens
fidem per quaſdam circunferentias, per Bal.
in l. 2. in fin. ff. de appellat. tecipien. & Calde-
rin. in d. c. veſtra. de cohabit. cler. & mulie. ad-
dit Bal. conſi. 152. nu. 6. in prima parte, ꝙ in
118 his, † quę nō poſſunt dilucidè probari, ſuf-
119 ficiunt argumenta, & vbi argumentis † lo-
cum eſt, tunc probationes poſſunt recipi,
etiam parte non citata, vt per Felyn. in cap.
ſecundo, de teſtib. Hippolyt. in l. de vno quo-
que. ff. de re iud.

120 De adminiculo † autem Bal. in d. l. ea qui-
dem. num. 12. C. de accuſat. concludit, quod
duplex, ſcilicet, vehemens, & non uehemens
ſit, & quod vehemens eſt ſuppletio defectus
probationis per ſe ſolum non operans, ſed
cooperans cum alia operatione, per c. fin. de
de ſucceſſion. ab inteſt. non vehemens autem
eſt aliqualis confirmatio rei probabilis, &
quòd talia adminicula per ſe ſola, etiam ſi
plura ſint, & ſimul concurrant, non ſufficiāt
ſ. ad victoriam, per l. ſecundā. §. 1. ff. de excu-
ſat. tut. & quandoque dicuntut uehementia
indicia, ut Bal. ait in l. fi. nu. 7. C. famil. erci-
ſcun. per illum tex. nihilominus adminiculū
121 † non eſt ſpecies probationis, Felin. in c. 2.
num. 15. de fid. inſtr. & quod adminiculum
122 † vehemens ſuppleat imperfectam proba-
tionem, Soci. conſi. 89. num. 14. vol. 1.

Circa indicium autem animaduerto in primis
miram varietatē eſſe inter maiores noſtros
in eius intelligentia, & explicatione. Et in pri
mis dum Bal. & plur. qui eum ſequuntur,
quandoq; dixit, non dari ſemiplenum indi-
cium, ut in 2. dicam conſideratione & quan-
doque ipſemet, & ſequaces contrarium aſſe-
ruerunt. Etenim vt ille ait, indicium eſt ar-
123 gumentum † valdè mouens intellectum ad
aliquid credendum, vel diſcredēdum. & duæ
ſunt ſpecies indiciorū: alia enim ſunt ſemi-
plena & dubitata, alia plena, & indubitata,
ſecundum Bal. in d. l. ea quidem. num. 10. C.
de accuſat. ubi addit, quod ſemiplenum eſt
præſumptio fortiter mouēs animum ad ali-
quid credendum, uel diſcredendum, per l. cū
probatio. ff. de probat. plenum autem eſt de-
monſtratio rei per ſigna differentia, per quę
animus in aliquo tanquam in exiſtēte quie-
ſcit, & plus inueſtigare non currat, per l. in-
dicia. C. de rei uendic. & differentia eſt inter
124 præſumptiones, † & indicia; quia ſecundū
Oldrad. quem refert, & ſequitur Bal. in d. l. 2.
incipit, excuſantur. in principio. verſi. extra
quæro. ff. de excuſat. tut. pręſumptio eſt pro-
batio non probata, ſed probans. vnde unus
teſtis facit præſumptionem, vt ſuprà dixi: in-
dicia uerò ſunt probatio probata. vnde vnū-
125 quodq; indicium † debet probari per duos
teſtes, vt ille ait; & probat tex. in l. fi. in princ.
ff. de quęſtion. Ratio autem differentiæ eſt,
126 inquit Bal. in d. l. 2. quia præſumptio † tan-
git directè factum probandum, ſed indiciū
127 tangit indirectè, & propriè † minus eſt indi-
cium; quàm præſumptio, per d. l. cum pro-
batio. ſubdens, quod iſta ſunt vtiliſſima, &
ſubtilia. Verum eſt, quod Alex. poſt plures
concordantes per eum citatos, conſi. 124. nu
mero 7. vol. 6. concludit, quod præſumptio
æquipollet indicio, quia indicium dicitur
pręſumptio ex definitione indicij.

Hinc libet ſecundò animaduertere, & conſide-
rare, quod gl. in l. cū probatio. ff. de probat.
128 inquit, quod indicium † eſt minus, quàm
ſemiplena probatio, & eam tenet Bar. ff. de
excuſat. tuto. in 2. lect. in l. 2. in princip. nu. 7.
in fin. quatenus tandem concludit, quod ple
na indicia faciunt ſemiplenam probationē.
idem tenet Craue. conſi. 35. num. 17. ubi in-
quit, quòd indiciū ad torturam eſt minus,
129 † quàm ſemiplena probatio, & quàm ſit
præſumptio. & latiùs Blanc. in l. fi. nume. 51.
ff. de quęſt. & inter conſi. crimin. diuerſorum
conſi. 105. num. 15. vol. 1. ubi habetur, quod
indicium ad torturam pōt eſſe minus, quàm
ſemiplena probatio. & idem uoluit Hippol.
in ſua praxi. crimi. §. diligenter. num. 5. in fi.
dicens, quod quæ faciunt ſemiplenam pro-
bationē in ciuilibus non faciunt eam in cri-
minalibus. & idē nō minus clarè voluit Bal.
in conſi. 594. nume. 6. in 2. parte. quatenus
130 inquit, quod in iure noſtro † ſicut non da-
tur ſemiplena probatio ſemiplenæ proba-
tionis, ità nec ſemiplenum iudicium. Con-
trarium tamen, quod imò indicium faciat
ſemiplenam probationem, & non ſit minus,
quàm ſemiplena probatio, uoluit gl. in l. ma-
ritus. ff. de quæſtio. & concordan. de quibus
per Bar. ubi ſuprà. & apertè idem reſpondit
Alex. conſi. 89. num. 7. uol. 3. ſequitur Natta
conſi. 499. col. 2. vol. 3. & ante eum Grāmat.
conſi. 21. num. 12. in crimina. idem etiā pro-
bat

bat Bar. in l. fi. in fi. ff. de queſtio. dum inquit,
131 quod unus teſtis de viſu † maleficij facit indicium ad torturam, ergò ſemiplenam probationé, quia duo conuincerent reum, & plenè probarent, c. in omni. de teſti. Sed pro reſolutione iſtius controuerſiæ poteſt concludi, quod aut agitur de uno indicio à remotis, & tunc procedat prima opinio, aut de indicio proximo, & túc locus ſit ſecundę opinioni. & ſecundum iſtam diſtinctionem intelligi debent, quæ infra ſubijciam ad remouédas amaritudines. Vel prima opi. pōt ꝓcedere in ciuilibus, l. indicia. C. de rei vend. ſecunda aūt pręualeat in criminalibus. quod ergò dicit Bal. alibi, quòd indiciū ſit minus, quàm ſemiplena probatio, conſi. 364. nu. 6. in 3. parte. dicens, quod unus teſtis in criminalibus non facit ſemiplenam probationē,
132 † quia nó eſt reperire hoc vocabulū in criminalibus, benè facit indiciū, quod de facili poteſt elidi; non ſic in ſemiplena probatione intelligi debet, ſecundum ſupradictā diſtinctionem ad euitandam tantam varietatem, imò & contrarietatem.

Argumentum autem ſumitur & formatur ex pluribus perſpicuis pręſumptionibus, Hippoly. in §. diligenter. numero centeſimodecimoquinto in ſua prac. crimin. & quod indicium ſit minus, quàm ſemiplena probatio, probat Craue. conſi. 58. nu. 19. & conſil. 101. nu. 15. vol. 2. Clar. in ſua pract. crim. §. fi. q. 20. in princ. vbi addit etiam, tria eſſe indiciorū
135 † genera, leue ſcilicet, graue, & grauiſſimū,
134 & de eorum effectibus. † eſt tamen indiciū ad torturam plus, quàm præſumptio, vt ibi per eum. & alibi ſæpè Bal. cōcludit, quod indicium eſt coniectura, ex probabilibus autē neceſſarijs, Bal. in l. neque natales. C. de probat. & concordan. de quibus per Cur. Iun. in d. l. admonendi. nu. 290. vbi propterea cōclu-
135 dit, quod ex vno indicio, † & coniectura regulariter non fit ſemiplena probatio, & non poteſt deferri iuramentū ſuppletiuum, quāuis aliquando poſſint eſſe tot indicia, & coniecturæ, quòd ex ipſis reſultaret plena probatio, & poſſet ferri ſententia, per regulam,
136 † quòd quæ non proſunt ſingula, multa in vnum collecta iuuāt, glo. in l. inſtrumenta. C. de probat. Et ex ijs paret minus benè ſenſiſſe additionem quandam ad Matthesilan. ſing. 13. ad fi. quæ voluit indicium eſſe plus, quàm
137 præſumptionē, quia cóſeſſio vulnerati † cōtra aliquem, ꝙ vulneratus fuerit ab eo, facit pręſumptionē, ſed non indicium. Id enim falſum eſt, quòd faciat præſumptionem, loquendo de præſumptione iuris, nec aliquis hoc dixerit. & quòd indiciū minus ſit, quàm pręſumptio, probat etiam Boer. deciſ. 90. nu.

138 4. Non omitto autem, † quòd indicia quādoque ſumuntur pro directa, vel pręſumpta probatione voluntatis teſtatoris, vt habetur in l. cum proponeretur. ff. de leg. 2. quandoq; ſumūtur indicia pro quibuſdam adminiculis, & circunſtantijs veriſimilibus, & probabilibus, vt in l. milites. §. oportet. ff. de quæſt. ità concludit Bald. in l. fi. nu. 7. C. famil. erci-
139 ſcun. & effectus indicij indubitati † licèt ſit multus, non tamen vt ſufficiat ad condemnandum corporaliter, niſi leui pœna, purà, fuſtigationis, Carer. in ſua practi. crim. l. ob-
140 ſeruare. nu. 56. in fi. plura tamē indicia † faciunt plenam probationem, inquit Mantua conſi. 72. col. 3. Quāuis Caſtren. in conſi. 194. col. fi. in prima parte, concludit, indicium nō facere ſemiplenam probationem. & ad prædicta facit Bald. conſi. 364. in princ. in tertia parte. dicens, quòd indicia ſunt illa propriè, quę vadunt per circunferentias, & indubitata, & certa, quæ ad torturam requiruntur, dicuntur ea, quæ non poſſunt in dubium reuocari, & debent eſſe luce meridiana clariora, ad perſuadendum quod quid eſt, non tamen ad plenè probandū. quia aliàs nō eſſent indicia, ſed probationes plenæ. Circa noto-
141 rium, † quia eius materia eſt lata, quomodo definiatur, quot ſint ſpecies notorij, & de eius operationibus, abūdè videri poteſt per Bal. in d. l. ea quidem. nu. 16. verſic. venio igitur ad notorium. cum plur. ſeq. C. de accuſa.
142 Vnum tamen non omitto, † quòd notoriū facti permanentis, vel reſultantis ex actis cōterit contrariam præſumptionem, etiā ſi ſit iuris. & de iure, & illi præualet, Innocent. in c. fraternitatis. de frigid. & maleficiat. ad concord. per Rip. in l. 4. §. condemnatum. nu. 16.
143 ff. de re iud. Pro prima itaque opinione, † ꝙ coniecturæ, ſeu præſumptiones iſtæ debeant eſſe neceſſariò concludentes, & quæ ex verbis neceſſariò colligantur, facit tex. in d. l. quidā cùm filium. ff. de hæredib. inſtituen. & plures auctoritates ad hoc citat Cagnol. in l. 1. nu. 53. C. de pact. & ante eum Iaſ. conſ. 141. nu. 3. in fi. vol. 2. & ſeu multùm probabiles; aliàs à verbis expreſſis non eſſet recedēdum, d. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad Trebell. & poſt Caſtrē. Iaſ. & Ripam per eum citatos, ità declarat Alba d. cōſi. 31. nu. 10. & inſuper idem reſpōdit Iaſ. conſi. 228. vol. 2. Cephal. conſ. 269. in fi. vol. 3. & vol. ante eos Dec. cōſi. 287. nu. 5. & ſeq. Et ꝙ debeant eſſe multùm probabiles, vel neceſſariæ probat Perſonal. in tracta. de adipiſcen. poſſeſſ. nu. 202. Et pro hac concluſione adduco tex. in l. 2. in prin. ibi, Niſi euidentiſſimis probationibus teſtatoré voluiſſe apparuerit &c. ff. de condit. inſtitu. Quò fit, vt Docto. paſſim pro regula conſtituant, cōtra alle-

tra alle-

tra allegantem ſubſtitutionem eueniſſe, ſi
dicatur, & opponatur per reum, ſubſtitutio
non loquitur, vel non legitur in teſtamento,
vt inquit Io. Andr. in addit. ad Spec. tit. de te-
ſtam. §. 1. verſi. occurrit. quem vltra Socin. &
Dec. refert, & ſequitur Alban. conſil. 1. nu. 2.
Socin. Iun. conſi. 64. num. 14. volu. 3. vbi con-
cordan. citat Gozad. conſi. 21. 29. & 59. vnde
eam allegans ſemper probare debet, Craue.
conſi. 161. nu. 16. & vbi ſubſtitutio eſt dubia,
144 † ſemper fit interpretatio contra eum, qui
nititur ex tali ſubſtitutione, Soci. conſi. 113.
145 in fi. vol. 1. Quo fit, † vt malè videantur lo-
quuti, qui dixerunt ex vnica etiam cōiectu-
ra per fideicommiſſum cenſeri vocatos, qui
in cōditione poſiti ſunt, quos refert, & ſequi-
tur Soci. Iun. conſi. 110. nu. 20. ad fin. & Cra-
uet. conſi. 62. nu. 6. & conſi. 113. nu. 1. in fi. vbi
ad hoc citat Corn. conſi. 97. in primo volu. &
conſil. 101. volu. 4. & ſuprà etiam diximus in
verſi. 2. etiam.

Nam ut ſuprà diximus, iſta opinio non poteſt
eſſe uera, quia res uerſatur in re ambigua, in
qua fit interpretatio cōtra eum, qui nititur
diſpoſitione dubia. Et non ſufficit aliqua p-
ſuaſiua ratione dicere, aut imaginari teſta-
torem aliquid cogitaſſe, aut uoluiſſe, niſi il-
lud diſpoſuerit, aut aliquo modo ex uerbis
ipſius inducatur, ut abundè reſpondit Soci.
Iun. conſi. 4. nu. 14. & ſeq. uol. 3. ſed conſtat, ꝙ
ſit coniectura legis, ſiue à lege data, non au-
tem hominis, & quę colligitur ex uerbis, Me-
noch. conſi. 85. nu. 87. & 89. Et oportet con-
146 iecturas † eſſe legis, non autē hominis, Me-
noch. conſi. 85. nu. 83. & ſeq. Et ad hoc facit,
quòd alias dicunt Docto. ꝙ coniecturæ hu-
manæ non debent eſſe fantaſiæ, & imagina-
tiones, quas homines pro libito uoluntatis
ſibi ipſis conſtituunt, ſed reales, & in opinio-
nibus bonorum uirorū fundatę. Et ideò in
primis puto cauendum eſſe ab his, qui dicūt
talem eſſe teſtatoris mētem coniecturaram,
& nihil aliud pro ſe adducunt, per quod ap-
pareat, hanc eſſe opinionem ſapientum, ut
optimè reſpondit Rota Bononienſis inter
conſi. Marzar. conſi. 7. col. 83. uerſi. reſtat ſo-
lùm labefactare, & diluere aſſertas coniectu-
ras in contrarium adductas. ubi poſt Bald.
in l. precibus. C. de impub. quem refert, & ſe-
quitur Curt. Sen. conſil. 29. ſub num. 6. in-
quit, quòd propter nimiam ſubtilitatem
ſępè erratur in coniecturanda uolūtate de-
functi, & eius animum non videmus, nec cū
eo locuti ſumus, propter quod dicimur am-
bulare in tenebris, Soci. iun. conſilio 101. in
princip. vol. 1. Et ideò decipimur plerunque,
dum ſcrupuloſè nimis, & anxiè coniecturis
veluti rebus claris vtimur. & vbi uerba te-
147 ſtatoris † poſſunt importare unū, & aliud,
non poteſt tunc dici de mente ipſius conſta-
re. Idem magis in propoſito firmat Socin.
conſi. 104. num. 8. vol. 3. quem etiam Rota ſu
prà citata ſequitur, & Corn. conſi. 61. nu. 2.
vol. 2. quod non ſufficit imaginari teſtatorē
ita uoluiſſe, quia non debemus diuinare, &
& ex capite noſtro dicere, hęc eſt coniectura-
ta mens teſtatoris, ideò recedamus à verbis,
quod procedit, vt ibidem habetur, ex ſentē-
tia Bal. etiam ſi magna ſit præſumptio vo-
luntatis allegatę ex aduerſo. Et ſubdit, quod
potiùs errandum eſt per iudicem, & tutior
is erit, ſi ſcripto inhæreat, ut ſuprà diximus,
quoniam in interpretanda teſtatoris uolun
tate diuinare non debemus, quia in teſtamē
tis nihil eſt tam proprium, quàm claritas, &
ad iudicium teſtatoris præſumendum nihil
eſt ſubaudiendum, Natta conſi. 470. Et hoc
eſt, quod reſpondit Alcia. conſi. 494.

Et ad hoc facit Alcia. conſilio 494. teſtamento.
148 col. 1. vbi concludit, † quod licèt in teſta-
mentis, & materia fideicommiſſorum mens
teſtatoris plurimùm dominatur, tamen id
intelligitur, dummodò ſit expreſſa per ver-
ba, & coniecturæ ſint neceſſariæ, & valdè
probabiles ex uerbis teſtatoris, quia fideicō-
miſſum eſt odioſum, & uidendum eſt, vt hæ-
res minùs grauatus cenſeatur, ut ibi latè per
eū, & ademptio eſt fauorabilis. ad hoc enim
vt fideicommiſſum inductum dicatur, opor
tet, quod oriatur ex actu, ex quo neceſſariò
inferatur, ut poſt Bar. concludit Dec. d. con-
ſilio 377. num. 7. in princip. nam ſi verba non
conueniunt nec propriè, nec impropriè, tūc
non ſufficit, quòd teſtator voluerit, Ruin.
conſi. 134. in princip. vol. 2. Namque ex con-
iecturis propriè ſcripta non dicuntur, di-
cit text. in l. 1. ff. ſi tabulæ teſtam. extabunt.

Sed certè hęc opinio dura eſt nimis, quia ſecun
dum eam raro, vel nunquam tales coniectu-
ræ inuenirentur, vt infrà videbimus in ſeq.
artic. Secunda autem opinio à multis etiam
recepta eſt, prout plures refert, & ſequitur
Crauet. inter conſi. Marzarij poſt conſilium
ſextum, col. 62. Marza. conſi. 1. col. 14. in prin.
verſi. & in primis pręmitto, quod ex qualibet
coniectura etiam leui &c. loquentes in illa
quæſtione, an poſiti in conditione cenſean-
tur uocati diſpoſiti: hæc enim ſententia ſu-
ſtineri non poteſt de iure, per ea, quæ ſuprà
diximus, & latiùs infrà dicemus in verſi. cæ-
teri verò. conſtat enim, quod voluntas te-
ſtatoris, ubi eſt ambigua, vel dubia, pars nō
non poteſt ſuper ęa ſe fundare, l. ſi duo. ff. de
teſtamen. tutel. cùm concordan. per Craue.
149 conſi. 32. nume. 7. & in dubio teſtator † cen-
ſetur grauare hęredem minus, quàm ſit poſ-
ſibile,

ſibile, ut ibi per eum num. 3. & ſeq. in obſcura igitur, ſeu ambigua uoluntate, quod ſcriptum eſt, attendi debet, l. licet Imperator. in fi. ff. de leg. 1.

Sed hæc quoq; opinio, nimis fauet fideicommiſſario, & ideò reijcienda per rationes adductas pro parte contraria, de quibus ſup.

150 Tertia eſt opinio, † quæ probabilibus eſt
cenſenda coniecturis, & huic putaui ſemper
indulgendum, quia tenet medium inter v-
tranque ex præcedentibus, & probabilis, ea-
que coformis ſit diſpoſitioni iuris communis.
151 quia in dubio † eſt interpretanda diſpoſitio
teſtatoris, vt ſit conformis diſpoſitioni iuris
communis, Bar. in l. hęredes mei. §. cum ità.
ff. ad Treb. Dec. conſi. 45. num. 3. & conſi. 278.
col. 4. quos refert, & ſequitur in propoſito
Alba conſi. 7. nu. 27. vel ſtatuti in loco vigen-
tis, Bar. in d. §. cum ità. Soci. conſi. 13. num. 4.
vol. 3. loquens in materia interpretãdi fidei-
commiſſi. & ideo Collegium Paduę conſul-
uit, quòd lex pręſumit, & fingit teſtatorem
velle id, quod lex, & ius diſponit, inter conſi-
lia vltima. volunta. conſi. 5. num. 59. vol. 1. &
probat Cranc. conſi. 155. in fi. dicens, quod
voluntates vltimæ ſunt interpretandæ ex vi-
uentium opinione, & prout viuens veriſimi-
liter diſponeret.

Verùm hæc quoq; concluſio non eſt vera, quia vltimæ voluntates à ratione nõ regulantur, ſed à mera teſtatorum voluntate, quæ volũtas in dubio deprehenditur ex verbis prolatis per eos, d. l. non aliter. ff. de leg. 3. & l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſuppellect. lega. ità concludit Corn. in l. 1. num. 20. C. de condit. inſer. diſputando regulam l. ſi viua matre. C. de bonis mater. idem uoluit Rota Bononiẽſis inter conſilia Marza. d. cõſi. 7. col. 83. poſt Caſtren. dicentem, quod licet diſpoſitio teſtatoris indiſcreta, & irrationabilis videatur, tamen ſufficit, quòd verba teſtatoris ſic cantent, quia potius eſſet arguere teſtatorẽ, quòd ſic, uel ſic diſponere debuit, quàm ꝙ fecerit irrationabiliter. in his enim, quæ pẽdent à noſtra voluntate ſufficit pro ratione voluntas, l. quia poterat. ff. ad Treb.

Sed hęc controuerſia ſoluitur hoc mõ, vt clara mens teſtatoris ſit attendenda, etiam ſi ſit diuerſa à iuris communis diſpoſitione, ſecus autem ſi ſit dubia; Iaſ. conſi. 143. nu. 9. vol. 4. Et quòd dicitur, teſtatoris diſpoſitionem interpretandam eſſe, ſecundum iuris communis, vel ſtatutorum diſpoſitionẽ, vt conformis ei ſit, ſic accipiendum eſt, vt procedat in diſpoſitione, quæ ſit neceſſaria ad ſuſtentationem teſtamenti; ſecus in cęteris, quia tunc uerba ſi violantur, non ſunt regulanda à iure cõmuni; ità declarat Galliau. in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 21. ff. de lib. & poſthum. nã alias regulariter in dubio teſtator præſumitur voluiſſe diſponere, prout ius cõmune diſponit, ſecundum* communem opinionem, Rot. Bononienſ. deciſ. 88. in fin.

Vel, & tertiò hęc controuerſia ſedari poteſt hoc modo, quòd aut illa theorica nõ eſt vera, quòd in dubio teſtator velit ſe cõformare cum iure communi, uel municipali, vel quòd de facili ab ea recedatur, vt abundè, & magiſtraliter docet Corn. conſi. 91. nume. 1. volumine 1.

Multi etiam tenuerunt, quòd qualis coniectu-
152 ctura † ſufficiat, relinquitur circunſpectio-
ni iudicantis, Soci. in l. cùm auus. in fin. ff. de
cõdit. & demonſtrat. loquens in illa quęſtio-
ne, an poſiti in conditione cenſeantur voca-
ti per fideicommiſſum, de quo etiam memi-
nit Curt. Iun. conſi. 48. ſub nu. 6. & concor-
dan. per Matthę. Layma. in defenſione cauſę
Honold. num. 6. Sed neq; hęc ſatis mihi pla-
cuit vnquã, quia vt ſuprà dixi in principio,
153 conuenit leges † rectè poſitas omnia termi-
nare ipſas, & pauciſſima iudicantis arbitrio
committere.

Vnde in primis ſtante hac concluſione, cauendum eſt à Matthæ. Layma. vbi ſuprà nu. 411. quatenus concludit, quòd vbi agitur coniecturis, multa etiam varia, & contraria ſolent in contrarium proferri, ità quòd ſtultiſſimi hominis eſt, ea velle ſequi, quæ vtrũ vera ſint, an falſa dubitari poſſit. Etenim nõ fruſtra leges admittunt in ſcrutãda voluntate diſponentis locum eſſe coniecturis, l. cùm proponebatur. ff. de legat. 2. & probabiliori ſemper eſt ſtandum, l. diuus. ff. de reſtitut. in integ. ut meritò ille contrarium probat nu. 9. & iterũ ipſe nu. 157. addit, quòd coniecturæ in iure communi fundatæ præualent cæteris, adeò vt duo teſtes contra vnum non ſufficiant.

Quo ſtante, & inhærẽdo illi ſententiæ, quòd ex coniecturis dubia mens diſponẽtis ſit interpretanda, vidẽdum eſt, quæ & quales ſint iſtę coniecturæ, ſuper quibus fundant ſe Doct. & ſapientes noſtri. nam vt ex pręd ictis apparet, coniecturæ huiuſmodi ad propoſitum ſeruientes, non debent eſſe fantaſiæ, vt & ſuprà latè dictum fuit.

Sed vis ſtat in cognoſcendo, quæ ſint iſtę coniecturæ. Ideò tranſeundum eſt ad 3. articulũ.

Capio itaque tertium articulum iſtius nonæ
princip. quæſt. in quo breuiter agendo, aſſu-
mo illam principa. & anteſignanam conie-
cturam, in qua Docto. tã antiqui, quàm mo-
derni fimbrias dilatarunt legendo, & conſu-
154 lendo, quæ eſt, An poſiti in conditione † di-
cantur diſpoſitiuè per fideicommiſſum vo-
cati. Quę quidem alta, & profunda nimis re-
putatur

putatur

putatur per Doct. ob ingentem inter eos va-
rietatem, vt exorditur Gabriel. in ſuis cõclu.
lib. 4. tit. de fideicom. concluſ. 4. vbi ponit 28.
limitationes. facio itaque concluſionem ne-
gatiuam, & ea probatur per vulgatam regu-
155 lam, quæ habet, quòd cõditio † nihil ponit
in eſſe, l. ſi quis ſub conditione dãdorum de-
cem. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. ſaltem niſi
ex alijs diſpoſitis in teſtamẽto conſtet de cõ-
traria voluntate teſtatoris, vt per Ripam in
l. 1. ſub nu. 11. c. de pact. & in terminis eſt glo.
ordinaria. in l. Lucius. la ſecunda, quæ eſt § 5.
in glo. fin. ff. de hæred. inſtit. ubi, ſubſtitutio-
ne facta de Seio, ſi frater teſtatoris hæres in-
ſtitutus ſine filijs decederet. quem tex. ibi in-
terpretatur, quòd teſtator voluerit nedùm
fratres, ſed & nepotes in conditione poſitos
præferri ſubſtituto, glo. inquam interpreta-
tur, vt eos voluerit præferre, ſcilicet, ab inte-
ſtato, tanquam proximiores, non autem ꝗ
eos ſubſtituere voluerit filio hæredi inſtitu-
to, & illum tex. fortius ſtringã infrà in ſepti-
ma ampliatio. Verũ eſt, quòd ſi de filijs men-
tio nõ fuiſſet facta, illi, quia extranei fuiſſent
per ſubſtitutionem excluſi; Cæpo. conſil. 54.
Hanc concluſionem ſequitur Alba conſ. 87.
* num. 12. & de * cõmuni teſtatur Alban. con-
ſil. 1. ſub nu. 3. Et iſta opinio eſt ſequenda in
iudicando, & conſulendo, ſecundum magis
** ** communem, Rui. conſi. 140. nu. 4. ad fi.
volu. 3. Et probatur etiam hæc concluſio per
tex. in l. ex facto. § ex facto. ff. ad Treb. quem
ibi ad hoc notat Ripa, & tuetur eã Cagnol.
in l. 1. ſub nu. 40. verſi. prædicta tamen cõclu-
** ſio. C. de pact. & pro ea tanquã magis ** cõ-
muni refert Gabriel. vbi ſuprà 36. auctorita-
tes vltra etiam modern. de quibus ſuprà, &
alios, quos infrà referam: & hanc partem re-
ceptiſſimam eſſe, & canonizatã teſtatur Dec.
conſi. 270. & plures alij, quos refert, & ſequi-
tur Port. conſi. 8. nu. 25. & conſi. 13. nu. 23. &
* vltra infraſcriptas auctoritates, quas citat,
* * communem dicit Soci. conſi. 80. nu. 3. vol. 1.
Et latiſſimè neceſſarijs, & cõcludentibus ra-
* tionibus tuetur eam, & * communem dicit
poſt plu. alios, quos citat Cepha. conſ. 517.
nu. 17. cum infraſcriptis ſequẽtibus ſufficiat
eum vidiſſe.

Et ex reſolutione iſtius difficultatis multæ vti-
litates oriũtur, de quibus infrà dicemus ad
* finem iſtius q. Et hæc opinio * communis eſt,
& pro ea fuit iudicatum, & ſequitur Corne.
conſi. 207. col. 2. in princ. vol. 2. vbi citat gloſ.
Iaco. de Are. Rayne. Cyn. Io. Andr. Bar. Frãc.
Tigri. Nico. de Neap. Bal. Ang. Cuma. Caſtr.
Iaco. de Albergo. Roma. Gabriel. Imo. Et ra-
tio iſtius concluſionis eſt, quia conditio ni-
hil ponit in eſſe, & verba conditionalia non
diſponunt, niſi concurrat voluntas, & pote-
ſtas, Soci. Iun. conſi. 158. nu. 64. vol. 3. & hodiè
hæc ſententia eſt canonizata, vt per Burſat.
conſi. 75. nu. 14. Et iſta concluſio eſt receptiſ-
ſima, ut teſtatur Cagnol. d. nu. 40. in 5. not.
Et eſt pro ea illud vulgatum conſilium Ol-
dra. conſil. 21. Purificata enim conditione
per obitum hęredis cum filijs, perinde eſt, ac
ſi hęres ab initio fuiſſet purè hęres inſtitu-
tus, Dec. cõſi. 613. col. 2. in prin. Soci. iun. cõ-
* ſilio 4. col. 1. uol. 3. & iſta concluſio eſt * com-
munis, ut teſtatur Ruin. conſil. 158. & conſil.
160. nume. 20. volu. 2. ubi citat Cyn. Rayn.
Bar. Bal. Ang. Cuma. Alex. eſt etiã canoniza-
ta, ut teſtatur Sylua. d. conſi. 53. nume. 3. &
Cepha. conſi. 17. nu. 13. vol. 1. & ante eum Ri-
minal. conſi. 26. nume. 5. & conſi. 117. uol. 1.
Iaſ. conſi. 4. col. 4. uol. 1. Soci. conſi. 77. num. 4.
uol. 1. Gozad. conſi. vltimo. & conſi. 29. Curt.
* ſen. conſi. 42. num. 14. & ſeq. & de * communi
teſtatur etiam Guid. Pap. deci. 39. qui etiam
addit ſe uidiſſe ſeruari de conſuetudine in
practica, & pariter Sylua. conſi. 53. nume. 3.
* Mantua. conſi. 144. num. 14. & de * commu-
ni eum d. glo. teſtatur etiam Guid. Pap. con-
* ſilio 28. nu. 6. ad fin. & de * communi teſta-
tur Soci. Iun. conſi. 30. num. 2. vol. 4. qui eam
etiam ſequitur, & Rui. conſi. 141. nu. 4. vol. 3.
** & quòd iſta ſit magis ** communis, teſtatur
Soci. iu. conſi. 111. nu. 30. uol. 1. Craue. conſi.
62. nume. 6. licet multi contradicant, vt ille
* ait. & pro hac parte ſolent * cõmuniter Doct.
conſulere, ut reſpondit Bertrã. conſi. 105. in
1. par. 3. vol. ubi citat gl. prędictam, Oldrad.
Iaco. de Are. Cyn. Rayn. Bar. Franc. Tigri.
Nico. de Neap. Bal. Ang. Io. de Imo. Cuma.
Io. And. & Alex. in plur. conſilijs. & ſic hacte-
nus ſunt ſuprà relati auctores num. 33. & in
effectu ab iſta opinione in deciſiuis non eſt
* recedendum, tamquam * communi, ut con-
cludit Corn. conſi. 146. num. 5. & 13. uol. 2. &
conſi. 101. in princ. uol. 4. & etiam tenet Ca-
pra, & Io. de Anan. & ſecundùm eam fuit iu-
dicatum, ut refert Curt. ſeni. conſi. 42. nu. 14.
& plur. ſeq. vbi ferè oẽs ſupradictos referr.

Contrarium tamen tenent quamplures Doct.
ſecundum Oldrad. Bal. Saly. Cuma. Ant. de
Prato Vete. Ant. de Roſe. quos refert, & ſe-
quitur Curt. Sen. conſi. 43. Barbat. legendo,
& cõſulendo, & Corn. quos refert Ripa in d.
l. 1. ſub num. 7. C. de pactis. & multi alij, vide-
licet, Ang. Roma. Caſtren. Imo. Fulgo. &
alij, quos refert Corn. conſi. 146. nu. 19. vol.
2. & multi alij, inter quos multi etiam teſtã-
** tur, hodie hanc eſſe magis ** communem, ꝗ
poſiti in cõditione cẽſeantur diſpoſitiuè uo-
cati per teſtatorem, quos refert, & ſequitur
Soci. Iun. conſilio 110. numero 20. uolum. 3.

vbi dicit, pro ea extare 28. auctoritates, &
pro ea adducit tex. in d. l. Lucius. ibi non fra-
trem ſolùm hęredem prętulit ſubſtituto, ſed
etiam eius liberos: ſi enim (vt ille ait) prælatio
tio illa de liberis oritur ex eo, quòd ſunt po-
ſiti in condirione, ergò illa dicetur fieri ex te
ſtamento, & conſequenter illi dicuntur uo-
cati per teſtatorem, non autem ab inteſta-
to, ſecundum Iaſ. ibi. ſed reſpōdetur, vt per
Cagnol. ubi ſup. & per tex. in l. conficiuntur.
in princip. ff. de iur. codicil. ibi, Ab inteſtato
ſuccedentibus, quoniam creditur patrem fa
milias ſponte ſua his relinquere legitimam
hæreditatem. hanc etiam partē latè tuetur
Boe. deciſ. 155. & latè etiam Ripa in d. l. 1. col.
3. C. de pact. & contra priorem communem
ſtringit dicta l. Lucius. & alias rationes ad-
ducit, de quibus ibi per eum, quibus ta-
men infrà patebit reſponſum. Et omni in
* caſu, ſecundum * communem opinionem
iſta pars eſt æquior, & conſequenter in iudi-
cando eſt tenenda in re ambigua inter conſi
lia Port. conſi. 42. num. 2. & ſeq. & ibi num. 4.
* & ſeq. teſtatur de * communi. & etiam Port.
conſi. 46. nume. 9. ubi etiam plur. citat hanc
eſſe æquiorem, & benigniorem opinionem
atteſtantes. & quamplures auctoritates ci-
* tat atteſtantes etiam de * communi, Sylua.
d. conſi. 53. ſub num. 1. ubi etiam abundè in
** puncto iuris eam tuetur. & de magis ** cō-
muni teſtatur Soci. conſi. trigeſimoprimo, &
conſi. ſeq. maximè aliquibus coniecturis cō-
currentibus, de quibus per eum. & hanc par-
tem etiam apertè tenuit Ancha. conſ. 74. col.
1. in fi. verſi. 2. hoc optimè probat text. in d. l.
Lucius. in fi. videlicet ponderando illum tex.
ibi, Prudēs conſiliū teſtatoris animaduerti-
tur. non enim fratrem ſolùm, quem inſti-
tuit hæredē prætulit ſubſtitutis, ſed etiam
eius liberos, quos in conditione poſuit; re-
probara gloſſ. ibi. & iſta pars in puncto iuris
* ſemper placuit Caſtrē. (vt ille ait,) licèt * cō-
munis ſit in contrarium, conſi. 86. nu. 8. in 1.
parte. ſequendo Bald. in l. 1. C. de condit. in-
ſer. reſtringendo eius rationem. Et pro iſta
parte facit, quod dicūt Docto. in quæſtione
156 ſtatuti Florētini, quod uocat fœminas, † ſi
maſculi non extant, vt à contrario ſenſu,
extantibus maſculis fœminæ ſint excluſæ,
poſt Cyn. & Bald. in l. ſi cùm dotem. in princ.
col. 2. ff. ſolu. matr. & latiſſimè pro poſitis in
conditione. quòd cenſeantur vocati ex con-
iecturis, per Riminal. Iun. conſi. 476. vol. 4. &
ad ſucceſſionē auctoris ſui, & cohæredis ſui,
ut ibi latè; etiā ſi inſtitutæ & ſubſtitutæ ſub
d. cōditione eſſent fœminæ, putà, quia teſta-
tor duos filios, quos habebat inſtituit, & in-
uicē ſubſtituit, ſi ſine filijs legitimis &c. quia
altero decedente cum filijs, & poſteriore ſine
filijs, illi dicuntur ſubſtituti, vt ibi per eum.
* et multos * de communi atteſtantes refert,
& ſequitur Burſat. conſi. 202. nu. 36. uol. 2. ꝙ
poſiti in conditione dicantur ſubſtituti.

Et hanc poſteriorem opinionem ſemper puta-
ui ueriorem, & magis receptam, & attenden-
dam, quia iudicio meo, probatur inconuin-
cibiliter, ut etiam conſiderat Soci. Iun. d. cō-
ſi. 110. uol. 3. & plu. alij moderniores, de qui-
bus ſuprà, per tex. in l. Lucius. la ſecōda. ff. de
hæred. inſtit. quę eſt 85. in fi. ibi, Nam prudēs
conſiliū teſtatoris aīaduertitur, quòd non
fratrem ſolùm hæredem prętulit ſubſtituto,
ſed & eius liberos. ex quibus uerbis ſatis cla-
rè colligitur, ꝙ non ſolùm frater fuit uoca-
tus ad hæreditatem, ſed etiam filij poſiti in
conditione, cùm illi ſint præpoſiti ſubſtitu-
to, quod nō potuit eſſe, niſi per ſubſtitutio-
nem, quia aliàs non poſſent dici ſubſtituto
præpoſiti per teſtatorem, ſi non eſſent voca-
ti: quicquid glo. ibi malè interpretando illū
tex. intelligat, teſtatorē filios fratris poſitos
in conditione prætuliſſe ſubſtituto ab inte-
ſtato; neque enim ea uocatio ab inteſtato
poſſet dici facta per teſtatorem, ſed per legē:
& repugnat illi interpretationi illa aduerſa-
tiua, Sed etiam eius liberos, quæ repetitiua
157 † eſt præcedētis qualitatis in diſpoſitione,
quò ad fratrem, Iaſ. in §. ſed iſtę. in princip. de
actio. & congruit Rubr. titu. ſub quo ſituata
eſt d. l. 5. de hæred. inſtit.

Scio autem aliquos conatos fuiſſe dictā indu-
ctionem impugnare; ſed non ſine illius tex.
maxima uiolētia. Nec refragatur, quòd ad-
uerſantes dicant, conditionem nihil ponere
in eſſe, & ſic uerba conditionalia non diſpo-
158 nere; † quia contrarium eſt uerius ex taci-
ta uoluntate diſponentis, l. neque. §. interdū.
ff. de pecul. lega. cum cōcordan. per Soci. Iun.
conſi. 155. num. 54. & conſi. 174. nu. 12. uol. 2.

Et tenendo hanc partē, quod filij poſiti in con-
ditione dicantur diſpoſitiuè uocati:
159 Ampliatur primò hæc concluſio, † ut pro-
cedat, ſi hæres inſtitutus deceſſerit unico tā-
tùm, uel unica filia relicta; neque enim is di-
ci poteſt ſine filijs, uel liberis deceſſiſſe, l. pater
Seuerinam. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. l. ex
facto. §. ſi quis autē ſuſceperit. ff. ad Treb. l. 1.
C. de condit. inſer. glo. in d. l. ex facto. §. ſi quis
rogatus. & ibi etiam eſt caſus apertus; & plu.
concordan. citat Port. conſi. 13. nu. 22.
160 Dicunt tamen Doct. † quòd etiam ſtante
ea opinione pro uera, quòd poſiti in condi-
tione non cenſeantur poſiti in diſpoſitione,
tamen ab ea receditur de facili ex qualibet,
uel etiam leui coniectura, Crau. conſi. 62. nu.
* 6. & conſi. 113. num. 1. in fi. & eſt * communis
opinio,

opinio, vt per Noni. conſ. 31. nu. 13. & cõſ. 32.
nu. 9. de quò infrà dicemus in verſ. ſed diffi-
* cultas ſtat. & in effectu iſta eſt * cõmunis opi
nio, ut poſiti in cõditione dicantur diſpoſi-
tiuè uocati, quando concurrunt coniecturę
* uolũtatis teſtatoris, vt de * communi teſta-
tur Cepha. conſ. 476. nu. 5. vol. 4. & conſ. 517.
nu. 3. co. aliàs ſecus. Ex quo infertur, ꝙ ſi Prin
161 ceps † donat alicui, & eius filijs Caſtrum, &
vbi decedat ſine liberis, Caſtrum reuertatur
ad cõcedentem, certè ſi is deceſſit cum filio,
licèt filius ille ſine filijs deceſſerit, tamen re-
manet Caſtrum ipſius, niſi in feudum ſit fa-
cta conceſſio, Bal. in auth. ſed & ſi quis. nu. 5.
C. de ſecundis nup. in 1. lect. Et ratio eſt, quã
ipſe ibi ſubijcit num. 7. ad fi. col. 3. circa med.
162 uerſ. & aduerte. quia quoties † prouidetur
in vno caſu, in alio oppoſito cenſetur proui-
ſum totum contrarium. res eſt igitur apertè
negatiua, de qua ſuprà.
163 Dicunt etiam Doct. † ꝙ licèt poſiti in con-
ditione non dicantur diſpoſitiuè vocati, ha-
bent tamen talem qualem volũtatem teſta-
toris, Soci. conſ. 14. nu. 4. uolu. 3. quòd facilè
adiuuatur ex coniecturis.
164 Secundò ampliatur, † etiã ſi poſitus in cõ-
ditione ſit fœmina; filiorũ enim appellatio-
ne in cõditione poſitorum, veniunt etiã fœ-
minæ, Soci. Iu. cõſ. 158 nu. 31. & plur. ſeq. uol.
* 2. & eſt * cõmunis opinio, Grat. cõſ. 68. nu. 9.
vol. 1. poſt Cano. in c. Raynn. de teſta.
165 Tertio ampliatur dicta concluſio, † vt pro-
cedat, etiam ſi hæres inſtitutus deceſſerit cũ
nepotibus ex filio ṗdefuncto, vel filia: appel-
latione enim filiorum, vel liberorum in con-
ditione poſitorum, ueniunt etiam nepotes,
vt eſt caſus in l. 1. C. de condi. inſer.
Et hoc etiam procedit, ſi ſit dictum de filijs ex
ſuo corpore naſcituris, Bald. in Authen. ſed
& ſi quis. nu. 5. C. de ſecun. nupt. Ripa in d. l.
ex facto. §. fina. ff. ad Treb. & ante eum Corn.
conſ. 97. ſub nu. 4. volu. 1. ubi loquitur de na-
tis ex ſe, vel ſuo corpore.
Non deſunt tamen, qui dicunt appellatione fi-
liorum, ſiue diſpoſitiuè, ſiue in conditione
poſitorum, non contineri nepotes, Rimin. d.
conſ. 26. nu. 2. & ſeq. uol. 1. quod non probat
Guid. Pap. conſ. 28. nu. 6. dicens, quod d. l. 1.
loquens de liberis maſculis, ut nepos, & fœ-
mina comprẽdatur, procedit, ubi liberi ma-
ſculi fuerunt in conditione poſiti, ſecus ſi di-
ſpoſitiuè fuiſſent uocati, quia uerba diſpoſi-
tiua ſunt potentiora, & maioris efficacię, quã
ſint conditionaliter ſcripta.
Et pro iſta concluſione, quòd appellatione fi-
liorum in conditione etiam poſitorum, ve-
niant etiam nepotes, vel pronepotes, & alij
deinceps, etiam ex filia, etiam ſi de maſculis
ſit dictum, & ſiue ſit dictum de filijs, ſiue de
liberis, etiam ſi de liberis; vel filijs ex fratre
agatur, vt in d. l. Lucius. latè cõcludit Corn.
conſ. 97. nu. 4. vol. 1. & idem reſpondit ex ma-
* * gis ** cõmuni ſententia Alba conſ. 86. col. 2
& conſ. ſeq. in materia ſcilicet indifferente, vt
ibi per eum. quamuis quæſtio nõ ſit ſine ma
xima difficultate, ubi eſt appoſita dicta qua-
litas maſculinitatis reſpectu filiorum filiæ,
vt aliàs cõſului in quadam cauſa Sanſeue-
rina de anno 1570. Non eſt autem differen-
166 tia, † an ſit dictum de filijs, an verò de libe-
ris. ſunt enim hęc nomina paris ſignificatio-
nis, ut probatur etiam in d. l. Lucius. la 2. in
princ. ibi, Filium, uel filiam, & in fi. ibi, Libe-
ros. ff. de hæred. inſtit. licèt & hac in re nõ de-
ſint contradicentes, ut patet ex conſ. meo in
cauſa Viuſtina de anno 1566. ſecus ſi de ſuis
ſit dictum, Alba ubi ſuprà.
167 Quartò ampliatur ſupradicta cõcluſio, † vt
procedat, etiam ſi filij, vel liberi poſiti in
conditione ſint naturales, niſi ex dignitate
teſtatoris, uel alijs verbis adiectis filiationi
appareat, aliud teſtatorem ſenſiſſe, vt eſt ca-
ſus in dict. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad
Trebellia.
168 Quintò ampliatur ſupradicta cõcluſio, † vt
procedat, etiam ſi per momentum temporis
poſt mortem hæredis inſtituti filij poſiti in
conditione ſuperuixerint, Ruin. conſ. 113.
num. 5. vol. 2. Crot. conſ. 65. nu. 7. poſt Iaſ. cõſ.
66. volum. 3. Grat. conſ. 19. nume. 24. uolu. 2.
Craue. conſ. 161, in fin. Natta conſ. 200. nu. 7.
* Mantua conſ. 92. & eſt * communis opinio,
per eundem conſ. 194. nu. 5. idem reſpondit
Dec. conſ. 63. conditionis enim defectus per-
petuo excludit ſubſtitutum, Ruin. conſ. 135.
nu. 1. volu. 3. et hanc ampliationem probat
Port. conſ. 137. nu. 10. & 12.
169 Sextò ampliatur ſupradicta concluſio, † vt
procedat, etiã ſi filij poſiti in conditione nõ
fuerint hæredes patris, vt eſt tex. in l. filiusfa-
milias. §. cùm quis. ff. de legat. 1. gl. in dict. l. ex
facto. §. ſi quis rogatus. & eſt tex. in d. l. §. ex fa-
cto. ff. ad Treb. & per Cagnol. in d. l. 1. ſub nu.
40. verſ. prędicta tamen concluſio. C. de pact.
& Ruin. conſ. 140. num. 15. vol. 3. Et omninò
in caſu ſtatuti, quòd ſtantibus maſculis fœ-
minæ non ſuccedant, Soci. conſ. 114. in prin-
cip. uolum. 4. dummodò tamen ſint tales fi-
lij, qui poſſint eſſe hæredes patris ex teſta-
mento, uel ab inteſtato, aliàs ſecus, d. §. ex fa-
cto. vbi Ripa nu. 12. poſt glo. in d. §. cùm quis.
Oldra. conſ. 196. & poſui etiam ad Ripã, vbi
ſup. Alba cõſ. 106. in fi. Et prò hoc vlt. facit, q͂a
incapaces habentur pro non exiſtentibus, vt
in ſtatuto, quòd ſtantibus maſculis fœminæ
non ſuccedant, quòd fœminę non dicantur

excluſæ per exhæredatum bannitum, uel fratrem minorem, l. 1. §. filium. ff. de contra tab. cum concordan. per Nattam couſil. 74. nume. 12. Quamuis eadem ratione dici poſſet, paria eſſe non extare, & non ſuccedere, Ruin. conſ. 87. uol. 2. ubi in his terminis loquitur.

170 Et iſta ampliatio procedit, † etiam ſi non de filijs ſit dictum, ſed de hęredibus ſimpliciter, adhuc enim intelligitur teſtatorem ſenſiſſe de liberis, d. l. ex facto. §. fin. Caſtren. conſ. 45. & conſ. 49. in ſecunda parte. Craue. conſ. 38. per totum. & conſ. 223. num. 8. uolu. 2. Et itá etiam ſe habet communis vſus loquendi, Alcia. conſ. 160. nu. 4. Et Socin. Iun. conſ. 14. colum. 2. vol. 2. & latiùs Alexan. conſ. 105. nume. 2. & ſequen. uolum. primo. Niſi de filijs, & hæredibus ſimul dictum ſit: tunc enim utrãque qualitatem concurrere oportet, Batt. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. liber. Et iſtam ampliationem latè cóprobat Craue. conſ. 62. nu. 1. & ſeq. ubi concludit, ꝙ ex quo ſubſtituto facta fuit ſub conditione, ſi filij non exiſtant; propterea hærede decedente cum filijs deficit ſubſtitutio. Et idem reſpõdit poſt Caſtren. Alba d. conſ. 86. nu. 8. vbi inquit, quòd tunc ſubſtitutus habetur pro non ſcripto, & non refert ſiue fuerint hæredes, ſiue non, vt ibi per eum, d. conſ. 87. col. fina. in princip. Et ſic in propoſito caſu defectus conditione eſt is, qui excludit ſubſtitutum, non ipſi filij poſiti in conditione tanquam vocati exemplo inſtitutionis, vel ſubſtitutionis factæ de aliquo, ſi Imperator venerit in Italiam, vt inquit Ripa in dict. l. 1. colum. 3. C. de pact. Et iſta ampliatio de plano procedit dummodò, vt etiam ſuprà dixi, filij ſint ſucceſſibiles, dict. l. ex facto. §. ex facto. & ideò ingreſſus monaſterium dicitur ſine filijs deceſſiſſe; Grat. cóſ. 68. nu. 13. vol. 1.

Redeundo autem ad prædictam cõtrouerſiam quæſtionem, videtur, quòd pluribus modis hæc contentio poſſit conciliari. Et

171 Primò, vt prima opinio negatiua † procedat in extraneis poſitis in conditione.

Secunda auté prævaleat, quando poſiti in conditione eſſent de deſcendentibus teſtatoris; itá enim cõcludit Michael de Graſſis, in tracta. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum. quæſtio. 13.
* num. 2. ubi etiam teſtatur de * communi, Et
* abundè commẽdat; & de * communi etiam teſtatur Decia. conſ. 9. nolu. 3. & Mantica in tracta. de coniectu. vlt. uolunta. lib. 11. titu. 5. num. primo. & plur. ſequen. Nec mirum eſt, cum pro eis ſufficiant leues coniecturæ, Mãtica vbi ſup. nu. 2. in fi. Graſſus ubi ſup. in fi.

Sed alij contradicunt, quòd imò negatiua procedit, nedùm in deſcendentibus extranei inſtituti poſitis in cõditione, de quibus loquitur d. l. Lucius. ff. de hæred. inſtituen. & Rui. cõſ. 148. nu. 6. uol. 2. nam licèt eſſet frater, tamẽ extraneus inſtitui dicebatur, l. 1. §. extraneum. C. de rei uxo. actio. ſed etiam in deſcẽ-
* dentibus ipſius teſtatoris, ut eſt * communis opinio, quam refert, & ſequitur Ripa in d. l. centurio. nu. 159. ff. de vulga. & pupil. & Clarus in d. §. teſtamentum. q. 79. in 3. coniectura. licèt Saly. in d. l. 1. C. de condi. inſer. cõtradicat: de quo tamẽ aliquid infrà dicemus in
* prima limit. in princ. & de * communi teſtatur Curt. Sen. conſ. 42. nu. 14. licèt multi non paris auctoritatis contradicant, vt per Soci. Iu. conſ. 174. ſub num. 22. uol. 2. volentes, quòd quando ſumus in deſcendentibus teſtatoris poſitis in conditione, quòd illi cenſeantur vocati per fideicõmiſſum, ne aliàs extraneos plus dilexiſſe uideatur teſtator; & probat Port. conſ. 46. nu. 16. in tertia coniectura. Et
* in extraneis hæc ampliatio eſt * communis, & indubitata, quòd non cenſeantur ſubſtituti, vt teſtatur Soci. conſ. 77. nu. 3. vol. 4.

172 Secundò videndum eſt, † an poſiti in cõditione cum qualitate maſculinitatis ſaltẽ dicantur diſpoſitiuè uocati, ut ſic etiam concordari poſſint illæ contrariæ opiniones.

Qua in re multi tenuerunt, adhuc præualere negatiuam, de qua per gl. in d. l. Lucius. ff. de hæred. inſti. per regulam, & rationem ſupradictam in prin. huius cõcluſionis, ne otioſè ſit appoſita dicta qualitas maſculinitatis, quia id factum fuit ad ſubſtituti excluſioné, qui aliàs non ſolum per maſculos, ſed & per fœminas fuiſſet excluſus, non autem ſequitur, quòd fuerit appoſita dicta qualitas ad uocandum, & inuitandum per fideicommiſſum dictos maſculos, & propter agnationis
* conſeruationem. & iſta eſt * communis opinio, ut teſtatur Alex. conſ. 202. nu. 7. volu. 7. &
* de * cõmuni; reuocando cõtrariam opinionem, quam aliàs ipſe tenuerat, teſtatur latiſſimè Soc. Iu. conſ. 277. nu. 9. vol. 2. & per totũ. Pariſ. conſ. 44. nu. 11. & conſ. 31. nu. 86. vol. 2.
* vbi citat Alex. & Dec. de * communi etiã teſtatur Ripa in l. centurio. nu. 162. ver. iſta cõiectura ſimpliciter ſic deducta cõiter reijcitur. ff. de vulg. & pu. & pariter in d. l. 1. ſub nu. 8. C. de pac. ubi ad hoc citat Guid. Pap. deciſ. 600. atteſtãtem, ſic fuiſſe iudicatũ in diſpoſitione loquente de hęrede maſculo ex corpore ſuo, & Soci. & Alex. contra Alex. & Dec. ali-
* bi variantes. & de * cõi teſtatur ẽt Cagnol. in d. l. 1. nu. 51. vbi refert ẽt Dec. Gozad. Soci. Iu. & ſubdit, ꝙ ab hac opinione non eſt recedẽdum in iudicando, & conſulendo, & ibi in diſcurſu reſpõdet argumẽtis contradicẽtiũ. &
* de * communi teſtatur etiam Iaſ. conſi. 143.
* nu. 4. vol. 2. & pariter de * communi teſtatur

Mantua conſ.92. conſ.115. nn.18. & ſequen.
& conſil.329. & eam probat Curt. Iun. con-
ſil.96.& abundè eam tuetur Rui.conſil. 141.
volu.3.& conſ.181.vol.eo. vbi reſpondet om-
nibus argumentis in contrarium adductis
per cõtradicentes, de quibus infrà. Et quod
* iſta opinio ſit * communis, & vera, & ab ea
non ſit recedendum in iudicando, & conſu-
lendo, & nequaquam adhærendum contra-
riæ opinioni tanquam ſubſtantia carenti,
tenet Clar. in §. teſtamentum. quæſtio. 79. &
hanc partem latè tenuit Dec.conſ.218. con-
ſil. 287. numer. 9. vbi concludit, quod dicta
qualitas expreſſa in certis perſonis, & gradi-
bus non concludit conſeruationem agna-
tionis totius; & pulchrè idem probat conſi.
569. ad fin. vbi concludit, quod ſtante ſtatuto,
173 †, quòd mater excludatur ſtante patruo,
ratio iſtius ſtatuti, quæ videtur fuiſſe conſer-
uatio agnationis, non extẽditur, ſed reſtrin-
gitur in perſonis ſpecificatis, poſtquam ra-
tio prædicta non reperitur expreſſa in ſtatu-
to.& conſi.323.& conſ.377. vbi refert Oldra.
Io. Andr. Auchar. Caſtren. & alios magnæ
auctoritatis, pro vt etiam refert Alban. con-
ſil.11.colum.penul.& conſi.26.nume.9.idem
apertè reſpondit Alc a.conſi.585.ſub nume.
8.vbi dicit, hanc coniecturam eſſe nimis fra-
gilem:& inſuper etiam vltra Alexã. Decium,
Guido.Pa.Gozad.& Rip. adducit etiam So-
ci.conſi.62.volum.3. Et contra eam non ob-
ſtat argumentum de ſtatuto, quòd ſtanti-
bus maſculis, fœminæ non ſuccedant, quia
merito maſculis dicuntur vocati eo in caſu,
quia fœminæ ſunt excluſæ maſculorum fa-
174 uore.& dictum ſtatutũ † non habet locum,
vbi maſculi non ſint hęredes, Alexand.conſi.
117. nume.16.volum.6. ſed iſte non eſt caſus
noſter, quia fœminæ hic non reperiuntur
excluſæ, ſed tertius ſubſtitutus per exiſten-
tiam maſculorum, Ripa in dict.l.1.C.de pac.
& apertè etiam declarat Ruin.conſ.140. nu-
me.12.in fin.& plur.ſequen.volum.4.& aper-
tiùs ibi, num.15.dicens, quòd in terminis di-
cti ſtatuti ſola exiſtentia maſculorum non
excludit fœminam, niſi & ſint hæredes: ſecus
autem in terminis quæſtionis noſtræ, vt di-
xi in præcedenti ampliatio. & ſic concludit,
175 quòd ubicunque perſona † eſt expreſsè,
vel tacitè excluſa, quæ excluderet in parte,
uel in totum perſonam in conditione poſi-
tam, vtique exiſtentia perſonæ in conditio-
ne poſitæ, etiam ſub qualitate maſculinita-
tis, non excludit eam, quia non eſt poſita in
conditione ad excluſionem illius, ſed ſubſti-
tuti.& latiſſimè hanc partem tuetur Ruin.
conſilio 141. numero vndecimo.& plurib.ſe-
quen.eodem volu.tertio. vbi addit, quòd il-
la uerba, Si ſine filijs &c. ſubſtituo talem, ſolũ
important, quòd ſi decedat cum filijs talem
non ſubſtituo, & quod non eſt incõueniens,
quòd fœmina conſequatur ex perſona exi-
ſtentis maſculi id, quod nõ potuiſſet ex pro-
pria perſona, per text. in l. ſi poſt mortem. §.
final. ff. de contra tab.& ſecundum iſtam am-
pliationem etiam reſpondit Curt. Sen. dicto
conſilio 42. numero 6. 24.& ſequen. idem re-
ſpondit Alciat. conſilio 531. in principio. &
conſilio 585. columa final. in ſecunda conie-
ctura.& ante eum Socin. conſilio 116. uolu-
mine tertio. Præterea, vt ſuprà diximus, in
caſu noſtro etiam ſi filij in conditione poſiti
non ſint hæredes, tamen excludunt ſubſtitu-
tum, ergò non eſt arguendum a dicto ſtatu-
to ad caſum noſtrum.

Nec refert, quòd filij dicantur poſiti in condi-
tione ſui fauore, ut ſubſtitutum excludant,
gloſſa. in l. filius familias. §. cum quis. ff. de
lega. primò.& concordan. de quibus per Ru-
be.conſilio 48. ſub numero ſecũdo. quia ubi
etiam id uerum ſit, non tamen ut excludant
exiſtentes in pari gradu cum dictis filijs po-
ſitis in conditione. & hanc partem tan-
* quam * communem probat Gabriel. in di-
cta quarta concluſione. titulo de fideicom-
miſ. numero octauo, & ſequen. ubi citat Ol-
drad. Alexand. Corn. Guido. Pap. Curt. Sen.
Doctor. Socinum, Capram, Alexan. Bertran.
Gozad. Socin. Iun. Pariſ. Boc. Grat. Ruin. &
Alcia. in dict. l.1. C. de pact. Ripam. Et hanc
** opinionem tanquam magis ** commu-
nem refert, & ſequitur Torniel. inter conſilia
Port. conſilio 43. numero 11. loquens in ca-
ſu, in quo filij, & deſcendentes maſculi poſiti
fuerunt in conditione. Quæ ſententia ue-
ra eſt, niſi alia concurrant ultra qualitatem
maſculinitatis, ut fatetur Cepha. conſ. 252.
numero 17. uolumine ſecundo. Quinimmò
176 etiam in caſu, † ubi dictum fuerat de filijs
maſculis legitimis, & naturalibus, & etiam
fuerant facti plures gradus ſubſtitutionum,
quòd non dicantur uocati poſiti in condi-
tione, probat Cepha. conſi. 268. in princip.
& numero 27. & pluri. ſequen. uolumine ſe-
cundo. ubi infinitos penè concordan. citat.
quod vltimum, an uerum ſit, dicemus infrà.
** & plures atteſtantes de magis ** communi,
& pariter Gabriel. in ſuis concluſio. lib.4. tit.
de fideicom. concluſio.4. num.9. vbi etiam eã
** ſequitur. & pariter de magis ** communi
teſtatur Rui. conſi.101. num.3. in princip. &
num. 4. vol. 2. vbi dictum fuerat, Si ſine filijs
maſculis ab ea legitimè deſcendentibus. &
* ità hanc eſſe * communem opinionem teſta-
tur Alcia. conſi. 124. in fi. vbi addit, ſæpiſſimè
vidiſſe in facto ità indicari, nec unquam vi-

dit pro ea obtineri. ſicut etiam, vt ille ait, Guido. Pap. auctor iſtius contrariæ fantaſię, fatetur, quòd ſenatus Delphinatus contra eam pronunciauit, ſequendo hanc* communem, & veram opinionem. & de* communi latiſſimè infinitos citando teſtatur, & ſequitur Rolan. à Valle conſi. 51. vol. 3. & Burſat. conſi. 1. num. 8.

Contrariam tamen partem multi tennerunt, & in primis Guid. Pap. deciſ. 184. ſed ipſe in d. deci. 600. refert fuiſſe receſſum ab iſta ſententia. hanc etiam contrariā partem tenuerunt Alex. & Dec. multoties, de quibus per Ripam, & Cagnol. in locis in contrarium citatos, ſed ipſi ſibi ipſis parùm conſtant, vt ſuprà diximus, l. qui falſa, aut varia. ff. de teſtib. Et ſic ceſſat auctoritas Dec. conſi. 270. num. 6. & ſeq. conſi. 318. col. 1. conſil. 516. nu. 10. & conſi. 545. num. 11. conſi. 655. num. 32. & pariter auctoritas Pariſ. conſi. 6. num. 17. vol. 3. conſi. 17. num. 28. vol. eo. hanc partem contrariam tenuit etiam Soci. conſi. 116. nu. 39. vol. 1. & conſi. 116. vol. 3. Rube. conſi. 28. nu. 6. conſi. 31. col. 1. conſi. 120. num. 3. conſi. 141. nu. 7. Curt. Iun. conſi. 45. nu. 7. & conſil. 45. col. 3. verſi. ex alio. conſi. 87. nn. 7. vbi refert, ità fuiſſe iudicatum. conſi. 96. col. 1. & conſi. 113. num. 5. & conſi. 69. nu. 1. Soc. iun. conſi. 65. nu. 65. conſ. 114. nu. 16. & conſi. 119. vol. 1. & conſi. 108. nu. 6. & conſi. 110. nu. 23. vol. 3. vbi ad hoc etiam citat Corn. & Grat. conſi. 31. & ſeq. vol. 2. & Boe. deciſ. 155. num. 26. & ſeq. & multos refert Sylvan. conſi. 53. num. 4. Et hanc partem tenuit etiam Craue. conſi. 62. num. 6. & conſi. 130. num. 2. Alba conſi. 86. num. 11. & conſi. 87. num. 10. vbi teſtatur de* communi. Zanch. in repeti. l. hæredes mei. §. cum ità. nu. 751. & ſeq. ff. ad Treb. Gozad. cōſ. 26. & alibi ſæpè in alijs locis, quem refert Craue. d. conſi. 62. in fi.

Et iſta opinio procedit, ſiue filij ſint poſiti in cōditione ſub expreſſa qualitate maſculinitatis, ſiue etiā ſub tacita; Ruin. conſ. 141. nu. 4. vol. 3. & quādo tacitè de maſculis ſit dictum ponit ipſe ibi colum. 1. & ſeq. Alba conſi. 19. Ruin. conſi. 142. & 146. vol. 2. Et hanc partē vt magis** communem hodiè refert, & ſequitur Cepha. conſi. 251. nu. 72. & ſeq. vol. 2. & Cagnol. in d. l. 1. ſub num. 49. C. de pact. refert etiam, ſe ità ſæpè cōſuluiſſe, & obtinuiſſe in cauſis arduis. & idem probat etiam Sylua. conſi. 53. num. 4. in 1. coniectura. idem reſpondit Alcia. conſi. 573. nu. 4. & ſeq. vbi teſtatur de* communi, & Gabriel vbi ſuprà in d. 4. concluſione tit. de fideicom. in 1. limita. refert 15. auctoritates pro ea, videlicet, Alex. Corn. Iaſ. Dec. Guid. Pap. Rube. Ruin. Curt. Iun. Gozad. Pariſ. Soci. Iun. Craue. Mantuā, Grat. Boe. Et hanc partem poſt plures concordantes per eum citatos, ſequitur Port. conſi. 8. num. 26. vbi addit, quòd ex qualitate maſculinitatis certior cęteris cōiectura elicitur, ut in cōditione poſiti ad fideicommiſſum inuitati cenſeantur. & hāc partem tanquam magis** cōmunem tenet Port. conſilio 40. nume. 10. & nu. 19. & conſi. 46. nu. 15. vbi damnat atteſtantes de communi in contrarium. & de* communi teſtatur etiam Cepha. conſi. 251. nu. 77. vol. 2. loquens in caſu, in quo teſtator ſæpiſſimè de maſculis fecit mentionem, & loquitur in materia feudali, & primogenituræ; & ad hoc citat ſolū Corn. Iaſ. Dec. Rube. vtrunq; Soci. Gozad. Ruin. Curt. Iun. Craue. & Boe. & eaſdem auctoritates prius citauit pro hac qualitate maſculinitatis conſi. 114. num. 23. Et quòd hæc ſit magis** communis opinio, latè probat Cepha. conſ. 251. num. 72. & ſequenti, volum. 2. & quamplures penè infinitos, ſcilicet Guid. Pap. Soci. Deci. Ruin. Pariſ. ſæpè Gozad. Soci. Iun. ſæpiſſimè refert, & ſequitur Craue. inter conſilia Marz. col. 62. in fi. & ſeq. Et procedit iſta pars etiam in caſu, quo fratres, vel alij extranei hæredes teſtatoris inſtituti ſunt, & eorum filij poſiti in conditione, Caſtren. cōſ. 53. Ruin. conſi. 148. vol. 2. & de* communi teſtatur Alcia. conſi. 573. num. 4. & de* communi latè etiam Ancha. Iun. quæſtio. 31. col. 1. & 2. in 3. parte. & de* communi, & magis æqua, & conſona menti teſtatoris, Panciro. conſi. 99. num. 15. & latiſſimè de* communi, & tenenda, Menoch. conſi. 310. nu. 29. & conſilio 394. num. 9. & ſeq. volumine 4. maximè ſi geminata ſit dicta qualitas, vt ibi per eum. & plures de* communi atteſtantes refert, & ſequitur etiam Burſat. conſi. 202. nume. 34. vol. 2. & nouiſſimè etiam Surdus conſi. 96.

Et mouetur Soci. Iun. & iſti recentiores triplici fundamento; primò, quia* communis hodiè ſit opinio, quòd poſiti in conditione cenſeantur uocati ex teſtamento; fundantur ſu per d. l. Lucius. la 2. in fin. ff. de hæred. inſtit. & ſuprà dixi in princip. huius concluſionis.

Secundò, quòd vbi etiam poſiti in conditione non cenſerentur uocati, regulariter tamen ab hac cōcluſione recederetur ex quacunq; etiam leui coniectura, vt etiam inquit Craue. conſilio 113. numero primo in h. & conſilio 628. numero 6. Ruin. conſi. 141.

Tertiò, quia ſi poſiti in conditione dicuntur prælati ſubſtituto, ut dicitur in d. l. Lucius. in fin. ff. de hæred. inſtitut. iſto caſu non poſſunt dici prælati ab inteſtato, quia non ſolùm maſculi, ſed & fœminæ pariter ab inteſtato ſubſtitutum excludunt. ergò vt iſti ſub qualitate maſculinitatis poſiti in conditione

tione dici poſſint aliquo modo prælati ſub-
ſtituto, oportet neceſſariò fateri, quòd dicã-
tur prælati, & ſic vocati ex teſtamento: & hac
ratione vtitur etiam Alba d. conſi. 87. nu. 11.
& ante eum Soci. conſi. 116. vol. 3. de quo etiã
meminit Alban. conſi. 11. col. fi. Addit Corn.
in conſi. 146. nu. 18. vol. 2. aliam, & quartam
rationem, videlicet argumentum de ſtatuto
fœminas excludente ſtãtibus maſculis, quod
tamen per Ripam in d. l. 1. C. de pact. num. 9.
diſſoluitur: & per Curt. Sen. latiùs d. conſ. 42.
num. 22. & ſeq. & ſuprà etiam diximus.

Quarta eſt ratio, quia dicta qualitas cenſetur
adiecta fauore maſculorum deſcendentium,
& agnationis conſeruandæ, quæ non poſſet
habere locum, niſi poſiti in conditione ſint
vocati, Port. dicto conſi. 40. nu. 10. quæ qui-
dem ſoluitur per Torniel. inter cõſilia Port.
conſi. 43. nu. 11. in fi. vbi etiam reſpondet di-
cto ſtatuto, & rationi ſumptæ ex eo, vt ibi p
eum, videlicet, quòd excluſio fęminarum ibi
ſit ad fauorem maſculorum, hic autẽ ad ex-
cluſionem ſubſtituti. & dictam quartam ra-
tionem licèt, dum eſſet ſcholaris, Ripa cona-
tus ſit ſoluere, vt ipſe teſtatur in d. l. cẽturio.
tamen non valet eius fundamentum, quia
præſupponit dictam qualitatem fuiſſe adie-
ctam fauore ipſorum maſculorum poſitorũ
in conditione, quod eſt falſum, imò fuit ap-
poſita fauore ipſius grauati. Quod ſi cũ ma-
ſculis decedat, excludit ſubſtitutum, vt con-
ſiderat Alcia. d. conſil. 114. in fin. qui ſic eum
reprobat, & alios, qui hanc coniecturam ſe-
cuti ſunt. Sed vt ego exiſtimo, dicta qualitas
potiùs fuit appoſita fauore ſubſtituti, qui
ſolùm excluditur per maſculos, & aliàs per
quoſcunque fuiſſet excluſus etiam per fęmi-
nas, l. ex facto. §. 2. & §. fin. ff. ad Trebel. & l. 1. C.
de condit. inſer. Et hoc argumento vtitur la-
tè Alcia. conſil. 573. nume. 4. Sylua conſil. 53.
num. 4. & eò magis, ſi pluries fuerit repetita
hæc qualitas, vt ibi per eum. Sed iſtæ ratio-
nes ponderatæ pręſertim per Soci. Iun. dicto
conſ. 110. & pręſertim dicta tertia ratio, quã
dicit eſſe vrgentiſſimam, iudicio meo nõ ha-
* bent ſubſtantiam veritatis, quia prima * cõ-
muniter dãnatur, vt ſuprà diximus, in princ.
huius quæſtionis, Et text. in d. l. Lucius. nihil
facit pro iſta parte, vt per Cagnol. in d. l. 1. C.
de pact. & ſtatim clarius patebit in reſpõſio-
ne ad tertiam rationem. Secũda etiam nihil
177 * ualet, quia imò † ſecundum * communẽ
opinionem ad inducẽdum fideicommiſſum
oportet, ꝙ coniecturę ſint neceſſariæ, & mul-
tum concludentes, & ideò præter Craue. &
Soci. Iun. ſupra citatos, alij etiam ſuprà cita-
ti deſiderant, quòd coniectura ſit probabi-
lis, Alba conſil. 87. nume. 10. qui ſic intelligit
Corn. citatum per Craue. & Soci.

Et tertia ratio ſupradicta corruit, & cõſequen-
tia ipſius, quæ habet, quòd poſiti in cõditio-
ne ſub qualitate maſculinitatis cenſeantur
habere quãdam prælationem, ergò ex teſta-
mento dicuntur vocati, nam in contrarium
eſt tex. in d. l. Lucius. ibi enim teſtator fratrẽ
hæredem inſtituit, & vbi is, vel hæreditatem
non adiuerit, quia noluerit eſſe, vel non po-
tuerit, quia teſtatori pręddeceſſerit, quod val-
dè abominatur teſtator, aut filium filiamue
ex ſe, notamue non habebit, ſeruos ſuos hæ-
redes ſubſtituit. & ſic ſub duplici conditione
alternatiua, ubi frater hæres non ſit, vel vbi
maſculum, uel fœminam poſt ſe nõ relique-
rit, in tãtùm quòd adita hæreditate per fra-
trem ſubſtituti expirat, vt dicit tex. & pariter
ſi is hæres non fuerit, liberos tamen relique-
rit, etiam ſi illi hæredes non fuerint, vt ſuprà
diximus in ſexta amplia.

Si igitur per filiorum exiſtẽtiam, etiã ſi ipſi hæ-
170 Et iſta ampliatio procedit, † etiam ſi non de filijs ſit dictum, ſed de hęredibus ſimpliciter, adhuc enim intelligitur teſtatorem ſenſiſſe de liberis, d. l. ex facto. §. fin. Caſtren. conſ. 45. & conſ. 49. in ſecunda parte. Craue. conſ. 38. per totum. & conſ. 212. num. 8. uolu. 2. Et ita etiam ſe habet communis vſus loquendi, Alcia. conſ. 160. nu. 4. Et Socin. Inn. conſ. 14. colum. 2. vol. 2. & latiùs Alexan. conſ. 105. nume. 2. & ſequen. uolum. primo. Niſi de filijs, & hæredibus ſimul dictum ſit: tunc enim utráque qualitatem concurrere oportet, Bart. in l. vt iurisiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. liber. Et iſtam ampliationem latè cóprobat Craue. conſ. 62. nu. 1. & ſeq. ubi concludit, ꝙ ex quo ſubſtituto facta fuit ſub conditione, ſi filij non exiſtant; propterea hærede decedente cum filijs deficit ſubſtitutio. Et idem reſpódit poſt Caſtren. Alba d. conſ. 86. nu. 8. vbi inquit, quòd tunc ſubſtitutus habetur pro non ſcripto, & non refert ſiue fuerint hæredes, ſiue non, vt ibi per eum, d. conſ. 87. col. fina. in princip. Et ſic in propoſito caſu defectus conditione eſt is, qui excludit ſubſtitutum, non ipſi filij poſiti in conditione tanquam vocati exemplo inſtitutionis, vel ſubſtitutionis factæ de aliquo, ſi Imperator venerit in Italiam, vt inquit Ripa in dict. l. 1. colum. 3. C. de pact. Et iſta ampliatio de plano procedit dummodò, vt etiam ſuprà dixi, filij ſint ſucceſſibiles, dict. l. ex facto. §. ex facto. & ideò ingreſſus monaſterium dicitur ſine filijs deceſſiſſe; Grat. cóſ. 68. nu. 13. vol. 1.

Redeundo autem ad prædictam cótrouerſiam quæſtionem, videtur, quòd pluribus modis hæc contentio poſſit conciliari. Et

171 Primò, vt prima opinio negatiua † procedat in extraneis poſitis in conditione.

Secunda autẽ præualeat, quando poſiti in conditione eſſent de deſcendentibus teſtatoris; ita enim cócludit Michael de Graſſis, in tracta. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum. quæſtio. 13. * num. 2. ubi etiam teſtatur de * communi, Et * abundè commẽdat; & de * communi etiam teſtatur Decia. conſ. 9. uolu. 3. & Mantica in tracta. de coniectu. vlt. uolunta. lib. 11. titu. 5. num. primo. & plur. ſequen. Nec mirum eſt, cum pro eis ſufficiant leues coniecturæ, Mãtica vbi ſup. nu. 2. in fi. Graſſus ubi ſup. in fi.

Sed alij contradicunt, quòd imò negatiua procedit, nedùm in deſcendentibus extranei inſtituti poſitis in códitione, de quibus loquitur d. l. Lucius. ff. de hæred. inſtituen. & Rui. cóſ. 148. nu. 6. uol. 2. nam licèt eſſet frater, tamẽ extraneus inſtitui dicebatur, l. 1. §. extraneum. C. de rei uxo. actio. ſed etiam in deſcẽ* dentibus ipſius teſtatoris, ut eſt * communis opinio, quam refert, & ſequitur Ripa in d. l. centurio. nu. 159. ff. de vulga. & pupil. & Clarus in d. §. teſtamentum. q. 79. in 3. coniectura. licèt Saly. in d. l. 1. C. de condi. inſer. cótradicat: de quo tamẽ aliquid infrà dicemus in * prima limit. in prin. & de * communi teſtatur Curt. Sen. conſ. 42. nu. 14. licèt multi non paris auctoritatis contradicant, vt per Soci. Iu. conſ. 174. ſub num. 22. uol. 2. volentes, quòd quando ſumus in deſcendentibus teſtatoris poſitis in conditione, quòd illi cenſeantur vocati per fideicómiſſum, ne aliàs extraneos plus dilexiſſe uideatur teſtator; & probat Port. conſ. 46. nu. 16. in tertia coniectura. Et * in extraneis hæc ampliatio eſt * communis, & indubirata, quòd non cenſeantur ſubſtituti, vt teſtatur Soci. conſ. 77. nu. 3. vol. 4.

172 Secundò videndum eſt, † an poſiti in códitione cum qualitate maſculinitatis ſaltẽ dicantur diſpoſitiuè uocari, ut ſic etiam concordari poſſint illæ contrariæ opiniones.

Qua in re multi tenuerunt, adhuc præualere negatiuam, de qua per gl. in d. l. Lucius. ff. de hæred. inſti. per regulam, & rationem ſupradictam in prin. huius cóclusionis, ne otioſè ſit appoſita dicta qualitas maſculinitatis, quia id factum fuit ad ſubſtituti excluſionẽ, qui aliàs non ſolum per maſculos, ſed & per fœminas fuiſſet excluſus, non autem ſequitur, quòd fuerit appoſita dicta qualitas ad uocandum, & inuitandum per fideicommiſſum dictos maſculos, & propter agnationis * conſeruationem. & iſta eſt * communis opinio, ut teſtatur Alex. conſ. 202. nu. 7. volu. 7. & * de * cómuni; reuocando cótrariam opinionem, quam aliàs ipſe tenuerat, teſtatur latiſſimè Soc. Iu. conſ. 277. nu. 9. vol. 2. & per totú. Pariſ. conſ. 44. nu. 11. & conſ. 51. nu. 86. vol. 2. * vbi citat Alex. & Dec. de * communi etiã teſtatur Ripa in l. centurio. nu. 162. ver. iſta cóiectura ſimpliciter ſic deducta cóiter reijcitur. ff. de vulg. & pu. & pariter in d. l. 1. ſub nu. 8. C. de pac. ubi ad hoc citat Guid. Pap. deciſ. 600. atteſtãtem, ſic fuiſſe iudicatũ in diſpoſitione loquente de hęrede maſculo ex corpore ſuo, & Soci. & Alex. contra Alex. & Dec. ali* bi variantes. & de * cói teſtatur ẽt Cagnol. in d. l. 1. nu. 51. vbi refert ẽt Dec. Gozad. Soci. Iu. & ſubdit, ꝙ ab hac opinione non eſt recedẽdum in iudicando, & conſulendo, & ibi in diſcurſu reſpódet argumẽtis contradicẽtiũ. & * de * communi teſtatur etiam Iaſ. conſi. 143. * nu. 4. vol. 2. & pariter de * communi teſtatur

Mantua conſ.92. conſ.115. nu.18. & ſequen.
& conſil.329. & eam probat Curt. Iun. con-
ſil.96. & abundè eam tuetur Rui.conſil. 141.
volu.3. & conſ.181. vol.eo. vbi reſpondet om-
nibus argumentis in contrarium adductis
per cõtradicentes, de quibus infrà. Et quod
* iſta opinio ſit * communis, & vera, & ab ea
non ſit recedendum in iudicando, & conſu-
lendo, & nequaquam adhærendum contra-
riæ opinioni tanquàm ſubſtantia carenti,
tenet Clar. in §. teſtamentum. quæſtio. 79. &
hanc partem latè tenuit Dec.conſ.218. con-
ſil. 287. numer. 9. vbi concludit, quod dicta
qualitas expreſſa in certis perſonis, & gradi-
bus non concludit conſeruationem agna-
tionis totius; & pulchrè idem probat conſi.
569. ad fin. vbi concludit, quod ſtante ſtatuto,
173 †, quòd mater excludatur ſtante patruo,
ratio iſtius ſtatuti, quæ videtur fuiſſe conſer-
uatio agnationis, non extẽditur, ſed reſtrin-
gitur in perſonis ſpecificatis, poſtquam ra-
tio prædicta non reperitur expreſſa in ſtatu-
to. & conſi.323. & conſ.377. vbi refert Oldra.
Io. Andr. Anchar. Caſtren. & alios magnæ
auctoritatis, pro vt etiam refert Alban. con-
ſil. 11. colum. penul. & conſi.26. nume. 9. idem
apertè reſpondit Alc a.conſi.585. ſub nume.
8. vbi dicit, hanc coniecturam eſſe nimis fra-
gilem: & inſuper etiam vltra Alexã. Decium,
Guido. Pa. Gozad. & Rip. adducit etiam So-
ci.conſi.62. volum.3. Et contra eam non ob-
ſtat argumentum de ſtatuto, quòd ſtanti-
bus maſculis, fœminæ non ſuccedant, quia
merito maſculis dicuntur vocati eo in caſu,
quia fœminæ ſunt excluſæ maſculorum fa-
174 uore. & dictum ſtatutũ † non habet locum,
vbi maſculi non ſint hęredes, Alexand.conſi.
117. nume.16. volum.6. ſed iſte non eſt caſus
noſter, quia fœminæ hic non reperiuntur
excluſæ, ſed tertius ſubſtitutus per exiſten-
tiam maſculorum, Ripa in dict.l.1. C. de pac.
& apertè etiam declarat Ruin.conſ.140. nu-
me. 12. in fin. & plur. ſequen. volum.4. & aper-
tiùs ibi, num.15. dicens, quòd in terminis di-
cti ſtatuti ſola exiſtentia maſculorum non
excludit fœminam, niſi & ſint hæredes: ſecus
autem in terminis quæſtionis noſtræ, vt di-
xi in præcedenti ampliatio. & ſic concludit,
175 quòd ubicunque perſona † eſt expreſsè,
vel tacitè excluſa, quæ excluderet in parte,
uel in totum perſonam in conditione poſi-
tam, vtique exiſtentia perſonæ in conditio-
ne poſitæ, etiam ſub qualitate maſculinita-
tis, non excludit eam, quia non eſt poſita in
conditione ad excluſionem illius, ſed ſubſti-
tuti. & latiſſimè hanc partem tuetur Ruin.
conſilio 141. numero vndecimo. & pluri b.ſe-
quen. eodem volu. tertio. vbi addit, quòd il-
la uerba, Si ſine filijs &c. ſubſtituò talem, ſolũ
important, quòd ſi decedat cum filijs talem
non ſubſtituo, & quod non eſt incõueniens,
quòd fœmina conſequatur ex perſona exi-
ſtentis maſculi id, quod nõ potuiſſet ex pro-
pria perſona, per text. in l. ſi poſt mortem. §.
final. ff. de contratab. & ſecundum iſtam am-
pliationem etiam reſpondit Curt. Sen. dicto
conſilio 42. numero 6. 24. & ſequen. idem re-
ſpondit Alciat. conſilio 531. in principio. &
conſilio 585. columa final. in ſecunda conie-
ctura. & ante eum Socin. conſilio 116. uolu-
mine tertio. Prætereà, vt ſuprà diximus, in
caſu noſtro etiam ſi filij in conditione poſiti
non ſint hæredes, tamen excludunt ſubſtitu-
tum, ergò non eſt arguendum a dicto ſtatu-
to ad caſum noſtrum.

Nec refert, quòd filij dicantur poſiti in condi-
tione ſui fauore, ut ſubſtitutum excludant,
gloſſa. in l. filius familias. §. cum quis. ff. de
lega. primò. & concordan. de quibus per Ru-
be. conſilio 48. ſub numero ſecũdo. quia ubi
etiam id uerum ſit, non tamen ut excludant
exiſtentes in pari gradu cum dictis filijs po-
ſitis in conditione. & hanc partem tan-
* quam * communem probat Gabriel. in di-
cta quarta concluſione. titulo de fideicom-
miſ. numero octauo, & ſequen. ubi citat Ol-
drad. Alexand. Corn. Guido. Pap. Curt. Sen.
Doctor. Socinum, Capram, Alexan. Bertran.
Gozad. Socin. Iun. Pariſ. Boe. Grat. Ruin. &
Alcia. in dict. l. 1. C. de pact. Ripam. Et hanc
** opinionem tanquam magis ** commu-
nem refert, & ſequitur Torniel. inter conſilia
Port. conſilio 43. numero 11. loquens in ca-
ſu, in quo filij, & deſcendentes maſculi poſiti
fuerunt in conditione. Quæ ſententia ue-
ra eſt, niſi alia concurrant ultra qualitatem
maſculinitatis, ut fatetur Cepha. conſ. 252.
numero 17. uolumine ſecundo. Quinimmò
176 etiam in caſu, † ubi dictum fuerat de filijs
maſculis legitimis, & naturalibus, & etiam
fuerant facti plures gradus ſubſtitutionum,
quòd non dicantur uocati poſiti in condi-
tione, probat Cepha. conſi. 268. in princip.
& numero 17. & pluri. ſequen. uolumine ſe-
cundo. ubi infinitos penè concordan. citat.
quod vltimum, an uerum ſit, dicemus infrà.
** & plures atteſtantes de magis ** communi,
& pariter Gabriel. in ſuis concluſio. lib.4. tit.
de fideicom. concluſio. 4. num. 9. vbi etiam eã
** ſequitur. & pariter de magis ** communi
teſtatur Rui. conſi. 101. num. 3. in princip. &
num. 4. vol. 2. vbi dictum fuerat, Si ſine filijs
maſculis ab ea legitimè deſcendentibus. &
* ità hanc eſſe * communem opinionem teſta-
tur Alcia. conſi. 124. in fi. vbi addit, ſæpiſſimè
vidiſſe in facto ità iudicari, nec vnquam vi-

dit pro ea obtineri. ſicut etiam, vt ille ait, Guido. Pap. auctor iſtius contrariæ ſantaſię, fatetur, quòd ſenatus Delphinatus contra eam prounnciauit, ſequendo hanc* communem, & veram opinionem. & de* communi latiſſimè infinitos citando teſtatur, & ſequitur Rolan. à Valle conſi. 51. vol. 3. & Burſat. conſi. 1. num. 8.

Contrariam tamen partem multi tenuerunt, & in primis Guid. Pap. deciſ. 184. ſed ipſe in d. deci. 600. refert fuiſſe receſſum ab iſta ſententia. hanc etiam contrariā partem tenuerunt Alex. & Dec. multoties, de quibus per Ripam, & Cagnol. in locis in contrarium citatos, ſed ipſi ſibi ipſis parùm conſtant, vt ſuprà diximus, l. qui falſa, aut varia. ff. de teſtib. Et ſic ceſſat auctoritas Dec. conſi. 270. num. 6. & ſeq. conſi. 318. col. 1. conſil. 516. nu. 10. & conſi. 545. num. 11. conſi. 655. num. 32. & pariter auctoritas Pariſ. conſi. 6. num. 17. vol. 3. conſi. 17. num. 28. vol. eo. hanc partem contrariam tenuit etiam Soci. conſi. 126. nu. 29. vol. 1. & conſi. 116. vol. 3. Rube. conſi. 28. nu. 6. conſi. 31. col. 1. conſi. 120. num. 3. conſi. 141. nu. 7. Curt. Iun. conſi. 45. nu. 7. & conſil. 45. col. 3. verſi. ex alio. conſi. 87. nu. 7. vbi refert, itá fuiſſe iudicatum. conſi. 96. col. 1. & conſi. 113. num. 5. & conſi. 69. nu. 1. Soc. iun. conſi. 65. nu. 65. conſ. 114. nu. 16. & conſi. 119. vol. 1. & conſi. 108. nu. 6. & conſi. 110. nu. 23. vol. 3. vbi ad hoc etiam citat Corn. & Grat. conſi. 31. & ſeq. vol. 2. & Boe. deciſ. 155. num. 26. & ſeq. & multos refert Syluan. conſi. 53. num. 4. Et hanc partem tenuit etiam Craue. conſi. 62. num. 6. & col. fi. & conſi. 130. num. 2. Alba conſi. 86. num. 11. & conſi. 87. num. 10. vbi teſtatur de* communi. Zanch. in repeti. l. hæredes mei. §. cum ità. nu. 751. & ſeq. ff. ad Treb. Gozad. cōſ. 26. & alibi ſæpè in alijs locis, quem refert Craue. d. conſil. 62. in fi.

Et iſta opinio procedit, ſiue filij ſint poſiti in cōditione ſub expreſſa qualitate maſculinitatis, ſiue etiā ſub tacita; Ruin. conſ. 141. nu. 4. vol. 3. & quādo tacitè de maſculis ſit dictum ponit ipſe ibi colum. 1. & ſeq. Alba conſi. 19. Ruin. conſi. 142. & 146. vol. 2. Et hanc partē vti magis** communem hodiè refert, & ſequitur Cepha. conſi. 251. nu. 72. & ſeq. vol. 2. & Cagnol. in d. l. 1. ſub num. 49. C. de pact. refert etiam, ſe ità ſæpè cōſuluiſſe, & obtinuiſſe in cauſis arduis. & idem probat etiam Sylua. conſi. 53. num. 4. in 1. coniectura. idem reſpondit Alcia. conſi. 573. nu. 4. & ſeq. vbi teſtatur de* communi, & Gabriel vbi ſuprà in d. 4. concluſione tit. de fideicom. in 1. limita. refert 15. auctoritates pro ea, videlicet, Alex. Corn. Iaſ. Dec. Guid. Pap. Rube. Ruin. Curt. Iun. Gozad. Pariſ. Soci. Iun. Craue. Mantuā, Grat. Boe. Et hanc partem poſt plures concordantes per eum citatos, ſequitur Port. conſi. 8. num. 26. vbi addit, quòd ex qualitate maſculinitatis certior ceteris cōiectura elicitur, ut in cōditione poſiti ad fideicommiſſum inuitati cenſeantur. & hāc partem tanquam magis** cōmunem tenet Port. conſilio 40. nume. 10. & nu. 19. & conſi. 46. nu. 15. vbi damnat atteſtantes de communi in contrarium. & de* communi teſtatur etiam Cepha. conſi. 251. nu. 77. vol. 2. loquens in caſu, in quo teſtator ſæpiſſimè de maſculis fecit mentionem, & loquitur in materia feūdali, & primogenituræ; & ad hoc citat ſolū Corn. Iaſ. Dec. Rube. vtrunq; Soci. Gozad. Ruin. Curt. Iun. Craue. & Boe. & eaſdem auctoritates prius citauit pro hac qualitate maſculinitatis conſi. 114. num. 23. Et quòd hæc ſit magis** communis opinio, latè probat Cepha. conſ. 251. num. 72. & ſequenti, volum. 2. & quamplures penè infinitos, ſcilicet Guid. Pap. Soci. Deci. Ruin. Pariſ. ſæpè Gozad. Soci. Iun. ſæpiſſimè refert, & ſequitur Craue. inter conſilia Marz. col. 62. in fi. & ſeq. Et procedit iſta pars etiam in caſu, quo fratres, vel alij extranei hæredes teſtatoris inſtituti ſunt, & eorum filij poſiti in conditione, Caſtren. cōſ. 53. Ruin. conſi. 148. vol. 2. & de* communi teſtatur Alcia. conſi. 573. num. 4. & de* communi latè etiam Ancha. Iun. quæſtio. 31. col. 1. & 2. in 3. parte. & de* communi, & magis æqua, & conſona menti teſtatoris, Panciro. conſi. 99. num. 15. & latiſſimè de* communi, & tenenda, Menoch. conſi. 310. nu. 29. & conſilio 394. num. 9. & ſeq. volumine 4. maximè ſi geminata ſit dicta qualitas, vt ibi per eum. & plures de* communi atteſtantes refert, & ſequitur etiam Burſar. conſi. 202. nume. 34. vol. 2. & nouiſſimè etiam Surdus conſi. 96.

Et mouetur Soci. Iun. & iſti recentiores triplici fundamento; primò, quia* communis hodiè ſit opinio, quòd poſiti in conditione cenſeantur uocati ex teſtamento; fundantur ſuper d. l. Lucius. la 2. in fin. ff. de hæred. inſtit. & ſuprà dixi in princip. huius concluſionis.

Secundò, quòd vbi etiam poſiti in conditione non cenſerentur uocati, regulariter tamen ab hac cōcluſione recederetur ex quacunq; etiam leui coniectura, vt etiam inquit Craue. conſilio 113. numero primo in fi. & conſilio 628. numero 5. Ruin. conſi. 141.

Tertiò, quia ſi poſiti in conditione dicuntur prælati ſubſtituto, ut dicitur in d. l. Lucius. in fin. ff. de hæred. inſtitut. iſto caſu non poſſunt dici prælati ab inteſtato, quia non ſolùm maſculi, ſed & fœminæ pariter ab inteſtato ſubſtitutum excludunt. ergò vt iſti ſub qualitate maſculinitatis poſiti in condi-

tione

tione dici poſſint aliquo modo prælati ſub-
ſtituto,oporret neceſſariò fateri, quòd dicã-
tur prælati,& ſic vocati ex teſtamento:& hac
ratione vtitur etiam Alba d.conſi.87.nu.11.
& ante eum Soci.conſi.116.vol.3.de quo etiã
meminit Alban.conſi.11.col.fi.Addit Corn.
in conſi.146.nu.18.vol.2. aliam, & quartam
rationem, videlicet argumentum de ſtatuto
fœminas excludente ſtãtibus maſculis,quod
tamen per Ripam in d.l.1.C.de pact. num.9.
diſſoluitur:& per Curt.Sen.latiùs d.conſ.42.
num.22.& ſeq.& ſuprà etiam diximus.
Quarta eſt ratio, quia dicta qualitas cenſetur
adiecta fauore maſculorum deſcendentium,
& agnationis conſeruandæ, quæ non poſſet
habere locum, niſi poſiti in conditione ſint
vocati, Port.dicto conſi.40. nu.10. quæ qui-
dem ſoluitur per Torniel. inter cõſilia Port.
conſi.43.nu.11.in fi. vbi etiam reſpondet di-
cto ſtatuto, & rationi ſumptæ ex eo, vt ibi p
eum,videlicet, quòd excluſio fęminarum ibi
fit ad fauorem maſculorum, hic auté ad ex-
cluſionem ſubſtituti.& dictam quartam ra-
tionem licèt,dum eſſet ſcholaris,Ripa cona-
tus ſit ſoluere,vt ipſe teſtatur in d.l.céturio.
tamen non valet eius fundamentum, quia
præſupponit dictam qualitatem fuiſſe adie-
ctam fauore ipſorum maſculorum poſitorũ
in conditione, quod eſt falſum, imò fuit ap-
poſita fauore ipſius grauati.Quod ſi cũ ma-
ſculis decedat,excludit ſubſtitutum, vt con-
ſiderat Alcia. d.conſil.114.in fin. qui ſic eum
reprobat, & alios, qui hanc coniecturam ſe-
cuti ſunt. Sed vt ego exiſtimo,dicta qualitas
potiùs fuit appoſita fauore ſubſtituti, qui
ſolùm excluditur per maſculos, & aliàs per
quoſcunque fuiſſet excluſus etiam per fęmi-
nas,l.ex facto.§.2.& §.fin.ff.ad Trebel. & l.1.C.
de condit.inſer.Et hoc argumento vtitur la-
tè Alcia.conſil.573.nume.4.Sylua conſil.53.
num.4.& eò magis, ſi pluries fuerit repetita
hæc qualitas,vt ibi per eum. Sed iſtæ ratio-
nes ponderatæ pręſertim per Soci.Iun.dicto
conſ.110.& pręſertim dicta tertia ratio, quã
dicit eſſe vrgentiſſimam, iudicio meo nõ ha-
* bent ſubſtantiam veritatis,quia prima * cõ-
muniter dãnatur,vt ſuprà diximus,in princ.
huius quæſtionis,Et text.in d.l.Lucius. nihil
facit pro iſta parte,vt per Cagnol. in d.l.1.C.
de pact. & ſtatim clarius patebit in reſpõſio-
ne ad tertiam rationem. Secũda etiam nihil
177 * ualet,quia imò † ſecundum * communẽ
opinionem ad inducẽdum fideicommiſſum
oportet,ꝙ coniecturę ſint neceſſariæ,& mul-
tum concludentes, & ideò præter Craue.&
Soci.Iun.ſuprà citatos, alij etiam ſuprà cita-
ti deſiderant, quòd coniectura ſit probabi-
lis,Alba conſil.87,nume.10. qui ſic intelligit
Cor ı.cıtacum per Craue.& Soci.
Et tertia ratio ſupradicta corruit,& cõſequen-
tia ipſius,quæ habet,quòd poſiti in cõditio-
ne ſub qualitate maſculinitatis cenſeantur
habere quãdam prælationem, ergò ex teſta-
mento dicuntur vocati, nam in contrarium
eſt tex.in d.l. Lucius. ibi enim teſtator fratrẽ
hæredem inſtituit, & vbi is, vel hæreditatem
non adiuerit,quia noluerit eſſe, vel non po-
tuerit,quia teſtatori prędeceſſerit,quod val-
dè abominatur teſtator,aut filium filiamue
ex ſe,notamue non habebit, ſeruos ſuos hæ-
redes ſubſtituit.& ſic ſub duplici conditione
alternatiua, ubi frater hæres non ſit, vel vbi
maſculum, uel fœminam poſt ſe nõ relique-
rit, in tãtùm quòd adita hæreditate per fra-
trem ſubſtituti expirat,vt dicit tex.& pariter
ſi is hæres non fuerit, liberos tamen reliquerit,
rit, etiam ſi illi hæredes non fuerint, vt ſuprà
diximus in ſexta amplia.
Si igitur per filiorum exiſtẽtiam, etiã ſi ipſi hæ-
redes non ſint patrui, expirauit ſubſtitutio,
vtique non poteſt dici eos fuiſſe inſtitutos,
vel ſubſtitutos,tum quia ſerui ſubſtituti hę-
redes fuiſſent caducata priore inſtitutione,
& ſubſtitutione,l.1.§.pro ſecundo. C. de ca-
duc.tollen.tum quia tex.in d.l.Lucius.in fin.
ibi,Non enim fratrem ſolùm hæredem præ-
tulit ſubſtitutis, ſed etiam eius liberos; ex-
preſsè dicit fratrem hæredem ſolum fuiſſe
ſcriptum,ergò non eius filios, ergò oportet,
quòd dicamus filios fratris prælatos fuiſſe
ſubſtitutis tacitè ab inteſtato, tãquam pro-
ximiores. Qua concluſione ſtante,ſequitur,
quod ſi frater maſculum, & fœminam ſuſce-
piſſet, non minus illi prælati fuiſſent ſubſti-
tutis, ergò qualitas maſculinitatis nihil ad-
didit, licèt expreſſa fuerit in d.l. Lucius.ibi,
filium,& filiam.& illud uerbum Prætulit,nõ
concludit, quod ex teſtamento dicãtur præ-
lati filij in conditione poſiti. Et ad hoc fa-
ciunt,quæ reſpondit ipſemet Soci.Iun.conſ.
83.num.4.uerſ.2.ad fauorem domini Hiero.
& nu.ſeq.uolu.4. ubi concludit, quòd ſi vaſ-
178 ſallo † data ſit licentia diſponendi, & te-
ſtandi de feudo in quemcunque uoluerit, &
is ab inteſtato deceſſerit,tamen creditur vo-
luiſſe,& diſponere velle,quòd eius bona per-
ueniant ad uenientes ad inteſtato,per l.con-
ficiuntur.in prin. & l. ſi quis cum teſtamẽtũ.
ff.de iure codicill. & Bar. in l. vel maxima. ff.
de collat. bono. & illi ab inteſtato venientes
dicuntur habere ex voluntate, & diſpoſitio-
ne tacita, & præſumpta. ad idem tendunt,
quæ ponit Corn.conſi. 146.nu.13. vol. 2. di-
179 cens, quòd qui potuit † auferre bona à ve-
nientibus ab inteſtato, non auferendo dici-
tur eos hæredes ſcribere, & eò magis ſi eos
poſuit

poſuit in conditione, nam expreſsè ſcripti
reperiuntur, vt ibi per eum; & ideò verbum
Prætulit in d. l. Lucius. accipi poteſt, ideſt,
prædilexit, per prænominationem factam di
ctorum filiorum, licèt conditionaliter ſub-
ſtitutis: maior enim affectio eſt circa præno-
minatos, l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de
leg. 2. Crauetta conſi. 62. nu. 7. & quod ex hoc,
quòd poſuit eos in cõditione, cenſeatur ma-
gis diligere, quàm ſubſtitutos, ponderando
d. l. Lucius. tenuit etiam Alba d. conſil. 86.
num. 5. ad fin. & conſi. 87. col. fi. in princip.
Qua de re cauendum eſt à Ripa in d. l. 1. nu. 7.
in fi. col. 3. in fin. C. de pact. dicente, quòd tex.
in d. l. Lucius. non poteſt intelligi de præla-
tione nepotum poſitorum in conditione ab
inteſtato, quia loquitur de nepotibus con-
ceptis, ſeu concipiendis poſt mortem teſta-
toris, qui non poterant ſuccedere patruo
teſtatori ab inteſtato, iure proximitatis, quia
180 ab inteſtato decedenti † admittitur is ſo-
lum, qui tẽpore obitus illius proximior re-
peritur, & natus eſt, l. Titius. cum ſimil. ff. de
ſuis, & legi. Quoniam non eſt verum, quòd
tex. loquatur de conceptis poſt mortem te-
ſtatoris, & ſufficit conceptos eſſe eo viuente,
alias diceret contra tex. in l. vel uiuo. ff. eo. po
reſt ergò ille tex. intelligi in conceptis viuo
teſtatore, ut prælationi ſupradictæ locus ſit,
Et inſuper d. l. Titius. loquitur in nepote na-
to poſt dictum conditum teſtamentum, id-
eſt, poſtquàm res deducta eſt ad cauſam in-
teſtati, d. l. Lucius. aut de natis poſt mor-
tem patrui teſtatoris, ante tamen repudia-
tam hæreditatem per hęredem, & ſufficit ne-
potem natum, vel conceptum ante eam re-
pudiatã, l. 1. in fin. & l. 2. §. interdùm. ubi etiã
181 Albe. ff. eo. votum enim commune † paren-
tum eſt, vt eis omnes deſcẽdentes ſui ſucce-
dant, l. nam, & ſi parentib. ff. de inoffi. teſta.
cum ſimil. de quibus per Corn. conſi. 97. nu.
1. uol. 2. primo ergò etiam nati tempore eius
mortis admittuntur. uerum eſt, quod nati
tempore parentis, etiam ſi eſſent poſteà re-
motiores præferuntur natis poſtea, licet pro-
ximioribus, Alba conſi. 106. col. 2. ubi loqui-
tur etiam in ſucceſſione ex teſtamento, & ſic
confunditur opinio contraria; quia etiam
in ſucceſſione ex teſtamento idem eſt, quod
ab inteſtato, vt ibi larè per eum col. 1. Præte-
reà ibi agitur de excluſione ſubſtituti per exi
ſtentiam nepotum ex fratre, & interim do-
nec ſubeſt ſpes eorum ſuſceptionis, hęreditas
remanet apud alios ab inteſtato venientes
fratre repudiante, ſed reuocabiliter, Alba d.
conſi. 76. num. 10. nec uerbum illud Prętulit
pariformiter copulat fratrem, & eius filios
in conditione, Barbat. conſi. 17. col. penul. in
princip. & conſi. 34. col. 12. in fi. uol. 2. cum
ſimilibus.
Multi etiam ex ſupradictis alia etiam nituntur
ratione, quòd ſcilicet per dictæ qualitatis
maſculinitatis expreſſionem cẽſeatur teſta-
tor habuiſſe rationem ad conſeruationem
agnationis, quæ fieri non poteſt, niſi maſcu-
li ſint diſpoſitiuè vocati, & ubi teſtator vo-
luit conſeruare agnationem ſuam, tunc ma-
nifeſtè datur intelligi, quòd poſitos in con-
ditione uocare voluit, vt poſt alios per eum
citatos, conſideràt Soci. Iun. conſi. 69. nu. 29.
& conſi. 116. num. 2. vol. 3. & conſi. 155. nu. 11.
vol. 2. & ante eum Soci. in l. Gallus. §. nunc de
lege. num. 6. & ibidem Aret. col. 2. ff. de lib. &
poſthum. Rui. conſi. 179. col. 2. vol. 2. & hanc
rationem cõſeruationis agnationis probat
Cepha. poſt plur. concordan. per eũ citatos,
conſi. 251. num. 50. & num. 81. & ſeq. uol. 2. &
abundè etiam ad effectum reciproci fideicõ-
miſſi, reſpondit Craue. conſi. 130. num. 6. &
ſequent.
Et quia nõ potuit eos poſuiſſe in cõditione, ut
ab inteſtato ſuccedant, quia tunc etiã fęmi-
næ ſuccederent cum eis, Panciro. conſil. 99.
num. 15. & quòd quando fauor agnationis
militat, quòd filij poſiti in conditione intel-
ligantur ſubſtituti, quod eſt, quando extra-
neus, vel etiam cauſa pia reperitur ſubſtitu-
ta, probat Riminal. iun. conſi. 358. nu. 175.
& ſeq. uol. 4.
Sed iſta ratio fragilis videtur; quoniam conſer-
182 uatio agnationis † attenditur ſolùm in ca-
ſu expreſſo, & in perſonis expreſſis, ut conclu
dit Corn. in d. l. 1. ſub nu. 19. C. de condit. in-
ſer. Rui. conſi. 102. in fi. vol. 2. & niſi ratio cõ-
ſeruandæ agnationis ſit expreſſa, non licet
arguere ex ea, vt probaui conſulendo in una
Placentina pro Faſola de anno 1570. & in
vna de Arcellis de anno 1563. Et quod ratio
conſeruationis agnationis ſumpta ex quali-
tate maſculinitatis expreſſa non ſit extendẽ-
da ad alium caſum, uel alias perſonas, quàm
expreſſas, reſpondit poſt alios per eum cita-
tos, Soci. Iun. conſi. 4. numero 20. in fi. & ſeq.
183 uol. 3. Qua de re caſu, quo teſtator † poſt o-
bitum filiorum inſtitutorum vocauit deſcẽ-
dentes maſculos ex eis, & illis non extãtibus
uocauit fœminas, quòd maſculi intelligan-
tur uocati gratia agnationis conſeruandæ
in caſum vulgaris tantùm, non autem per
fideicommiſſum, reſpondit Ruin. conſi. 92.
in princip. & nume. 9. uol. 2. & abundè quod
per expreſſionem qualitatis maſculinitatis
ſæpè factã in diſpoſitione dicatur ſolùm ad-
dita ratio conſeruationis agnationis, quod
ad perſonas, & caſus expreſſos, Riminal. iun.
conſi. 371. num. 122. & ſeq. & num. 129. uol. 4.
& idem

& idem firmat plur. concordan. citando nu. 188. & conſi. 389. nume. 39. vol. eod. & conſil. 464. nu. 58. & ſeq. eod. & ad hoc faciunt, quæ infrà dicam in 8. caſu circa expreſſionem rationis facti.

Et procedit hæc concluſio ſi teſtator bis vſus eſt hac qualitate maſculinitatis in ſuo teſtamento, ut poſt Curt. & Purpura. concludit Zanch. in §. cum ità. num. 769. verſi. uel vlti. quamuis, ubi ſæpiſſimè dixit de maſculis, aliud uelit Corn. conſ. 72. vol. 2. & Gozad. cõ-
* ſilio 64. col. 2. & eſt* communis opinio Ceph. d. conſ. 25. num. 77. uol. 2. de quo etiam infrà dicam in nona coniectura.

Veruntamen hæc contentio ſic poteſt concordari, ut prior opinio procedat, quantum ſit, ut hæc coniectura non poſſit dici neceſſariò concludens, & urgens ità, ut ſola ſufficiat ad effectum, de quo agitur. Et ſecunda opinio quę fuit Guid. Pap. in locis ſupracitatis, procedat quantum ſit, ut dicatur probabilis, & adminiculatiua unà cum alijs, & ità in ſpecie concludit Cepha. conſ. 476. nu. 18. uol. 4.

Sunt tamen multi caſus, in quibus hęc ſeptima ampliatio non habet probabilem contradictionem.

Primus eſt, quando qualitas maſculinitatis nõ
fuit expreſſa, ſed ſubintelligitur ex ueriſimi-
li mente teſtatoris; non enim iſto caſu poſi-
ti in conditione cenſentur diſpoſitiuè uoca-
184 ti; quia tacitum † non eſt tantæ potentiæ
ad excludendum, ſicut expreſſum, vt reſpon
dit Alban. d. conſ. 11. in fi. & conſ. 26. nu. 10.
185 verbi gratia teſtator inſtituit † hæredes fi-
lium maſculum, & unam filiam fęmінam, fi-
lium uniuerſaliter hæredem inſtituit, filiam
autem tacitauit, & filio maſculo ſubſtituit,
ſi ſine filijs decederet, nã multi tenent, quod
uerbo Filijs cẽſeatur tacitè adiecta qualitas
maſculinitatis, ut aliàs ſcio me reſpondiſſe
in una de Arcellis de anno 1563. vbi tamen
contrariam partem defendi, & ſecundum eã
fuit per binas conformes iudicatum, & de
qua quæſtione abundè poſteà ſcripſit Ga-
briel. in ſuis concluſi. libro 4. tit. de ſubſtitu-
tio. concluſione 2. & ità in propoſito hunc
caſum firmat ipſe in d. lib. titu. de fideicom.
concluſ. 4. num. 7. Et procedit de plano, niſi
reſultaret abſurdum aliquod, ubi non cenſe
rentur vocati, & ſubſtituti iſti poſiti in con-
ditione ſub qualitate maſculinitatis tacita,
vt reſpondit Ruin. conſi. 158. nume. 9. & 13.
volumine 5.

Secundus caſus eſt, ubi extat ſtatutum, quòd ſtantibus maſculis fæminæ non ſuccedant; nam tunc filij poſiti in conditione ſub illa qualitate maſculinitatis, non cenſentur diſpoſitiuè uocati, ita reſpõdit Dec. conſi. 270. tunc enim ceſſat tertia ratio ſupradicta, Soc. Iun. cõſ. 111. nu. 32. vol. 1. & probat Alba. d. conſ. 11. col. pen. Ripa in d. l. 1. nu. 9. in fin. C. de pact. ubi ad hoc citat Soci. Sen. & Corn. quamuis Soci. Iun. d. conſ. 110. num. 24. vol. 3. contrarium teneat, allegando etiam pro ſe Soci. Dec. & Grat. Sed priorem opinionem ſequitur Ripa etiam in d. l. cẽturio. nu. 162. in prima coniectura. ff. de vulga. & pupilla. Gabriel. vbi ſup. in d. 4. concluſ. tit. de fideicom. nu. 6. vbi ſolum citat Soci. Iun. cõſi. 154. nu. 7. uol. 2. & idem probant Doct. quos refert, & ſequitur Port. conſ. 137. ſub num. 18. & hunc caſum abundè probat Craue. inter conſilia Marza. col. 63. & Port. d. conſi. 43. nu. 11. Verum eſt, quòd in caſu dicti ſtatuti maſculi dicuntur uocati, quia affirmatiuè in conditione poſiti ſunt, ſecus ſi negatiuè, vt in hac materia, & declarat Caſtren. cõſ. 359. col. 1. in 2. parte.

Tertius caſus eſt, quando inſtituti non ſunt de de deſcendentibus teſtatoris, nec de eius agnatione, tunc enim filij ipſorum maſculi in conditione poſiti, & dato ſubſtituto, non cenſentur diſpoſitiuè vocati, ut poſt Socin. Dec. & Par. concludit Cagnol. in d. l. 1. num. 54. C. de pact. tunc enim ceſſat ratio conſeruationis agnationis, & comprobatur ex his, quæ latè ponit Arius Pinel. in l. 3. nu. 25. C. de bon. mater. quamuis Corn. in d. l. 1. num. 21. C. de condit. inſer. contradicat.

Sed aduertendum eſt, quòd d. l. Lucius. ff. de hæred. inſtit. loquitur in fratre hærede inſtituto, & eius filijs poſitis in conditione. ergò iſte caſus eſt indubitatus, & infrà dicemus.

Quartus caſus eſt, ubi teſtator ſit fœmina, quę inſtituit fęminam & ſine filijs maſculis decedenti dedit ſubſtitutum, Dec. conſi. 581. nu. 4. & ſeq. tunc enim etiã ceſſat ratio conſeruationis agnationis. & quod quando fęmina eſt inſtituta, ceſſet ratio conſeruationis agnationis, firmat etiam Corn. in d. l. 1. ſub num. 19. C. de condit. inſer. ſecus autem, ſi fęmina, quæ condidit teſtamentum non fęminam inſtituit, ſed filios maſculos, & ſi ſine filijs decedant, ſubſtituit fœminam: adhuc enim cenſetur & ipſa agnationem filiorum ſuorum conſideraſſe, & eius conſeruationẽ, vt reſpondit Soci. iun. inter conſilia Mazolli conſi. 7. & ità reſpõdit Alcia. conſi. 96. nu. 31.

Quintus caſus eſt, vbi nulla alia coniectura concurrit, tunc enim prædicta opinio negatiua, quòd poſiti in conditione non cẽſeantur diſpoſitiuè uocati, videtur paſſim per omnes recepta, quia ſi rectè perpendantur Doct. contradicentes, plerique habent concurſum aliarum coniecturarum, ut ſuprà dixi in verſi. veruntamen.

Sextus

Sextus caſus, vbi inſtituti ſunt filij, uel agnati teſtatoris, & eis decedentibus ſine filijs maſculis datus eſt ſubſtitutus extraneus, & ex dictis filijs inſtitutis aliquis deceſſit ſine filijs; nam ſi dicamus extraneum ſubſtitutum admitti ad eius portionē excluſis maſculis aliorum poſitis in conditione, certè videtur
186 reſultare abſurdum, quòd extraneus† præferatur legitimæ ſoboli, contra rationē tex. in d.l. Lucius. ff. de hæred. inſtit. & d.l. cū acutiſſimi. C. de fideicom. ut etiam in filijs poſitis in conditione abſq; illa qualitate conclu* dit Alba d. conſ. 87. nu. 12. ad fin. & eſt* communis opinio, quòd, ſi poſiti in conditione ſint de deſcendentibus, illi dicantur uocati, * Marza. conſ. 8. col. 1. & late de* communi Riminal. iun. conſ. 3 18. num. 17. & plu. ſeq. vol. 4. & latiùs conſi. 476. num. 15. & plur. ſeq. vol. eod. Sed iſta conſideratio non eſt vera iudicio meo, per ea, quæ dixi pro iſta limitatione, præſertim in reſponſione ad tertiam rationem contradicentium, & per ea, quæ dicam in fine iſtius quæſtionis. Caſus tamen iſte in ſeuerus eſt, & caret contradictione, non tamen ad hunc caſum reſtringenda eſt dicta communis opinio, quia procedit etiā hærede extraneo ſubſtituto, vt per Ripam in d.l. 1. col. 3. uerſi. 2. contra communem. C. de pact. de quo tamen inſtà dicemus in quinta coniectura.

Septimus caſus eſt, vbi aliquæ aliæ coniecturæ concurrunt, Nonius conſi. 31. in fin. per regulam, quòd quæ ſingula non proſunt &c. putà, ſi concurrit, quòd ſæpiùs hęc qualitas ſit repetita in teſtamento, item quando etiā ipſi grauati ſūnt, Cepha. conſ. 476. vol. 4. dūmodò tamen ſint probabiles, aliàs non ſufficiunt, etiam ſi plures eſſent, ut contra hanc concluſionem reſpondit idem Cepha. conſilio 517. eo. vol.

Octauus caſus eſt, quando filij poſiti ſunt in conditione, & ratio adiecta fuit, quia intentio ipſius teſtatoris fuit, & eſt, ne vnquam bona ſua exeant de domo ſua, adhuc non cēſentur diſpoſitiuè vocati, niſi in caſu expreſſo; & ſic eueniente caſu ſubſtitutionis, quo inſtitutus decedat ſine filijs, ſed ſi decedat cum filijs ceſſat omne fideicommiſſum, Alban. conſi. 11. colum. 2. in princip. & colum. penul. in princip.

Nonus caſus eſt, quando filij filiorum ſunt poſiti in conditione, & dictum eſt, quòd vno decedente ſine filijs, ſuperſtites, & eorum deſcendentes ſunt in ſubſtitutione vocati, tunc nihil refert, niſi etiam filijs filiorum, & eorū deſcendentibus datus ſit ſubſtitutus, Alba. vbi ſuprà.

187 Tertiò videamus, an poſiti † in conditione diſpoſitiuè dicantur vocati ſaltem, ſi etiam grauati reperiantur onere fideicommiſſi, verbi gratia, inſtituo filium meum, & ſi ipſe deceſſerit ſine filijs eis ſubſtituo Sempronium; & in hac quoque coniectura non deſunt, qui ſtant pro negatiua, vt concludunt Docto. * *communiter contra Bar. vt teſtantur Alex. & Iaſ. in l. centurio. ff. de vulga. & pupil. Soci. conſi. 104. vol. 3. Dec. conſi. 291. Iaſ. conſil. * 35. vol. 3. & de* communi etiam teſtatur Alban. d. conſi. 1. numero 4. nam cum dicti filij
188 † non reperiantur honorati, cùm ſolùm fuerint poſiti in conditione, non etiam potuerunt grauari, vulgata reg. l. ab eo. C. de fideicom. & ſic falſa eſt illa Bar. cōſequentia, fuerunt grauati, ergò etiam in conſequentiā cenſentur honorati, nā ex ſolo grauamine non cenſetur quis honoratus, l. hæredi* tas ad Statium. ff. de hęred. inſtituē. & de* cōmuni teſtatur etiam Ripa in l. 1. nume. 11. C. de pact. & in d.l. centurio. nu. 166. ff. de vulga. & pupil. licèt ipſe ab ea diſſentiat, volens, ꝙ ex eo, quòd poſiti ſunt in conditione, & grauati ſatis dicātur vocati, & honorati, & ſubdit; quòd ità conſuluit, & fuit iudicatum. & * quòd contra Bar. ſit* communis opinio, reſpondit Ruin. conſi. 114. nu. 4. & conſil. 198. * num. 2. uol. 2. & de* communi teſtatur etiam ipſe conſi. 141. in fi. & conſi. ſeq. num. 4. vol. 3. * hanc opinionem etiam vti* communem, & veram refert, & ſequitur Curt. Sen. conſi. 42. num. 15. in fin. & ſeq. Verum eſt, quod tex. in d.l. ab eo. iudicio meo non probat hanc partem, quia ibi granatus nedum non fuerat honoratus, ſed nec etiam poſitus in conditione, vt etiam conſiderat Rui. conſi. 113. numero 3. uol. 2. & hanc concluſionem probat Torniel. inter conſilia Port. conſi. 23. nu. 10. verſi. quò verò ad aliam coniecturā. loquens in caſu, in quo filij, & nepotes poſiti in conditione fuerunt inuicem ſubſtituti, quem ſa te ſequitur Rolan. à Valle conſi. 51. vol. 3.

Et pro iſta parte infinitos concordantes citat Rolan. conſi. 18. ſub nume. 9. volum. 4. & de * *communi latè etiam Burſat. conſi. 1. nu. 10. * qui concordantes infinitos citat. & de* cōmuni Ancha. Iu. q. 31. in fi. in 3. parte. et hæc * opinio hodiè eſt* communis, & canonizata in iudicando, Bero. conſi. 109. nume. 9. vol. 2. Eſt tamen paſſus arduus, & Doctor. variant, Alex. in l. ex facto. §. ex facto. numero 3. in fi. ff. ad Treb.

Et hanc opinionem puto veriſſimam eo in caſu, quo dicti filij poſiti in conditione reperiuntur vocati in aliquo caſu, tunc enim primo loco vbi apparent poſiti in conditione, non poſſunt cenſeri uocati, vt cōſiderat etiā Rui. d. conſi. 114. num. 4. conſi. 96. conſi. 100.

& con-

& conſi. 101. uolumine 2. de quo tamen infrà dicemus.

Non deſunt tamen, qui dictæ concluſioni contradicunt, & in ſpecie Ancha. conſi. 73. Corn. d. conſi. 97. col. 1. vol. 1. & conſi. 146. num. 20. vol. 2. vbi plures concordantes citat, ſcilicet Bar. Ancha. Cuma. Caſtren. & idem repetit conſi. 101. col. 2. in fi. vol. 4. & infinitos propè citat Soci. iu. d. conſi. 110. nume. 21. vol. 3. ** vbi teſtatur, quòd hodie hæc eſt magis* *cõmunis opinio. & pro ea multos concordan. citat Ripa in d. l. centurio. & hanc partem, quando filij poſiti in conditione ſunt etiam grauati, quod cenſeantur diſpoſitiuè vocati per fideicommiſſum, tenet Rui. conſil. 128. num. 7. vbi citat Ancha. vbi ſuprà, & in conſi. 136. num. 6. vol. 3. vbi ſic limitat dictam glo. in d. l. Lucius. & ibi multos adducit concordantes, & in conſi. 140. num. 4. in fi. num. 8. & 9. eo. vol. & plures cõcordan. citat Rui. d. cõſ. 113. nume. 3. vol. 2. vbi dicit hanc partem eſſe in iudicando canonizatam, & veram, quod his duobus concurrentibus, quòd filij poſiti ſint in conditione, & grauati reſtituere hæreditatem, vel non alienare eam, dicantur * vocati. & plures de * communi atteſtantes refert, & ſequitur Burſat. conſi. 202. num. 35. Puto tamen, quòd iſta opinio poſſit ſuſtineri, quãdo filij poſiti in conditione eſſent grauati, ut hæredes hæredis; verbi gratia, quia teſtator granauit hæredem hæredis, & contingat filios poſitos in conditione fuiſſe hæredes hæredis, ut per Rui. d. conſi. 113. col. 2. Et pariter etiam ſuſtineri poſſit opinio cõtraria, ubi vltimo decedenti, uel poſt mortẽ omnium poſitorum etiam in conditione datus ſit ſubſtitutus, ut infrà dicemus in 17. coniectura.

Et iterùm contraria opinio videtur procedere de plano, quando poſiti in conditione reperiuntur aliquo caſu honorati, ſeu vocati, qa tunc cenſentur ſolùm vocati in eo caſu, quo * grauamen tenet, ſecundum* communem, de qua per Burſat. d. conſi. 1. num. 14.

Sed certè hoc dictum eſt ſine ratione, quia caſus vocationis nihil habet commune cũ grauamine, ad effectum, vt per poſitionẽ in conditione, & grauamen adiectum dicantur vocati in caſu expreſſę uocationis, quia caſus 189 expreſſus † non indiget adiumento taciti. Niſi dicamus, quòd tunc grauamen habet, cui applicetur, quod non eſt, ubi in aliquo caſu expreſſè grauatus nõ reperitur poſitus in conditione.

Et iterùm hæc ſecunda opinio præualet, ubi teſtator reſtrinxit ſuam ſubſtitutionem, Crau. conſi. 98. num. 5.

Quartò videndum eſt, an poſiti in conditione, ſaltem dicantur vocati diſpoſitiuè in caſu, quo filij poſiti in conditione fuerunt etiam in eodem teſtamẽto in aliquo caſu ſubſtituti, uel vocati. Et multi dicunt, quòd nõ cenſent uocati, niſi in caſu, in quo uocati ſunt, ſed non in caſu, quo poſiti reperiũtur in cõditione, Alcia. conſi. 531. nu. 3. & ſuprà etiã dixi. Et ad hoc etiam facit, quia granatus qui non cẽſetur, non poteſt grauari, niſi in caſu, in quo honoratus reperitur, Riminal. cõſil. 521. num. 22. & 25. Rui. cõſi. 101. nu. 7. vol. 2. & alibi ſępè per eum. & facit tex. in l. licèt Im* perator. ubi* omnes not. quæ eſt 72. §. penul. ff. de lega. 2. Curt. iun. conſi. 121. nume. 7. & per Zauch. in repeti. §. cum ità. nume. 735. & ſeq. & nume. 154. & 102. ubi cõcludit, quòd cõiecturæ tunc nõ operantur, ut dicantur uocati, niſi qui fuerint honorati. Sed hęc cõcluſio parùm ſapere videtur, quia aliàs cõiecturæ uocationis otioſæ eſſent, quamuis eã tennerent etiam Alex. Soci. & Pariſ. de quibus infrà in 8. effectu, & multi alij concordantes citati per eos.

Quintò, an ſaltem dicantur vocati diſpoſitiuè poſiti in conditione, quando fuerunt affirmatiuè poſiti, putà, quòd extantibus maſculis talis non ſit ſubſtitutus. Et adhuc negatiuam præualere cenſuit Guid. Pap. deciſ. 128. Io. de Anan. conſi. 68. Sed cõtrarium videtur ſentire Caſtren. quem ſequitur Curt. iun. cõſilio 43. volum. 4. & aliqua dicemus infrà in 8. coniectura.

Sextò conſidero, quòd etiam ſi ſit ſubſtituta cauſa pia non tamen propterea poſiti in con* ditione dici debent ſubſtituti, ſecundum* cõmunem, de qua per Ancha. iun. conſi. 31. col. fina. in 3. parte, num. 10. & ſeq.

Septimò probabilior videtur negatiua ſententia in caſu, quo teſtator ipſe ordinauit, quod diſpoſitio ſeruetur, prout iacet de verbo ad verbum, & idem ſi alius ordo ſic diſponeret, Rolan. conſi. 51. num. 12. & nu. 24. vol. 2.

Octauò quęri poteſt, an ſi vna aliqua alia concurrente coniectura, præualeat opinio fauẽs poſitis in conditione. Et certè in hoc pleriq; conueniunt pro affirmatiua, tunc enim poſiti in cõditione cenſeri debent diſpoſitiuè vocati: neq; enim ſi illi poſiti in conditione honorati minimè dicerentur, potuiſſent onere fideicommiſſi in familia grauari, l. cùm ità. §. in fideicommiſſo. quæ eſt 33. & l. peto. quæ eſt 72. §. fratre. ff. de legat. 2. & quòd ex coniecturis euitetur dicta communis opinio glo. in d. l. Lucius. tenet poſt Soci. per eum citatos, Rui. conſi. 108. num. 11. vol. 2. Cepha. conſil. * 476. vol. 4. Et iſta eſt* cõmunis opinio, ut teſtatur Soci. iu. d. conſi. 110. col. 4. verſi. tamen * communis eſt etiam opinio. uol. 3. & de * cõ-

muni

muni teſtatur etiam Clarus in d.§.teſtamentum.q.79.in fi.in 5.cõiectura, dicens, quòd quãdo teſtator expreſſit rationem, quòd volebat in maſculis, & familia conſeruari bona ſua, eo in caſu cenſetur vocaſſe poſitos in cõditione, poſt Pariſ. conſi.6. volu. 3. idem reſpondit Rui.conſi.146.nume. 5. & 7. vol.2. & multos citat, & ſequitur Cepha. d.conſi.251. num.50.& num.81.& ſeq.uol.2.vltra concordantes, quos ſuprà poſui in 7. ampliatione. quamuis multi contradicant, vbi ratio hæc non reperitur nominatim expreſſa per teſtatorem, vt ſuprà dixi. Sed indiſtinctè aliam ſententiam probat Zãch. in d.§.cùm ità.nu.751. & plur.ſeq.& præſertim num.756. quòd ſufficiat etiam tacita mens teſtatoris, ubi ſumus in agnatis teſtatoris, ſecus autem in extraneis, ſecundum vnam opinionem, quam tamen ipſe non probat. & quòd, quando teſtator videtur voluiſſe conſeruare agnationem, tunc dicantur vocati, tenet Grat. & Mantua, quos refert, & ſequitur Gabriel. vbi ſuprà num. 42. & numero 45. vbi etiam citat Ruin.

Eſt tamen aduertendũ, quod etiam ſi coniecturæ concurrant, & tamen poſiti in cõditione non ſint de deſcendentibus teſtatoris, adhuc erit locus gl. in d.l. Lucius. vt cõſiderat Clar. vbi ſuprà in d.q.79. in fi. & ſuprà etiam diximus in 9. ampliatione, & ſuprà in 7. ampliatione, in 3. caſu. Et hæc limitatio ampliatur, vt procedat etiam in filia poſita in cõditione, Soci. iu.conſi.159.num.72.vol.2.

Sed difficultas ſtat in duobus. Primò, an vna,
190 †an verò plures ſint neceſſariæ coniecturę. Secundò, quæ, & quales eſſe debeant. Circa primum, Docto. ſunt multum varij, aliqui enim dicunt, vnam ſolam ſufficere ad inducendum fideicommiſſum, Port.conſ.40.nu.22.& ſeq. quod & multi alij tenuerũt, dummodò ea ſit vrgens, & neceſſaria, Cepha.cõſ.476.num.17.& ſeq.vol.4. Crau.conſ.62. Clarus in §.teſtamentum.q.79.in fi. Cepha.cõſi.517.num.66.vol. 4. Aliqui autem dixerunt, quamlibet leuem cõiecturam ſufficere, & ſic vnicam tantùm attenta cõtrouerſia, quæ eſt inter Doct. an poſiti in cõditione dicãtur diſpoſitiuè vocati, ità cõcludit Corn. d.cõſ.97. ſub nu.3.vol.1.& conſ.146.num.19. in fi. vol. 2. dicens, quod de facili concurrente aliqua coniectura iuuatur mens teſtatoris prædicta, quod poſiti in conditione cenſeantur vocati, & conſ.101.col.2.in fi.uol.4.dicẽs, quòd * licet ſecundum * communem opinionem poſiti in conditione non dicantur vocati, ſi tamen alia cõiectura concurrat, tunc iſta duo cõiuncta faciũt eos cẽſeri inuitatos, & Corn. refert, & ſequitur Ripa in 1. reſpon. num. 9. & ſeq. titulo de ſubſtitu. Alcia. conſ.482.nu. 8. Cepha. cõſ.251.num.74. vol.2. idem dixit Curt.iu.conſ.87. & ità eos refert, & ſequitur Marza.cõſ.1.col.14. & iterũ col.92. & col. 95. & latiùs col.62.verſi.controuerſia igitur.ubi ad hoc citat inſuper Dec. Rip. Soc.iu.reprobat Corn. alibi contrarium dicentem, quod imò coniectura debet eſſe neceſſaria. idem dicit Craue. d. conſi.62.nu.6.& conſ.113.nu.1. in fi. & Ruin. conſ.110.col.4.uerſ.tamen cõmunis opinio.uol. 3. plures cõcordantes citat. ſed nullus prętер Corn. vbi ſupra, & Crauet. ſic loquitur. & hanc partem uti magis ** ** communem ſequitur Noni.conſ.31. nu. 13. & conſ. 32. num. 9. ut etiam ſuprà retuli ante primam ampliationem. & quod cõcurrentibus quibuſcunq; cõiecturis recedatur * à dicta communi, teſtatur de * cõmuni Soci. iun. conſilio 145.numero 36. uolumine 3. & pro iſta parte facit tex.in l. cum proponebatur. quæ eſt 76.in fi.in verbo coniectura.ff.de lega.2. & concordan. quos in ſpecie conſiderat Port.conſ.40.ſub nu.17. & per Perſonal. in tract.de adipiſcenda poſſeſſione nu.207.& hanc partem apertè tenet Soci.Iu. ubi ſuprà d.conſ.110. nu.22. verſ. iſta 1.coniectura per ſe ſola ſufficeret &c. loquens, ubi poſiti in cõditione grauati fuerũt. & quod quælibet leuis coniectura ſufficiat, tenet etiã Alcia. cõſ. 482.nu.8.& verſ.781.nu.3.& quod leues coniecturæ ſufficiant, tenet etiã Cepha. cõſ.251. nu.74.uol.2. & quod una cõiectura ſufficiat, teſtatur Sylua.d.conſ.53. ſub num.3. & inter conſ.Port.conſ.40.nu.22. & ꝙ quęlibet minima coniectura ſufficiat, inter conſ. Port. cõſ. * 42.nu.6.& pro hoc ult. ſtat * communis opinio, ut teſtatur Soci.Iu.conſ.175.uol.2. Et ꝙ ſufficiat una coniectura, quæ ſit legitima, & à iure approbata, tenet Rui. cõſ.158. nu.13. in fi.uol.2. Sed hæc opinio non videtur vera, quia tex.in d.l.licèt. loquitur pluraliter, & ſi de hominis cõiectura intelligamus, puto, id eſſe apertum, ꝙ vna non ſufficiat, ſic enim reſpõdit Corn.conſ.230.nu.7.vol.3. ſecus ſi iuris ſit, d.l.cum proponebatur.

Hęc tamen opinio non eſt vera, per ea, quę dicã in fine omium coniecturarum.

Aliqui autem dixerunt, quod ubi ex coniecturis, & ſic pluraliter, l.licèt Imperator. quæ eſt 77.ff.de lega.1. ibi, Quæ ex multis colliguntur. põt apparere, ꝙ teſtator voluit ex teſtamento uocare poſitos in conditione, tunc receditur à d.communi opinione glo. in d.l. Lucius. ità concludit poſt Soc.in l.cùm auus.ad fi.ff.de condit.& demon. reſpondet Curt. Iu. conſ.43.nu.7.& per eum citatus Rui.d.conſ. 108.nu.11.vol.2.& conſ.131.nu.13.vol.3. de quo meminit ad alium effectum Soci.Iun. d. conſi.110.

conſ. 110. idem tenet Ripa in d. l. 1. nu. 7. in fi. C. de pac. dicens, ꝙ propter uarietatem opinionum, & rationes hinc inde efficaces, facilè propter aliquas coniecturas poteſt recedi à dicta communi, ſic intelligendo Corn. in d. conſ. 146. & clarius per eundem Ripam in d. l. 1. nu. 9. uerſ. iſta coniectura ſaluari poteſt alia concurrente, vt ſi teſtator ſolos maſculos inſtituit, excluſis filiabus, & neptibus &c. & ꝙ, quando agitur de iudicando ex coniecturis, & præſumptionibus, ꝙ una non ſufficiat, latè probat Cephal. d. conſ. 476. nu. 16. volu. 4. & eſt * communis opinio, ꝙ ſingulæ côiecturæ non ſufficiant, vt teſtatur Clar. in §. teſtamẽtum. q. 79. in fi. plures tamen ſimul iunctæ magis urgent, ut in propoſito côcludit Corn. conſ. 97. col. 2. in princ. vol. 1. Ripa in d. l. 1. nu. 9. C. de pac. & in d. l. centurio. nu. 165. ff. de vulga. & pup. argu. l. 2. ff. de excuſat. tuto. Soci. Iu. d. conſ. 110. nu. 29. & ità ubi cũ qualitate maſculinitatis aliqua alia coniectura concurrit, reſpondit inter conſ. Port. d. conſ. 40. nu. 10. in fi. & in caſu ſuo ſex concurrebant. imò etiam ubi plures coniecturæ concurrunt leues, tamen illæ non releuant, tenuit Soci. Alcia. de quibus infrà in ſecũdo pũcto. & non obſtãtibus pluribus côiecturis contrarium conſuluit ibi Torniel. conſ. 43. per totum, & ibi nu. 17. inquit, ꝙ id, quod dicitur in contrarium, quaslibet leues coniecturas ſufficere, procedit, quando dictę coniecturæ ſufficiunt ad demonſtrandum, ꝙ filij poſiti in conditione fuerunt poſiti in conditione ad commodum, & fauore ipſorum, nõ autem hæredis grauati ad extinguendum fideicommiſſum, & quod vbi plures coniecturæ concurrunt, aliud dicẽdum ſit, ut inquit Port. conſ. 46. nu. 20. ſaltem ſi ſint legitimæ, ſecundum * communem opinionem, de qua ibi per eum nu. 10. pro quo facit regula, quæ habet, ꝙ quæ non proſunt ſingula &c. l. ſpadonem. §. qui iura. ff. de excuſa. tut. & ità etiã tenet Grat. conſ. 106. nu. 48. & ſeq. vol. 2. quẽ refert in propoſito, & ſequitur Cepha. conſ. 251. nu. 87. & ſeq. vol. 2. dicens, quod & ſi ſingulę coniecturæ habeant côtradicentes, côiunctę tamen optimè concludunt, & ità etiã poſt Grat. tenet Gabriel. in dd. ſuis côcluſio. lib. 4. tit. de fideicom. concluſione 4. nu. 49.

Et ꝙ plures requirantur coniecturæ, Roland. à Valle conſ. 51. nu. 11. vol. 3. Et quòd ſufficiãt leues coniecturæ uolũtatis, Cepha. côſ. 281. nu. 74. vol. 2. & concordan. per Menoch. conſ. 394. nu. 5. uol. 4. Quod ultimum ante eum, vt infrà dicam, in 2. pũcto diſcutiam. Et ità dictum conſilium Corn. in contrarium allegatum intelligit Torniel. inter conſ. Port. conſ. 43. nu. 17. vbi ſic intelligit Corn. in contrariũ citatum, dummodò illæ coniecturæ ſint ſufficientes, aliàs ſecus. Et contra quatuor vrgẽtes coniecturas, tenet Marcabru. conſ. 66. nu. 118. & plu. ſeq.

Et ſine difficultate, vbi plures concurrunt coniecturæ, videtur rem eſſe expeditam pro vocatione filiorum poſitorum in conditione, maximè ſub qualitate maſculinitatis, Noni. conſ. 31. in fi. ſaltem quãdo ſumus in deſcendentibus teſtatoris poſitis in conditione, ità enim concludit Clarus in §. teſtamentum. q. 79. in fi. Mantica de coniecturis vlti. volunt. lib. 11. tit. 3. nu. 18. & eſt * communis, Burſat. conſ. 1. nu. 11.

Ego verò puto priorem opinionem veram eſſe, ꝙ vna ſufficiat coniectura, dummodò ſit neceſſariò concludens. Secunda autem opinio procedat, quando plures concurrunt, non tamen earum quęlibet eſt neceſſaria: & tertia opinio ſit uera, ꝙ plures etiam non ſufficiant, quando ſunt leues; & in effectu reſolutionem iſtius quæſtionis pẽdere ab arbitrio iudicis, poſtquàm legem non habemus hoc apertè determinantem, an vna, an uerò plures ſint neceſſariæ coniecturæ, argumento. l. 1. ff. de iure delibe. Et quot, & quales coniecturæ ſufficiant, ꝙ pendeat ab arbitrio iudicis, tenet Soci. Iun. l. cum auus. in 4. col. ff. de condit. & demon. ſequitur Ripa in 1. reſponſo, nu. 9. & ſeq. tit. de ſubſti. fieri enim poteſt, ꝙ aliqua ſolùm adſit coniectura adeò vrgẽs, ꝙ ſola ſufficiet, Crane. côſ. 62. nu. 6. Et ità côcludit Clarus in §. teſtamentum. q. 79. in fin. verſ. in his omnibus côiecturis maximè verſabitur religio iudicare debentis, qui ſecundum conſcientiam ſuam diligenter æſtimabit, an teſtator ueriſimiliter ipſos filios in cõditione poſitos uocare voluerit. & Port. côſ. 46. nu. 19. & Gabriel. qui concordan. citat, de quo paulo infrà. & qualis côiectura ſufficiat, ꝙ relinquatur arbitrio iudicis, tenet etiam Cur. Iu. conſ. 113. ſub nu. 5. & conſ. 43. nu. 7. poſt Soc. in d. l. cùm auus. ad fi. per eum citatum. Et ꝙ hæc materia, & quæſtio ſit arbitraria, Soci. Iu. conſ. 158. nu. 73. vol. 2. & Clar. in §. teſtamentum. q. 79. in fi.

Et quòd res ſit arbitraria, Menoch. de qq. arbitrar. caſu 148.

Circa uerò ſecundum punctum, quæ, & quales eſſe debeant iſtæ coniecturæ, vna, uel plures arguentes mentem teſtatoris eſſe, ꝙ poſiti in conditione cenſeantur diſpoſitinè vocati, id puto ſatis fuiſſe deciſum ſuprà, non quamlibet leuem coniecturam ſufficere, ſed oportere eſſe concludentem, & neceſſariam, & ità in propoſito noſtro reſpondit Iaſ. poſt Caſt. contra Oldrad. conſ. 228. col. 3. in fi. vol. 2. & Alba conſ. 31. nu. 9. & Cepha. côſi. 476. nu. 17. & ſeq.

& ſeq. vol. 4. quem etiam ſuprà citaui, qui & plur. adducit concordan. & ibi poſt Bald. addit, ꝙ vrgens, & neceſſario concludens coniectura illa dicitur, quæ in contrarium non poteſt iudicis animum mouere, & ibi tuetur partem poſitorum in conditione, ꝙ dicantur vocati, Alcia. d. conſ. 531. in princ. Quicquid multi, de quibus ſupra in primo puncto dixerint, etiam vnam leuem cõiecturam ſufficere: neque enim id verum eſt, maximè ſi de hominis coniectura loquatur, vt reſpondit Corn. conſ. 230. nu. 7. vol. 3. Rim. Iu. conſ. 358. nu. 171. vol. 4. neque enim illa potens eſt ad iudicandum, vt ibi per eum, & ità in terminis terminantibus, ꝙ coniecturæ multæ, etiam ſi non ſint hominis, & neceſſariò non concludentes, & probabiles, ſequendo Corn. vbi ſuprà, & alios concordantes adducendo, reſpondit Rolan. conſ. 43. nu. 49. volu. 4. & vt dicam etiam infrà in fine coniecturarum.

Et quòd leues coniecturæ non ſufficiant, vltra ea, quæ ſuprà diximus in 7. ampliat. in 2. ratione contrariæ partis, cõtra Cepha. dict. conſ. 281. nu. 74. reſpondit idem Alcia. conſ. 585. col. pe. in fi. & ſeq. etiam ſi multæ ſint ſimul vnitæ, vt ibi per eum. & ante eum Socin. conſ. 116. volu. 3. vbi quinque aderant. Et ꝙ oporteat coniecturam eſſe neceſſariam, & admodum probabilem, plur. concordantes citat, & ſequitur Torniel. inter conſilia Port. conſ. 43. nu. 6. ſed ꝙ oporteat omnes coniecturas eſſe cõcludentes, tenet Gabriel. in ſuis concluſio. lib. 4. tit. de fideicommiſſis, cõcluſio. 4. nu. 29. vbi citat Pariſ. conſ. 87. num. 16. vol. 2. & conſ. 66. nu. 12. vol. 3.

Verum eſt, vt ille ſubijcit nu. 30. ꝙ an dicantur
191 † eſſe concludẽtes, vel non, id totum remittitur iudicis arbitrio, per Socin. in l. cùm auus. circa fi. ff. de condit. & demon. & Ruin. cõſ. 108. nu. 11. vol. 2. Sed ꝙ oporteat plures, & legitimas à iure approbatas coniecturas concurrere, pulchrè per Corn. cõſ. 230. nu. 7. vol. 3. vbi propterea damnat coniecturam ex qualitate maſculinitatis, idẽ voluit cõſ. 202. nu. 5. eo. & idem tenet Rolan. à Valle d. conſ. 51. nu. 11. in fi. vol. 3. Et iterùm vbi coniectura non ſumitur ex teſtamẽto, ſed ab extrà, illa etiam non releuet, per Ruin. conſ. 129. nume. 12. volu. 3.

Vera igitur eſt reſolutio, vt & hoc iudicis arbitrio remiſſum ſit, vt poſt Soci. tenet Ruin. d. conſ. 108. nu. 11. vol. 2. Et quòd non ſufficiãt
192 † hominis coniecturæ, etiam cum præcedenti conſideratione adiuncta, niſi ſint à iure approbatæ, latè firmat Cepha. conſ. 517. nu. 65. & plur. ſeq. vol. 4.

Illud autem non omitto, ꝙ etiam in hac conſideratione põt dici circa qualitatem coniecturarum, ꝙ ſi ſimus in deſcendentibus teſtatoris, tũc ſufficiant leues coniecturæ, alias autem oportet eas eſſe neceſſarias, vt etiam ſuprà tetigi in prima coniectura.

193 Verùm quia ſermones noſtri † generales ſunt faciliores, particulares autem ſunt veriores, vt dicunt philoſophi, Ange. conſ. 14. Marza. conſ. 99. num. 2. propterea ſubijciam coniecturas, quæ paſſim ſecundum varietatem caſuum Docto. præſertim conſulẽdo in medium afferunt. Quarum 19. ponit Zanch. in repetit. §. cùm ità. nu. 726. & plur. ſeq. vſq; ad num. 793. & 28. ponit Gabriel. in ſuis concluſio. lib. 4. tit. de fideicom. cõcluſ. 4. & multas alias ponit etiam Ancha. Iun. q. 31. col. 2. 3. parte.

Prima igitur coniectura, quæ ſolet circunferri pro ea parte, vt poſiti in conditione cẽſeantur diſpoſitiuè vocati, ea eſt, qualitas maſculinitatis adiecta poſitis in conditione. ſed de hoc ſatis diximus ſuprà in ſeptima ampliat. non repeto.

Secunda eſt coniectura, vbi poſiti in conditione grauati expreſsè fuerunt ad reſtituẽdam hæreditatem alteri. Et adhuc de iſta ſatis etiã dixi ſupra in 8. ampliat.

194 Tertia eſt etiã coniectura, vbi teſtator † ſemper in ſuo teſtamento fœminas excluſit ab vniuerſali ſua hæreditate aliqd eis relinquendo, vt concludit Ripa in d. l. 1. nu. 9. C. de pac. loquens in caſu, vbi teſtator excluſit filias, & neptes, & in excluſione filiarum in d. l. centurio. numero 164. in 2. coniectura. & ratio eſt in promptu. nam ſi maſculi in conditione poſiti ad excluſionem ſubſtituti nõ dicerentur vocati diſpoſitiuè per teſtatorem, ſed ſolùm ab inteſtato vti proximiores, ſecũdum glo. in d. l. Lucius. vtique aperta eſſet ẽt via ſuccedendi fœminis, ipſis excluſis, & ſic contra mentem teſtatoris. idem probat Soc. Iu. d. cõſ. 110. nu. 24. verſ. & cò magis &c. vol. 3. vbi etiam ad hoc citat Craue. & Pariſ. idẽ probat Ripa in d. l. Centurio. nu. 163. & ſeq. ff. de vulg. & pup. vbi concludit, ꝙ ſi teſtator mandauit dotari fœminas natas, vel naſcituras ex filijs poſitis in conditione, vel filias proprias excluſit ab vniuerſali hæreditate, tunc poſiti in conditione cenſentur diſpoſitiuè vocati, & ſubſtituti. & abũdè etiam per Rui. conſ. 140. vol. 3. Et iſto caſu, quãdo maſculi ſunt poſiti in conditione, & filiæ teſtatoris excluſæ ab vniuerſali hæreditate, ꝙ di-
* cantur diſpoſitiuè vocati, eſt * cõis opinio, Cagnol. in d. l. 1. ſub nu. 53. verſ. procedit etiã prædicta concluſio. C. de pac. Et iſtud eſt, qđ voluit Craue. conſ. 62. nu. 9. dicens, ꝙ quãdo filiabus ſuis teſtator aliquid reliquit, & filijs maſculis inſtitutis, ſi decedant ſine filijs maſculis

ſculis dedit ſubſtitutũ, ex hoc elicitur coniectura mens, ꝙ teſtator habuit maiorem affectionem ad maſculos, quàm ad fęminas, & ſic ꝙ poſiti in conditione cenſentur vocati, & prædilecti fœminis, ſicut eorum parentes inſtitutos prætulit eiſdem fœminis. & latius conſ. 130. nu. 4. & per totum. vbi concludit, ꝙ quando teſtator voluit bona permanere in agnatione, vel maſculis, fœminæ cenſentur excluſæ, & poſiti in conditione ſubſtituti, & ad hoc citat Caſtr. Corn. & Cur. Iu. Grat. conſ. 106. col. pen. vol. 1. quos etiam refert, & ſequitur Gabric. vbi ſuprà nu. 4. 44. &
195 fauore † agnationis cenſetur ſubſtitutus, etiam quando teſtator iuſſit aſſumi nomen, & arma teſtatoris, per Cepha. conſ. 251. ſecus ſi tàm maſculi, quàm fœminæ ſunt vocati, ibidem num. 16. & ſeq. Neque enim fœminæ ſemper excluduntur fauore agnationis, nu. 18. Ceſſat autem fauor agnationis, vbi filia teſtatoris eſt inſtituta, uel ſubſtituta, Dec. conſ. 370. nu. 3. ver. ſed nũc ad tertium. & latè etiam Alba conſ. 19. & pro iſta cõiectura, quando teſtator proprias filias excluſit ab vniuerſali hęreditate, & vocauit filios maſculos, ità reſpondit Alcia. conſ. 573. ſub nu. 5. & Rui. conſ. 146. nu. 5. uolu. 2. & conſ. 148. nu. 6. uolu. eod. vbi teſtator primò filios maſculos fratris inſtituit filiabus eorũ excluſis, & caſu quo filij alterius fratris decederẽt ſine filijs, ſubſtituit filios alterius fratris, & ipſis omnibus deficientibus ſubſtituit filios maſculos legitimos &c. alterius, & concludit, ꝙ intentio teſtatoris dicatur fuiſſe ad conſeruationem agnationis. Et ꝙ ubi teſtator excluſit fœminas omnium deſcendentium iubens illas competẽter dotari oriatur ualidiſſima coniectura, ꝙ poſiti in conditione cenſeantur diſpoſitiuè uocati, tenent quamplures Docto. quos refert inter conſ. Port. conſ. 40. nu. 11. in 2. coniectura. & comprobat idem Port. conſ. 46. nu. 16. & latè per Zanch. in repeti. §. cũ ità. nu. 77. in 3. coniectura. Cagno. in l. 1. C. de pac. & hanc coniecturam probat Zanch. in d. §. cum ità. nu. 77. & ſeq. & * communis eſt opinio iſta, quãdo teſtator excluſis fœminis, & poſitis maſculis in conditione dedit filijs inſtitutis ſubſtitutum proximiorem de familia, Cagno. ibidem nu. 53. Et hanc coniecturam multi approbant, de quibus inter conſ. Marza. col. 3. in fi. & pro iſta coniectura ſtat Craue. inter conſ. Marza. col. 63. dũ loquitur de ſtatuto fœminas propter maſculos excludente, tunc enim poſiti in cõditione cenſerẽtur diſpoſitiuè uocati, vt ſuprà etiam diximus.

Et hęc coniectura uidetur de plano procedere, quãdo teſtator generaliter omnes fœminas excluſit, ut tenuit Curt. Iun. conſil. 83. Alba cõſ. 87. vel ubi extraneus fuit ſubſtitutus de familia, Cagnol. in d. l. 1. nu. 48. & ſeq. & ꝙ excluſio filiæ ab vniuerſali hęreditate oſtendat uoluntatem conſeruandi bona in agnatione, Dec. conſ. 270. col. fi. Sed etiam ſi ſolæ filiæ ſint excluſæ, Craue. qui concordan. citat conſ. 130. nu. 4. Ripa in d. l. centurio. nu. 164. Alcia. conſ. 533. ſub nume. 5. & quando filię, & neptes teſtatoris ſunt excluſæ loquuntur multi Doct. de quibus per Noni. cõſ. 32. nu. 18. Curt. Sen. conſil. 75. colum. 4. Dec. conſil. 170. col. 2. Craue. conſ. 62. & conſ. 130. & Cur. ubi ſuprà refert, & ſequitur Grat. conſ. 106. nu. 47. uol. 2. & Ripa in d. l. 1. nu. 9. imò magis cenſentur maſculi uocati, quando ſubſtituti ſunt agnati teſtatoris, quia ex hoc colligitur enixa intentio conſeruãdi bona in agnatione. Sed hæc coniectura, quando ſolum filiæ erant excluſæ propter filios maſculos, arg. l. ſi uiua matre. C. de bon. matern. damnatur tanquam hominis, per Corn. conſ. 102. nu. 5. & conſ. 230. nu. 7. uol. 3. ut procedat hęc concluſio, etiã ſi fœminæ ſint tacitatę nedũ purè, ſed ẽt ſi ſub cõditione, ſi hæredes decedãt ſine filijs maſculis, Sociu. conſil. 105. 116. in 1. coniectura. uolu. 3. & apertè Craue. conſ. 130. ſub nu. 4. nec diſcrepat Socin. Iun. conſi. 118. nu. 24. uol. 1.

Contrarium tamen reſpondit Dec. conſ. 15. & conſ. 287. nu. 11. loquens in propriarum filiarum excluſione, Rui. d. conſ. 141. nu. 9. verſ. non obſtat etiam alia coniectura contra allegata in contrarium, uidelicet, quod ex quo teſtator filias proprias magis dilectas excluſit &c. uol. 3. ubi plur. concordan. citat, & q̃dam alij moderni, ſcilicet Alcia. in d. l. 1. idem tenent, quos tamẽ improbat Cagnol. ubi ſuprà. idem reſpondit Alcia. conſ. 585. col. pen. in fi. & ſeq. vbi etiam citat Socin. Alex. Curt. Sen. Bologne. Iaſ. Cur. Iu. & abundè hoc probat Torniel. inter conſ. Port. conſ. 45. nu. 18. uerſ. & primò, quo ad illam coniecturam, q̃d filiæ fœminę debeãt omni in caſu dotari &c. Ea ratione, quia fœminæ ſunt iuſſæ dotari, ubi filij inſtituti decedant ſine filijs maſculis, & ſic relictũ dotis pertinet ſolùm ad cõmodum ipſarum filiarum, & ad onus hæredis inſtituti, non autem ad commodum poſitorum in conditione, & ex legato particulari non poteſt inferri ad fideicommiſſum uniuerſale; & ibi ſoluit dictam coniecturam, quando dictum fuiſſet, ꝙ filiæ nihil unquam habeant in bonis teſtatoris, præter dotem. & contra dictam coniecturam reſpõdit etiam Port. conſ. 137. nu. 18. niſi fœminæ ſint conditionaliter excluſæ, putà, ſi filij ſui hęredes maſculi decedant, Soci. Iun. conſ. 118. nu. 24.

volu.1.ſed contrà Soci.conſ.116.colum.5.in prima coniectura.uol.3. Et quod hęc coniectura non releuet, patet, quia cùm nepotes ſint poſiti in conditione, & contingat filios inſtitutos decedere cum maſculis, conditio deficit, & fœminæ non cenſentur excluſæ ab inteſtato, quia fideicommiſſum deficit; ità Ruin.conſ.132.in fin.volu.3. Et hæc concluſio eò magis procederet in caſu, quo pater filias dotauit, ſeu excluſit ab vniuerſali hæreditate, & filium maſculum inſtituit, & ei ſi decederet ſine filijs ſubſtituit extraneum, uel fœminam, tunc apparet, quod hoc non fecit contemplatione cóſeruandæ agnationis, ideò etiam appellatione filiorum ueniũt etiam fœminæ in hoc caſu, ut reſpõdit Grat. conſ.68.nume.10.volum.1.ſecus ſi agnatum ſubſtituiſſet, ut ibi per eum. Et quòd iſta ſit leuis coniectura habetur ex multis relatis p Marza.conſ.7.colum.84. cum concordan.& late etiam per Cepha.conſ.137.nume.12.loquẽtem in caſu, quo teſtator filias proprias excluſerat, aliasq; fœminas deſcendentes ab uniuerſali ſucceſſione, & extraneos etiam de domo uocauerat. & ꝙ ſit leuis coniectura, &
* * communiter damnata, reſpondit idem Cepha.conſ.46. ſub nu.44. & ꝙ reſtringatur ſolùm, donec maſculi extabunt deſcendentes teſtatoris, vt per Riminal.Iun.conſ.80. nu.4. 24.in fin.& plur. ſequen. Et pro iſta parte, facit, quia excluſio fœminarum nõ ſemper fit fauore agnationis, Cepha.conſ.251.num.18. uol. 2. Et pro communi contra dictam coniecturam, Port.conſ.43.nu.11. Nec quidquã facit ratio Rip.in d.l.1.nume.9. ſupra citata, quam dicit excogitaſſe, dum eſſet ſcholaris, dum concludit, quod per excluſionem filiarum, & neptum conſtat teſtatorem prætermiſſe ſubſtitutum fœminis, quia ſi contingeret teſtatorem, uel eius filios maſculos, quos inſtituit, decedere cum alijs maſculis, & fœminis, quo caſu deficeret conditio ſubſtitutionis, ſequeretur, quòd fœminæ ſuccederẽt ab inteſtato ſimul cũ maſculis, quod eſt contra mentem teſtatoris. Nam, aut non intelligo, quid voluerit Rip. aut ratio eius eſt falſa ab omni parte, aut enim loquitur de alijs maſculis, & fœminis, quàm de maſculis filijs ſuis inſtitutis, & iſto caſu teſtamentum eſſet
196 nullum, quia non reperirentur † inſtituti, nec exhæredati, & res ad cauſam inteſtati reduceretur, iamq; omnis inſtitutio, & ſubſtitutio deſineret. & pariter idem dico de fœminis ſuis non tacitatis. Aut loquitur de filijs filiorum, & certè non video, quomodo vnquam fœminæ excluſæ, quia tacitatæ, poſſint ſuccedere uniuerſaliter cum maſculis, vel inſtitutis, vel ex filijs ſiue maſculis, ſiue fœminis. Et nõ eſt verum, quod eſſet aperta vià fœminis ſuccedẽdi, ſi maſculi non eſſent vo-
197 cati, quia imo fœminę † tacitatæ ſunt excluſæ perpetuò, ſiue maſculi decedãt cũ maſculis, quo caſu & ſubſtiturus eſt etiam excluſus, ſiue ſolùm cũ fœminis, quo caſu fruſtrà eſſet ſubſtitutio. Sed non admittuntur tacitatæ vnquã, nec cùm neptibus, nec abſq; eis, & ſic ſiue filij ſint poſiti in conditione cũ dicta qualitate, ſiue non ſemper dictæ fœminæ tacitatæ ſunt excluſæ. Niſi fortè dicamus Rip. intellexiſſe, loqui de natis ex filijs vocatis, quòd ſi extãt maſculi, & fœminæ eo caſu, quia ſubſtitutus eſt excluſus per maſculos poſitos in conditione, tunc ſuccedunt pariter ab inteſtato ipſæ ſorores cum maſculis, niſi & ipſæ neptes ſint excluſæ per teſtatorem, vt præſupponit Ripa. Sed adhuc non ſequitur, quòd iſto caſu neptes dicantur vocatæ ex teſtamento; nam purificata conditione per maſculorum exiſtentiam, euanuit fideicommiſſum, & res remanet in diſpoſitione iuris communis. quo quidem iure potuerunt etiam eorum parentes diſponere de dictis bonis: non enim curatur poſteà quid eueniat de neptibus, dummodò extent tempore obitus eorum parentum, l. filiusfamilias.§.cùm quis.ff.de lega. 1. purificata enim conditione perinde eſt, ac ſi filij inſtituti, & inuicem ſubſtituti Si ſine maſculis &c. fuiſſent purè inſtituti, Decius conſilio 613. co-
198 lumna ſecunda in fine, quia conditio, † quę euanuit, habetur pro non appoſita, Bero. conſilio 111. nume. 11. uolumine ſecundo. Et ſic ſuccedere debent ab inteſtato fœminæ cum ipſis maſculis; extat gloſſ. in dicta lege Lucius. ſa ſeconda. ff. de hæredib. inſtituen. quia neptes ſolùm excluſæ apparent eo caſu, quo quis ſine maſculis decederet.

199 Quarta igitur ſit coniectura, † ſi teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum ſemper ponendo filios, vel liberos eorum in conditione, Ancha.conſi.74. contra Philip. quem ſic ſimpliciter refert Rip. in dicta lege centurio. nume. 165. ff. de vulgar. & pupillar. Sed conſiderandum eſt, quòd Anchara. loquitur etiam in poſitis in conditione ſub qualitate maſculinitatis, & inſuper etiam, vbi fuerat dictum, quod eis deficientibus, ſuccedat cauſa pia, quòd ipſe cenſeatur voluiſſe prouidere ſuæ poſteritati, tantò magis cum poſt eos alios vocauerit, vt conſiderat Socin. Iun. conſilio 110. nume.28.in princip.volum.3. & Ruin. conſi. 128. num.7. per Barto. in dict. l. centurio. & conſi. 140.volu.3. & cum Ancharan. concordat etiam Alex. quem refert Ruin. conſ.141. nu.6.

nume. 6. volum. tertio. Et pro iſta coniectu-
ra reſpondit Iaſ. in vna Placentina de Nicel-
lis conſi. 118. vol. 2. in fi. vol. 4. vbi teſtator fe-
cerat nouem gradus ſubſtitutionum, & po-
ſuerat in conditione maſculos. & hanc opi-
nionem ſequitur Pariſ. conſ. 31. nu. 24. uol. 2.
Ruin. conſ. 128. nu. 7. uolu. 3. & Grat. conſi. 5.
nu. 18. vol. 2. Rimin. Iu. conſ. 21. nu. 41. & con-
ſil. 456. nu. 39. Craue. conſi. 935. nu. 11. & pro-
bat Sylua. conſil. 53. col. pen. in 4. coniectura.
Curt. Iun. conſi. 16. nu. 7. Alex. conſi. 64. vol. 5.
& pulchrè Alcia. conſi. 523. nu. 9. & plur. con-
cordan. etiam citat pro iſta coniectura inter
conſ. Port. conſ. 40. nu. 11. in 3. coniectura. &
hanc coniecturam probat, & pro ea plur. cō-
cordan. citat Cepha. d. conſi. 251. nu. 79. vol.
2. quam ipſe dicit procedere ſaltem, ubi alij
ſubſtituti ſunt minus dilecti, quàm poſiti in
conditione. & ad hoc faciunt, quę infrà dice-
mus in 12. coniectura. hanc coniecturā pro-
bat Gozad. conſ. 64. nu. 10. poſt Ancha. conſ.
70. & Alex. conſi. 64. in 5. uolum. idem probat
etiam Sylua. d. conſi. 53. col. penul. in 4. conie-
ctura, & abundè Cepha. conſi. 251. nume. 79.
uolu. 2.

Et pro hac coniectura, vbi etiam fœminæ ſem-
per ſunt gradatim excluſæ, probat Craue.
inter conſi. Marza. colum. 63. in fin. & ſecun-
dum hanc coniecturam reſpōdit apertè An-
char. dict. conſil. 74. colum. fina. uerſi. uel ſol-
uendo illam glo. Barto. & Bald. poſſunt dice-
re, quòd tunc habeāt locum notata per eos,
quando poſt gradum decedentium ſine li-
beris non prouidit de alio ſubſtituto in de-
* fectum omnium. & de * communi plures at-
teſtantur, de quibus per Alban. conſi. 11. co-
lum. 1. ad fin. & latiùs Riminald. Iun. conſil.
477. num. 27. & plur. ſequen. uolum. 4. & Me-
* noch. de * communi conſi. 310. nu. 16. & ſeq.
volum. 4.

Sed hæc coniectura ſic ſimpliciter intellecta
* *communiter damnatur, ut concludit Rip.
in dicta l. centurio. nume. 165. in tertia con-
iectura. ff. de uulga. vbi etiam pro hac citat
Soci. addit tamen, quòd iſta coniectura iun-
cta cum alijs multùm operatur, & contra eā
etiam reſpondit Ruin. dicto conſil. 141. uol.
* 3. & de * communi teſtatur etiam Clar. in
dicto §. teſtamentum. quæſtio. 79. in quarta
coniectura. & Mantua dicto conſi. 92. & dict.
conſil. 329. & latè etiam Dec. conſ. 291. col. 3.
Socin. conſil. 104. num. 9. uolum. 3. & pulchrè
etiam Alcia. conſi. 548. nume. 3. & conſi. 585.
* nume. 8. vbi teſtatur de * communi. Pariſ.
conſil. 44. nume. 20. & ſequen. volum. 2. idem
reſpondit Socin. conſil. 116. uolum. 3. & plu-
res concordantes citat Cepha. conſ. 268. uo-
lum. 2. vbi loquitur in caſu plurium gra-
duum ſubſtitutorū, & vltimo loco pię cauſę.

Et hæc opinio Ancharan. ſuprà citati non te-
* netur * communiter, ut etiam cōſiderat So-
* cin. Iun. conſi. 1. nume. 20. uol. 3. & de * com-
muni cōtra iſtam coniecturam, latè Burſat.
conſi. 1. nume. 9. etiam ſi vltimo loco uocati
* ſint extranei, de * communi per eundem cō-
* ſil. 51. nume. 21. & latiſſimè de * communi
per Roland. conſi. 51. nume. 9. uerſic. non ob-
ſtat alia coniectura &c. volu. 3. Poſſet tamen
ſuſtineri iſta coniectura, quando teſtator nō
ſolùm ad plures gradus ſubſtitutionum di-
uertit inter ipſos deſcendentes ſub cōditio-
ne, Si ſine filijs &c. ſed etiam poſtremò addi-
dit extraneum ſubſtitutum ultimo eorum,
Rip. ubi ſuprà, nu. 166. ſequitur Torniel. in-
ter conſil. Port. conſil. 43. ſub nume. 20. & eſt
* * communis opinio ibi nu. 28. & infrà etiam
dicemus in quarto effectu. faciūt etiam, quæ
ponit Port. conſi. 137. num. 18. ad fi. ubi con-
cludit, quòd ſi teſtator fecit plures gradus
ſubſtitutionum cum dicta conditione, Si ſi-
ne filijs &c. & adiecit, quia uult bona ſua de
hærede in hæredem tranſire uſque in infini-
tum, tamen ſi vnus deceſſit cum filijs maſcu-
lis euanuit fideicommiſſum, & onus fideicō-
miſſi cenſetur adiectum inter omnes deſcen-
dentes ſub dicta conditione. Poſſet tamen
ſecundo loco defendi dicta cōiectura, quan-
do teſtator inter plures filios, vel deſcenden-
tes inſtitutos feciſſet neceſſariam ſubſtitu-
tionem conditionalem, Si ſine filijs, & deinde
ad plures gradus ſubſtitutionum digreſſus
fuiſſet: ità Roland. dicto conſi. 51. nume. 10.
Sed contra hanc coniecturam latè reſpondit
Roland. à Valle conſi. 51. volum. 2. & pro iſta
200 parte facit, † quia omnes ſubſtitutiones
ueniunt per modum continuati ſermonis,
& vna extincta cæteræ ruunt, Anchar. conſil.
137. num. 1.

Et hæc ſecunda opinio procedit etiam, quan-
do teſtator dixit, ſe tot gradus ſubſtitutio-
num facere, quia intentio ſua eſt, quod bo-
na ſua perpetuò conſeruētur in familia ſua,
Alban. conſi. 11. colum. 3. & pen. & latè con-
tra hanc coniecturam Rimin. Iu. conſi. 464.
nu. 60. & ſeq. uol. 4.

201 Quinta eſt cōiectura, vbi teſtator † non ſo-
lùm poſuit in conditione filios ſub qualita-
te maſculinitatis, ſed etiam adiecta qualita-
te legitimitatis, ſcilicet, ex legitimo matri-
monio: ex hoc enim datur intelligi, quod te-
ſtator noluit ſubſtitutum excludi per natu-
rales, prout aliàs excluſus fuiſſet, dict. l. ex fa-
cto. §. 1. ff. ad Treb. & conſequenter iſti ſic po-
ſiti in conditione cēſentur ſubſtituti, ità re-
ſpondit Soci. Iu. conſ. 110. nu. 25. & ſeq. vol. 3.
ubi addit, ꝙ iſta coniectura eſt multùm cō-

cludens,

clùdens,vt nihil ei opponi poſſit. hanc etiam cõiecturam probat Zanch. in §.cùm ità. nu. 755.l.hæredes mei.ff.ad Trebel.Et iſta coniectura eſt ineuitabilis, vt reſpondit Soci. Iun. conſi.145.nu.39.uol.3.& plures concordantes citat, & ſequitur. & pro iſta coniectura plures concordantes citat Zanch. ubi ſuprà nu.755.& ſeq.ubi etiam dicit idem, quando poſiti ſic in cõditione ſunt. de agnatis teſtatoris. & idem probat Nonius d. conſ.32. nu. 11.licèt ſolùm citet Soci.Iu. ubi ſuprà. idem tenet Rui.conſi.140.nu.14.& ſeq.uol.3. Cur. Iun.conſi.43.Craue.conſ.130.num.4.& inter conſi.Marza.conſ.5.Zanch.in §.cũ ità. nu.65. in 7.parte.Soci.Iu.conſ.110.num.2. & ſeq. & conſi.545.nu.39.uol.3. Decia.conſi.33.num. 140.& conſi.41.nu.9.& ſeq.uol.1.Ruin.conſ. 21.nu.46.uolu.1.Mantica in tractat. de coniecturis ulti.uolunt.lib.1.1.tit.3. num.7.in 4. * coniectura,ubi etiam de * communi.

Veruntamen hæc coniectura dãnatur per Iaſ. conſi.143.uol.2.Dec.conſ.377.Cepha. conſi. 17. Port.conſi.137. ſub num.6. & admodum dubia eſt in terminis iuris cõmunis, & multò magis ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarũ propter maſculos, ut per Zanch. in repet. §.cum ità.nu.765,Ripa.in l.1.nu.9. C.de pac. & idem poſt plures concordan.per eum citatos,tenet Cepha.conſi.268.vol.2. vbi de ma- * * gis * * communi,& Gabriel.& Rui.quos ſuprà citaui in 2.ampliat. in princ. circa finem primæ opinionis.

Et reuera hæc coniectura nullatenus poteſt ſuſtineri,per ea,quæ latè ſuprà dixi, retenta illa opinione, ꝙ poſiti in conditione ſub qualitate maſculinitatis, non cenſeantur ſubſtituti, ſed ſolùm ſic ſub illa qualitate poſiti in cõditione ad excluſionem ſubſtituti, & ideò etiam cæteri ab inteſtato venientes in pari gradu cum dictis maſculis, vel legitimis cõſequẽtur iſtud ius ſuccedẽdi beneficio ipſorum,ut alibi conſiderat Ripa. in d.l.cẽturio. ſub nu.164.ff.de vulga.& pup.

202 Sexta eſt coniectùta, † vbi teſtator non ſolùm filios hæredis inſtituti poſuit in conditione,ſed etiam vlteriùs ſubiunxit, ità tamẽ, ꝙ vnus alteri ſuccedat vſque in infinitum; tunc enim apparet de mẽte teſtatoris, quòd inter eius deſcendentes voluit facere ſubſtitutionem ordine ſucceſſiuo, & ſic reciprocè eos inſtituere,vt reſpondit Ruin. conſil.136. nu.1.& ſeq.vol.3.per l.cùm ità.§.in fideicommiſſo.ff.de leg.2. cum concordan. de quibus per eum.idem reſpondit Rolan.conſ.6.nu.3. vol.4. loquens in verbo In perpetuum. & faciunt,quæ infrà dicemus in 10.coniectura.

203 Septima eſt coniectura † præcedenti proxima, quãdo teſtator vltrà etiam prohibuit bona ſua alienari,quia voluit in perpetuum peruenire ad omnes eius deſcendẽtes: ità reſpondit Rui.conſi.108.num.12.& ſeq.vol.2. per ea,quæ dicam in 13.coniectura.

204 Octaua eſt coniectura, † quando teſtator poſuit in cõditione filios maſculos per ablatiuos abſolutos: uerbi gratia, Hęrede inſtituto decedẽte ſine filijs maſculis &c.ità reſpondit poſt Alex.per eum citatũ,Sylua.conſi.53. in 2.coniectura.Ruin.conſi.140. nu.8.& ſeq. uol.3.& concordan.citat etiam Zanch. in d. §.cum ità.nu.789.idem probat Soci.Iun.cõſil.4.nu.8.uol.1.quem refert, & ſequitur Gabriel.vbi ſuprà nu.41.ſequitur Sylua.d.conſil.53.col.antepen. in 2. coniectura, idem firmat Rolan.à Valle,conſi.51.nu.5.in fi.& ſeq. volum.3.

Contrarium tamẽ reſpondit Cur.Sen.conſ.42. nu.23. & quãplures concordã. citat Zanch. in d.§.cùm ità.in loco ſupra citato;& ità etiã ſuprà firmaui in 11. ampliat. & Port. conſil. 137.nu.6.in fi.& ſeq.

205 Nona ſit coniectura, † vbi teſtator non ſemel, ſed pluries maſculos in conditione poſuit ſub verbis abſolutis, tunc enim enixa mẽs teſtatoris videtur fuiſſe, ꝙ omnia bona pertinerent ad maſculos, & ſic in agnatione conſeruentur,vt concludit Sylua. d.conſ.53. in 3.cõiectura.ubi adhoc citat Corn. & Cur. Iun.idem Cepha.conſi.251.nu.77.& idem in mẽtione maſculorũ ſæpiùs repetita, reſpondit Alba conſ.87.nu.14.& hãc conſiderationem ſuper geminatione facit etiã inter conſ. Port.conſ.40.nu.16.in 5. cõiectura.& de reiteratione qualitatis maſculinitatis,Port.cõſil.46.ſub nu.17.Cepha. d. conſil.251. nu.77. vol.2. & idem priùs reſpondit ipſe conſi.114. nu.24.uol.1.vbi ſępiſſimè d.qualitas per vniuerſum teſtamentum repetita eſt, citando eaſdẽ auctoritates, quas in d. priore loco citauit. & ꝙ quãdo filij ſunt bis in conditione poſiti dicãtur ſubſtituti,reſpõdit poſt Corn. per eum citatum,Gozadi.conſi.64.num.9.& probat Zanch.in d.§.cùm ità. nu.269. verſic. vel vlti.quãdo teſtator bis vſus fuiſſet dictione Maſculis.vbi citat,Purpurat.Curt.Iun.& Sylua.& nume.783.vbi citat inſuper Corn.& Gozad. & pro iſta coniectura etiam reſpondit Sylua.d.conſi.53.col.antepen.in 3. coniectu. & infinitas auctoritates propemodũm adducit Cepha.conſ.251.nu.77.vol.2. vt etiã ſupr. diximus in 7.ampl.verſ.& procedit &c. & faciunt, quæ ſuprà diximus in 7. coniectura. & abundè hanc coniecturam probat Perſonal. in tractatu de adipiſcenda poſſeſ. nu.209.& ſeq.

Contrarium tenet Gabriel.vbi ſuprà. nu.32.

206 Decima coniectura eſt, † quando teſtator

vltra

vltra filios poſitos in conditione ſub qualitate maſculinitatis, prohibuit etiam bona ſua alienari, quia voluit ea conſeruari, in agnatione ſua, vt ſæpiùs dixi: tunc enim cenſentur vocati diſpoſitiuè, Alba. conſi. 87. nu. 13. faciunt, quæ ſuprà dixi in princ. huius limitationis. & ꝙ filij poſiti in conditione, & grauati intelligantur vocati, latiſſimè ad ſatietatem auctoritates citãdo, reſpondit Roland. conſ. 18. nu. 10. vol. 4.

Sed iſta coniectura, vt vera ſit, oportet, ꝙ abſolutè teſtator dixerit, ſe velle bona ſua conſeruari in agnatione, vel maſculis, vt ſuprà diximus in prin. huius limitationis, ſecus autem ſi per relationem ad maſculos, vel agnationẽ ſupradictam, ſi ſuprà teſtator abſolutè non de omnibus maſculis ſuis deſcendentibus, vel tota agnatione ſua non fuerat loquutus, vt tenet Soci. relatus per Albã, vbi ſuprà, d. nu. 13. & latè probat Alban. conſ. 1. ſub nu. 8. & contra dictam coniecturam tenet Pariſ. conſi. 44. uol. 2. quem refert, & ſequi videtur Gabriel. vbi ſuprà nu. 34.

Vndecimò limitatur ſupradicta concluſio ne-
207 gatiua, † vt non procedat, quãdo filij ſunt poſiti in conditione ſub duplici conditione: tunc enim vocati dicuntur, Burſat. conſil. 1. nu. 13. qui tamen malè id probat.

208 Duodecima eſt coniectura, † quando filij in conditione poſiti non poſſent ſuccedere teſtatori ab inteſtato, tunc enim cenſentur diſpoſitiuè ex teſtamento vocati, vt concludit Soci. Iun. conſi. 174. nu. 24. & ſeq. uol. 2. & conſi. ſeq. per Corn. nu. 74. volu. 7. idem tenet Gabriel. in ſuis concluſionibus lib. 4. titu. de fideicom. concluſione 4. nu. 33. in 9. limit. citãdo Corn. ſuprà. & Grat. conſ. 32. vol. 2. verbi gratia, vt Socin. ait, ſi euenit caſus, ꝙ inſtitutus, cui ſubſtitutus datus fuit ſub dicta conditione, ſi ſine filijs decedat ante aditam hæreditatem cum filijs: nam illi filij poſiti in conditione non poſſunt ſuccedere teſtatori ab inteſtato, quia cauſa teſtati extat, per quã vocatus cenſetur ſubſtitutus. quæ ratio deſtruitur per eundem, per aliam rationem ibi poſitam, ꝙ ſubſtitutio ceſſat per defectum conditionis, ex quo hæres mortuus eſt cum filijs. Et ideò dat aliud exemplum ipſe, ſcilicet, ſi poſiti in conditione non ſuccederent teſtatori in aliquo, quia non nati, nec concepti viuo auo, per l. Titius. ff. de ſuis, & legitimis. uel non ſuccederent in ſolidũ, quia alius extabat in pari, vel proximiore gradu, vt in caſu ſuo. Sed iſta duo exempla, non valẽt qdquam, vt ſuprà diximus in 7. ampliatione, in princ. vbi reſpondi ad dictas leges ſatis, & dixi, ſecundum * communem, ꝙ non eſt etiam inconueniens, quod alij in pari gradu conſequantur ex perſona iſtorum poſitorum in conditione, qui aliàs non erant ſubſtituti. Et ꝙ non ſit differentia, an poſiti in conditione ſuccedant in totum, an verò in parte ab inteſtato teſtatori, Zanch. in repeti. d. §. cũ ità. nu. 761. ad finem.

209 Decimatertia eſt coniectura, † ubi reſultaret abſurditas aliqua cõtra ueriſimilẽ mentem teſtatoris, niſi poſiti in conditione dicerentur uocati, ut per Craue. conſi. 62. nu. 14. in fi. & conſi. ulti. nu. 3. uol. 2. Rui. conſil. 198. ſub nu. 6. uol. 2. & conſi. 140. nu. 10. in fi. conſ. 143. ſub nu. 10. vol. 3. Alba cõſ. 86. nu. 11. in fi. & ſeq. & cõſ. ſeq. nu. 12. Zanch. in d. §. cùm ità.
210 num. 786. uerſi. 12. coniectura eſt, † quando aliàs ſequeretur, ꝙ remotior excluderet proximiorem. vbi ſolùm citat Rui. conſi. 99. uol. 1. Id quòd procedit, niſi teſtator expreſsè aliud uoluerit, vt in caſu Rubei conſi. 48. in fi. & pro hac coniectura reſpondit Cepha. conſil. 251. nu. 75. uol. 2.

Qua de re, ſi teſtator filijs ſuis, ſi decedant ſine filijs, dedit ſubſtitutũ, & eius filios, & ſic nedum ſubſtitutum vocauit, ſed etiam eorum filios, à fortiori credendum eſt, ꝙ uocauerit, & ſubſtituerit filios poſitos in conditione, quos magis dilexit, ut reſpondit Ruin. conſi. 158. nu. 13. uol. 2. & faciunt, quę ſuprà dixi in 8. coniectura.

211 Decimaquarta coniectura, † quando nedùm filij in conditione poſiti ſunt, ſed etiam omnes deſcendẽtes maſculi; tunc enim cenſentur uocati, ut infra dicam in 4. effectu.

212 Decimaquinta eſt coniectura, † quando uerteretur fauor piæ cauſæ, quòd poſiti in conditione cenſeantur uocati: tunc enim ex ueriſimili mente teſtatoris cenſentur diſpoſitiuè uocati, ut concludit Iaſ. in l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſdit. omn. iud.

Contrarium tamen tenet Rui. & Pariſ. quos refert, & ſequitur Zãch. in d. §. cùm ità. nu. 785.

213 Decimaſexta cõiectura eſt, † ratione materiæ ſubiectę, putà in materia feudali, ſi teſtator dixit, Si ſine filijs maſculis. ex quo enim in materia feudali fœminæ non ſuccedunt, ſi maſculi extãt, teſtator intelligitur ſenſiſſe, ꝙ uoluerit eos diſpoſitiuè vocare, vt reſpondit Port. conſi. 1. nu. 69.

214 Decimaſeptima coniectura eſt, † ſi teſtator uocauit filios filiorum ſubſtitutorum ad portionem patruorum, nam eò fortius cenſetur uocaſſe eos ad portionem parentum, l. ſcripto. ff. vnde liberi. l. cũ auus. ff. de condi. & demonſtrat. ut probat Rimin. conſi. 189. nu. 11. uol. 1. Gozad. conſ. 67. nu. 10. ſed hanc cõiecturam damnant alij, Soci. conſ. 116. col. 3. uol. 3. Zanch. in §. cum ità. nu. 781.

215 Decimaoctaua cõiectura eſt, † vbi teſtator

mandauit

mandauit aliqnid perpetnò fieri per eius hæ
redes, putà, aliquod anniuerſarium: neque
enim perpetuò, ideſt, ſine temporis præfini-
tione fieri poteſt, niſi filij in conditione poſi-
ti dicantur diſpoſitiuè vocati, inter conſilia
Port. conſi. 40. num. 12. in 4. coniectura. & fa-
cinnt, quæ ſuprà dixi in 8. concluſione.
Iſta coniectura damnatur per Torniel. iuter cõ
ſilia Port. conſi. 43. nu. 21. & benè, vt ex eod.
videre eſt.
216 Decimanona coniectura eſt, † vbi pia cauſa
fuit ſubſtituta, vt poſt Ancha. conſi. 74. Alex.
Iaſ. & Ruin. reſpondit inter conſi. Port. cõſi.
40. num. 17. in 6. coniectura. & conſi. 44. col.
1. loquentes in anniuerſario relicto eccleſiæ,
Roman. in Authẽtica ſimiliter. in d. quinto
ſpeciali. C. vnde legit. Alexan. in l. ſi duobus.
§. 1. num. ad fin. ff. de legat. 1. Grat. conſi. 1.
num. 54. volum. 2. Decia. conſi. 44. inter con-
ſilia Port. Soci. iun. conſi. 110. num. 16. & ſeq.
vol. 3. Cepha. conſi. 114. num. 27. Riminal.
Iun. conſi. 23. nu. 105. Boe. deci. 38. nu. 25.
Sed hæc coniectura damnatur per Torniel. in-
ter conſilia Port. conſi. 43. nume. 21. & 35. &
ſtat reſponſum Oldra. conſi. 21. de quo ta-
men per Port. conſi. 46. num. 26.
217 Vigeſima cõiectura eſt, † vbi filij poſiti ſunt
in conditione, & vltimo eorum decedenti, vel
poſt mortem omnium datus eſt ſubſtitutus;
tunc enim cenſentur diſpoſitiuè vocati, vt
abũdè probat poſt multos per eum citatos,
Port. dicto conſi. 137. num. 13. Sicq; accipien
da ſunt, quæ ſuprà diximus in 8. ampliat. &
Torniel. inter conſilia Port. conſi. 43. nu. 33.
idem probat. & aliquid infrà dicemus in 4.
effectu, vbi idem diximus, ſi dictum ſit, ſi filij
ſine filijs, & deſcendẽtibus maſculis deceſſe-
rint: deducendo tamen hanc coniecturam
vt per Gozad. conſi. 64. num. 12.
218 Vigeſimaprima coniectura eſt, † vt poſiti
in conditione cenſeantur vocati, quando te-
ſtator poſitos in conditione aliquo caſu di-
ſpoſitiuè vocauit in alia parte teſtamẽti, pu-
tà, quia filios hæredes inſtituit, & vno dece-
dente ſine filijs ſubſtituit ſuperſtites, vel eo-
rum filios; tunc enim cẽſetur filios filiorum
in conditione poſitos etiam vocaſſe, quos cẽ
ſetur magis dilexiſſe, d. l. cùm auus. ff. de con-
dit. & demonſtrat. ità concludit Riminal. cõ-
ſilio 189. num. 11. uol. 1. Gozad. conſi. 64. col.
2. idem tenet Ruin. cõſi. 160. nu. 24. ad fi. vol.
2. & Cepha. conſil. 251. nu. 75. & ſeq. vol. 2.
Sed hæc coniectura non eſt vera, quia non con-
cludit, quòd ex teſtamẽto eos vocare volue-
rit, ſed benè ab inteſtato, vt etiam loquitur
dicta l. cum auus. & in hanc inclinat Zanch.
in d. §. cum ità. numero 782. poſt Ruin. per
eum citatum; & plures concordan. contra
eam citat Gabriel. vbi ſuprà num. 3.
219 Vigeſimaſecunda coniectura eſt, † vbi te-
ſtator poſt omnes filios ſuos inſtitutos, eis ſine
filijs decedentibus ſubſtituit fratres ſuos, vel
eis mortuis eorum deſcendentes; tunc enim
ſicut teſtator uocauit filios, & deſcendentes
ſubſtitutorum, à fortiori cenſetur ſubſtitue-
re voluiſſe filios in cõditione poſitos eorum
parentibus, vt reſpondit Gozad. conſilio 64.
220 num. 10. uerſi. 5. dico. quia vna pars † teſta
menti declarat aliam &c. & cum ſimpliciter
refert, & ſequitur Gabriel. vbi ſuprà. nu. 36.
Verùm hæc coniectura videtur debilis, & ar-
gumentum retorquetur, quia ſi teſtator vo-
luiſſet ſubſtituere filios hæredum, vtiq; ex-
preſſiſſet in eo capite, ſicut fecit ſecundo capi
te ſubſtitutionis, l. 1. §. pro ſecundo. C. de ca-
du. tollen. Io. de Anan. conſilio 22. numero 3.
verſic. eſt etiam multùm ponderandum.
Et ratio differentiæ eſt, quia poſiti in con-
ditione non indigebant ſubſtitutione, nec
quòd vocarentur per teſtatorem, d. l. cùm
auus. ff. de condit. & demonſtrat. & ſatis eis
fuit, quòd ab inteſtato vocati eſſent, glo. in
d. l. Lucius. quę ratio ceſſat in filijs fratrum.
quià niſi illi vocentur non intelliguntur vo-
cati, vt ſuccedant dicto teſtatori ab inteſta-
221 to, & declaratio † non cadit in re clara, vt
dicit Bar. in l. ab executore. ff. de appellat. pro
ut eſt dicta conditio, Si ſine filijs, iuncta glo.
* communiter approbata in d. l. Lucius.
222 Vigeſimatertia coniectura † poteſt etiam
adduci, quando communiter teſtatores ſo-
lent facere fideicommiſſum in familia, tunc
enim verba dubia pro fideicommiſſo inter-
pretanda ſunt, arguendo à ſolitis, Alba con-
ſilio 51. num. 17. & ſeq.
223 Poſtremò, ſaltem pluribus † ex ſupradictis
coniecturis concurrentibus in vnum, uide-
tur, quòd poſiti in conditione cenſeantur di
ſpoſitiuè vocati, vt in qualite maſculinitatis
expreſſa, & aliquibus alijs cõiecturis reſpon-
dit Caſtren. conſi. 247. in cauſa, quæ vertitur
Sauonæ. colum. 6. circa medium, uerſi. iſtæ
coniecturæ iunctæ cum d. teſte, &c. in 1. par-
te. Nonius conſi. 31. in fin. & ſuprà etiam di-
xi in 7. caſu. Soci iun. conſi. 1. col. 5. volum. 3.
Craue. conſi. 62. & cõſi. 130. Grat. conſil. 106.
num. 43. vol. 2. Noni. conſil. 31. in fi. Sed con-
** trà de magis ** communi, vbi vltra qualita-
tem maſculinitatis grauamẽ iunctum poſi-
tis in conditione, & etiam pluralitatem gra
duum ſubſtitutionum, per Burſat. conſi. 1.
nu. 9. & plur. ſeq. & conſi. 52. nu. 22. & ſeq. ait,
& contra iſtam concluſionem, etiam ſi ſint
mille coniecturæ, quòd nihil operantur, niſi
ſint neceſſariæ, & probabiles, & eliciantur ex
diſpoſitis in teſtamento, poſt cõcordan. per
cum

eum citatos, Rolan. conſil. 43. ſub nume. 49. vol. 4. & eſt* cōmunis opinio, Burſat. conſi. 1. num. 11. Eſt verum, quòd ipſe hanc concluſionem intelligit, dummodò coniecturæ ſint concludentes; & multi etiam alij idem te nuerunt, quos ſuprà retuli.

Illud etiam non omitto, ꝙ ad tollendum coniecturas huiuſmodi, ſat eſt, eas dubias reddere, vt per Rimi. Iu. conſi. 358. nu. 172. vol. 4.

Secundo limitatur ſupra dicta concluſio, vt nō
224 procedat † in legatis particularibus: in his enim poſiti in conditione cenſentur diſpoſitiuè vocati, vt eſt * communis opinio relata per Zanch. in repeti. dicti §. cum ità. nu. 787. & probat Iaſ. conſi. 4. num. 5. vol. 1.

Sed contrariū multi tenent, quos refert Zāch. vbi ſuprà, & Port. in ſuis concluſio. lib. 2. concluſi. 12. in 2. limita.

225 Tertiò limitatur d. concluſio, † vt fœminæ dicantur excluſæ poſt maſculos poſitos in conditione, & poſiti in conditione dicantur diſpoſitiuè vocati, quando ipſi non poſſent ab inteſtato ſuccedere; tunc enim tanquam vocati ex teſtamento debent ſuccedere, vt ex mente glo. in d. l. Lucius. arguit Cepha. cōſi. 251. nu. 86. vol. 2. loquens in materia primogenituræ. & probat ante eum Soci. Iu. conſi. 17 in fin. vol. 2.

Quartò limitatur dicta concluſio negatiua,
226 † & opinio glo. in d. l. Lucius. vt ratio procedat, quando obſeruantia ſubſequuta declarauit poſitos in conditione cenſeri vocatos, quia ſcilicet ſic diù fuit obſeruatum, vt in terminis reſpondit Cepha. d. conſi. 251. numero 89. & ſeq. vol. 2.

227 Quintò limitatur † ſupradicta concluſio negatiua in contractibus, quia in his poſiti in conditione cēſentur vocati; ita reſpondit Riminal. cōſil. 632. nu. 9. vol. 4. & citat ad hoc Iaſ. in l. penul. §. filij. ff. ſi cert. pet.

228 Secundo limitatur ſupradicta cōcluſio, † vt vbi poſiti in cōditione dicantur diſpoſitiuè vocati, intelligātur & ſubſtituti quò ad partes eorū parentū, non autem quoad partes cohæredum eorum, Craue. conſi. 130. nu. 5.

Ne autem ocioſa uideatur hæc diſputatio præſentis quæſtionis, an poſiti in conditione cēſeantur vocati ex teſtamento, reſtat modò videre de effectibus, qui ex ea reſultant, qui plures ſunt, vt remiſſiuè ponit Cagnol. in d. l. 1. num. 46. in fi. C. de pact.

229 Primus igitur eſt effectus, † quòd in caſibus, in quibus diximus poſitos in cōditione cenſeri diſpoſitiuè vocatos, illi tm̄ vocati cēſentur, qui extabunt ex filijs exiſtentibus, & ſic natis, vel conceptis tempore mortis hæredis, l. Titius. & l. ſeq. ff. de ſuis, & legit. Ruin. cōſil. 133. & conſi. 135. nu. 1. vol. 3. & latiùs Alba cōſ. 106. niſi aliud tempus fuerit conſideratum per teſtatorē, vt per Ripam in d. l. 1. nu. 7. in fin. col. 3. in fi. & ſuprà vidimus in 7. ampliat. in 3. ratione. Et ità etiam cōcludit Torniel. inter cōſilia Port. conſ. 43. nu. 29. loquēs in caſu, in quo fuerat dictum, Si ſine filijs, & deſcendentibus maſculis, niſi etiā eſſet dictū, Et deſcendentes ſine filijs maſculis &c. vt ibi nu. 31. de quo tñ ibi conſ. 44. nu. 3. & latiùs cōſil. 46. Et iſte effectus ceſſat, ſi filius hæres inſtitutus filios ſuſceperit, qui tamen prædeceſſerunt ei, Doct. in d. l. ex facto. §. ſi quis autē filios ſuſceperit. ff. ad Treb. Port. conſ. 157. nu. 8. & ſeq. Et hæc cōcluſio procedit, niſi in infinitum ſint vocati deſcendentes poſiti in conditione, Ruin. conſi. 139. in fi. vol. 3.

230 Secūdus effectus eſt, † quia vbi filij poſiti in cōditione reperiuntur vocati, nō poſſunt diſponere de bonis, & hæreditate ipſis relictis per teſtatorē; ſed ipſi cenſebuntur grauati eā reſtituere filijs ſuis, aliàs ſecùs; ità concludit Curt. ſen. d. conſ. 42. nu. 14. & nu. 16. & reſpondit Alcia. conſ. 113. in fin. loquens in conceſſione pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſorib. & in terminis Caſtrenſ. conſ. 86. col. 3. verſi. in contrarium facit. in prima parte.

231 Tertius eſt effectus, † quòd poſiti in conditione in caſibus, in quibus cēſentur vocati diſpoſitiuè per teſtatorē, id ſolùm procedit in caſum vulgaris tm̄, nō etiam per fideicōmiſſum, & reſpectu eorū patris, & portionis ipſius, nō aūt quò ad portiones patruorū, qui ſine filijs deceſſerint, neq;. n. poſiti in cōditione dicentur ſubſtituti eis, vt rn̄dit Alex. cōſi. 204. nu. 3. vol. 1. vbi poſt Bar. in l. ſi mihi, & Titio. ff. de verb. obligat. & concord. de quibus per eum, concludit, ꝙ ſi conceſſio facta fuit pro Seio, & Titio, & eorum filijs, intelligitur de filijs ipſorum reſpectiuè tantùm, non autē, ut filij vnius ſuccedant in partē alterius. & dictam deciſionem in terminis teſtamenti refert, & ſequitur Rui. conſi. 142. nu. 5. vol. 5. & pro hac parte Craue. cōſ. 130. nu. 5. adducit Caſtr. Soci. Curt. Iun. & Gallian. idē etiam rn̄dit Rui. cōſ. 134. nu. 7. vol. 3. & cōſ. 179. nu. 1. uol. 2. & pulchrè etiā conſ. 47. nu. 4. vol. 1. & iſta eſt* cōis opinio, vt teſtatur Ruin. cōſ. 141. ſub nu. 13. uerſ. non obſtat alia ratio. vſq; ad fin. d. nu. uol. 3. neq; enim ad illum, qui deceſſit ſine filijs, hic dici poteſt filius eius, vt dicatur uocatus, ut ille ait: idem probat Dec. cōſ. 385. nu. 4. ita etiā cōcludit Alba d. cōſ. 87. nu. 12. in fi. Zanch. in d. §. cum ità. nu. 794. vbi plures concordan. cirat. & ante eū Ripa in d. l. cēturio. nu. 116. in fi. ff. de vulg. & pupil. verſ. cæterū, ne erres in caſibus prædictis, in quibus filij in conditione poſiti cenſentur ſubſtituti, intelligas eorum patri inſtituto,

non

non etiam alijs cohæredibus, vel ſubſtitutis, per Soci. Iu. l. heredes mei. §. cū ità. ff. ad Treb. & Bertran. conſ. 1 5. vol. 3. in 1. parte, & idem repetit in d. l. , nu. 11. in fi. C. de pac. & vltra cocordan. citatos per Zāch. vbi ſuprà, idem reſpondit latè Ruin. conſ. 179. nu. 1. volu. 2. & conſ. 121. nu. 8. eo. Soci. conſ. 104. nu. 5. vol. 3. Craue. con . 3 6. nu. 1. & ſeq.

Et pto iſto effectu idem reſpondit Cepha. conſ. 401. nume. 31. vol. 3. vbi ſolùm refert Ruin. d. conſil. 134. Et hanc declarationem, ꝙ in caſum vulgaris tantū dicantur vocati, niſi adſit clauſula codicillaris, probat Zāch. in vulgato §. cum. ità nu. 811.

Et iſte effectus procedit, ēt ſi vnus ex hęredibus inſtitutis Si ſine filijs, deceſſerit ſine filijs, qa dixerit teſtator inſtituo filios meos, & eis ſine filijs decedentibus ſubſtituo Sempronium, nam tunc ſuperſtes, vel eius filij non poſſunt dici uocati ad partem decedentis, etiam ſi is ſine filijs deceſſerit: ità concludit Ruin. dict. conſi. 47. nu. 4. uolu. 1. & conſ. 141. col. pen. in princ. uol. 3. & pro hac parte ſtat deciſio Bar. in d. l. ſi mihi, & Titio, qui loquitur in expreſſa vocatione ipſorum filiorum vocatorum, & tamen filij vnius non intrant in partem alterius.

232 Et pro iſta parte facit, † quia in expreſſa vocatione filiorum, & filiorum ipſorum filius vnius filij non ſuccedit patruo decedenti ſine filijs, ſecundum Bar. in d. l. ſi mihi, & Titio, ff. de verbo. oblig. Et in diſpoſitione teſtatoris ſimili, idem reſpondit Ruin conſil. 28. ſub nu. 3. de quo ſuprà. vol. 2. & conſi. 144. num. 7. volu. eo. Et in teſtatore, qui filios inſtituit, & poſt eorum mortem eorum filios maſculos, qui etiam addidit, ꝙ volebat bona tranſire de hærede in hæredem maſculum tantùm ꝑ lineam ipſorum maſculinam, Cephal. conſil. 401. Verum eſt, ꝙ Bart. ubi ſupra facit differentiam inter filios extraneor , ſeu collateralium, & filios deſcendētium eius, qui accepit inueſtituram, licèt Ruin. d. conſil. 199. eodem quoque caſu loquatur.

Qua de re periculoſa eſt Corn. ſententia in cōſ. 306. num. 5. & in fi. vol. 4. in caſu, quo teſtator inſtitutis eius ijs ſubſtituit eorum filios, & poſt eorum mortem vult nepotem ſubſtitutum dici in partē patrui ſine filijs demortui vocatum, & intelligit dictū effectum, de quo nos loquimur, vbi alter ex hæredibus decederet cum filijs; nam tunc filij poſiti in cōditione, ideſt, filij patrui non ei ſuccedent. & probat Dec. in filijs in conditione conſi. 546. in fi. quos refert, & ſequitur Zanch. in d. §. cū ità. nu. 597. ea enim opinio vera non eſt in expreſſe uocatis, ſed in poſitis in conditione.

Et præter id, quod ipſe nihil allegat, quod releuet, niſi quòd verba ſunt ampla, & mens teſtatoris clara, dico, ꝙ hæc declaratio ipſorū eſſet vana. cui enim dubium eſt, ꝙ ſi filij inſtituti eſſent mortui omnes cum filijs, ꝙ filij vnius non excluderent filios alterius? quia teſtator ſicut dilexit inſtitutos in partibus eorum, ita etiam & eorum filios.

Declaratur tamen iſte effectus, ut nō procedat in reciproco fideicommiſſo: & ſic in duobus caſibus dictus effectus non procederet.

233 Primus eſt in fideicommiſſo † reciproco, in quo uocati ſunt omnes deſcēdentes expreſſè, uel tacitè ex mente teſtatoris, tunc enim poſſet dici non procedere dictam priorem opinionē, & ità hoc caſu procedit, quod reſpondit Rimin. conſi. 139. uol. 3. & Craue. d. conſ. 130. nu. 6. & iſtud eſt, quod uoluit, & ità intelligi debet Zanch. in d. §. cum ità. nu. 597.

234 Secundus caſus eſt, † quando ſequeretur abſurdum, ꝙ ſcilicet ſubſtitutus datus filijs, ſi ſine filijs decedāt, ſit extraneus, & per eum excluderentur filij filiorum contra præſumptam mentem teſtatoris, ut poſt Ancha. conſ. 74. reſpondet Craue. conſi. ulti. nu. 3. uol. 2.

235 Quartus effectus eſt, † ꝙ etiam poſiti in cōditione in caſibus, in quibus cenſentur ſubſtituti, & uocari per teſtatorem, non tamen cēſentur inter ſe reciprocè inſtituti, vt reſpondit Rui. conſi. 141. nu. 11. & 13. uerſi. poſtremò, & fortius. uolu. 3. & eſt * communis opinio, ut concludit Curt. Sen. conſ. 42. nu. 14. & plur. ſeq. & probat Port. conſi. 46. nu. 14. loquens in caſu, in quo teſtator dixit, Si vterq; ſine filijs, & deſcendētibus maſculis deceſſerit. Quinimmò etiam inter hæredes ipſos, quibus datus eſt ſubſtitutus ſub dicta conditione, ſi ſine filijs, non etiam cēſetur inductum fideicōmiſſum reciprocum, etiam ad excluſionem matris eorum, reſpondit Marti. de Fan. inter conſ. ultimarum uoluntatum cōſil. 5. uol. 1. & Cephal. conſil. 188. ſub nu. 20. & abunde idem Cepha. conſ. 268. nu. 21. uol. 2. & probat etiam Soci. Iu. cōſi. 69. nu. 31. uol. 3. & facit, quia deſcendentes uocati poſt filios primo loco inſtitutos non cenſentur inuicē ſubſtituti, Cepha. conſi. 405. uol. 3.

Contrarium tamen tenet Rui. conſi. 198. nu. 2. uol. 2. & etiam Craue. conſi. 130. nu. 3. & ſeq. & latiſſime tuetur Torniel. inter conſi. Port. conſi. 43. nu. 21. in fin. & plur. ſeq. niſi dictum fuiſſet, Si ſine filijs, & deſcendentibus maſculis, & ipſi deſcendentes decederent ſine filijs maſculis, ut ibi per eum nu. 31. licèt contradicat Port. ibi conſi. 46. uolens ſufficere, ꝙ de deſcendentibus maſculis ſit dictum. Et ad hoc faciunt, quæ ſuprà diximus in 17. 13. cōiectura, & etiā in 5. & pro hac parte faciunt, quæ multi dicunt, quod filius hæredis inſtituti

tuti poſitus in conditione, cenſetur, & ipſe ſicut eius pater grauatus fideicommiſſo, ex coniecturis, puta, quando teſtator, non voluit bona ſua tranſire ad extraneos, & fæminas proprias excluſit, & ſimilia, de quibus per Craue. conſi. vlt. in fi. vol. 2. ſic limitando Oldra. d. conſil. 21. quod vltimum pertinet ad quæſtionem illam, an in ſubſtitutionibus fiat extenſio de perſona ad perſonam, de qua infrà proximè dicemus.

Et in caſu, quo teſtator dixit, Si filij mei, & eorum deſcendentes in infinitum deceſſerint ſine filijs maſculis &c. ſubſtituo proximiores tunc de familia, quòd dicatur inter omnes deſcendentes dicti teſtatoris inductum fideicommiſſum reciprocum, reſpondit Alba conſi. 51. Rui. conſi. 139. nume. 22. volu. 3. Bero. conſi. 62. num. 3. in fi. & plu. ſeq. vol. 2. in caſu, quo hæredes inſtituti, & eorum filij, & filiorum filij decedant ſine filijs, vltimo eorũ ſubſtituit Seũ. Et in caſu, quo teſtator filios inſtituit, & mãdauit bona ſua peruenire debere poſt mortem eorum ad eorum deſcendentes maſculos, & eis non extantibus ad fœminas eorum, quòd inter maſculos non dicatur inductum reciprocũ fideicommiſſum, Rui. conſi. 92. in princip. & in fi. vol. 2.

236 Quintus effectus eſt, † an poſiti in cõditione cenſeãtur ſolùm vocati in caſum vulgaris ſubſtitutionis tantùm, an verò in caſum fideicommiſſi, an verò in caſum cõpendioſæ, de qua quæſtione latè habetur per Zanch. in dicto §. cum ità. nume. 808. cum plur. ſeq. vbi concludit, qđ iſto caſu, in quo eſt facta mentio mortis, ſcilicet, ſi deceſſerit ſine filijs &c. ſi adſit aliqua coniectura, quòd cenſeantur vocati, vel eſt oppoſita clauſula vulgariter &c. vel dictio, In perpetuum, tunc cenſentur vocati per fideicommiſſum; quamuis articulus ſit dubius, ut ibi per eum, multis tenentibus eos ſolùm cenſeri uocatos per vulgarem tantùm, ſcilicet, caſu quo eorum parentes, quibus fuit datus ſubſtitutus, non eſſent hæredes, & quod principalis ſubſtitutio eſſet fideicommiſſaria.

Ex reſolutione iſtius controuerſiæ plures effectus reſultant.

237 Primus eſt, † quod ſi per fideicommiſſum cenſentur vocati poterunt ipſi alienata reuocare, Zanch. vbi ſuprà ſub d. num. 808. & ante eum hanc utilitatem ponit Guid. Pap. deciſ. 39. in fi. & idem colligitur ex traditis per Alex. conſi. 59. num. 15. & ſeq. vol. 3. Curt. ſen. conſi. 42. ſub num. 14.

238 Secundus eſt effectus, † quòd detrahenda venit legitima debita de iure naturæ, & inſuper etiam Trebellianica, vt ibi per Zanch. numero 814.

239 Tertius eſt effectus, † quod ſubſtitutio iſta non expirat per aditionem hæreditatis hæredis primo loco, Craue. conſil. 12. nume. 8. Curt. Iun. conſi. 48. nu. 6. & conſ. 138. circa fi.

240 Sextus effectus eſt, † quòd iſta inſtitutio, ſeu ſubſtitutio, q̃ oritur ex vocatione huiuſmodi, eſt tacita, ita ꝙ ſi teſtator loquatur de ſubſtitutionibus, uel inſtitutionibus ſupradictis, vel in teſtamento ſcriptis, non veniũt taliter vocati, vt reſpondit Soci. conſi. 80. nu. 4. uolum. 1.

241 Septimus eſt effectus, † quod poſiti in conditione excludunt ſubſtitutum, illi ſcilicet tantùm, qui reperiuntur nati, vel concepti tempore obitus hæredis grauati, cùm ad illud tempus qualitas referatur, Ruin. conſil. 89. col. 1. vol. 2.

242 Octauus effectus eſt, † quòd poſiti in conditione in omnem caſum intelliguntur ſubſtituti, ſcilicet & fideicommiſſarij, niſi in aliqua parte teſtamenti appareant expreſsè vocati, quia tunc poſiti in conditione non cenſentur vocati, Soci. conſi. 116. col. 2. quinta, & penul. uol. 3. Pariſ. conſ. 86. num. 40. vol. 2. & ſuprà dixi in 16. ampliatione.

243 Nonus effectus eſt, † quòd teſtamentum ſi ruat præteritione alicuius ex filijs, tũc illius filij poſiti in conditione cenſentur inſtituti in caſum vulgaris, Soci. iun. conſi. 29. nu. 3. & 9. vol. 3.

244 Decimus effectus eſt, † quòd quando poſiti in conditione non dicuntur vocati, fideicommiſſum taliter ceſſat, quòd etiam ſi filij filiorum decedant ſine filijs, tamen illi ſunt etiam extra cauſam fideicõmiſſi, Aleta. conſ. 11. col. 2. uerſi. prædictis tñ non obſtantibus.

245 Vigeſimaquarta ſit coniectura, † quæ elicitur ex verbis prohibitionis de non alienãdo latè conceptis, vt concludit Ceph. conſ. 330. num. 1. quia non videntur poſſe reſtringi.

246 Vigeſimaquinta ſit coniectura, † quando teſtator vſus eſt verbis geminatis, puta, Volo, ſtatuo &c. Cepha. dicto conſi. 330. nu. 10. & apertius de uerbo, Volo, quod inducat fideicommiſſum, reſpondit ipſe conſi. 401. nu. 1. & 2. & pro iſta ratione conſi. 544. num. 3. de quo puncto ſuprà etiam tetigi in 5. quæſt. principa. verſic. vnde reſtat.

Sed contra hanc coniecturã tenet idem Cepha. dicto conſi. 330. num. 69. & ante eum abundè Sylua. conſi. 6. & ita etiam conſului hoc anno in una Mediolanenſi de Gallarate, vbi etiam adduxi Alex. conſ. 130. nu. 6. vol. 4. loquentem in ſtatuto vtente uerbis geminatis

247 excluſiuis, † quòd ſolum operatur maiorẽ expreſſionem, non autem excluſionem aliorum caſuum ſimilium.

Vigeſimaſexta ſit coniectura mẽtis teſtatoris, † quan-

148 † quādo aliàs verba ſuperfluerent, & otioſa redderentur, vt reſpondit Soci. conſi. 250. num. 2. in princ. vol. 2. & pulchrè Alcia. conſ. 479. Magnifici Equiris. nume. 2. & ſeq. loquens in caſu, quo teſtator inſtituerat, & ſubſtituerat filium, & eius filios cum conditione, quòd amplius hæres poſſet aliquam partem relinquere eius nepoti ſpecialirer nominato, numero filiorum grauato, dūmodò tamen hæreditas nimiùm non diminuatur, Et quòd quādo uerba eſſent ſuperflua, Cepha. conſi. 544. num. 6. & quando prohibitio de non alienando aliàs redderetur nulla, vel otioſa, per eundem conſi. 529. num. 40. volum. 4. & pro iſta ratione, Socin. conſi. 57. col. 1. in fin. uol. 3. & col. 2. ſub num. 3.

Sed cōtrà per Cephal. cōſi. prædicto 544. nu. 16.

249 Vigeſimaſeptima eſt, † quando teſtator mandauit, quòd hæredes poſſint duntaxat poſſidere, & vti, & frui, quòd proprium eſt fideicommiſſarij, vt non poſſint diſponere de aliqua parte ptoprietatis, Cepha. dict. conſ. 330. nu. 7.

250 Vigeſimaoctaua eſt coniectura, † quando teſtaror ordinauit bona peruenire debere ad filios, & eorum deſcendentes: neque enim ad eos poſſent peruenire, niſi per fideicommiſſum, Cepha. d. conſ. 330. num. 11. & ſeq. idem ſi ſit dictum de hærede in hæredem in perpetuum; quia intelligitur, donec extēt deſcendētes, Rim. Iun. conſ. 313. nu. 32. & ſeq. vol. 3.

Declaratur tamen, vt per eundem Cepha. dict. conſ. 330. nu. 29. & ſeq.

251 Vigeſimanona ſit coniectura, † quando teſtator ordinauit deſcendentes debere eſſe de parentella dicti teſtatoris, propter quam fideicommiſſum præſumendum eſt, Cephal. dicto conſ. 330. nume. 13. Marza. dict. conſ. 4. colum. 1.

252 Trigeſima eſt, † quando idem teſtator iuſſit, ꝙ deficientibus eius deſcendentibus ſine maſculis, hæreditas diſtribuatur in uſus pios; tunc enim dicitur inter omnes deſcendentes inductum fideicommiſſum reciprocum, Cepha. d. conſ. 330. nu. 17.

253 Poſtremò † coniecturata mens diſponentis elici poterit ex atteſtatione ſaltem duorum teſtium, qui dicant teſtatorem ità uoluiſſe, & intentionem ſuam declataſſe apud eos, ut poſt Bald. concludit Guliel. Benedicti in c. Raynutius. in verb. ſi abſque liberis moreretur. nu. 107. de teſtamentis.

254 Meminiſſe etiam oportet, † quòd quæ ſuprà diximus ad coniecturādam ſubſtitutionem fideicommiſſariam, minimè poſſint applicari ſuſtitutioni directæ, quia illa non poteſt induci ex coniecturis: Ripa in l. 1. nu. 83. ff. de vulg. & pup.

Supereſt nunc quartus principalis articulus iſtius nonæ quęſtionis principalis, qui pertinet ad qualitatem coniecturarum. Sed hic remanet expeditus ex his, quæ dixi in præce-
255 dēti artic. Quibus addo, † quod vbi verba pro fideicommiſſo ſatis non clara ſunt, tunc deſiderātur plures coniecturæ, ſi vera eſt cōſultatio Marza. conſ. 4. prædicto. ibi enim cōcurrebant digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum, excluſio fœminarum, & admiſſio fœminarum poſt maſculos, ità tamen, quòd vocari ſe faciebant de domo, & familia teſtatoris. Sed hoc dictum non puto verum propter auctoritatem iſtorum, qui ſæpè tenuerunt, quandoque vnicam ſufficere coniecturam, de quibus ſuprà diximus.

Si quis autem tot difficultates, & coniecturas vitare deſiderat, infraſcripta formula fideicommiſſi utendo tutus erit.

256 In omnibus autem, † & ſingulis alijs ſuis bonis mobilibus, immobilibus, iuribus, & actionibus ad ipſum dictum teſtatorē quomodolibet ſpectantibus, vel pertinentibus, vel quaſi, & pręcedētibus, & futuris, & in tota, & integra hęreditate heredes vniuerſales ſibi inſtituit, & inuicem ſubſtituit reſpectiuè vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, & aliàs omni meliori modo, & eos ore proprio nominauit, & nominat dictos filios ſuos legitimos, & naturales, ex domina Antonia de Regalijs eius vxore ęquis portionibus, & ſucceſſiuè eorum, & cuiuſlibet eorum filios, & deſcendentes in infinitum maſculos legitimos ex vero, & nō ficto, & legitimo matrimonio procreatos, & procreādos pro tēpore in ſtirpes, & nō in capita, & ordine ſucceſſiuo, ità ꝙ inter omnes, & ſingulos ſupradictos filios meos, & eorum, & cuiuſlibet eorum filios, & deſcendētes maſculos, & vt ſuprà, vſque in infinitum, ſingula ſingulis caſibus, perſonis, & temporibus debitè, & congruè referēdo, cēſeatur, & ſit in perpetuum, ſiue etiam in ſempiternum inductum, & factum reciprocum fideicommiſſum, & reciproca inſtitutio, & ſubſtitutio, & illi omnes inuicem inſtituti, & ſubſtituti ſucceſſiuè de gradu in gradum deſcendendo uſque in infinitum in ſtirpes, & vt ſuprà, in omnibus bonis meis, & hęreditate mea, & pro vt ſupra, ét abſque vlla pęnitus detractione Trebellianicæ, Falcidiæ, & cuiuſlibet alterius deductionis, quæ de iure quoquomodo, uel cautela deduci potuiſſet ſine præiudicio aliquo validitatis, vel inofficioſitatis præſentis teſtamēti, & vltimę voluntatis, quia dictam cautelā & clauſulam, vel clauſulas ſaluis pręmiſſis ſemper, & non aliter &c. per quā poſſit quęcumque quarta, vel deductio naturalis, uel

legalis

legalis prohiberi,ſic in hoc pręſenti teſtamē-
to,& vltima diſpoſitione pro expreſſis, & in-
ſertis haberi uoluit,& vult, & intendit.

Et inſuper, quoniam intentio mea teſtatoris
fuit,& eſt,& ità ordino, & mando, quòd bo-
na, & hęreditas mea in agnatione maſculina
perpetuò permaneant tota, & integra abſq;
nulla diminutione, quoquomodo, ſed ſim-
plicia manere deſcendentibus meis per vni-
uerſum tempus, & ſi quid pręter hęc factum
fuerit, inutile, atque irritum ſit, & ità etiam
omnibus & ſingulis ſupradictis filijs meis,&
cuiuſlibet eorum deſcendētibus, & deſcen-
dentium deſcendentibus, in æternum ma-
ſculis,legitimis, & vt ſuprà, hęredibus meis
inſtitutis,& ſubſtitutis,modo, & forma prę-
miſſis, volo, iubeo, & mando, quòd hanc
pręſentem volūtatem, & diſpoſitionem meā
obſeruent, & obſeruare omninò debeant, &
ipſi in aliquo eos non contradicere, contra-
uenire,vel contrafacere prohibeo,& ueto bo
na mea,vel eorum partem alienari,ordinan
do, quòd. nullo modo poſſint, aut ualeant
alienari, & minus etiam deueniri ad aliquā
alienationem tranſlationē dominij, vel etiā
poſſeſſionis,vel quaſi diſtractionem,vel obli-
gationem, ſiue etiam hypothecam, vel ali-
quem actum, aut ſignū, per quod deueniri,
aut perueniri poſſit ad alienationem dicto-
rum bonorum, & hæreditatis in totum, vel
in parte, quouis quæſito colore, modo, via,
vel forma,quæ de ipſis bonis, fieri,vel tracta-
ri contigerit, ità quòd etiam ex cauſa dotis,
donationis propter nuptias, antifacti,ſpon-
ſalitiæ largitatis, captiuitatis, vel cuiuſuis
cauſæ etiam potentioris, vel efficacioris,ſiue
magis neceſſariæ qūolibet,ſiue fatali, ſiue na
turali, maximè in perſona, vel voluntate di-
ctorū hæredū meorum inſtitutorū, vel ſub-
ſtitutorū, reſpectiuè, & cuiuſlibet eorum à
primo ad vltimum deſcendētium meorum,
vel etiam ex cauſa quouis modo priuilegia-
ta, uel aliqua alia de cauſa, quæ dici, uel ex-
cogitari poſſit aliqualiter, etiā ſi de ea quo-
quomodo poſſet haberi, uel haberetur licen
tia ſpecialis, uel ſpecifica,aut expreſſa à Prin
cipe eccleſiaſtico, uel ſeculari. Imò ſi prædi-
ctis per me teſtatorem diſpoſitis in aliquo
contra factum,uel contrauentum fuerit, vel
etiam tractatum fuerit ullo unquam tem-
pore per prædictos filios meos, nepotes, uel
deſcendētes, & prout ſuprà hæredes meos,&
prout ſuprà, ſiue etiā cogitatū de contraue-
niendo, uel contrafaciendo, id totum in ali-
quo non ualeat, nec teneat,ſed ſit nullius ua
loris,& momenti, & caſſum,irritum,& inanè
ipſo iure, & facto,quòd id totum,quod fue-
rit alienatum, & ut ſuprà, uel ſuper quo cō-
trafactum, uel aliquo quouis modo contra-
ueniendo, & contrafaciendo cogitatum,uel
tractatum fuerit,quod id deueniat, & perue
niat, & perueniſſe intelligatur ipſo iure,& fa
cto ex tunc, prout ex nūc, & è contrà in alios
meos deſcēdentes,& deſcendentium deſcen-
dentes hæredes, & ut ſuprà, & dicto ſic con-
trauenienti, uel contrauenientibus pro tem
pore proximiores in ſtirpes, & non in capita
ſuccedant,ex eo,quòd ego uolo,iubeo,man-
do, & ordino, quòd tota, integra, & omnia,
& ſingula bona,& hæreditas ſupradicta con-
ſeruentur, maneant,& perpetuare habeant,
& debeant omninò in dictis meis filijs, & de-
ſcendentibus, & deſcendentium deſcenden-
tibus, ut ſuprà, & prout ſuprà hæredibus
inſtitutis, & ſubſtitutis reſpectiuè, & ſic in
domo, agnatione, parentella,& proſapia, &
familia mea maſculina tantùm, ut ſuprà, &
prout ſuprà, perpetuis futuris temporibus,
durante dicta agnatione mea,& ut ſuprà,ità
ꝙ dicta omnia, & ſingula bona non exeant
filios,& deſcēdētes maſculos,vtſuprà, meos,
& ut ſuprà, & prout ſuprà.

Item ſaluis præmiſſis, uolo, iubeo, mando, &
ordino, quòd ſi contigerit, quòd aliquis ſu-
pradictorum filiorum meorum, ſuorum,
& deſcendentium ſuorum, per me teſtatorē,
ut ſuprà, & prout ſuprà, inſtitutorū, & ſub-
ſtitutorum, aliquid ullo unquam tempore
committeret, tractaret, diceret, uel faceret,
aut cogitaret, propter quòd bona aliqua,
uel hæreditas ſupradicta, & bona mei teſta-
toris in totum, uel pro parte etiam quantū-
cunque minima ueniant applicanda, confi-
ſcanda, uel publicata,confiſcata,uel appl ca
ta cenſerentur,uel eſſent ipſo iure per ſenten
tiam alicui fiſco communi, uel aliter (quod
Deus auertat) uolo,iubeo, & mando, quòd
tunc,caſu quo aliquis dictorum deſcenden-
tium meorum perueniat ad aliquem actum
alienationis, ſiue ſit uoluntaria,ſiue neceſſa-
ria, ſiue perueniat ab homine, ſiue à lege, &
ullo unquam tempore præſumpſerit,uel co-
gitauerit moliri aliquid, propter quod fieri
poſſet indignus, aut incapax hæreditatis, &
bonorum meorum,& membra venirent con
fiſcanda, aut fiſco incorporāda, eo caſu, aut
actu,uel cogitatione omnia,& integra,& to-
ta bona mea perueniant,& peruenire debeāt
in proximiores meos ordine ſucceſſiuo, &
immediatè etiam ante talem tractatum,aut
cogitatum ex nunc, prout ex tunc, & è con-
trà, bona ipſa deueniant in alium, ſeu alios
proximiores, qui talia non tentauerint, aut
nō cogitauerint ordine ſucceſſiuo, & ꝙ talis
malè cogitans,uel tractans omninò excluda
tur,& excluſus ſit,& intelligatur ab oībus,&

ſingulis bonis meis, & hæreditate prædictis, & ex nunc prout ex tunc, & e contrà ità ipſum priuatum, ac ipſo iure penitus excluſum eſſe à præambula hora tractatus dicti, uel facti, aut cogitati huiuſmodi delicti, uel quaſi, uolo, & ut ſuprà ab omnibus, & ſingulis bonis meis, & hæreditate, ut ſuprà, perinde ac ſi talis ſic, vt ſuprà delinquens, vel quaſi, tunc dicta hora præambula verè mortuus fuiſſet, & quod eo in caſu ipſa bona, & vt ſuprà iuxta ordinem præmiſſum, perueniant, & peruenire intelligãtur, ac deuoluta, & applicata ſine aliqua diminutione in ſubſtitutum, vel ſubſtitutos proximiores maſculos, & vt ſuprà, & prout ſuprà. cui, & quibus reſpectiuè ſingula ſingulis congruè referẽdo, etiã eo in caſu, vel caſibus auctoritatem, facultatem, licentiam, poteſtatem, & arbitrium plenum, & pleniſſimum, do, concedo, tribuo, & mando, & vt ſupra, vt propria auctoritate, & facultate poſſint, & valeant ſine alicuius etiã iudicis miniſterio, vel decreto, tenutam, & corporalem poſſeſſionem bonorum, & hæreditatis prędictorum, vel partis ipſorum, quę taliter ſic delinquẽti, vel delinquẽtibus, prius quoquomodo obueniſſet, vel contigiſſet, & ſeu in quibus inſtituti, vel ſubſtituti, vt ſuprà fuerunt, & ſunt, intrare, apprehendere, & ingredi, ac ea tenere, & poſſidere, & quæ bona, vt ſuprà, in eos ſtent, & perſeuerent, & durare habeãt, donec, & quoſque illi, vel ille talis ſic vt ſupra delinquentes, tractantes, & vt ſuprà pro tempore fuerit, vel fuerint reſtituti ad gratiam Principis, & ſuperioris, & facti capaces, quo caſu volo, & vt ſuprà, quòd tunc ad eundem, vel eoſdem &c. reſtitutos, & factos capaces, ſine aliqua diminutione, & ſic eo in caſu, vel talis ſic reſtituti, & facti capaces, vt ſuprà, intelligatur ex tũc fuiſſe hæres, & poſſeſſor dictorum bonorũ, vt ſuprà, ac ſi nihil commiſiſſet, vel deliquiſſet, aut quaſi: & etiã propria auctoritate, & vt ſuprà, poſſit intrare tenutam, & corporalem poſſeſſionem bonorum prædictorum abſque auctoritate, & nuncio alicuius iudicis, vel officialis, liberè, & impunè, & hęc omni iure, modo, via, cauſa, & forma, quibus prout melius fieri, & eſſe poſſit. & vbi contingat, quòd aliquis ex ſupradictis hæredibus, & ſucceſſoribus meis aliquid cõmitteret, vel tractaret, aut faceret per ſeſe, & interpoſitam perſonam directè, vel indirectè, ne aliquis ex alijs, vt ſuprà in infinitũ hæredibus inſtitutis, vel ſubſtitutis, pacificè nõ gauderet, vel frueretur bonis ſibi per me relictis, vt ſuprà, vel in quibus inſtitutus reperietur vigore præſentis teſtamenti, & vltimæ diſpoſitionis, vel contra perſonam cohæredis cauſa captãdæ hæreditatis, volo, & vt ſuprà dictum talem ſic contrafacientem priuatum, & ità ex nunc eo in caſu priuo, & priuatum eſſe volo dicta ſucceſſione, & hæreditate in perpetuum, & dictis bonis, & relictis, & in quibus inſtitutus, vel ſubſtitutus reperietur, & perueniant in proximiorem ordine ſucceſſiuo ſubſtitutum, vel ſubſtitutos, vt ſuprà vigore præſentis teſtamẽti, & in eum, vel eius filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & vt ſuprà perpetuò perueniãt, ac perſiſtant. Poſſent, & aliæ multę coniecturæ adduci, quibus vtuntur Docto. ſæpè legendo, & conſulendo, ſed eas conſultò prętereo, ne lõgior ſim, quàm par ſit.

Illud autẽm poſtremo loco ſub ſilentio prętereundum non putaui, quod dicunt Doct. pro generali concluſione, quòd & Soci. Iun. poſt alios per eũ relatos, reſpõdit conſ. 167. nu. 2.
257 volu. 2. ex coniecturis † deſumi ſæpiſſimè ex his, quę antè, vel poſt diſpoſitionẽ dicta, aut facta ſunt, & ibi addit nu. 21. quod quãdo ratio
258 vna † ſolùm allegari poteſt, perinde eſt, ac ſi eſſet expreſſa, & ex ea argui poteſt: & iterùm
259 nu. 1. & ſeq. cõcludit, quod vbi quęritur, † quomodo, & quibus coniecturis conſtare dicatur de voluntate diſponentis, tunc omni in caſu res relinquitur arbitrio boni viri, ideſt, iudicis circũſpecti, qui variè ex perſonis, cauſiſque conſtituet, vt ibi per eum.

ARGVMENTVM.

Quibus modis res prohibita alienari vendicari poſſit per eum, ad cuius fauores alienatio prohibita fuit.

SVMMARIVM.

1 *Ante factam alienationem an competat actio aliqua contra prohibitum alienare, & nu. 5. & 11.*
2 *Hypothecaria fideicommiſſario competit.*
3 *Si fideicommiſſarius ante caſum fideicommiſſi agat, & ſuccumbat, nihilominus poſtea eueniente caſu, denuò poterit agere.*
4 *Tractus futuri temporis non pertinet ad iudicem.*
6 *In obligationibus conditionalibus, vel in diem ante euentum conditionis, vel diei, non eſt nata actio.*
7 *Agens ante diem, vel ante euentum conditionis malè agit, etiam ſi peteret differri executionẽ in tẽpus purificatę cõditionis, vel euẽtus diei, et nu. 9. et 20.*
8 *Fideicommiſſarius decedens ante purificatam conditionem non tranſmittit fideicommiſſum ad hæredem ſuum.*
9 *Plus petit, qui ante diem petit.*
10 *Primogeniti filius an poſſit agere contra patrem, vt declaretur bona eſſe ſubiecta maioratui, & nu. 11. 12. & 28.*
12 *Chirographũ delens, in quo alius ſub conditione mihi*

tenebatur

tenebatur, condemnandus eſt ad id, quod debitor mihi tenebatur, adueniente tamen conditione.

13 Subſtitutus in diem, vel ſub conditione poteſt petere, vt ſibi per hæredem caueatur de reſtituendo fideicommiſſo eueniente caſu.

14 Fideicōmiſſarius poteſt petere declarari bona ſubiecta eſſe reſtitutioni eueniente conditione.

15 Fideicommiſſarius habet ſpem probabilem in bonis probibitis alienari eius fauore.

16 Idem iudicamus de iure in ſpe conſiſtente, quod de iure quæſito.

17 In diſpoſitione pura, vel purificata, & ceſſit, & venit dies.

18 In diſpoſitione nondum purificata, vel in diem incertam, nec ceſſit, nec venit dies.

21 Actio ante tempus quandoque moueri poteſt.

22 Annuum debitum pro primo anno eſt purum, pro ſequentibus conditionale.

Et talis debitor poteſt conueniri, vt cōdemnetur ad ſoluendū ſingulis annis aduenientibus, vt nu. 23.

24 Poteſt quis petere declarari actionem ſibi cōpetere.

25 Creditor in diem certā poteſt agere ante diem, vt ſibi ſoluatur adueniente die.

26 Agi poteſt contra debitorem habentem legalem dilationem ante finitam dilationem.

27 Si ſubſit iuſta cauſa præſtandi cautionem poteſt contra talem agi ante diem.

29 Fideicommiſſario quæ actio competat, & qualis.

30 Fideicommiſſaria hæreditatis petitio competit pro fideicommiſſo vniuerſali conſequendo.

31 Fideicommiſſario particulari tres actiones competunt, videlicet, ex teſtamento, hypothecaria, & rei vendicatio.

Et an hæ tres actiones etiam competant contra tertium, vel quæ competat, vt nu. 32.

33 Pro legato quantitatis ſub conditione, vel in diem nō poteſt aduenìente die, vel cōditione agi contra tertium, in quem bona ſunt alienata per grauatum.

34 Vbi delinquitur circa rem, eatenus pœna incurritur, quatenus in ea peccatur.

35 Contraueniens in parte non priuatur toto.

36 Pœna non debet excedere delictū in penis legalibus.

37 Legatum non reuocatur per alienationem partis rei legatæ factam à teſtatore.

38 Per diuiſiones cum poteſtate alienandi non dicitur renunciatum fideicommiſſo, niſi quo ad partem poſteà alienatam.

39 Interrogatus, an poſſideat, ſi in parte mentitur, ſolū pro ea parte transfertur poſſeſſio in actorem.

40 Vaſallus alienans partem feudi ſine domini conſenſu priuatur tantùm parte alienata, & nu. 43. 48.

41 Emphyteota alienans partem, an cadat à toto, & nu. 44. 59. 70.

42 Probibitus alienare ſolùm amittit partem alienatam, & nu. 54.

45 An valeat argumentum de feudo ad emphyteoſim, & quomodo.

46 Feudum nititur ex gratia, ſecus in emphyteoſi.

47 Per alienationem feudi etiam de licentia domini non præiudicatur agnatis poſt mortem alienantis, ſecus in emphyteoſi.

49 Euicta re pro parte emptor non agit de euictione, niſi pro ea parte, niſi aliud ſit conuentum.

50 Inſtrumentum in parte falſum non cenſetur falſum in totum.

51 Venditis pluribus rebus, poteſt fieri reſciſſio ratione læſionis in vna re tantùm, ſi in ea tantùm eſt læſio.

52 Propter uitium vnius rei non redhibentur omnes res venditæ, ſed tantùm res vitioſa.

53 Vſufructuarius non cadit à beneficio totius vſusfructus, ſi in vna re tantùm malè verſetur.

54 Fideicommiſſarius alienans partem fideicommiſſi, an priuetur toto fideicommiſſo, & a nu. 34. vſque ad finem q.

55 Conceſſio in quartam generationem, vel in perpetuum, valet ad tempus.

56 Propter culpam commiſſam contra perſonam, quæ beneficium contulit, vel contra eius diſpoſitionem, priuatur quis toto beneficio.

57 Perſona in parte tantùm offendi non poteſt.

58 Accommodans fidem de reſtituendo indigno aliquid modicum priuatur tota hæreditate.

60 Abſurdum eſſet, quòd emphyteota pro vna re remaneret priuatus, & deſineret eſſe emphyteota, & in cæteris non.

61 De natura contractus emphyteotici eſt, quòd res melioretur.

62 Natura rei indiuidua eſt.

63 Per deteriorationem rei emphyteoticæ dominus contemnitur.

64 Contemptus eſt indiuiduus, & nu. 83.

65 Concedens plures res in emphyteoſim ſub vnica penſione, dicitur omnes res habuiſſe pro vna.

66 Fundus vnus ſola deſtinatione patrisfamilias in plures poteſt diuidi, & plures pro vno haberi.

67 Abſurdum eſt, quod quis inuitus cogatur in communione permanere.

68 Contractus eſt indiuiduus.

69 Non valet argumentum à culpa emphyteotæ commiſſa in alienando ad culpam in deteriorando, quia plus peccat deteriorando, quàm alienando.

71 Probibitus per teſtatorem non moleſtare aliquem, incurrit pœnam adiectam, ſi contingat, quòd moleſtet in aliqua re.

72 Pactum de non petendo comprehendit quamlibet partem rei ceſſæ.

73 Qui non poteſt petere hæreditatem non poteſt petere aliquam rem hæreditariam.

74 An totus contractus reſoluatur reſpectu certæ rei.

75 Hæres, qui celauit vnam rem hæreditariam, & interrogatus negauit, totam perdit Falcidiam, licèt non teneatur ad onera hæreditaria ſupra vires hæreditatis.

76 Portans merces licitas et illicitas ſimul, oīs amittit.

77 *Promittens colere fundum dicitur contrauenire, ſi partem incultam dimittat.*

78 *Emphyteota deficiens in ſolutione partis canonis cadit à tota emphyteoſi.*

79 *Non euadit quis pœnam, quam incurrit propter alienationem. etiam ſi ſtatim redimat, niſi alienaſſet cum pacto redimendi, & nu 86.*

80 *Ius acquiritur etiam ignorantibus, quando prohibitus alienare alienat.*

81 *Conſentiens alienationi ità pœnam incurrit, ſicut alienans.*

82 *Contraueniens in parte facto defuncti efficitur indignus in toto.*

84 *Diſpoſitioni negatiuæ non poteſt ſatisfieri ex parte tantùm.*

85 *Mitius agitur cum lege, quàm cum homine.*

87 *Moram purgare non licèt, vbi eſt dies, & pœna adiecta.*

83 *Recuperans rem, quam alienauerat cum pacto redimendi, dicitur eam habere ex priori cauſa..*

89 *Alienans rem hypothecatam cum conſenſu creditoris, ſi poſteà eam redimat non comprehenditur ſub priori obligatione.*

QVAESTIO X.

DEcima Quæſtio principalis quatuor habet principales inſpectiones. Prima eſt, quę reſpicit tempus ante factam alienationem, & prohibitionem. Secunda eſt, reſpiciẽs tempus poſt factam alienationem. Tertia erit, an prohibitus alienando rem aliquã vni ex pluribus, vel partẽ rei prohibitę alienari, cadat à toto fideicommiſſo, Quarta ſit, an is tutus ſit ab huiuſmodi caducitate, ſi poſt motum iudicium contra eum, rem per eum alienatam recuperauit.

Circa primaũ breuiter videtur dicẽdum, nul-
1 lam competere actionem † contra prohibitum ante factam alienationem, vt habetur toto titulo ff. & C. quando dies legati cedat. & in l. fi. §. ſin autem ſub conditione. C. communia de lega. Et in terminis hypothecarię,
2 † quę etiam fideicommiſſario competit, vt infra dicam, quòd non poſſit contra prohibitum exerceri, antequam cedat dies fideicõmiſſi, probat Neguſan. de pigno. in 8. parte principali, in tertio membro, col. 1. vbi tamẽ
3 addit, quod ſi actio huiuſmodi mota ſit † ante caſum fideicommiſſi, & conſequenter grauatus ſit abſolutus, nihilominus poterit fideicommiſſarius poſteà eam actionem intẽtare, eueniente caſu reſtitutionis fideicommiſſi. Et ad hoc facit.

Primò tex. in l. nõ poſſunt videri. & in l. nõ quẽadmodum. ff. de iudi. vbi habetur, quod tra-
4 ctus † futuri tẽporis non pertinet ad Iudicẽ.
5 Secundò pro hac ſententia facit, † quia cum agatur de fideicommiſſo conditionali, ſcilicet in caſum alienationis, non videtur, quòd prohibitus alienare fauore alterius, cui prohibens eo in caſu voluit bona deferri, poſſit interim moleſtari ante euentum conditio-
6 nis, ſeu diei incertæ, † ex quo nondum nata eſt actio, l. cedere diem. ff. de verbo. ſignificat. cum concordan. per Alex. conſi. 95. col. 1. per totum. uol. 1. vbi in fortiori caſu cõſuluit, ꝙ
7 ſi creditor in diem † agat ante diei euentum, malè agit, etiam ſi petat differendo exequutionem in illud tempus. probat etiam Alcia. conſi. 372. motiuorum. num. 9. in fi. dicens, ꝙ qui ante cõditionis, vel diei euentum agit, malè agit, per l. item quia. §. 1. ff. de pact.

Tertiò facit ratio in promptu, quia fieri poſſet, ꝙ ſententia deſuper ferenda, redderetur elu-
8 ſoria, putà, ſi fideicõmiſſarius decederet † ante purificatam conditionem, neque fideicõmiſſum huiuſmodi tranſmitteret ad hæredẽ ſuum, l. 1. §. ſin autem ſub conditione. C. de caduc. tollen. & l. ſi Pontionilla. C. quando dies lega. ced. cum vulga. & abundè probat etiam Alex. conſ. 30. col. 1. vol. 2.

Quartò pro iſta parte etiam facit, quia cõſtat,
9 quod is, ‡ qui petit ante diem dicitur plus petere, & ideo non eſt audiẽdus. §. plus. Inſtit. de actio. de quo per Afflict. deciſ. 279. in prin. & hanc partem tenere videtur Cyn. in l. 1. nu. 4. col. 2. C. vt ab heredi. &c. vbi adducit 13. argumen. contra agẽtem ante diem, ſpretis decemſeptem argumentis primo loco factis ꝓ alia parte: de quo etiam meminit Afflict. ſuprà, & ità hanc partem ſequẽdo etiam Alex. vbi ſuprà, conatur defendere Atius Pinel. in l. 1. in 3. parte. nu. 78. C. de bonis mater. pag.
10 507. loquens in filio primogeniti, † ꝙ non poſſit agere contra patrem viuentem, vt declaretur, bona eſſe ſubiecta maioratui ad eius fauores, & ad eum pertinere mortuo patre, & ibi addit, ità ſæpè fuiſſe iudicatum.
11 Contrarium tamen † verius videtur, & receptius. Primò per tex. in l. in lege Aquilia ſi deletum. ff. ad leg. Aquil. vbi habetur, quòd ſi
12 quis deleuit † chirographum, in quo alius tenebatur mihi dare, vel facere ſub certa cõditione, poſſum interim agere contra illum, qui dictum ſcriptum vitiauit, vt condemnetur ad id, ad qđ meus debitor tenebatur, adueniente tamen conditione, & hunc ſenſum dicit eſſe veriſſimum poſt glo. ibi, Bar. & alij, & ità illum tex. ad hoc expendit Roderi. Suares allegat. quarta, per totũ, in terminis maioratus pro filio cõtra patrem, de quo ſuprà dixi: & ibi addit propterea obſtare diſpoſitionem d. l. nõ quemadmodũ. de qua primo

loco

loco dixi, vt procedat itâ demùm, ſi tractus
futuri temporis nullàm habeat dependen-
tiā à præterito, aliàs ſecus. & illi textui, iuxta
ſenſum glo. Bar. & ſequacium, neſciuit Arius,
vbi ſuprà, reſpondere, niſi ꝙ malè loquitur,
quia ibi non agitur de tractu futuri tempo-
ris, ſed de iure de præſenti contra eũ, qui de-
liquit delēdo chirographum. etenim dico, ꝙ
& ſi concurrat delictum illius rei conuenti,
quod eſt præſentis tēporis, non tamen ſequi-
tur, quin habeatur reſpectus futuri tempo-
ris, antequam tamen permiſſum ſit agere, &
ſic ante cōditionis euentum. Propterea cùm
* Bar. * communiter teneatur, nulla eſt habē-
da ratio auctoritatis Arij, quia dura eſt pu-
gna viperę cum tauro.

Secūdò principaliter vltra ea, quæ adducit Ro-
13 der. vbi ſuprà, ego in propoſito adduco, † ꝙ
fideicommiſſarius, & ſubſtitutus in diem, vel
ſub cōditione poteſt petere, vt ſibi caueatur
per hæredem, & prohibitum alienare de ſibi
reſtituendo legato, vel fideicōmiſſo, euenien-
te caſu, ſeu conditione, vt habetur, ff. & C. vt
lega. nomine cauea. per totum, & l. peto. §. fra
tre. ff. de leg. 2. & in l. in omnibus bonæ fidei.
* ff. de iud. & docet Bar. & * communiter alij ꝑ
illum tex. in l. inter oēs. ff. qui ſatiſd. cog. & eſt
* * communis opinio, vt poſt alios per eum ci-
tatos, reſpōdit Cepha. conſ. 385. nu. 29. & ſeq.
volu. 3. loquens in vna Parmenſe pro Illuſtre
domino Hieronymo Pallauicino contra Il-
luſtrem dominum Sfortiam Pallauicinum,
contra, quem petebatur dicta cautio, & in-
uentari confectio bonorum fideicommiſſi,
quod prætēdebat Illuſt. dominus Hierony-
mus in caſum mortis Illuſt. dominæ Camil-
læ filiæ ſine filijs, vt ibi latè per eum. ergò ea-
14 dem ratione poteſt interim † per fideicom-
miſſum peti declarari bona ſubiecta eſſe re-
ſtitutioni eueniente conditione. Quò fit, vt
cauendum ſit ab Anguiſſola cōſi. 50. ſub nu.
3. lib. 6. quatenus concludit ex capite ſuo, ꝙ
cautio de reſtituendo fideicommiſſo non eſt
præſtanda, vbi etiam adeſt fideicommiſſum
poſt mortem: dicit enim cōtra tex. in d. §. fra-
* tre. retento * communi ſenſu, ꝙ ſit ſolum fi-
deicommiſſum in caſum alienationis. Socin.
conſi. 227. nu. 62. Et ratio iſtius concluſionis
15 eſt in promptu, quia fideicōmiſſarius † hu-
iuſmodi ſpem habet probabilē in bonis iſtis
alienari fauore iſtius prohibitis, vt cōcludit
Bart. in l. is poteſt. nu. 11. verſi. ſed ſi eſſet ſub-
ſtitutus per fideicommiſſum &c. ff. de acqui.
hæred. Alex. conſi. 188. num. 22. vol. 5. de quo
16 quidem iure † in ſpe idem iudicādum, quod
de iure quæſito, vt probat abundè Ceph. vbi
ſuprà nu. 6. in 2. fundamēto. Et hæc cōcluſio
procedit, ſiue agatur de fideicommiſſo vni-
uerſali, ſiue particulari in ſpecie, vel in quan-
titate; ſemper enim habet locum cautio hu-
iuſmodi, Ancha. Iun. q. 3. in 1. parte. per totũ,
vbi tractat, an hypothecaria competat pro
legato conditionali, vel in diem, an verò pu-
ro, vt infrà dicam in ſecunda inſpectione, in
ſecundo caſu.

Et ex hoc patet ſolutio ad adducta in contra-
rium. illa enim procedunt in caſu, quo pete-
rentur bona nunc ſibi relaxari de præſenti,
ſecus ſi petatur, quòd relaxentur aduenien-
te conditione, vel die fideicommiſſi: quic-
quid dixerit Alexand. dict. conſil. 95. à quo
propterea recedit Ripa in l. ità ſtipulatus.
nume. 88. ff. de verbor. obligat. Afflict. deci.
279. & Vrſil. ad eum, & Cepha. vbi ſuprà, re-
ſpondent adductis in contrarium.

Pro ſedanda autem huiuſmodi controuerſia,
plures alię conciliationes videntur poſſe ad-
duci. Quarũ prima eſt, quæ elicitur ex Cyn.
in d. l. 1. num. 4. in princip. C. vt actio. ab hæ-
red. &c. quatenus concludit, quòd in hac
materia tres ſolùm conſtituuntur caſus. Pri-
17 mus eſt, quòd tūc ceſſit, † & venit dies diſpo-
ſitionis, quando pura eſt, vel purificata fuit
18 diſpoſitio. Secundus eſt, † quod non ceſſit,
nec venit dies fideicommiſſi, quando diſpoſi
tio nondum eſt purificata, nec dies incertus,
an licet certus, quando tamen nondum ad-
uenit: hæc enim parificantur, conditio, &
dies incertus, putà, quando fideicommiſſa-
rius, vel legatarius peruenerit ad certam ęta
tem, Imo. latè in l. hæreditas ex die. ff. de hæ-
red. inſti. Bertazo. conſilio 107. in ciuil.
19 Tertius caſus eſt, † quando diſpoſitio colla-
ta eſt in diem certum, putà, in feſto Paſcha-
tis, & huiuſmodi. etenim primo caſu nulla
eſt cōtentio, quia ſtatim peti poteſt, ut Cyn.
ait. Secundo autem caſu, nequaquam, d. l. ce-
dere diem. quod tamen intelligi debet ad ef-
fectum, vt de præſenti ſoluatur, aliàs ſecus,
vt ſuprà dixi. In tertio autem caſu Cyn. vbi ſu
prà, inquit magnam eſſe cōtentionem inter
tunc Moder. in qua ipſe arguit abundè pro
vtraq; parte. Sed certè iſtis temporibus per
plures ſententias fuit ſedata, ſecundum di-
ſtinctionem, quam ſuprà poſui, Ripa, Afflic.
& alij ſuprà citati.

Eſt verum, quod hoc tertio caſu faciliùs debet
adduci ad exercitium iſtius actionis, quia
iam nata eſt actio, d. l. cedere diem. licèt Alex.
vbi ſuprà, adhuc reſiſtat. & ex his patet hanc
caſuum diſtinctionem adhuc relinquere rē
in ambiguo. Alia, & ſecunda eſt conciliatio
multorum, qui voluerunt diſtinguēdam eſ-
ſe diſpoſitionē legis à diſpoſitione hominis,
vt in prima poſſit agi ante tempus, ſecus in
ſecunda. Sed nec iſta opinio recipitur, vt cō-

cludit Afflic.& Appoſtillator vbi ſup. & ideò
non puto recedendum à priore diſtinctione
Rip. Afflic.& Alex.de quibus ſupra. Ea retē-
20 ta ampliatur,vt procedat,†nedum in actio-
ne mouenda, ſed etiam in exceptione ad im-
pediendum actionem mouendum, vt in ter-
minis l.diffamari.C.de inge.& manu.& l.ſi cō
tendat.ff.de fideiuſſo. Afflic. vbi ſuprà, Ripa
vbi ſuprà,Roder.& Cepha.pariter in locis ſu
pracitatis. Illud etiam non omitto, quod
etiam ſecūdum Alex.d.conſi.95. vol.1.& paſ-
21 ſim cæteri ſupra citati ſequuntur,† quòd ex
cauſa permittitur actio moueri ante tēpus,
vt etiam per aliqua exempla ſtatim appare-
bit.Ad maiorem igitur declarationem iſtius
quæſtionis, libet aliqua exempla proponere
actionis, vel exceptionis ante tempus mouē-
dæ. Illud primum ſit, in quo omnes conue-
22 niūt,ſ.in debito annuo,nam & ſi†pro primo
anno ſit purum,pro alijs ſequentibus condi
tionale,l.1.& ibi per Doct.C.quando dies le-
23 gat. ced. tamen pro ſequentibus annis† po-
terit debitor conueniri, ut condemnetur ad
ſoluendum ſingulis annis aduenientibus de-
bitis temporibus, ità concludit Alex.d.cōſil.
95.col.2.vol.1.ne ſcilicet cogatur creditor
ſingulis annis mouere actionem, vt ibi per
eum, & concordan.per Vrſil. ad Afflic.d.de-
ci. 279. num. 2.
24 Secūdum ſit exemplum in eo,† qui petit de-
clarari actionem ſibi competere; nam perin-
de eſt, ac ſi peteret creditum, & ſibi perſolui.
Et iſto caſu, quem ponit Bar. in l. ſi finita.§.
elegauter. ff. de damno infect. & ibidem Ca-
ſtren. poteſt exerceri hoc ius, ſecundum di-
ſtinctionem, quam ſuprà poſui, ità conclu-
dit Ripa vbi ſupra. quicquid Alex. contra-
dixerit d.conſi.95.
Tertium exemplum eſt in eo, qui habet inſtru-
25 mentum† crediti in certam diem,quod poſ-
ſit ante illius aduentum agere, vt ſibi ſolua-
tur dicta die adueniente, ſecundum diſtin-
ctionem ſæpè dictam: quicquid contrarium
conſuluerit Alex. vbi ſuprà.
Quartum ſit exemplum in tempore legali con-
26 ceſſo debitori,niſi miſerationis cā,† ꝙ poſſit
agi contra debitorem, vt ſatisdet de ſoluen-
do in tempore, verbi gratia,in hærede mari-
ti circa ſolutionem dotis vxoris ſuperſtitis,
pro qua ſoluenda datus eſt annus, l. 1. §. ex-
actio.C.de rei vxor.actio.& ità cōcludit Bar.
Alex.& alij in l.ſi cōſtante.§. quoties.ff.ſolut.
matr. Afflic. d.deci.279.nu.4. vbi tamen ad-
ducit Bar. in d.l. ſi ità ſtipulatus. variantem.
& iſto caſu cum poſſit agi pro dicta cautio-
ne, poterit etiam agi, vt ſoluatur aduenien-
te die prædicta legali; & ità fuit deciſum, te-
ſte Afflic. vbi ſuprà. in fi.

27 Quintum exemplum ſit, † vbi ſubeſt iuſta
cauſa præſtandi cautionem à debitore, vt in
cauſa damni infecti, Alexan. in d.l.ſi finita. §.
eleganter.ff.de damn. infect. Vrſil. vbi ſuprà.
& pariter in creditore ſub conditione, vel ad
tempus, quòd poſſit creditor agere contra
debitorem,vt ſibi faciat inſtrumētum debiti
de illud ſoluendo tempore ſuo, vt ibi etiam
per eum, & concordan. per Rode. d. allega.
4. col.2. & iterum Bal.in l.ſi fideiuſſor.§.ſi ſa-
tisdarum. ff. qui ſatisdare cogan. quem etiā
ipſe citat,quatenus cōcludit, quòd actor po
teſt petere, ut præcipiatur reo, ne lite pēden-
te dilapidet, uel alienet, licèt ceſſet ſuſpicio.
Et ideo Rode. vbi ſupra, rectè allegauit pro
28 primogenito, † qui petebat contra patrem
declarari bona eſſe maioricatui ſubiecta ad
fauorem filij patre præmoriente, maximè
quia ipſe malè verſabatur in dictis bonis.
Sextum ſit exemplum in exceptionibus alicui
competentibus ad impediendam actionem
mouendam per aduerſarium,vt ſuprà etiam
dixi.
Secunda ſit inſpectio, quæ pertinet ad cogno-
29 ſcendum, † quæ, & quales actiones compe-
tunt huic noſtro fideicommiſſario, ad cuius
fauores facta fuit prohibitio de non alienan
do. Qua in re duo caſus principales conſti-
tuendi ſunt. Primus eſt pertinens ad fidei-
commiſſum vniuerſale. Secundus ad parti-
culare. Circa primum breuiter dico, quòd
30 † pro fideicommiſſo vniuerſali conſequēdo
regulariter competit ſolùm actio fideicom-
miſſaria hæreditatis petitio,quę eſt ad inſtar
petitionis hęreditatis,vt legere eſt in l.1.& to
to tit.ff.de fideicommiſſaria hæred.pet.Nat-
ta conſi. 400. col. fin.
Secundus caſus eſt, vbi agitur de fideicommiſ-
31 ſo particulari: & iſto caſu † huic particulari
fideicommiſſario competunt tres actiones,
ſecundum factorum contingentiam, quæ
dantur omnes contra hæredes, & quælibet
earum contra eum intentari poteſt, ſcilicet
actio ex teſtamento, quæ eſt perſonalis, hy-
pothecaria,& rei vēdicatio, ut declarat Bal.
in l.1.nu.20. C. communia de lega.& ibidem
Salyc. & alij. Contra tertium ſolùm datur
32 † rei vendicatio, vt Bal. ait,vbi ſuprà,& con-
cordan.per Menoch. in tertio remedio adi-
piſcendæ num.31.& contra hæredem agetur
via executiua pro huiuſmodi legato. Natta
cōſi.621. num.25. Non omitto, quòd multi
tenent, quòd contra tertium detur etiā hy-
pothecaria actio, ut reſpōdit Alex.conſi.98.
colum.2.& ſeq. vol.2.& pro hac opinione eſt
bonus tex.in l.fi.§.ſin autem ſub conditione.
C.communia de lega. Sed contrarium cona-
tur defendere Cepha. conſi.98.nu.13.& plu-
de

de quo tamen infrà dicam in ſequenti quæ-
ſtione principali.
33 Illud etiam non prætereo, † quòd in legato
quantitatis facto ſub conditione, uel in diē,
niſi petita prius fuerit cautio, ut legatorum
nomine caueatur, de qua ſuprà dixi, & con-
tingat hæredem, uel grauatum alienare bo-
na hæreditaria, non poterit legatarius puri-
ficata conditione, uel eueniente die agere hy
pothecaria contra acquiſitorem, quia hu-
iuſmodi hypothecaria, quæ poſteà cæpit cō-
petere, retrò non trahitur ad alienata, ut cō
cludit Ancha. Iun. quæſt. 3. in 1. parte.
Tertia ſubſequitur inſpectio ſuprà propoſita,
quæ non minorem habet difficultatem, quá
præcedens. Etenim quòd per alienationem
partis rei prohibitæ alienari, uel unius ex ꝓ-
hibitis non dicatur alienans cadere à toto
beneficio fideicommiſſi, in primis ſtringere
34 videtur, vulgata regula, quæ habet, † quòd
vbi peccatur, ſeu delinquitur circa rem, ea-
tenus pęna incurritur, quatenus in ea pecca
tum fuit, ut ſunt iura clara in l. Paulus. & l.
beneficium. vbi Bar. & alij not. ff. ad leg. Fal-
cid. Aret. conſil. 14. colum. 1. in fi. & pulchrè
Angelus in l. 1. §. ſi duo. ff. quorum legato.
Sed ſic eſt, quod in caſu præſenti quæſtio pro-
ponitur, in qua fideicommiſſarius ſolùm de-
liquit, ſeu cōtrafecit voluntati teſtatoris in
parte rerum prohibitarū alienari, ergò &c.
Et comprobat Alcia. conſi. 556. quatenus con-
35 cludit, † quòd per contrauentionem in par-
te, non priuatur quis toto, & Dec. conſi. 156.
num. 5. dum inquit, quòd contraueniens in
parte non priuatur toto.
Secundò pro grauato facere videntur plura
ſimilia.
36 Primum eſt, quod alibi legitur † in pęnis le-
galibus, pœnam nō debere excedere delictū,
l. hæres, qui tacitam. & l. reſcriptum. ff. de
his, quib. vt indign. Docto. in c. 1. de eo; qui
ſibi, & hæredi. ſuis. Aret. ubi ſuprà.
37 Secundum exemplum eſt, † quòd per aliena-
tionem partis rei legatæ factam per teſtato-
rem non reuocatur totùm legatum, Iaſ. in l.
qui poſt. in fi. C. de legat.
38 Tertium eſt, † quòd fideicommiſſo renun-
ciatum non dicitur per diuiſionem cum fa-
cultate alienandi, niſi quoad partem poſteà
alienatam, Alba cōſilio 29. num. 16. Contra
quod tamen ſtat Caſtren. in l. cùm pater. §. li-
bertis. num. 3. ff. de legat. 2.
39 Quartum eſt, † quòd interrogatus, an poſ-
ſideat totam rē petitam, ſi in parte eſt men-
titus, ſolùm transfertur poſſeſſio in actorem
pro ea parte, Bal. in l. cogi. in fi. C. de petitio.
hæredi.
Quintum eſt exemplum, ſeu ſimile, quòd per
40 alienationem † partis feudi vaſallus non pri-
uatur toto, ut eſt tex. in cap. 1. de vaſallo, qui
contra conſtitu. Lotha. feud. aliena. in princ.
ibi, Si totum alienat, perdat totum, ſi partē,
* perdat &c. & ibi * omnes not. poſt glo. & eſt
* * communis opinio, Corn. in conſi. 67. nu. 8.
vol. 2. & infinitos allegat Tiraq. infrà citan-
dus, Curt. iun. in tracta. feudo. in 4. par. nu.
153. verſi. prima fuit opinio. ubi teſtatur hāc
* eſſe * communem opinionem. & quamplures
concordantes allegat pro ea, & rationem di-
cit latè Riminal. d. conſi. 94. num. 43. vol. 1. &
d. conſi. 429. num. 52. vol. 3. Et adhuc plures
Grammat. deciſ. 49. num. 2. loquens etiam in
emphyteoſi, ergò &c. Dec. conſi. 667. num. 6.
* & eſt * communis opinio, Clar. in §. feudum.
quęſt. 31. uerſi. ſed pone. & ante eum latè Ca
ſtren. conſi. 317. in princip. in 2. par. Bal. con-
ſil. 341. num. 2. in 2. par. Gramma. deciſ. 30.
numero 11.
41 Et in materia emphyteotica, † ꝙ emphyteo-
ta alienās partem rei emphyteoticæ, ſeu ali-
quam ex pluribus ſub vnica penſione ſimul,
& ſemel cōceſſis, ꝙ non cadat à tota emphy-
teoſi, ſaltem ſi ſub commemoratione directi
dominij alienatio facta ſit, latè probat Pariſ.
* * conſi. 6. col. fi. vol. 4. & eſt magis * * commu-
nis opinio, de qua fidem facit Clar. in §. em-
phyteoſis. q. 13. verſicu. non omittam etiam
vnum &c. vbi etiam citat Afflict. dicentem,
ſic fuiſſe iudicatum. & abundè tàm in feudo,
quàm in emphyteoſi, quādo alienatio facta
fuit ſine mētione directi dominij, nec eo ſal-
uo, Rolan. cōſi. 17. per totum, vol. 2. & nouiſ-
ſimè moder. Vrbinatens. in tracta. de cauſ. ex
quib. emphyteota cadit ab emphyteoſi. cau-
ſa 14. per totam. & probat Afflict. in c. 1. §. ſed
quia. nu. 9. & 43. quæ ſit prima cauſa benefi.
amitten. & in emphyteota, vaſallo, & vſufru-
ctuario, Rimin. conſi. 429. col. pen. vol. 3.
Et hæc ſententia fuit Cuma. quem refert, & ſe-
quitur Alex. cōſi. 99. nu. 28. vol. 5. & cuius de-
ciſionem pro ſingulari refert, & ſequitur Iaſ.
in l. ſi prius. ſub num. 31. ff. de ope. no. nūcia.
vbi etiam citat Alex. & idem Alex. tenet conſ.
99. nu. 27. vol. 5.
42 Et in terminis, ꝙ prohibitus alienare, † ſo-
lùm partem alienatam amittat, Burſat. con-
ſil. 12. nu. 38.
43 Et pro iſta concluſione facit, † quia in ma-
teria feudali omnes cōueniunt, vt etiam ſu-
prà dixi, ꝙ per alienationem partis, vaſallus
44 non cadat à toto, vt ſuprà fuit dictum, † er-
gò idem dicendū eſſet in materia emphyteo-
45 tica. valet enim argumentum † de feudo ad
emphyteoſim: ſunt enim eiuſdem naturæ, &
conditionis, Specul. in tit. de feud. §. quoniā.
verſi. 40. in fi. Bar. in l. ſi mihi, & Titio. ff. de ver
bo. oblig.

bo.obli.Bal.in c. quæ in eccleſiarum. de conſtit.dicens,quæquiparãtur. & de hoc eſt glo. in c. 1. an agnatus, vel filius. & ſic in effectu fraternizant, vt in propoſito refert Corn. conſi.67.nu.8.vol.2. dicens, hãc regulam eſſe infallibilem, quod vbi lex,vel ſtatutum loquitur de feudo, & continet ius commune extenditur ad emphyteoſim. Et communiter ſolet argui de vno ad aliud in his,quæ ſunt contra ius commune, nec deciſum reperitur cõtrarium de iure communi, vt per plur. concordan.firmat Rimi.d.conſi.94.num.43. in fi.& ſeq.vol.1.& d.conſi.429.nu.52.in fi.& ſeq.vol. 3. & ibi vtrobique addit, quòd regulariter quæſtiones feudales deciduntur ſecundum ius commune.

Iſtud tamen argumentum poteſt tolli duobus modis.

Primò negando aſſumptum. Docto. enim ſunt varij in hoc articulo, An valeat argumẽtum de feudo ad emphyteoſim, imò contrarij,vt Hormãno.in §.Cato.l. 4.num.305.ff.de verb. obligat. & licèt ipſe dicat veram eſſe diſtinctionem Imo.in d.ca.potuit.ſ. vt in his, quæ non ſunt contra regulas iuris, argumentum procedat, & quòd in hoc caſu non eſt contra regulas iuris, ſed imò ſecundùm eas, per d.l. reſcriptum. tamen iſta reſponſio non relenat, ſtante reſponſione data ad d. l. reſcriptum. de qua infrà, cùm ſimil.ſublato enim fundamento corruit ædificium,c. cùm Paulus. 1.q.1. latè Cepha.conſi.139.& Natta vbi ſuprà.

Præterea conſiderandum eſt,quòd argumentũ prædictum de feudo ad emphyteoſim procedit ſolùm in materia prohibitiua, non autẽ

46 intermiſſiua, † quia feudum nititur ex gratia, ſecùs autem emphyteoſis, Bal. in c.1.in princip. qui feud. dare poſſunt. & ità tenet Corn.d.conſi.67.num.10. in 6. præmiſſo.vol. 2. & in multis differunt hæc inter ſe. In feudo enim vaſallus ob alienationem priuatur ipſo iure abſq; alia declaratione, ſecùs autẽ in emphyteoſi, Ronchegal. in l.2. nume.33. ad fin. ff. de duobus reis.

Sed ſic eſt, quòd nos ſumus in materia permiſſiua, quoad feudum,quia vaſallo,ſecundum vnam opinionem, permittitur alienare partem impunè, ergò non eſt arguendum ad emphyteoſim.

Poſtremò etiam addi poteſt, & benè (iudicio meo) quòd in materia etiam expreſsè prohibitoria non valet argumentum in hac materia alienationis de feudo ad emphyteoſim.

47 Nam per alienationem†feudi,etiam de licentia domini, non præiudicatur agnatis poſt mortem alienantis, c.1.de aliena.feud.pater. In emphyteoſi autem ſecus eſt, d.l.fin. C. de iur.emphyteo.nt reſpondit Bolognin. conſi. 48. col. 1. & ſequen. & Ruin. citatus per Cephal.d.conſi.139.num.25. & ſequen.qui hoc modo ſoluit argumentum dictę parificationis alienationis feudi, & emphyteoſis.

Secundò dici etiam poſſet, dubiam eſſe illam

48 quæſtionem,an ratione partis feudi†alienatæ totum amittatur. & pro affirmatiua eſt tex.in d.c.1.in princip.in verbo totũ, vel partem. de prohibit. feud. alienat. per Feder. & quamuis poſſit dici, quòd ille tex.nõ aperit, an per alienationem partis totũ amittatur, ſed duntaxat determinat, quòd feudum nõ poſſit in aliqua parte alienari, tamen Doct. ſic eum intelligunt, & præſertim Bal.in ca.1. §.1.qualiter olim feud.aliena.pote.dicens, quod vaſallus alienando ceſpitem terræ fendalis, totum feudum amittit. Et propterea Iaſ.in d.l.fi.num.125.concludit, quòd iura, & Docto. ſunt varij,an propter alienationem partis, totum feudum cadat in commiſſum, & ante eum Cuma. conſi.41. ad fin. & pro iſta parte, quod alienans partem feudi cadat à toto, & quod per d.§.1. & ca.1.§.liberatio. quib. mod. feud.amittat. ſit correcta diſpoſitio d. c.1.de vaſal.qui contra conſti.&c. reſpondit Barba.conſi.36.col.pen.num.15.vol.2. & ità in propoſito iura prædicta allegat Riminal. conſi.381.col.1.vol.2. ad oſtendẽdum, quòd vaſallus cadit à toto per alienationẽ partis, & ſic arguit ad emphyteotam, & hoc modo argumentum faceret cõtra hanc partem de directo. Verum eſt, quod Aret. d. conſi.14. col.2.in fi.multùm inſiſtit interpretando dicta iura feudorum, & tenet pro firmo, quòd attenta diſpoſitione feudali per alienationẽ partis non amittatur totum. eſt tamen longa diſputatio, vt ille ait.

49 Sextum ſimile ſit, † quod habetur in materia euictionis, quòd re pro parte euicta emptor non agit de euictione,niſi pro ea parte, niſi fortè aliud fuerit conuentum, ut docet Bar.in l.1.num.2.ff.de euictio. & in l. ſi mancipium. §. 1. ff. eod.

50 Septimum erit ſimile exemplum,† quòd inſtrumentum in parte falſum, non cenſetur falſum in toto.

Octauũ dari poteſt exemplum, & ſimile in eo,

51 † quòd dicitur de pluribus rebus venditis, quòd pro vna tantùm poteſt fieri reſciſſio, ratione læſionis enormiſſimæ, ſi in ea tantũ eſt læſio, latè per Boc.deciſ.253.

Nonum exemplũ ſit in materia redhibitoriæ,

52 † in qua propter vitium unius rei uenditæ, omnes non redhibentur, l.cùm eiuſdem. ff. de ędilitio edicto.Bal.in l.ędem.ad fi.C.loca. quatenus format quæſtionem in conductore, qui malè verſatur in vna re ex locatis.

Ruin.

Ruin. conſi. 48. numero 12. vol. 2.
Decimum ſimile adduci poteſt in vſufructua-
53 rio, † qui malè uerſatur in vna re, quòd ideò
non cadat a beneficio totius vſusfructus, re-
ſpondit Rui. d. conſi. 48. num. 12. vol. 2. Ceph.
conſi. 139. num. 3.
54 Vndecimum ſit exemplum, † quòd imò etiã
in materia fideicõmiſſaria prohibitus alie-
nare, ſi aliquam rem alienet de fideicommiſ-
ſo, non priuetur toto, Rui. conſi. 119. nũ. 11.
in fi. & ſeq. vol. 2.
55 Duodecimum ſit exemplum † in conceſſio-
ne in quartam generationem, vel in perpe-
tuum, quòd ualeat ad tempus, per Cremen.
& in addit. ad eum, ſingula. 116.
In contrarium tamen, quòd contraueniens fi-
deicommiſſo per alienationem inducto, ſi in
parte peccauit, factus ſit indignus toto fidei-
commiſſo, plura facere videntur.
56 Primum eſt, † quòd quando culpa commit-
titur contra perſonam, quæ beneficium cõ-
tulit, ſeu eius diſpoſitionem, priuatur toto
57 beneficio, quia non poteſt † perſona offendi
in parte, l. vulgaris. ff. de furt. Bal. in c. 1. col. 2.
verſi. quęro vtrum. de alie. feud. vbi citat etiã
tex. in l. quidam in iure. §. fin. & ibi Bar. ff. de
donat. & concord. per Rolan. cõſi. 17. nu. 12.
& ad fi. loquentem in feudo, vel emphyteoſi
alienata ex parte ſine dominij directi cõme-
moratione, & præſeruatione. Et pro hoc ar-
gumento plura exempla adduci poſſunt.
58 Primum eſt in eo, † qui fidem accommoda-
uit de reſtituendo cuidam indigno aliquid
modicum, quòd priuatur tota hæreditate,
Bal. in l. etiam. num. 5. in fi. C. ad leg. Falcid.
59 Secundum exemplum † adduci poteſt in em-
phyteota, qui plures res accepit in emphy-
teoſim pro vna penſione, & malè verſatur in
vna, quòd cadat ab omnibus, Bal. in l. cùm
eiuſdem. ad fi. ff. de ędilit. edic. Cępo. ibidem
nume. 8. latè Tiraq. de retract. tit. 1. §. 23. gl. 1.
præſertim num. 2. Sed contrà in alienatione,
ibi num. 15. Hormanno. Dec. in l. 4. §. Cato.
num. 504. verſic. 3. quia emphyteota ſi malè
verſatur in vna ex pluribus rebus ſibi conceſ
ſis &c. ff. de verb. oblig. & plur. concordan.
ad hoc citant Modern. Vrbinaten. in d. tra-
ctatu ex qbus cauſis emphyteota priuetur.
cauſa 13. num. 7. Natta conſil. 479. num. 17.
loquens in emphyteota, & colono, cui ſub
vnica penſione plura prędia cõceſſa fuerũt,
poſt Ricar. & Oldra. ac Bal. per eum citatos,
Rot. Peruſina deciſ. 22. ſub num. 6.
Et pro iſto exemplo facit, quod alibi habetur
de prohibito alienare, & de grauato per fi-
deicommiſſum, quòd ſi malè verſetur in vna
re, deteriorando, cadit à toto fideicommiſ-
ſo, Bero. deciſ. 72. num. 4.

Et iſtud exemplũ quinq; rationibus ſolidatur.
60 Prima eſt, † quia abſurdum eſſet, quod pro
vna re emphyteota remaneret priuatus, &
deſineret eſſe emphyteota, & in cæteris re-
maneret, Natta d. conſi. 479. nume. 16. Rot.
Peruſi. d. deciſ. 22. nu. 6. contra regulam vul-
gatam l. eum, qui hæres. ff. de vſucap.
61 Secunda eſt ratio, † quia contra naturam
contractus facit emphyteota, qui partẽ rei,
vel vnam ex pluribus deteriorem facit, cum
meliorare debuerit, l. 1. & 2. C. de iur. em-
phyteo. Rot. Peruſi. vbi ſupra num. 8.
62 Conſtat autem, † quòd natura rei indiuidua
eſt, l. vulgaris. ff. de furt. Rolan. d. conſi. 17. nu
mero 16. ergò &c.
63 Tertia eſt, † quia per deteriorationem huiuſ-
64 modi dominus contemnitur, † qui contem-
ptus eſt indiuiduus, ut in materia alienatio-
nis concludit Rolan. vbi ſuprà.
Eſt verum, quòd aliqui pungunt hanc rationẽ
in materia alienationis, dicentes aduerten-
dum eſſe, quod quando contemptus princi-
paliter eſt circa rem, nõ habetur in conſide-
ratione, & non procedit iſta ratio; ſecùs ſi
principaliter circa perſonam, Riminal. con-
ſilio 94 nu. 49. & conſi. 429. col. pen. num. 57.
cum plu. ſequen. Sed certè hæc conſideratio
inutilis eſt, & non vera, quoniam emphyteo-
ta in omnibus ferè caſibus caducitatis cul-
pa per eum committitur circa rem princi-
paliter, & tamen ea non obſtante cadit à to-
to beneficio emphyteoſis, ut ſuprà dixi exẽ-
plificando in emphyteota, qui partem rei
alienauit vt propriam, nulla dominij directi
commemoratione facta: & pariter ubi pec-
cat etiam in uno nummo in ſolutione cano-
nis; ſemper enim cadit à toto, ut tradunt
* communiter Doct. in l. 2. C. de iur. emphy.
& in c. potuit. de locat. & alibi ſæpe legen-
do, & conſulendo, & ſtatim dicam in nouo
exemplo.
Addo ego, & quartam, quæ eſt, quòd in conceſ-
65 ſione † plurium rerum in emphyteoſim ſub
vnica penſione concedens dicitur omnes res
66 habuiſſe ꝓ una, ſicuti deſtinatione † patris-
familias unus fundus in plures diuidi po-
teſt, & plures pro vno haberi, l. Caius. §. 1. ff.
de leg. 2. ſaltem quando ſub eiſdem terminis
terminatur; Natta d. conſi. 479. num. 10. er-
gò perinde eſt, ac ſi de vnico prædio agere-
tur. in quo manet abſurdum, de quo ſuprà,
67 quia dominus † cogeretur in communione
remanere, & quia vna, & eadem res, &c.
Quinta eſt, quia in effectu agitur de re indiui-
68 dua ratione cõtractus, † qui eſt indiuiduus,
vt cõcludit Natta vbi ſuprà, & latius probat
Burſat. conſi. 200. nu. 96. & plur. ſeq. vol. 2. er-
gò &c. Quidquid Mari. Anguiſſola contra-
rium

rium tenuerit conſ.67.

Et hanc concluſionem pro indubitata habuit Rot.Peruſi.vbi ſuprà d.deciſ.22.ſub nu. 8. & ſeq.vbi pactum adeſſet de meliorando.

69 Et ex his patet † illicitam eſſe argumẽtationem de culpa emphyteotæ commiſſa in alienando à culpa, & peccato in deteriorando, quam multi faciunt,& ſignanter Moder.Vrbinaten. vbi ſuprà. longa eſt enim differentia inter hos caſus;& maximè, quia deteriorando in vna parte rei, vel in vna ex pluribus fit præiudicium toti emphyteoſi, quæ aliàs forſan ſub eadem penſione concedi non poterit data dicta deterioratione.

Et magis peccat emphyteota deteriorando, quã facit contra naturã cõtractus, vt dixi, quàm alienando, vt ſignanter animaduertit Corn. conſ.67.nu.15.in ſubſcriptione. vol.2. Et ità tenui in vna Placentina cõtra de Muſſis pro Collegio Anglico.

70 Tertium ſit exemplum † etiam in alienatione vnius rei emphyteoticæ ex pluribus conceſſæ ſub vnica penſione, quia propter eius alienationem emphyteota cadit à toto beneficio,vt abundè probat Natta d. cõſi.479. & conſi.ſeq.volum.3.& idem reſpondit Bero. cõſi.122.nu.5.vol.1. Quamuis in hoc pugna ſit inter maiores noſtros,vt ſuprà dixi.

Putarem tamen pro concordia in hoc puncto ſaluari poſſe iſtas opiniones,vt prima procedat in emphyteoſi eccleſiaſtica,& de æquitate canonica, ſecundum vnã opinionem,Bal. in c.2.§.1.qualiter olim feud. aliena. pote. de quo etiam meminit Corn.conſil.67.col.1.in fin.volu.2.Cuma.conſ.4.in 3.dubio,in princ. & Barbat.conſi.36.col.pen.num.14.vol.2.& Alcia.in vulga.§.Cato.nu.110.Gozad.conſil. 86.nu.20.verſi.preterea &c.Iaſ.in l.fi.nu.125. ad fin.verſic.intelliguntur prædicta &c. C.de iur.emphy.per c.ſuam.de pœnis. de qua per Clar.in d.§.emphyteoſis.d.q.13.

Eſt verum, quod hæc ſaluatio non placet multis, quos refert,& ſequitur Roland.d. conſil.17. vol. 2. & Moder. Vrbinaten. vbi ſuprà, & benè per Rimin.conſi.428. & per Nattam dict. conſi.479.

Secundò, hæc poſterior ſententia contra emphyteotam proculdubio procederet in alienatione facta ſine dominij commemoratione,Rolan.d.conſi.17.in fi. vol.2.& hæc eſt vera reſolutio,vt teſtatur Bero.conſil.102.col. fi. vol.1. quæ etiam cõuenit materiæ feudali.

Rurſus & tertiò,hęc poſterior ſententia contra emphyteotam de plano etiam procederet, vbi eſſemus in re indiuidua conceſſa in emphyteoſim,vel feudum, per ea, quæ tradunt Docto. poſt Bart. in l.4.§. Cato.ff. de verbor. obligat.

Quartò, prima opinio poſſet forſan ſuſtineri, vbi alienatio facta ſit reſeruato iure dominij directi,vel ſub mentione iuris eiuſdem, aliàs ſecus,Natta d.conſi.479.& conſi. ſeq.Rolan. d.conſi.17.in fi.& Cepha.conſ.139.nu.21.

Quintò, ſi agatur de alienatione prohibita ex pacto domini cum emphyteota, tunc tota cadit emphyteoſis in commiſſum, Ripa in l. 4.§.Cato.nu.45.ff.de verbo.obliga.& Cepha. conſi.139. nu.16. & Modern. Vrbinaten.vbi ſuprà,qui tamen nihil allegant.

Sexto dici poteſt, quod prima opinio procedat ità demùm, quãdo plures res ſub diuerſis, & diſtinctis pẽſionibus conceſſæ ſunt in emphyteoſim, ſicut etiam in inueſtitura feudali, ſi plures res contineantur, ità declarat Natta d.conſ.479.& probat Bar.in l. quidam in iure.§.donationem.qui eſt §.1.ff.de donat.Barbat.d.conſi.36.vol.2.& Iaſ.in l.fin.nu.125.ad fin.C.de iur.emphyteo.& etiam animaduertit Cepha.d.conſ.139.nu.31. idem etiam reſpectu plurium dominorum, quia contemptus conſenſus vnius nõ præiudicat, quoad alios,latè Patiſ.conſ.14.nu.9.& plur.ſeq.vol. 1. Secus ſi ſunt plures emphyteotæ, & vnus partem ſoluit a ij, per Rimin.conſ.381.vol.2.

Septimò, hæc poſterior ſententia præualebit ſtante ſtatuto, quod emphyteota alienando cadat à beneficio emphyteoſis,Cuma.conſ.41.

71 Quartum ſit exemplum † in prohibitione de non moleſtando facta per teſtatorem hæredi,ne moleſtet vxorem,vel legatarium. Etenim ſi contingat hæredem moleſtare in vna re vxorem, vel legatarium, cadit in pœnam hæredi comminatam,ità reſpondit Rui.cõſ. 48.vol.2.ea ratione, quia hæc prohibitio cõ-
72 cernit quoddam totum, ſicut pactum † de non petendo comprehendit quamlibet par-
73 tem rei ceſſæ, & qui non poteſt † petere hæreditatem,non etiam poteſt petere aliquam rem hæreditariam, vt ibi per eum nu. 11. & idem ſubijcit in eo, qui promiſit non petere fundum,vel nauem.

74 Quintum ſit exemplum † in materia reſolutionis contractus, quod eo reſpectu certæ rei reſoluto,totus corruit,ſecundum Bar. in l.ſcire debemus.col.pen.ff.de verb. obliga. quem commendat Natta vbi ſupra nu.17.

75 Sextum ſit exemplum in hærede,† qui vnã rẽ celauit hæreditariam,& interrogatus negauit,totam prodit Falcidiam, non tamen tenetur ad onera hæreditaria ſupra vires hæreditarias,Caſtren.per illum tex.in l. Paulus. in princ.ff.ad leg.Falci.

76 Septimum ſit exemplum † in nauta, ſeu vecturali portante merces aliquas illicitas, quod amittit eas, & reliquas licitas, diſtinguendo vt per Bat.in l.3.C.de nauti.fœno.& in lit.C. de munc.

de mune. nō excuſan. lib. 11. Bertachi. in tra-
cta. de gabell. in 9. par. principa. nume. 13. &
plur. ſeq.

Octauum exemplum eſt, de quo per Corn. cō-
77 ſil. 28. num. 5. volum. 2. de eo, † qui promiſſit
colere fundum, & partem omiſſit colere, &
plura ſimilia exempla ponit latè Barbat. d.
conſi. 36. col. pen. & ſeq. volu. 2.

78. Nonum, & vltimum ſit exemplum † in em-
phyteota deficiente in ſolutione partis ca-
nonis, ꝙ cadat à tota emphyteoſi, reſpondit
etiam Oldrad. conſi. 29. in princi. & habetur
abundè per Iaſ. in l. 2. C. de iur. emphy. & per
Corſet. in tracta. de minimis, col. 2.

Secundò principaliter in terminis pro iſta par-
te contra prohibitum alienare, eſt tex. in l. cū
pater. §. libertis. ff. de lega. 2. & ꝙ veniens con-
tra prohibitionem alienationis factam per
teſtatorē in parte, efficiatur indignus in to-
79 tum, Alcia. conſi. 304. in tantùm, † ꝙ etiam
ſi ipſe ſtatim redimat alienatum adhuc pœ-
nam priuationis non euadit, quia ius ſtatim
80 † quæſitum eſt alijs, etiam ipſis ignorātibus,
vt ibi per eum, per d. §. libertis. qui procedit,
81 † vt ille ait, nedùm ſi ipſe alienat, ſed etiam ſi
conſentit alienationi. Et optimè faciunt ra-
tiones traditæ per eundem conſ. 556. num. 3.
82 vbi concludit, ꝙ cōtraueniens † in parte fa-
cto defuncti, efficitur indignus in toto, & res
in ſe dicitur indiuidua, quia videtur cōtem-
83 ni teſtator, qui cōtemptus † eſt indiniduus,
vt ſuprà dixi.

Eſt verum, ꝙ ipſe poſteà nu. 5. cōtradicit, & pa-
riter idem concludit Iaſ. in l. ait prætor. in
princip. ff. de iur. iuran. Ruin. conſi. 119. nu.
12. vol. 2. loquens in una Placētina de Nicel-
lis, reprobata opinione Ange. de qua ſuprà.
Sed certè uerior eſt ſententia Ang. Et probat
Alba. conſi. 7. nu. 11. & ante eum Curt. Iun. in
tracta. feud. in 4. par. nu. 113. uerſi. 2. fuit opi-
nio. Et ꝙ cōtraueniens prohibitioni aliena-
tionis per alienationem vnius rei, uel partis
rei prohibitæ alienari cadat à toto fideicom
miſſo, Ang. in conſ. 168. nu. 2. quia diſpoſitio
84 † eſt negatiua, cui nō poteſt ſatisfieri ex par-
te tantum, ſequitur Ancha. Iun. q. 72. in fi. in
2. par. Quidquid contra Ang. ubi ſuprà, di-
cat Rui. conſ. 119. nu. 12. uol. 2. idem in pro-
poſito reſpondit Anguiſſola conſ. 63. lib. 6.

Et ꝙ prohibitus alienare melioramenta, uel rē,
intelligatur non ſolùm de omnibus, uel tota
re, ſed & de parte, Cepha. conſi. 139. col. 1. Et
ideò prohibitio de non alienando extēditur
etiam ad aliquam rem minimā, ut per Dec.
in c. de maioribus. nu. 5. de appella. Et ad hoc
faciunt, quę ſuper hoc eodem puncto dicam
infrà in 14. q. princip. in primo modo con-
traueniendi.

Ex quibus patet cauendum eſſe à Burſat. in cō-
trarium allegato ſuprà in 5. exemplo uerſi. &
in terminis &c.

Præterea cætera in contrarium allata loquun-
tur in pœnis legalibus, nos autem loquimur
in diſpoſitione teſtatoris, inter quos caſus
85 longa eſt differentia, quia mitius † agitur
cum lege, quàm cū homine, l. Celſus. §. & be-
nè dixit. & l. quicunque. C. de ſer. fug. & l. ſi li-
bertus. ff. de iur. patronat.

86 Quarta ſupereſt inſpectio, in qua † conclu-
ſiuè procedendo, diſtinguendi ſunt duo ca-
ſus. Primus ſit, an alienatio facta ſit, & res
tradita purè, & ſimpliciter, & res poſteà re-
cuperata. Secundus ſit, an ſit facta cum pa-
cto redimendi. Et primo caſu, ſequendo cō-
munem opinionem, concludo, rem eſſe ex-
* peditam contra alienantē, vt de * communi
teſtatur Curt. ſen. conſilio 63. in fi. & abundè
etiam Iaſ. in l. fin. num. 135. & ſequenti. C. de
87 iure emphyt. vbi enim eſt dies, † & pœna ad-
iecta, non licet moram purgare, Doct. in l. ſi
inſulam. ff. de verbo. obliga.

Secundus autem caſus totus eſt prohibitus, vt
reſpondit Dec. conſi. 80. col. fi. loquens in em
phyteota alienante cum pacto redimendi,
88 quia recuperando rem † ex eo pacto dicitur
habere rem ex cauſa priore emphyteotica;
& probat Ripa in l. in quartam. nume. 55. &
ſeq. ff. ad leg. Falcid. & comprobat Cagnol. in
l. 2. num. 176. & ſeq. C. de pact. inter empto. &
vendit. & pulchè idem reſpondit Soci. in cōſ.
20. nu. 31. vol. 1. Craue. conſi. 202. in princip.
volu. 2. idem probat Arius in l. 1. in 3. parte.
col. 383. C. de bon. mater. Cepha. conſil. 27.
num. 29. & multa per Moder. Pariſienſ. ſuper
conſuetu. Pariſienſ. in 2. parte, §. 55. num. 47.
in glo. 1. & pro hoc adduco bonum tex. in l.
ſicut. §. ſi debitor. & l. voluntati. ff. quib. mod.
pign. vel hypo. ſol. vbi etiā Bar. & Bal. & Bar.
& alij in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 8. quę-
ſtio. ff. de verbo. obligat. ad idē adduco Dec.
conſi. 238. num. 5. & comprobat Decia. con-
ſilio 9. num. 75. vol. 2. Burſat. conſi. 30. num.
29. & pro hac concluſione ſtat etiam Cepha.
conſi. 683. & conſi. 699. num. 12. vol. 5.

In cōtrarium tamē facit, quia ſi obligaui om-
nia bona præſentia, & futura alicui, & po-
ſteà vnam rem alieno de cōſenſu creditoris,
89 & poſteà illam adhuc acquiro; † tamen ea
non comprehenditur ſub priore obligatio-
ne, vt concludit Iaſ. in l. ſtipulatio hoc mo-
do concepta. col. pen. ff. de verb. oblig. Et ſi-
gnanter pro iſta parte reſpōdit Marius An-
guiſſola conſi. 102. nume. 15. vbi, quod plus
* eſt, teſtatur de * communi. ſed certè à prio-
re ſententia non eſt recedendum, quia in
deciſione Iaſ. ſuprà citat. res fuit alienata
de con-

de cōſenſu creditoris, nimirum ſi non ſubintret in priorem obligationem; præter id, ꝙ repugnat dicta communis opinio cōtraria, & Anguiſſola noſter decipitur mirabiliter, vt patet ex prædictis.

ARGVMENTVM.

Quæ ſint requiſita neceſſaria ad victoriam pro fideicommiſſario.

SVMMARIVM.

1 *Quæ, & quot probanda per agentem ad bona, quæ prætendit ſibi deberi ex fideicommiſſo.*

2 *Proximiori vocato, an intelligatur de proximioribus teſtatori, an verò hæredi grauato, & num. 3. 4. 5. 6. 7. 10. 13. 100. 106. 111.*

5 *Proximitas teſtatoris attenditur finita linea grauati, & num. 73.*

8 *Filius ſubintrat locum patris ad excluſionem patrui, & num. 43. 61. 67. 119.*
Et an hoc procedat tam in diſpoſitione hominis, quàm legis, & nu. 14. 15. 52. 54. 57. 80.

9 *In fideicommiſſo ſucceditur prout ab inteſtato ſuccederetur, & num. 11. 86.*

12 *Pluribus vocatis collectiuè, ſiue agatur de pupillari, ſiue de fideicommiſſaria, ſiue in alia quacunq; materia, ſemper ordo, & prærogatiua ſuccedendi attenditur.*

13 *In pupillari, & in fideicommiſſaria ſucceditur grauato, licet in bonis teſtatoris.*
Contrà num. 16. & 97.

17 *Affectio teſtatoris attēditur in pupillari ſubſtitutiõe.*

18 *Clauſula ordine ſucceſſiuo operatur, vt attēdi debeat proximitas grauati.*

19 *Quod habetur à Seio ex meo, dicitur à me haberi.*

20 *Filius non intrat locum patris, quando teſtator certum gradum nominauit, in quo nepos non continetur, & num 24. 28. 114.*
Etiam ſi nominati ſint in gradu remotiores, vt numero 25.

21 *Nominatim pater exhæredaſſe dicitur, ſi dixit, filios meos omnes exhæredo.*

22 *Nominatio dicitur fieri ſiue per nomen proprium, ſiue appellatiuum, & num. 29.*

23 *Filijs extantibus, quando ſileant nepotes, & nu. 32.*

26 *Nominatim vocati cenſentur magis dilecti.*

27 *Proximitas grauati attenditur vocatis illis, quibus de iure pertinet hæreditas poſt mortem grauati, & nume. 153.*

30 *Nepos non ſubintrat locum patris, quando filij ſunt vocati nomine proprio.*

31 *Nominatio facta nomine proprio, quò ad vim demonſtrãdi non differt à nominatione facta nomine appellatiuo, ſed benè quò ad vim ſignificandi.*

33 *Filius prænominatus quando excludat nepotes, tanquam magis dilectus, & num. 35.*

34 *Ius ſubſtitutionis non tranſmittitur ad hæredes per ſubſtitutum, ſi decedat ante caſum ſubſtitutionis.*

36 *Nepos cenſetur prædilectus a teſtatore, ſicut prædilexit filiũ in portione ſua, & n. 41. 99. 117. 152.*
Et hoc procedit, etiam ſi fideicommiſſum emanauit à tranſuerſali. vt num. 37.

38 *Quando ſumus in ſubſtituto, qui ſit de deſcendentibus, vel de pariter coniunctis, præſumimus teſtatorem voluiſſe æqualitatem ſeruare, quam dictat ius commune.*

39 *Teſtatori an cenſeatur charior, quò eſt ab eo quis remotior, an verò quò proximior.*

40 *Teſtator in dubio cenſetur voluiſſe ſe conformare cum iuris communis diſpoſitione, & nu. 45. & 65.*

42 *Sicut prænominati à teſtatore cenſentur prædilecti, ità etiam eorum proximiores, & nu. 66.*

44 *Filius non intrat locum patris, quando patruus eſt proximior grauato, & num. 49. 53.*

46 *Teſtator in dubio cenſetur voluiſſe deſcendentes ſuos ſuccedere ſecundum iuris communis, vel ſtatuti diſpoſitionem, & num. 59. 86.*

47 *Actus humani interpretari debent, vt ſint conformes iuri communi, & nu. 50. 60.*

48 *Legalis diſpoſitio in vltimis volũtatibus introducta fuit ex præſumpta voluntate defuncti, & nu. 87.*

51 *Proximitas grauati quando attendatur, non teſtatoris, et nu. 64. 69. 70. 71. 74. 79. 90. 98. 100. 113.*

55 *Proximiori vocato, an intelligatur de proximitate vera, an de repreſentata, & num. 101. 105.*

56 *Filiorum appellatione veniunt etiam naturales tantùm in diſpoſitione hominis, ſecus in diſpoſitione legis.*

58 *Fictio non habet locum in diſpoſitione hominis.*

62 *Per vulgarem ſubſtitutionē ſucceditur teſtatori immediatè, per fideicommiſſum mediatè.*

63 *Per fideicommiſſariam ſucceditur teſtatori, vt ex tunc, non grauato vt ex nunc, & nu. 72.*

68 *Abſurdum videtur, quòd in ſuccedendo vni attendatur proximitas alterius.*

75 *Hæredis facta mentione per teſtatorem, intelligitur de hærede ſuo, & familia ſua.*

76 *In dubio attendi debet proximitas teſtatoris, non hæredis, & nu. 94.*

77 *Quando teſtator vocat deſcendentes per rectam lineã, attenditur proximitas teſtatoris, non grauati.*

78 *Teſtator faciens mentionem de linea maſculina, intelligitur de linea ipſius teſtatoris in dubio.*

81 *Fideicommiſſum familiæ ſiue agnationi relictum, intelligitur factum ſecundum ordinem ſuccedendi ipſi teſtatori, non ipſi grauato, & nu. 93.*

82 *In emphyteoſi filij fratrum ſuccedunt cum patruis.*

83 *Filius intrat locum patris, & hæc repreſentatio habet locum uſque ad decimum gradum, & nu. 133.*

84 *Filij, qui ſuccedunt tranſuerſalibus ſuccedunt in ſtirpes, qui verò ſuccedunt aſcendentibus, ſuccedunt in ſtirpes.*

85 *Filius ſubintrat locum patris, quando agitur de ſucceſſione, vel hæreditate patrui, vel auunculi carnalis, non ſi agatur de ſuccedendo alij tranſuerſali in vlteriori gradu.*

88 *Quando ſumus in vulgari ſubſtitutione attenditur proximitas ipſius teſtatoris, non hæredis.*

89 *Nepos non intrat in locum patris, quando teſtator eſt extraneus inſtitutis, & ſubſtitutis, vel eſt tranſuerſalis omnibus.*

91 *In pupillari ſubſtitutione nepos non intrat locum patris ad ſuccedendum pupillo.*

92 *In pupillari ſubſtitutione præſumitur, ꝙ teſtator voluerit potius ſubſtituere proximiorẽ pupillo, quàm ipſi teſtatori.*

95 *Subſtituere eſt in locum ſui ſubrogare, & ſuccedere.*

96 *In dubio præſumitur, quòd teſtator ſubſtituat ſibi, non grauato.*

102 *Proximior cenſetur ſubſtitutus, quando vocati ſunt agnati vel de familia, & nu. 104.*

103 *Expreſſio eorũ, quæ tacitè inſunt, eo modo, quo inſunt, nihil operatur.*

107 *Statuto vocante proximiores, in eo habet locum proximitas repreſentata, & ſic admittitur filius fratris cum patruo, & nu. 152.*

108 *Statuta interpretari debent ſecundum ius cõmune.*

109 *Proximiori vocatò, vlterior in gradu cum eo admittitur, quando pariter fuiſſent ſucceſſuri ab inteſtato.*

110 *Proximiori vocato alienatio fieri non poteſt in remotiorem, licèt aliàs potuiſſet.*

112 *Proximitas quandoque attenditur ad tempus mortis, quandoque poſteà.*

113 *Pluribus ſubſtitutis nomine collectiuo hæredi grauato, nepos non intrat locum patris, ſed attenditur proximitas grauati.*

115 *Nepos non intrat locum patris ad excluſionem patrui, ſi tempore mortis teſtatoris non erat natus.*
Niſi diſpoſitio teſtatoris in futurum ſit collata, vt potuerit cogitare de nepotibus, vt nu 118.

119 *Filius ſubintrat locum patris eo mortuo, ſecus eo viuo, & nu. 120.*

121 *Clauſula, Ordine ſucceſſiuo, operatur, vt filius nõ intret locum patris, ſed admittitur proximior in gradu, & nu. 125.*
Et an per hãc clauſulam inducatur fideicommiſſum, an verò tantùm vulgaris ſubſtitutio, vt num. 122. & 161.

123 *Collectiuè vocati ſemper cẽſentur vocati ordine ſucceſſiuo, & gradatim, maximè quando cadit ordo charitatis, latè remiſſ. nu. 160.*

124 *Clauſula, Ordine ſucceſſiuo, operatur, vt vocati ſuccedant non ſimul, ſed ſecundum iuris diſpoſitionem.*

126 *Clauſula, Salua gradus prærogatiua, operatur, vt filius non intret gradum patris ad excluſionem patrui, ſed quòd ſuccedatur ſecundum iuris diſpoſitionem, & nu. 128.*

127 *Clauſula, Salua gradus prærogatiua, quomodo conueniat cum clauſula In ſtirpes, & nu. 132.*

129 *Repreſentatio, per quam filius ſubintrat locum patris, non corrumpit gradum.*

130 *Clauſula, In ſtirpes, et non in capita, operatur, ut nepos intret locum patris.*

131 *Clauſula, In ſtirpes, cõcernit modum ſuccedendi, non ſubſtantiam inſtitutionis.*

133 *Clauſula, In ſtirpes, an operetur tãtùm inter deſcendentes teſtatoris, an etiam inter tranſuerſales.*

134 *Clauſula, Inſtituo filios meos, & aliquo ex eis decedente ſine filijs ſubſtituo ſuperſtites, quomodo intelligatur, & an nepos cum patruo admittatur.*

135 *Alternatiua inter deſcendentes potiores facit patruos, & in pari gradu exiſtentes.*

136 *Clauſula, Superſtites ſuccedant eo modo, quo ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, operatur, vt nepos cum patruo admittatur.*

137 *Clauſula, Alij ſuperſtites ſuccedant, operatur, vt non admittatur nepos cum patruo.*

138 *Alios dictio importat ſimilitudinem.*

139 *Si inſtitutis filijs ſubijciat teſtator, Et aliquo eorum decedente ſine filijs bona perueniant ad ſupraſcriptos, vel infraſcriptos hæredes meos, non admittitur nepos cum patruo.*

140 *Nepos intrat locum patris, etiam in diſpoſitione hominis, quando apparet de voluntate teſtantis.*

141 *Quando agitur de ſuccedendo patruo magno, filius non intrat locum patris.*

142 *Plures patrueles ſuccedunt patruo in capita, non in ſtirpes.*

143 *Quando filij locum patris ſubintrant, nihilominus ex propria perſona ſuccedunt.*

144 *Eodem modo ſucceditur in feudo, & emphyteoſi, quo in fideicommiſſo.*

145 *Facilior eſt prohibitio alienationis feudi, quàm fideicommiſſi.*

146 *In feudo non hæreditario filius non intrat locum patris ad excluſionem patrui, & nu. 153.*

147 *In feudo antiquo proximiores agnati admittuntur ſecundum gradus proximitatem.*

148 *In feudo antiquo non ſucceditur iure hæreditario.*

149 *In feudo an attendatur proximitas vaſalli vltimi decedentis, an primi inſtituti, & nu. 151.*

150 *Feuda, quò ad ius ſuccedendi, ſunt inſtar allodialiũ.*

154 *Filius non intrat locum patris in materia contractuum, put à, feudi, vel emphyteoſis.*

155 *Si pluribus filijs inſtitutis eos pater inuicem ſubſtituat vulgariter &c. ſi vnus decedat cum filijs, alter ſine filijs, ad portionem huius decedentis ſine filijs ſoli patrui admittuntur, excluſis nepotibus.*

156 *Si inſtituto filio, & duobus nepotibus ex filio, voluit teſtator aliquo ex iſtis decedente ſuccedere ſuperſtites, tamen ſi moriatur filius relictis filijs, illi non admittentur ad portionem alterius ex dictis nepotibus poſteà decedentis, ſed ſolus alter nepos.*

157 *Clauſula, Succedant ſuperſtites, operatur, quòd nepotes, cum patruis non ſuccedunt.*

158 *Si teſtator inſtituat A. & B. & C. eius filios, & poſt eos eorum filios, ſi vnus decedat cum filijs, an patruus præferatur nepotibus, & nu. 159.*

161 *Subſtitutio collectiuè facta, putà, ſubſtituo ſuperſtites, vel ſubſtituo inuicem vulgariter &c. vel vltimo decedenti ſubſtituo deſcendentes maſculos, an, & quando importet tantùm vulgarem, an verò etiam fideicommiſſariam, & nu. 164. 165.*

162 *Subſtitutio continens tractum temporis in futurũ, an ſemper dicatur fideicommiſſaria.*

163 *Subſtitutio quandocunque ſine liberis decedat, alij ſuperſtites, & eorum liberi ſint ſubſtituti, eſt compendioſa reſpectu teſtatoris, reſpectu ſubſtitutorum vulgaris.*

166 *Inter collectiuè vocatos an dicatur facta ſubſtitutio aliqua.*

167 *Quando teſtator ſubſtituit filios filiorum, filij eo caſu cenſentur ſubſtituti in parte parentum ſuorum, non etiam patruorum.*

168 *Filiorum ſeptem ſunt ſpecies.*

169 *Filij legitimi, & naturales propriè filij dicuntur.*

170 *Naturales propriè dicuntur nati ex ſoluto, & ſoluta, domi retenta, indubitato affectu maritali.*

171 *Nati ex concubina adhoc, vt propriè naturales dici poſſint, requiritur, quod ſint nati ex concubina propriè ſumpta, quod vterq; ſit ſolutus, quod inter eos poſſit eſſe matrimonium, quod mulier ſit retenta domi, & in ſchemate concubinæ.*

172 *Naturalis propriè non eſt natus ex muliere clàm domi retenta: requiritur enim, quod ſit retenta palàm, & vicinis ſcientibus.*

173 *Concubinatus legitimus non eſt, ſi concubinarius habet acceſſum ad alias mulieres.*

174 *Cum ancillis non eſt propriè concubinatus, ideò ex eis nati propriè naturales non dicuntur.*

175 *Naturales etiam ſpurij dicuntur, ſecundum vulgarem modi loquendi, item omnis natus ex ſoluto, & ſoluta, & num. 177.*

176 *Naturalis dicitur duobus modis, vel legaliter, vel ſecundum vulgarem conſuetudinem loquendi.*

178 *Natus ex complexu cum virgine, vel vidua nullo modo naturalis dici poteſt.*

179 *Natus aliundè, quàm ex concubinatu legitimo, an tutus ſit ex eo, quod Bal. atteſtatur, ſecundum cõmunem vſum loquendi dici naturalem, an verò probandum hoc ſit.*

180 *Baſtardi appellatione venit omnis illegitimus.*

181 *Doctori atteſtanti de conſuetudine creditur, quoad præſens tẽpus, non quoad præteritum, vel futurũ.*

182 *Doctori atteſtanti de conſuetudine creditur, ſi conſuetudo non ſit contraria.*

Item ei creditur in affirmatiua, non negatiua conſuetudine, vt num. 183.

Item quoad loca, in quibus viget, vt nu. 184.

185 *Doctor ſimpliciter atteſtans de conſuetudine cenſetur atteſtari de particulari eius loci, in quo loquitur.*

186 *Concubinatus legitimus dici non poteſt, niſi præcedente proteſtatione concubinarij, qui volebat eam mulierem eſſe concubinam.*

187 *De iure canonico, an omnis natus ex ſoluto & ſoluta dicatur naturalis, & capax inſtitutionis, & relictorum.*

188 *De iure canonico magis damnatur concubinatus legitimus, propter maiorem diuturnitatem in peccato, quàm alius coitus, & num. 224.*

189 *Ius canonicum ex humanitate permiſſit alimenta ſpurijs, non vltrà.*

190 *Peccatum, quantò diutius animam detinet, tantò grauius efficitur.*

191 *Concubinatus hodiè prohibitus eſt tam de iure ciuili, quàm canonico.*

192 *Diſpoſitio iuris canonici in materia cõcubinatus, ſeu ſucceſſionis talium filiorum ſeruanda eſt in terris mediatè, & immediatè eccleſiæ ſuppoſitis.*

193 *Filius impropriè dicitur, qui natus eſt ex legitima concubina.*

194 *Natus ex legitima concubina excludit ſubſtitutum, Si ſine filijs &c.*

195 *Natus ex legitima concubina eſt capax ſucceſſionis in totum, & pro parte, reſpectu paternæ ſucceſſionis.*

196 *Concubinatus legitimus reſpectu filiorum dicitur, ſi mater ignorauit concubinarium eſſe vxoratum.*

197 *Diſpoſitio facta ſub commemoratione alicuius vt naturalis, qui erat ſpurius, non valet, tanquàm erronea, niſi diſponens ſciret eum ſpurium.*

198 *In dubio in caſu priuato ignorantia præſumitur, etiam in iure perito.*

199 *Filiorum appellatione ſimpliciter facta, an, & quando veniant ſpurij, & num. 203.*

200 *Spurius non facit deficere conditionem, Si ſine filijs &c.*

201 *Fœminæ veniunt filiorum appellatione in materia fauorabili.*

202 *Stante ſtatuto, quod pater teneatur emendare damnum datum à filio, an teneatur emendare datum à ſpurio.*

204 *Spuriorum, & illegitimorum quot ſint ſpecies.*

205 *Manſeres dicuntur nati ex publicis meretricibus.*

206 *Manſeres verbum Hebræum.*

207 *Nati ex adulterio dicuntur ſpurij.*

208 *Natus ex coniugata, quæ prætendebat virum mortuum, eſt ſpurius.*

209 *Spurij ſunt omnes ex damnato coitu nati.*

210 *Baſtardi. qui dicantur.*

211 *Inceſtuoſi dicuntur nati ex ſanguine coniunctis, vel ex ſacerdote, & moniali.*

212 *Nefarij dicuntur nati ex conſanguinea aſcendente, vel deſcendente.*

213 *Nothi dicuntur quaſi ignoti, & eſt verbum Græcum, vt num. 215.*

214 *Nothi dicuntur nati ex vidua, vel virgine.*

216 Nothi

216 Nothi an dicantur de domo patris.
217 Nothi ſunt infames infamia facti.
218 Legitimantur filij tribus modis, per ſubſequens matrimonium, per reſcriptum, per oblationem curiæ.
219 Spirituales filij qui dicantur.
220 Nutritij filij qui dicantur.
221 Naturales tantùm, & ſpurij in multis differunt.
222 Spurij non poſſunt in aliquo patri ſuccedere, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, niſi in alimentis tantùm, ſecus in naturalibus.
223 Natus ex ſoluto & ſoluta, in dubio an præſumatur naturalis, an ſpurius, & nu. 223.
225 Concubina non præſumitur cognita ab alio, quàm à concubinario.
226 Concubinarius poteſt puniri de ſtupro.
227 Spurij omnes dicuntur, qui nati ſunt ex damnato coitu à iure ciuili.
228 Natus ex inceſto, nefario, aut damnato coitu filius non eſt nominandus.
229 Omnis coitus de iure ciuili reprobatur extra matrimonium, aut legitimum concubinatum.
230 Spurius eſt capax hæreditatis omnium, præterquàm patris. Quod quomodo procedat, nu. 231.
232 Vocatus vt filius non ſolùm filiationem probare debet, ſed etiam legitimitatem, & hoc, ſiue agat, ſiue excipiat, & nu. 235.
Contra nu. 236.
234 Perſona eſt legitimanda in iudicio, quamuis ſummario.
237 Filius in iudicio alimentorum, vel Carboniana poſſeſſionis non probat plenè filiationem, nec legitimitatem.
238 Filiatio, & legitimitas probanda eſt, quando hæc requiruntur ad obtinendum id, quòd petit filius, ſecus ſi ſufficeret natum eſſe ex concubina.
239 Filius præſumitur in poteſtate patris, ſi probata ſit legitimitas.
240 Filiatio dupliciter probatur, vel tripliciter, & nume. 250. 254. 330.
241 Filiatio, quò ad matrem, verè & concludenter probari poteſt, & debet, & nu. 251. 252. 332.
242 Filiatio, quò ad patrem, præſumptiuè probatur, & per coniecturas, & nu. 331.
243 Conſanguinitas, & filiatio probatur per coniecturas legis, non hominis, & nu. 246.
244 Coniecturæ tunc demùm probant filiationem, ſi ipſæ coniecturæ ſint probatæ concludenter, & neceſſariò.
245 Spurietas probatur per coniecturas.
247 Filiatio, etiam quo ad patrem, verè, & concludenter probari poteſt.
248 Articulandum quomodo ſit ad probandum filiationem, & nu. 253.
249 Natus in domo ex vxore præſumitur viri per legē, & nu. 255. 325. 337.
Quid aūt ſi extra domum ſit natus, vel per aliquod tempus mulier à viro digreſſa eſt, num. 338. 352.
256 Proprietas filiationis dicitur probari ex eo, quòd quis natus eſt ex vxore cum viro habitante in domo vicinis ſcientibus.
257 Nominatio, aſſertio, profeſſio, vel confeſſio quid differant.
258 Nominatio, ſeu confeſſio facta in iudicio plenè probat filiationem, & nu. 266.
259 Confeſſio, ſeu nominatio extra iudicium facta de aliquo vti filio principaliter filiationem probat, & nu. 266. 268. 271.
260 Nominare aliquem filium principaliter quando quis dicatur, quando propter aliud, remiſſiuè.
261 Nominatio filiationis incidenter facta extra iudicium nihil probat.
Contra, nu. 267.
262 Nominatio adhoc, vt conſtituat filium in poſſeſſione filiationis, nō debet eſſe perfunctoria ſed facta cum miniſterio, & nu. 266. 281.
263 Filiatio à natura prouenit, quā ſola nominatio non facit.
264 Nominatio facta de aliquo vti filio fit communiter blandiendi cauſa, non probandi.
265 Dulciore vocabulo aliquem nominare nō poſſumus, quàm ſub nomine filij.
269 Nominatio, & tractatus differunt, & nu. 313.
270 Fraternitas non probatur, licèt aliqui cohabitent ſimul, & ſe fratres nominent.
272 Si quis tenuit, habuit, & reputauit aliquem vt filiū, an ex hoc probetur filiatio.
273 Nominatio, in caſibus, in quibus probat filiationem, in eiſdem etiam probat proximitatem, & quamcunque aliam cognationem, & nu. 301.
274 Nominatio facta de aliquo vti prælato non releuat idem in ſimilibus.
275 Nominatio probat quamlibet qualitatem, putà, ſeruitutis, hæreditatis, & ſimilia.
276 Nominatio incidens extra iudicium facta frequenter, non probat filiationem, & nu. 277.
277 Nominatio nullo caſu conſtituit nominatum in quaſi poſſeſſione, niſi nominatus ſit præſens, & nu. 278.
279 Nominatio incidenter facta extra iudicium, quid operetur, ſi nominatus ſit præſens.
280 Verba enunciatiua inter præſentes ſolùm probant, quantum ad effectum validitatis illius actus, de quo agitur, non autem in reliquis ſi de eis principaliter contingat diſputari, & nu. 282.
283 Nominatio, in caſibus, in quibus conſtituit in poſſeſſione filiationis, an probet in præparatorijs tantùm, an verò etiam in deciſorijs.
284 Quando ſumus in antiquis nominatio incidenter facta probat filiationem.
285 Nominatio debet concludenter probari ad hoc, vt conſtituat in poſſeſſione filiationis.
286 Suſpicio hæreſis licèt poſſit oriri ex varijs ſignis, tamen oportet plenè probare dicta ſigna.
287 Nominatio probat filiationem, ſi alia concurrant adminicula cum confeſſione.
288 Nominatio nunquam probat, quando contrarium probatur.

289 *Nominatio ità demùm probat effectum quaſi poſſeſſionis, ſi à nominato quid petatur, nō ſi ipſe petat.*

290 *Nominatio conſtituit in poſſeſſione filiationis, etiam ſi emanauit ab vno tantùm parente. de cuius hæreditate nunc agitur.*
Declara, vt nu. 291. & 292.

292 *Nominatio an cōſtituat in quaſi poſſeſſione filiationis non ſolum legitimos, et naturales, ſed etiam ſpurios, & nu. 294.*

295 *Nominatio filiationis eſt tantæ efficaciæ, vt reuocari non poſſit, nec per nominantem, nec per nominatum, etiam ſi ſit facta in teſtamento, & nu. 297.*

296 *Si quis fecit teſtamentum, in quo aliquem nominauit vt filium, ſi poſteà reuocet illud teſtamentum, & alium inſtituat, & dicto nominato nihil reliquit, non valet ſecundum teſtamentum.*

298 *Nominatio licèt extinguatur morte nominantis, tāmen durat eius effectus præſumptæ probationis filiationis.*

299 *Si quis poſt mortem patris filium vt proprium nominet, & habeat, hæc nominatio illi oberit.*

300 *Nominatio eſt potentior, ſi ſit reciproca.*

302 *Nominatio non præiudicat filijs nominātis, nec tertio proximiori.*
Contrà, nu. 304. & ſequen.

303 *Res inter alios acta alijs non nocet.*

306 *Nominatio incidēter facta probat fauore libertatis.*

307 *Nominatio probat filiationem ità demùm, ſi ipſa nominatio probetur per teſtes conteſtes, ſecus ſi ſint ſingulares.*

308 *Geminata ſaltem debet eſſe nominatio ad hoc, vt conſtituat in poſſeſſione filiationis.*

309 *Nominatio etiam incidenter facta transfert onus probandi in aduerſarium, quando hinc inde ſunt pares probationes, aliàs nihil operatur.*

310 *Tractatus vti filius dicitur, & eſt conſtitutus ex hoc ſolo in quaſi poſſeſſione filiationis, donec cōtrarium probetur, & nu. 406.*

311 *Tractatus maiorem vim habet, quàm nominatio.*

312 *Plerunque homines fictitiè loquuntur.*

314 *Natus in domo ex vxore cum viro cohabitante, licèt non probetur matrimonium, tamen conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis ex ſolo tractatu, & nu. 315.*

316 *Tractatus debet probari per conteſtes habiles, & actus exprimentes.* *Contrà, nu. 317.*

318 *Tractatus ſolùm probat inter patrem & filium, virum & vxorem, non autem conuenit alijs conſanguineis, nec perſonis.*

319 *Tractatus nihil probat, ſi tractans dicebat, quòd quicquid faciebat, faciebat amore Dei.*

320 *Omnis tractatus non conſtituit filium in poſſeſſione filiationis, ſed is, qui conuenit ſolùm filio.*

321 *Alimentatio ità alijs conuenit ſicut filio.*

322 *Tractatus conſtituit in poſſeſſione filiationis, etiam ſpurium, & nu. 416.*
Contrà, nu. 393.

323 *Quaſi poſſeſſio filiationis in ſpurio per tractatum, & huiuſmodi transfert onus probandi in aduerſarium.*

324 *Filius habet fundatam intentionem circa filiationis probationem ex nominatione, tractatu, & publica voce, & fama.*

326 *Non ſequitur eſt poſſibile, ergò præſumitur.*

327 *Quod natus in domo ex vxore præſumatur viri, eſt pſumptio iuris tātū: nō iuris et de iure, et nu. 358.*
Contrà, quòd ſit iuris & de iure, nu. 354.

328 *Præſumptio iuris tantùm tollitur per contrarias vrgentiores præſumptiones.*

329 *Præſumptio, quòd natus in domo ex vxore cū viro cohabitante ſit mariti, tollitur per aliam præſumptionem in cōtrarium, vt putà ſi adſit publica vox, & fama, & tractatus, & nominatio adulteri, & nu. 347 362.* *Contrà, nu. 372. 381.*

333 *In cauſa ciuili, & in his, quæ ſunt difficilis probationis, publica vox, & fama plenā facit probationē.*

335 *Confeſſio patris, & matris probāt filiationē, & legitimitatē, maximè cōcurrente publica voce, et fama.*

336 *Leges multum confidunt de confeſſione matris, quòd aliquis ſit, vel non filius mariti.*

337 *Si pater de filio nullā mentionē faciat in teſtamēto, præſumitur, quòd non reputauerit eum filiū ſuum. Hoc tamen filio non obeſt, vt nu. 398.*

339 *Præſumptio, quæ ſurgit ex eo, quòd natus eſt in domo, eſt potentior, quàm nominatio, & tractatus.*

340 *Ex natiuitate in domo probata dicitur probari proprietas filiationis, ex nominatione, et tractatu quaſi poſſeſſio.*

341 *Natus in poſtribulo ex vxore alicuius præſumitur mariti, quia nulla certa perſona poteſt oſtendi, cuius ſit, aliàs ſecus, & nu. 366.*

342 *Agnitio alicuius tanquàm filius talis multū operatur ad probationem filiationis.*
Contrà, nu. 403.

343 *Agnoſcens aliquem, vt filium alicuius, non cenſetur agnouiſſe, vt legitimum.*

344 *Difficile, & forſan impoſſibile eſt, probare diem conceptionis.*

345 *Natus ex muliere à marito digreſſa, cuius præſumatur filius, ſi probetur adulterum ante digreſſum acceſſum ad eam habuiſſe ad libitū, & nu. 352. 404.*

346 *Si mulier, quæ digreditur à viro non denunciet marito, ſe prægnantē in iudicio poſſeſſorio, talis natus ex ea habebitur pro non filio mariti.*

348 *Quando plures præſumptiones ſunt pro vna parte, quàm pro alia, præualet pars, quæ plures habet, ſecus ſi pares, quia tunc condemnatio ſequi non pōt.*

349 *Præſumptio illa potior eſt, q̄ vero proximior exiſtit.*

350 *Nulla victoria fit à pari.*

351 *Nō extantibus aſcendentibus, vel deſcendētibus ab inteſtato, fratres ſuccedūt tanquàm proximiores.*

353 *Probatio adulterij nō elidit probationem filiationis, & ibi latè materia. l. miles. §. defuncto. ff. de adult.*

355 *Quod filius natus ex vxore in domo mariti, non ſit mariti, non poteſt probari, niſi per confeſſionē partis aduerſæ, vel ſi probetur abſentia viri, ſiue eius impotentia, & nu. 361.*

356 *Probatio non admittitur contra determinationẽ legis ſuper certo,*

357 *Quando lex determinat ſuper dubio, tunc non admittitur probatio, niſi per confeſſionem partis, ad cuius fauorem lex determinat.*

359 *Præſumptio nihil operatur, vbi veritas in contrarium apparet.*

360 *Præſumptio iuris tantùm affirmatiua tollitur per negationem concludentem neceſſariò.*

363 *Qui cibum ſumit licèt infirmus ſit, cenſetur etiam generare ſemen aptum ad generationem.*

364 *Vxor, quæ fuit ſterilis diù, & poſt diuertit à viro, ſi redeat, & pariat, præſumitur mariti, niſi computato tempore redditus, et abſentiæ, hoc eſſet impoſſibile*

365 *Vxor, quæ per duos menſes à marito abſuit, ſi reuerſa ſeptimo menſe pariat, præſumitur mariti.*

367 *Filius natus ex ea, quam maritus iudicio eccleſiæ à ſe repulit non præſumitur mariti.*

368 *Filius natus ex ea quæ habitabat cum adultero, in cuius etiam domo peperit, præſumitur mariti, ſi ipſe ad eam acceſſum habebat, dato, quòd adulter, & mulier eum nutriuerunt tanquam eorum ſpurium, & nu. 385. & 4 2*

Contrà, nu. 373. 401.

369 *Communis natiuitas eſt, vt nono menſe partus edatur, licèt etiam ſeptimo menſe partus ſit legitimus*

370 *Nati ſeptimo menſe, vt plurimum ſunt defectiui in aliqua parte corporis.*

371 *Octauo menſe qui naſcuntur, non viuunt.*

372 *Vbi filius poteſt eſſe mariti, eius potius præſumitur, quam alterius, etiam ſi in contrarium eſſet nominatio, tractatus, & confeſſio mulieris, & nu. 88.*

374 *Nominatio quomodo probetur, & quot requirantur ad eius probationem.*

375 *Tractatus filiationis quomodo probetur, & quid teſtes deponere debeant, vt concludant.*

379 *Teſtes deponentes ſuper fama oportet, quòd ponant tempus, vtrum ſcilicet ante litem motam, vel poſt ſit orta, alias nihil probant, quia præſumitur, quòd ſit orta poſt motum iudicium.*

380 *Teſtes deficientes in aliquo ex requiſitis ad probandam famam dicuntur deponere de auditu, quòd nihil releuat.*

382 *Præſumptio iuris eſt liquidiſſima probatio.*

383 *Poſſibile honeſtum potius eſt præſumendum, quàm poſsibile inhoneſtum.*

384 *Illicitum non præſumitur, quando poteſt præſumi licitum.*

386 *Quod filius natus ex muliere adultera, & turpiter viuente, præſumatur mariti, eſt introductum non ſolum reſpectu ipſorum filiorum, ſed etiam fauore legitimitatis, & matrimonij.*

387 *Mulier viuens turpiter, tamen propter reuerentiam matrimonij perſonaliter capi non poteſt: & ibi de reuerentia matrimonij.*

389 *Ancilla concipiens, & pariens in domo heri, non tamen præſumitur ex hero concepiſſe.*

390 *Nominatio, & confeſſio patris, etiam iurata, non debet eſſe in conſideratione, aduerſus præſumptionem l. miles. § defuncto. ff. de adul.*

391 *Licet adſit præſumptio nominationis tractatus, confeſſionis patris, & aliarum ſimilium, tamen his omnibus præualet præſumptio vnica d. §. defuncto & illæ pro vna reputantur, ex quo etiam ex vno fonte procedunt.*

392 *Confeſſio patris non nocet tertio.*

394 *Nominatio, tractatus, inſtitutio hæredis, & huiuſmodi non probant filiationem, quando agitur de filiatione à iure reprobata.*

395 *Confeſſio matris aſſerentis filium ex adultero conceptum, non ex marito, nihil obeſſe debet filio, etiam concurrente publica voce & fama*

397 *Filius habens cõſcientiam læſam ex confeſſione matris dicentis eum eſſe filium adulteri, debet hæreditatem reſtituere.*

399 *An magis conſideretur locus natiuitatis, an locus conceptionis ad dignoſcendum, cuius ſit filius.*

40 *Natiuitatis dies eſt certa, non conceptionis.*

405 *Quando filius potuit naſci ex marito, & ex adultero, an præſumi debeat id, quod eſt filio vtilius, vel quod honeſtius.*

408 *Prædo in ſua poſſeſſione manutenendus eſt, ideò ſi eijciatur poteſt ſpolium prætendere.*

409 *Dum agitur cauſa ſpolij, petitorium ſilet.*

410 *Donatio etiam iurata facta filio ſpurio non valet.*

411 *Remedium l. fin. C. de edic diui Adriani tollen competit filio ſpurio exiſtenti in quaſi poſſeſſione filiationis licet in petitorio ius non foueat, quia non capax ſit.*

412 *Filius natus ex muliere coniugata, ſi non fuit agnitus à marito, ſed ab adultero, pro tali eſt reputandus in poſſeſſorio, licèt ſecus in petitorio.*

413 *Quid probandum ſit per proximiores adulteri in petitorio ad excludendum eius filium ſpurium ex coniugata exiſtentem in poſſeſſione filiationis per nominationem, tractatum, & ſimilia.*

414 *Fraternitas probatur etiam per inſtrumenta inter fratres confecta.*

415 *Tractatus debet habere cauſam ſucceſſiuã, & multiplicatam, non autem momentaneus eſſe debet.*

417 *Tractatus probat in præiudicium tractati, & eius heredum, non in præiudicium tertij*

418 *Tractatus debet procedere ab vtroq; parente.*

419 *Tractatus in quibus actibus conſiſtat.*

420 *Lætitia facta in domo pro natiuitate alicuius vt filij, probat tractatum.*

421 *Lactatio de aliquo vt filio, an probet filiationem.*

422 *Alimentatio ſola, an probet aliquem tractatum vt filium.*

423 *Educatus in domo non per hoc probatur, quod ſit filius educantis.*

424 [illegible] ad ſcholas puerū [illegible] eū tra[illegible] vt fi[illegible].
425 Veſtimenta [illegible] ab [illegible] puero [illegible] ab [illegible] dome[illegible] eum tractare vt fi[illegible].
426 Si quis [illegible]cribat pu[illegible] in [illegible]bro natal[illegible], di[illegible]tur ex hoc co[illegible]ſtituere eum in quaſi poſſeſſione filiationis.
427 Emanc[illegible] pertine[illegible] fi[illegible]onis.
42[illegible] Tractatus [illegible] vt [illegible] tutor.
429 Legi[illegible] an ar[illegible] tractatum filiationis, & probet filiationem, & n.[illegible]
43[illegible] Inſtitutus vt filius, an [illegible] tractatus vt filius, & an ex hoc probetur fi[illegible], & nu. 3[illegible] 4[illegible]7.
432 Baſtardus inſtitutus vt filius, dicitur le[illegible] ex hoc
433 Inſtitutio facta de aliquo vt f[illegible]lio, dicitur ma[illegible] pertinere ad nominationem, quam ad tractatum, & nu 4[illegible]4.
435 Ex legato facto a[illegible] vt filio, an dicatur probata filiatio, ſeu tractatus, vel n[illegible] fi[illegible]ationis.
436 Exhæredatio an probet filiationem.
437 Denominatus eodem nomine, quo is, qui dicitur pater, præſumitur filius eiuſdem.
438 Filius dicitu[illegible] tractare patrem vt patrem, vel matrē vt m[illegible]rē, q[illegible]ando eis debita obſequia [illegible].
4[illegible]9 Communis fama, & opinio populi p[illegible] quem filium alicuius, etiam ſine alijs adminiculis, donec contrarium p[illegible]obetur, & nu 44[illegible].
Contrà nu. [illegible]9.
442 Communis opinio populi magis probat, quando ſumus in antiquis, & nu. [illegible]9
443 Communis opinio populi probat, ſi ſit vniuerſalis, non partis tantùm.
444 [illegible]monium de auditu non probat filiationem.
445 Communis opinio, & fama eliditur e[illegible] particulari præſumptione in contrarium.
44[illegible] Communis opinio [illegible] fam[illegible] tūc demum probant, ſi de eis plenè conſtet.
447 Fama e[illegible] quo dicitur ſat[illegible]s probata & nu. [illegible]76.
448 Teſtes deponentes ſuper [illegible]ama oportet quod etiam non interrogati deponant de perſonis, a quibus audire[illegible], & nu. [illegible]8.
449 [illegible] ſingulares probant famam [illegible].
45[illegible] Teſtes debent dicere, ſe au[illegible] maiori parte populi, vel vicinis item [illegible] vnde habuer[illegible]gi[illegible]nem ad hoc, vt ſit prob[illegible] fama. [illegible]
451 Teſtis interrogatus, quid [illegible] fama, [illegible]ndeat id, quòd public[illegible] dicitur, non [illegible]
452 Fama an probet contra tert[illegible] quo ad p[illegible] præiudicium
45[illegible] Fama, & communis opinio, quod quis ſit filius alicuius, non probat, ſi parentes [illegible]ontradicant.
454 Fama publica probat filiationem etiam [illegible]gitimā.
455 Fama publica probat conſanguinitatem, paternitatem, [illegible]huiuſmodi quamcunque qua[illegible]tatem.
456 Sententia lata ad fauorem filiationis ſatis dicitur probare filiationem
457 S[illegible]a ſuper alimētis præſtādis, donec quæſt. filiationis pēdet, no præiudicat in quæſt. filiationis.
[illegible]58 Similitudo effigiei perſonæ non probat filiationem, & nu.[illegible] & 406.
46[illegible] Filius licèt ſit ſimilis adultero, non tamen præſumitur eius filius.
461 Conie[illegible] quæ ſingulæ per ſe non probant poſſeſſionem filiationis, an ſimul iuncta probent, & num [illegible].
462 [illegible] ſingula non proſunt, ſimul iuncta iuuant.
463 Duæ præſumptiones faciunt plenam probationem iunctæ cum alijs indi[illegible]ijs.
465 Legitimitas non dicitur probata ex poſſeſſione filiationis conſtituta ex nominatione, tractatione, vel fama.
466 Legitimitas debet probari per probationem matrimonij, & nu. 471. & [illegible]89.
467 Filiatione probata an cenſeatur quoque probata legitimitas, & nu. [illegible]7[illegible]
468 Spurius nemo præſumitur, ſed legitimus potius, vel naturalis ex concubina.
469 Appellatione filij in dubio intelligimus de legitimo, & naturali.
472 Exiſtens in poſſeſſione filiationis & legitimitatis non habet nec[illegible]ſſe aliter probare filiationem, aut legitimitatem.
47[illegible] Filius agens vt legitimus tenetur probare ſe talem, qualem ſe dicit, & nu. [illegible]
474 Opponens filio, quòd non poteſt agere, quia eſt in poteſtate patris, ſi filius neget ſe legi[illegible]mum, hoc caſu leg[illegible]mitas eſt probanda per reum.
475 Qui allegat ſe filium legitimum hoc tenetur probare, ſiue agat, ſiue conueniatur.
476 Quando ſumus in antiquis exhibens inſtrumentum, in quo appellatur filius talis, p̄ſumitur legitimitas.
477 In iudicio quantumcunque ſummario perſona eſt legitimanda plenè.
478 Quaſi poſſeſſio filiationis, & legitimitatis an ſufficiat, quando principaliter, & in iudicio deciſorio quæritur de filiatione, & legitimitate, & nu. 482. 48[illegible] 484.
479 Principaliter agi dicitur de filiatione & legitimitate, quando cōtenditur ſuper hæreditate relicta alicui tanquam filio & legitimo.
480 In deciſorijs pe[illegible]torij non ſufficit poſſeſſorium.
481 Quando fi[illegible]s agit cōtra patrem petēdo ſe declarari eius filium dicitur principaliter agi de filiatione.
485 Quaſi poſſeſſio filiationis, & l[illegible]itimitatis ſufficiūt, quando incidenter de eis agitur.
486 Quaſi poſſeſſio filiationis ſufficit, quādo filius contendit, ſe manuteneri in tali quaſi poſſeſſione.
4[illegible] [illegible]ræparatorijs iudic[illegible] ſufficit quaſi poſſeſſio filiationis, ſeu legitimitatis.
488 [illegible]ando filius petit alimenta, ſufficit quaſi poſſeſſio filiationis
490 Matrimonij quaſi poſſeſſio probatur, probando, q[illegible] A. & B tractabant ſe inuicē tāquam maritus & vxor, item quod talis fuit tractatus vt filius, item communiter pro tali fuit habitus, & nu. [illegible]91. 492.
493 Quando agitur de probatione matrimonij principaliter

paliter titulus matrimonij probatur, aliàs præſumeretur concubinatus, ſecus ſi incidenter ad effectum ſucceſſionis.

494 *Matrimonium præſumptum quomodo probetur, & nu. 495.*

496 *Maior eſt præſumptio, quòd Berta ſit vxor mea, ſi eam vt talem tractaui, quàm ſi eam ſic ſemper nominaſſem.*

497 *Ex cohabitatione ius ciuile præſumit matrimoniũ, ſecus eſt de iure canonico.*

498 *Ex diuturna cohabitatione præſumitur matrimonium, quantum ad legitimitatem filij*

500 *Capitula qualiter ſint formanda ad probandum filiationem.*

poſt Iacob. de Rauen. determinat Cyn. in d.
366 l. ſi vicinis. nu. 3. C. de nuptijs. † vbi firmat
quæſtionem de quodam, qui habebat vxoré
adulteram, & ob id eam à ſe repulit ſine ta-
men iudicio eccleſiæ, & iſta mulier ſic repul-
ſa vadit ad lupanar, & in proceſſu temporis
peperit, & quærebatur, an is filius eſſet iudi-
candus filius d. mariti: & concludit, ꝙ ſic, q̄a
poſſibile eſt eſſe natū de matrimonio, & pr̨-
ſumptio eſt pro filio, ex quo poſſibile eſt, eū
fuiſſe conceptum ex d. viro: vnde oportet ex
aduerſo probari, eum fuiſſe filium, & conce-
ptum ex d. marito, ꝙ erit difficile, inquit il-
367 le. Et hoc, † qñ ſine iudicio eccleſiæ mari-
tus repellit d. vxoré, ſecus ſi iudicio eccleſiæ,
eā repuliſſet, vt ibi per eū. & d. deciſioné Cyn.
ſequitur etiam Albe. ibidem nu. 3. & Barba.
& alij infra citandi, & in ſpecie etiam Bertrā.
368 cōſi. 73. nu. 13. vol. 3. in 2. parte. dicés, † qđ
ſi mulier nupta hab.tabat cum adultero, &
in domo ipſius peperit, & mulier, & adulter
nutriuerunt eum tanquàm filium eorum
ſpurium, & talis etiam reputatus fuit per vi-
ciniam, prout in caſu Capræ d. conſi. 2. tamé
ſi etiam maritus liberum acceſſum habebat
ad eum, præſumi deberet filius mariti, per d.
deciſionem Cyn. & citat etiam Barbat. de
quo infrà. Quòd ſi id verum eſt in caſu Cyn.
& Iaco. de Rauen. quantò ergò magis in ca-
ſu iſto, in quo iſta mulier peperit octauo mé
ſe, poſtquam fuit à marito repulſa. nam & ſi
potuerit in nono menſe naſci ex adultero,
qui conuerſationem, & conſuetudinem ha-
beret cum d. muliere, antequàm expellere-
tur, vel in ſeptimo menſe, poſtquàm fuit ex-
pulſa, d. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homi. ta-
men præſumi debet natus in nono menſe,
369 † vt eſt magis cōmunis natiuitas, & ſic ex
marito, quàm ex adultero, vt cōcludit Dec.
in d. c. per tuas. nu. 1. in fin. verſi. 3. eſt caſus,
quādo filius natus cōcipi potuiſſet ex priori
cohabitatione etiam eo tépore, quo mulier
abſens fuiſſet; & tunc conſiderata priori co-
habitatione naſcatur in nono menſe, & at-
tento tépore dictę abſentiæ naſceretur in ſe-
ptimo menſe, præſumendum erit pro habi-
tatione præcedente, conſiderato eo, quòd
magis communiter contingit &c. per Bal. in
d. l. ſeptimo menſe. nam, vt ille ait, commu-
niter filij ſtant in vtero matris per nouē mē-
ſes; & probat Neuiza conſi. 34. nu. 35. in no-
na præſumptio. & infrà latius dicam in re-
ſponſione ad quartum fundamētum. & idē
concludit etiam Menoch. dicto caſu 89. nu.
37. & plu. ſeq. vbi concludit, quòd ex quo ſe-
370 ptimo menſe filius naſci, & viuere pōt, † li-
cét vt plurimum ſint defectiui in aliqua par
te cot-

te corporis, ſi contiugat maritum diù ab
vxore abfuiſſe, deinde reuerſum fuiſſe, & in-
tra ſeptem menſes vxorem parere, quæ & a-
dulterum admittebat, nihilominus iudicã-
dus eſt filius mariti potius, quàm adulteri; ſecus
autem è conuerſo, ſi diù maritus abfuit; de-
inde reuerſus ſtetit cum vxore per duos,
aut tres dies, & iterùm abijt in longinquam
regionem, & ipſa peperit octauo menſe filiũ,
qui & viuit, quòd tunc nõ præſumitur filius
371 mariti, † quia in octauo menſe qui naſcun-
tur non viuunt. Et d. deciſ. Cyn. probat Bar-
bat. cõſi. 58. vol. 2. loquens in vxore cuiuſdã,
quæ ſtabat in domo ſacerdotis, & cum eo
etiam cohabitabat, & ad eam etiam patebat
acceſſus marito ad libitum ſuum, & peperit
filium in domo ſacerdotis, & concludit præ-
ſumi filium mariti d. mulieris, non autem ſa
cerdotis. & deciſionem ſuprà dictam Cyn.
probat etiam Alex. conſi. 88. num. 8. in prin.
volu. 7. & Barbat. refert, & ſequitur Pariſ. d.
cõſi. 64. nu. 7. Curt. iun. cõſ. 31. ſub nu. 3. Ga-
briel. tit. de præſump. concluſio. 14. in 8. am-
pliat. nu. 9. & in 3. ampliat. Nec obſtat, quòd
Cyn. loquatur in caſu, quo nulla aderat prę-
ſumptio, quòd poſſit eſſe filius alterius certę
perſonæ, vt ſuprà fuit dictum in cõtrario in
4. fundamento: quia illa eſt mera cauillatio
372 Bero. d. cõſi. 161. vol. 2. † quia Cyn. conſi-
derat ſolùm, quòd ſi filius poſſit eſſe filius mari-
ti, potius id præſumendum ſit, & dedit exem
plum fortius in caſu, quo potuit facilè eſſe
filius alterius. & ideò meritò Barbat. Bertrã.
& alij, qui eum ſequuntur, loquuntur ſecun-
dum caſuum contingentiam, vbi vnus tan-
tùm adulter cõſuetudinem habebat cum d.
muliere, & fundat ſe ſuper ea ratione, quòd
quandiù poſſibile eſt filium ex matrimonio
naſci, legitimus eſt, & præſumitur ex eo na-
tus, niſi probetur contrarium. quæ ratio mi
litat, etiam ſi aliqua eſſet pręſumptio in con
trarium, quòd ſit filius alterius certæ perſo-
næ per nominationem, tractatum, &c. vt in
caſu, quo vltra maritum mulier etiam adul-
terũ admittebat, poſt Abb. Barbat. d. cõſ. 27.
colum. 2. num. 11. vol. 1. & ibi nu. 14. ad hoc
etiam citat Bal. & quòd d. præſumpt. d. §. de-
functo. locum habeat, etiam ſi mulier extra
domum mariti pariat, ſequendo Abb. Grat.
conſi. vlt. nume. 41. vol. 1. etiam ſi concurrat
mulieris cõfeſſio, quòd partus eſt filius adul
teri, vt ibi per eum. Et quòd filius præſumatur
natus ex patre naturali non obſtante mulie-
ris adulterio, & ſic quod etiam legitimatio
facta per adulterum de eo tanquam filio ſuo
corruat ipſo filio agente, reſpondit Dec. cõſ.
576. nume. 10. Et pro hac parte facit Iacob.
Butriga. in l. quidam. ff. de probat. quem re-
fert, & ſequitur Alex. d. conſi. 87. nu. 15. & ſeq.
vol. 7. in caſu, quo quis natus eſt ex vxore, pu
tà, Titij vicinis ſcientibus, & tractatus ab eo
vt filius, & poſteà eo mortuo mater eum fi-
lium tradidit cuidam presbytero, qui eum
tractauit vt filium, quòd nihilominus cõtra
propinquos Titij filius obtinebit hęreditatẽ
Titij, vti eius filij. & licet Alex. intelligat Bu-
trig. in nato in domo mariti vxoris, tamen
nõ ſic loquitur Butriga. Et Barbat. d. cõſ. 58.
vol. 2. refert, & ſequitur Paleo. in tracta. de
nothis, & ſpurijs, cap. 24. nu. 1. qui etiam ad
id citat Dec. d. conſi. 657. qui tamen non ſe
firmat in opinione Barbat. vt infrà dicam in
reſponſione ad quartum argumentum. & d.
caſum Barbat. quòd filius dicatur natus ex
marito, etiàm quòd mater habitaret extra
domum mariti, ſi modò maritus ad eam ſę-
pè acceſſum habebat, tenet Menoch. d. caſu
89. num. 25. vbi citat Alex. Barbat. & Paleo.
vbi ſup. & Iaſ. d. cõſi. 125. col. 2. verſi. &c. vol.
4. qui tamen contrariũ cõcludit, nec ad hoc
meruit allegari, vt ſtatim dicam eum referen
do. Et in terminis etiam ſequendo Barbat.
& concordan. reſpondit Pariſ. cõſ. 11. præſer-
tim nume. 13. vol. 2. Quo fit, vt malè conſu-
luerit reprobãdo Barbat. Iaſ. d. cõſ. 125. vol. 4.
qui fundat ſe ſolùm ſuper eo, quòd filius non ſit
natus in domo mariti, & ſuper nominatio-
ne, tractatu, & fama, ac confeſſione matris,
quòd eſt filius adulteri. ſed primum non ſuf-
ficit per Cyn. vbi ſup. & cætera corruunt, vt
ſuprà dixi, & infrà latius demonſtrabo in re-
ſponſione ad adducta in contrariũ, ergò &c.
Et eodem errore lapſi ſunt alij moder. præſer
tim Rolan. d. cõſ. 11. nu. 9. vol. 4. & periculoſa
etiã remanet conſultatio Alex. d. cõſ. 88. prę-
ter id, quòd in caſu ſuo multa alia cõcurre-
bant, vt etiam infrà dicemus in reſponſione
ad quartum argum. in ſecunda reſponſione.
Et pro Barbat. vbi ſup. facit Abb. in c. officij.
num. 3. de peniten. & remiſſio. vbi per d. §. de-
functo. concludit, quòd licèt vxor extra do-
mum mariti, & in loco ſuſpecto habitet, tñ
adhuc præſumitur filius mariti: & iſtud di-
ctũ refert Iaſ. d. cõſ. 125. col. 1. vol. 4. & quãuis
in caſu ſuo teneat contrarium, tamen non
reſpondet dicto Abb. niſi dicamus, quòd Iaſ.
loquitur in caſu, in quo vxor illa cohabita-
bat cum adultero, quòd non præſupponit
Abb. nec omninò Barbat. Quod ſi fortè
373 † maritus raròad vxorem accedebat, quæ
in domo adulteri ſtabat, vtiq; aliud eſſet pſu
mendũ, teſte Alcia. d. cõſ. 510. in fin. Et ſic nõ
nõ obſtat quicquã, quod ſcripſit Alcia. cõſ.
vltimo, dum voluit natum in domo concubi
narij præſumi natum ex concubinario. nam
de nato ex concubina in concubinatu for-
mali,

mali, idem iudicandum, quod de nato ex
vxore, Riminal.conſi.615.num.5.vol.4. Et in
indiuiduo Mazol. d.conſil.89.& Ancha.in.d.
q.25.in 3.par.per tot.& latiſſimè contra filiũ
natum ex concubina, licet legitimatum per
adulterũ, Marcabru.conſ.13.& ibi in termi-
nis præſentis quæſtionis.

Et in caſu, quo filius genitus fuit in domo ma-
riti, & vxoris, ſed adulter nominauit, & tra-
ctauit eum vt filium, & dicti vir, & vxor cum
dixerunt filiũ adulteri, Barbat.cõſ.27.vol.1.
& in caſu, quo filius, poſtquã natus eſt, adul-
ter aluit, & tractauit eũ vt filium, legitima-
uit, & etiam hæredem instituit, Corn. in l. ſi
pater.nume.5.C.de hæred.inſtit.

Cum itaq; d. D. Claudius nedum ſit natus ex
muliere, quæ erat coniugata, ſed etiam quæ
cum marito cohabitabat tẽpore cõceptio-
nis illius, habita conſideratione ad tempus,
quo communiter ſolent filij naſci, in quo mẽ
ſe ſatis cõſtare dicitur eum iudicandum eſ-
ſe natum, & conceptum ex dictis iugalibus,
non autem ex d. Com. Franciſco, & conſe-
quenter nominationem, & tractatum de ip-
ſo factum vti filio d. Com. Franciſci per ba-
ptizationem, alimentationem, hęredis inſti-
tutionem, & legitimationem, minimè ſuffra-
gari ex his, quæ ſup. diximus: & in terminis
Pariſ.d.conſ.11.nu.14.& ſeq.vol.2.& Rolan.
cõſ.12.nu.28.vol.4.& Barbat.conſi.27.col.6.
in prin.vol.1. Alcia.conſ.510.in princ. Rolan.
d.cõſ.49.nu.23.& plur.ſeq.eo.vol.4.& latius
demonſtrabo in reſpõdendo obiectis ſup. in
contrarium factis. & plures concordan. per
Alcia.cõſ.189.q.1.& in princ.& ante eos etiã
Grat. conſi.158.in princip. vol.2. vbi ſic im-
pugnat legitimationẽ factam de aliquo tan-
quam adulterino, qui tamen natus eſt ex
coniugata.

Quibus ſic ſtantibus nunc ſupereſt reſpõdere.
Primum igitur argumẽtum, in quo fit diffe-
rentia inter filium reum conuentum, & eum
actorem exiſtentem, non ſubſiſtit, vt in ſpecie
probat Ancha. iun. in d. q.25.nu.3.& etiam
ſuprà dixi. Et inſuper quod in d. argumento
dicitur de nominatione, & tractatu d. Com.
Frãciſci, & publica voce & fama ſoluitur plu-
ribus modis. Et primo, quòd erit aduerten-
dũ in modo probandi iſta, quia forſan non
ità de facili iſti hęc probabuntur ex aduerſo,
& via probandi forſan erit difficilior, quàm
pars aduerſa putet. nam & ſi filiatio ſit diffi-
374 cilis probationis, † tamen nominatio præ-
ter id, quòd oportet, quòd ſit facta præſen-
te nominato, & ad effectum principaliter no
minandi eum filium, etiam oportet, ꝙ teſtes
ſint concordes, nec ſufficerent teſtes ſingula-
res, quia non admittuntur in probanda fi-
liatione, nec inſtrumẽta, Grat.cõſ.90.nu.42.
volum.2.ſed teſtes tantùm, dummodò tamẽ
non ſint ſingulares: & contra teſtes ſingula-
res in terminis Alex.cõſ.74.ſub nu.1.vol.2.&
illud de inſtrumentis non probat Bero.q.90.
ſub num.2. ità reſpõdit Grat. d. conſi.62.co-
lumna 2. vol.2. vbi latè reſpondit cõtra pro-
bationem nominationis. & quòd nominatio
filij debeat eſſe circa actum ſoli filio, vel illi
magis alteri conuenientem, eſt * communis
opinio, teſte Cepha.cõſ.48.nu.24.& ſeq.& lo
quitur in nominatione facta per inſtitutio-
nem, ſed potius ille actus nõ eſt nominatio-
nis tantùm, ſed & tractatus, vt per eum, alio
non apparente, probetur filiatio. Et ꝙ ſim-
plex nominatio facta de alio vt filio ſuo, vel
vxore, vel fratre, aut cõpatre non conſtituat
aliquem in quaſi poſſeſſione filiationis, &c.
glo. in c. per tuas. de probat. & abundè Dec.
conſi.462.num.10.& plur.ſeq. Et quando fi-
lius agit nihil releuat, ꝙ adulter in legitima-
tione filium ſuũ nominauit, Dec. coſ. 576.
num.10. vbi in terminis d. §. defuncto. Et cõ-
tra nominationem, & confeſſionem de filia-
tione, quod non probet ſufficienter pro no-
minato, latiſſimè per Dec. conſil. 461.& ibi
etiam cõtra inſtitutionem, & legitimationẽ.

Scio tamen, ꝙ aliqui tenent, ꝙ teſtes dicentes,
aliquem filium legitimum, & naturalẽ pro-
bant eum talem, niſi interrogati de cauſa
ſcientię non reddant bonã rationem, Corn.
conſi. 87. num.17. uol.3.

In probandis autem tractatibus filiationis o-
375 portet etiam teſtes eſſe multũ cautos. † nã
prętet id, ꝙ non audiantur teſtes ſingulares,
ſed oporteat eos eſſe oĩnò cõcordes, Grat.d.
conſi.62. niſi etiam deponant de actibus par
ticularibus filio magis, quàm cęteris perſo-
nis conuenientibus, etiam non interrogati,
quia ſumus in his, quę ſenſu corporali im-
mediatè non percipiuntur, ſed iudicio intel-
lectus, vtique non probarent, ut reſpondit
Ruin.cõſ.52.nu.5.vol.5.vt latè hoc defendit,
& benè. neque enim ſufficiunt ad probandũ
quem filium eius, ꝙ is fecerit eum lactari, &
eum alimentatus ſit, Alex.cõſ.74.nu.2.vol.2.
Dec. conſi.321.num.12.ad fin.

Quãuis Dec. conſi.14.col.2. ad fin. & cõſ.272.
nume.2. in hoc vltimo de iudicio intellectus
non conſentiat, & nihil allegant Grat.d.cõſi.
62. Gozad.conſi.23.num.49. Crauet. conſi.
225. num. 3.

In probatione autem publicę vocis, & famę fi-
liationis maiore adhuc opus eſt diligentia.
376 ea enim, vt dicatur legitimè probata, † deſi-
derat inter cętera, ꝙ teſtes dicant audiuiſſe
à toto populo, vel ſaltem à maiori parte, vt
docet Bar. in l. de minore. §. plurium. nu.21.
& ſeq.

& ſeq. ff. de quæſtio. vbi concludit, non ſuffi-
cere, ꝙ teſtis dicat ſimpliciter fuiſſe, & eſſe
publicam vocem, & famam; nec ſufficere, ſi
dicat, audiuiſſe publicè dici, quia poteſt eſſe,
ꝙ vnus, vel duo hoc dicebant publicè in pla-
tea, uel vicinia, Saly. in l. ea quidem. nu. 115.
& ſeq. C. de accuſat. Cuma. conſilio 77. col. 2.
Dec. conſi. 429. nume. 19. Craue. cóſ. 41. nu.
* 5. & eſt* communis opinio, latè Hippoly. in d.
§. pluriũ. & in terminis Ruin. d. cõſi. 52. vol. 5.
& ante eum Alex. conſ. 83. num. 6. vol. 3. Pariſ.
cõſi. 10. vol. 2. Rolã. cóſ. 11. vol. 4. & ſi Barbat.
377 titubet d. conſ. 68. vol. 4. ſufficerẽt† tñ teſtes
* ſingulares, ſecundũ* communem, Rimin. iu.
conſi. 1. nu. 6. vol. 1. quod fuit repetitum in-
ter conſi. criminal. conſi. 85. vol. 2.

Verum eſt, quòd Bal. in l. teſtium. in fin. C. de
teſti. vult ſufficere, ꝙ teſtis dicat, quòd pu-
blicè dicitur, quia præſumitur, quòd audi-
uerit: & amplius in d. c. per tuas. circa princ.
de probat. & in c. preterea. col. fin. de teſti. ad-
mittit probationem famæ per teſtes dicẽtes
audiuiſſe publicè dici, & multi etiã ſequuti
ſunt, & Rota, de qua per Caſſad. deci. 3. nu-
mero 4. & per totam. de probat. ſed ut dixi,
* cum Bar. ſtat* cõmunis opinio. & pro pro-
batione famæ, Barbat. & Port. relati per Bur
ſat. conſ. 88. ſub num. 14. Debent etiam teſtes
378 †nominare aliquos, à quibus audierũt, etiã
ſi non ſint interrogati, à quibus audiuerint,
Port. qui concordan. citat conſi. 39. num. 24.
& ante eum Alex. conſ. 57. nu. 8. & ſeq. & cõſil.
123. num. 3. in fin. vol. 7. Corn. cõſ. 301. num.
10. vol. 3.

Quamuis Bar. in d. §. plurimi. videatur requi-
rere interrogationem.

Non ſufficeret etiam, ſi teſtes aliquos nomina-
rent, à quibus audiuerunt, qui eſſent perſo-
næ ſuſpectæ, Bar. vbi ſuprà quia ſic conſtaret
hanc vocem originem habuiſſe à perſonis
non fide dignis.

379 Inſuper† etiam non ſufficeret, ſi teſtes dice-
rent, eſſe, vel etiam fuiſſe publicam famam, &
uocem, niſi percuterent tempus d. famæ, an
orta ſit ante motam litẽ; quia ſi ſit orta poſt
motam litẽ, prout in dubio præſumeretur,
nihil releuaret, c. licet ex quodam. de teſti. vbi
Abb. nu. 7. Crane. qui concordan. citat cõſil.
260. num. 7. vol. 2. & vltra eos Alex. conſi. 177.
num. 9. vol. 6. Cepo. conſi. 31. num. 9. in ciuil.
Gramma. voto 34. nume. 17. Afflic. deci. 324.
num. 10. & alibi ſæpè per Doct.

380 Quid† ſi teſtes in aliquo ex his deficerent,
eſſemus non in teſtimonio de voce & fama,
ſed in teſtimonio de auditu, ꝙ nihil profice-
* ret parti aduerſæ, glo.* communiter appro-
bata in l. 2. §. antepen. ff. de aqua plu. arcen. &
in terminis contra teſtimonium de auditu,
& de credulitate, Soci. iun. conſ. 86. num. 35.
ſeq. vol. 2.

Secũdo ſoluitur ſupradicta prima obiectio, vt
& ſi ea nominatio, tractatus, & publica vox
& fama exactè, & adamuſſim, prout oportet,
381 probarentur ex aduerſo, † tamẽ adhuc de-
bent cedere præſumptioni d. l. miles. §. defun-
cto. ff. de adult. ea ratione, quia præſumptio,
quæ ſurgit ex nominatione, tractatu, & pu-
blica voce, & fama, ꝙ Claudius ſit filius Cõ.
Franciſci adulteri, potius hominis eſt, quàm
iuris, hæc autem, quæ ſcripta eſt in d. §. defun
* cto. ſecundum* communem ſenſum, vel iu-
382 ris & de iure eſt, vel iuris tantùm, ſaltẽ† quę
eſt liquidiſſima probatio, gl. vulgata in l. pen.
C. de pericu. tuto. & concordan. in terminis
per Barbat. d. conſil. 58. col. 2. num. 12. in fin.
vol. 2. Bero. quæſt. 90. ſub num. 2. Grat. d. cõſ.
58. col. 1. vol. 2. vbi reſpondit contra nomina-
tionem adulteri, & tractatum per legitima-
tionem: & hæc iuris præſumptio potior eſſe
debet, vltra ea, quæ ſuprà diximus, præſertim
in quarto argumẽto in contrarium; quia eſt
383 etiam benignior. † nam potius debet præ-
ſumi honeſtum poſſibile, ꝙ ſcilicet is natus
ſit ex dicto matrimonio, quàm poſſibile in-
honeſtum, ꝙ eſſet, ſi præſumeretur natus ex
adultero, vt in ſpecie concludit Bal. in l. filiũ
definimus. in prima lect. nu. 11. verſic. item
nota, quòd potius præſumitur. ff. de his, qui
ſunt ſui, vel alie. iur. Barbat. vbi ſuprà, & ſe-
* quuntur* communiter Doct. ſup. citati. pro
384 quo facit, † quia illicitum non præſumitur,
quando poteſt præſumi licitum, Corn. cõſil.
91. nu. 9. vol. 1. & idem probat Bal. quem ne-
mo citat in l. 1. nu. 52. C. qui accuſa. non poſ.
dicens, quòd honeſta coniectura inhoneſtã
præſumptionem vincit fauore imminentis
prolis, per d. §. defuncto. Et hęc ratio plenius
ſatisfacit, quam litera d. §. defuncto. inquit
Menoch. d. caſu 89. nu. 21. & ſeq. & idem pro-
bat Bal. in l. ſi matre. num. 2. C. de ſuis, & legi.
dicens, quod diſpoſitio d. §. eſt fundata ſuper
d. benigna interpretatione, & hæc violenta
eſt præſumptio, quia fundata eſt ſuper de-
terminatione legis, quæ ibi figit pedem, ideò
debet cæteris in contrarium præſumptioni-
bus præualere, Bal. in d. l. non ignorat. ſub
nume. 5. C. qui accuſa. non poſ. qui addit, ꝙ
dd. præſumptiones tendunt ad conſtituen-
dum quaſi poſſeſſionem filiationis, quæ de-
bet cedere probationi filiationis, quæ oritur
ex d. legis præſumptione, licèt malè eũ tor-
queat Corn. d. conſi. 1. ſub nume. 22. vol. 3. &
ideò Paleo. d. cap. 24. nu. 5. in tracta. de noth.
& ſpu. concludit, hanc benignã præſumptio-
nem legitimitatis filij in terminis d. §. defun-
cto talem eſſe, vt ſuperet omnes ferè contra-
rias

rias conicᶜturas. & is potiſſimùm mouetur
eo exemplo, in quo Alex. d.conſil.88.vol.7.&
Corn.d.conſi.1.vol.3. vix pro filio ſpurij re-
ſponderunt, in caſu, quo is natus eſt in do-
mo adulteri,& is educatus, nominatus, legi-
timatus, & tractatus eſt, concurrebatq; ma
tris, & mariti eius aſſertio, & vulgò omnes
eum adulterinum putabant, non tantùm ex
his moti coniecturis, quantum ex eo, quòd
maritus tempore cõceptionis aberat, & ad-
huc ſuper his latrarunt,& Corn. in l.ſi pater.
385 num.5.C.de hæred.inſti.† ꝙ vidit conſultũ,
quod non valet inſtitutio facta per quendã
diuitem de filio nato ex cõiugata, cum qua
ipſe rem haberet,licet ſtatim poſt partum ip
ſe eum receperit in filium ſuum, & educauo-
rit,& legitimari fecerit,cõcludens huiuſmo-
di legitimationem eſſe iuris errorem. Nec fa
386 uore †.ſolùm ipſorum filiorum introducta
eſt d.præſumptio & diſpoſitio d.§. defuncto.
ſed etiã fauore legitimitatis, & matrimonij,
Palco.vbi ſuprà. ad fin. Dec. conſi.576.num.
10. vbi reſpondet filium natum ex coniuga-
ta,non obſtante,quòd ipſe fuerit ab adulte-
ro legitimatus vt eius filius,legitimationem
non valere:& pulchrè etiam Cepha.conſ.82.
num.59.propter magnam reuerentiam,quã
lex habet erga illud, vt cõſiderat Barbat. vbi
ſuprà,& maximè d.conſi.27.col.1.nume.7.&
387 ſeq.dicens poſt Io. And. † quòd mulier nu-
pta licet luxurietur,& turpiter viuat,tamen
adhuc viget reuerentia matrimonij, vt pro-
ptereà non poſſit etiam perſonaliter capi.qa
iura deferunt reuerentię matrimonij, pro-
pter honorem, & reuerentiam ſummi Prin-
cipis Dei, qui tantum ſacramentum adinue
nit;& etiam reſpectu loci,in quo fuit inſtitu-
tum, quia in Paradiſo fuit ordinatũ, & etiã
propter formam ſolemnitatis, vt ibi per eũ
num.12.vt meritò Diuus Paulus dixerit,Sa-
cramentum hoc magnum eſt.hanc etiã con-
ſiderationem probat Rolan.d.conſ.11.nu.9.
vol.4.& ante eum Dec.conſi.567. Pariſ.conſ.
21.ſub num.13.& conſi.12.nume.236.vol.2.
Et ideò meritò dixit Cy.in d.l.ſi vicinis.nu.3.
388 C.de nup.† quòd vbi poſſibile eſt, filium eſ-
ſe natũ ex matrimonio, putà, quia maritus
liberum habebat acceſſum ad matrem ex-
tra domum eius habitãtẽ, difficile erit pro-
bare contrarium. Et per d.deciſionẽ Brun.
d.conſi.15. in princip.concludit, ꝙ natus ex
coniugata pręſumitur filius mariti,niſi pro-
betur maritum non cõcubuiſſe cum vxore,
etiam ſi vxor retinebatur in domo adulteri,
quòd tamen erit difficile probare,quòd ma-
ritus non accedebat ad eam, vt ibi per eum.
ꝙ ſi nominatio, tractatus, & publica vox &
fama huiuſmodi ſufficerent, vtiq; non adeò
difficile eſſet probare contrarium. Et facit
etiam, quia non debet eſſe in poteſtate cu-
iuſlibet iſtis modis ſibi fauere, & fingere ali-
quem filium, inquit Pariſ. d. conſi.12. vol.2.
Et propter hanc benignitatem, quę ſemper
eſt accipienda, inquantum fieri poteſt, ſe-
389 quitur, † quòd ſi ancilla peperit in domo
mea, & ibidem etiam concepit, non ideò ta-
men præſumi debet filius meus, Barbat.vbi
ſuprà. d.conſil.27.col.2.nume.15.& d.conſe-
quentiã refert & ſequitur Alcia.d.conſi.389.
licet de eo quandoq; dubitauerit Gozad.d.
conſi.13. Et forſan illæ contrarię coniecturę
& pręſumptiones aptę eſſent ad poſſeſſoriũ
pro d. Claudio, ut infrà dicam in vltimo du-
bio, non autem in petitorio, ſuper quo nunc
tractãdum erit; prout nec etiam ſufficiunt,
vbi illæ peteret tanquam filius, Grat.d.cõſ.
158.nume.8.vol.2.& probat Cepha.cõſ.137.
num.4.& plu.ſeq.vbi in nominatione loquẽs
concludit, quòd ea inducit quandam quaſi
poſſeſſionem, ſed non ſufficit in deciſorijs pe
titorij, ibiq; plures citat auctoritates, vt ſolũ
ſufficiat, quò ad quaſi poſſeſſionẽ, & ad ali-
menta cõſequenda. idemq; in tractatu pro-
* bat ex* communi ſententia Dida.tit.de ſpõ-
ſal.in 2.parte,cap.8.§.1.nu.6.verſi. 2. proba-
390 tur filiatio ex tractatu. † Et fama in termi-
nis ſolùm facit ſemiplenam probationem,
* non autem plenam, ſecundum * communẽ
opinionem, de qua ibidem per eum, verſi.fa-
ma verò eſt, &c. etiã quòd ſimus in his, quę
ſunt difficilis. probationis, ut ibi per eum;
quicquid aliqui cõtradixerint, dicentes ple-
nam facere probationem, de quibus ſuprà
in hoc primo argumento.quamuis aliqui di
* cant * communem opi. eſſe, vt etiam in peti-
torio ſufficiat quaſi poſſeſſio filiationis, vt
poſt Fulgo. teſtatur Corn.d. conſi.1.ſub nu.
22.vol.3. Nec etiam quantum ad excluden-
dum eum, qui vult vti proximior ſuccedere
defuncto, quoniam etiam eo caſu, qui idem
eſſe vũ, non ſufficit illa quaſi poſſeſſio proba-
ta per nominationem, educationem, & tra-
ctatum, vt ſequẽdo Iaſ.d.cõſ.106.vol.1.aper-
tè firmat in terminis d.§. defuncto. Grat.vbi
ſuprà.num.7.& idem reſpondit d. conſil. vlt.
num.44.vol.1. Et prædicta confirmat etiam
Riminal.conſi.615.num.5.& plur.ſeq.& nu.
390 12.& ſeq.uol.4.quatenus cõcludit,† quòd
tractatus etiam per nominationem, & legi-
timationem nominatio, & confeſſio patris
etiam iurata nõ debent eſſe in conſideratio-
ne in præiudicium pręſumptionis ſurgentis
ex dicto §.defuncto. niſi etiam concurrat fa-
ma filiationis, ut etiam infrà dicam.
391 Tertiò poteſt reſponderi, † quòd pręſum-
ptiones,& coniecturæ, quæ diciuntur ex no-

minatione,

minatione, & tractatu &c. de quibus ſuprà
licet non plures ſint, quàm ſit iſta præſum-
ptio iuris d.§.defuncto. tamen debent habe-
ri pro vna illæ, ſcilicet nominatio, & tracta-
tus, quia ab vno, & eodem auctore proce-
dunt, ſcilicet d. Com. Franciſco, vt in termi-
nis probat Barbat.d.conſ.27.col.3. num.28.
vbi propterea concludit, quòd illis pręualet
meritò hæc iuris præſumptio, maximè cum
illæ præſumptiones ortæ ſint à perſonis ſu-
ſpectis, & in cauſa propria, vt ibidem per eũ
colum.4. nu.30. & iſtud eſt, quod latè com-
probat Rimin.d.conſ.615.vol.4.vbi in termi
nis concludit, quòd tractatus, nominatio,
392 † & confeſſio patris nõ nocent tertio, quia
ſumus in his, ſcilicet, in filiatione probãda,
quæ non dependent à ſolo animo, & facto
tractantis, nominantis, vel confitentis; & ibi
nu.9. addit, idem eſſe in ſententia lata ſuper
filiatione, quòd non præiudicet tertio.

393 Quartò etiam dici poſſet, † quòd in con-
trarium allegata procedunt, & loquun-
tur in probanda quaſi poſſeſſione filiationis
legitimæ, vel filij concubinarij, vel vbi agitur
de alimentis ſpurij, vt reſpondit Ang. conſil.
193.col.1. in fi. quẽ ad hoc refert & ſequitur
Dec. in d. c. per tuas.col.1.ad fin. de probat.
quæ ad caſum præſentem non pertinent, in
quo de filio adulterino probãdo tractatur.
Et faciunt, quæ latè ponit Pariſ. d.conſi.11.
num.25.& ſeq.vol.2.vbi concludit, quòd nõ
eſt in poteſtate cuiuſlibet facere aliquẽ ſuũ
filium per nominationem, & tractatum hu-
iuſmodi, & loquitur in educatione, inſtitu-
tione hæredis, & legitimatione: & ante eum
Iaſ.conſi.102.col.2.in fi.in quarto fundamẽ-
to, & in fin.vol.4. vbi concludit, nominatio-
nem, & tractatum per lactationem, & educa
tionem factam de aliquo tanquam filio non
probari talem filium ſuum eſſe, vbi ſumus in
ſpurio, vel vulgò quæſito, ſecus autem in iſto
filio .ſ. nato ex muliere nupta, vbi ad hoc
plures auctoritates citat vltra Ang. vbi ſup.
& refert etiam, & ſequitur Grat.conſ.62.nu.
394 11.vol. 2. † vbi concludit, quòd nomina-
tio, & educatio, & tractatus huiuſmodi non
probant aliquem filium, quando agitur de
filiatione reprobata à iure, prout eſt illius,
qui natus prætenditur ex aliquibus, inter
quos non poterat eſſe matrimonium, vt in
caſu noſtro non poterat eſſe inter d. Com.
Frãciſcum, & d. Barbaram iam alteri nuptã.
& hanc reſponſionem pro notabili commen
dat Grat. vbi ſup.& repetit conſi.158. num.
9.verſi.3. reſpondeo, & notabiliter vol.eo. &
d.conſ.vlt.nume.45. vol.1.& in terminis d.§.
defuncto. quod inſtitutio hæredis facta per
adulterum nõ probet inſtitutum filium ſuũ
eſſe, licet eſſet natus in domo ſua, Brun.d.cõ
ſilio 15.numero 2.

Qua reſponſione attenta, ſequeretur, malè cõ-
ſuluiſſe Barbat.in cõtrarium allegatũ, Alex.
d.conſi.88.vol.7. & Pariſ. d. conſ.10. vol.2.&
pariter Iaſ. conſ.125.vol.4. & alij, qui ſe fun-
dant in d.nominatione, & tractatu, & pu-
blica voce & fama ad probandum filium na
tum ex adultero: præter id, quòd etiam non
loquuntur in ſpecie noſtra, vt etiam ſuprà
dixi, & etiam infrà dicam, maximè in reſpon-
ſione ad vltimum argumentum.

Sed hæc reſponſio ſit ex abundanti, quoniam
ſcio eam per multos impugnari, volentes
quaſi poſſeſſionem filiationis conſiderari, &
dari etiam in ſpurijs, de quibus per Gozad.
d.conſ.13.num.55.& Pariſ. conſ.10.num.35.
vol.2. Quæ concluſio vbi vera etiam eſſet, nõ
tamen obſtaret in caſu noſtro, in quo nõ re-
perio aliquem contradicentem.

395 Non obſtat ſecundum argumentum † de
confeſſione matris, quia contra eũ eſt tex. in
l. pen. alias eſt fin.§. mulier grauida repudia-
ta, filium enixa abſente marito, ſpurium in
actis profeſſa eſt &c. ff. de probat.gl.& Doct.
in l.ſi quis poſthumus.§. fin.ff. de lib. & poſt-
hum.& concordan. per Alcia. conſ. 510. ſub
nu.1. & contra confeſſionem mariti, & vxo-
ris, Cyn.in l.ſi vicinis.nume.4. C. de nup. vbi
etiam contra cõfeſſionem illius Reginę, quæ
dixit filio, quòd non erat filius Regis, Bal.in
l.filium definimus.in 1.lect.nu. 11. ff. de his,
qui ſunt ſui, vel alie.iur. Rolan.d.conſ.11.nu.
12.in fin.vol.4. Alex.conſ.88.nu.8.in fi.vol.7.
Barbar.d.conſ.58.nume.8.vol.1. & ante eos,
Caſtren.cõſ.115.nu.3. in prima parte. Dida.
tit.de ſponſal. in 2. parte, cap. 8.§.3.nume.8.
& alibi ſæpè per Doct.& contra viri, & vxoris
aſſertionem, Barbat. d.conſ.27.col.4.nu.29.
vol. 1. Nec mouet, quòd imò etiam ſola ma-
tris confeſſio probat filium adulteri, concur
rente publica voce, & fama, Alex.d.conſi.88.
num.13.vol.7. Rolan. d.conſ.11.nu. 2. & 13.
396 quia hoc à vero alienum eſt, † ex quo publi-
ca vox, & fama legitimè probata in his, quæ
ſunt difficilis probationis, vix facit ſemiple-
nam probationem, ut in terminis Dida.tit.
de ſponſal. in 2.parte, cap.8.§.3.col.antepen.
& ſeq. Et contra matris aſſertionem, quòd
filio non præiudicet poſt plures concordan.
per eum citatos, latè probat Menoch.d.caſu
89.nu. 27. & ſeq. ſaltem niſi aliquæ aliæ con-
iecturæ concurrant in cõtrarium, Alcia. vbi
ſuprà.ad fin.putà, quia maritus erat abſens,
397 ut ibi. † Verum eſt, quòd ſi filius haberet
conſcientiam læſam ex matris aſſertione de-
beret hæreditatem reſtituere, Abb.in c. offi-
cij.nume.4.de pœniten.& remiſſio. & contra
aſſer-

aſſertionem mariti, & vxoris, quòd talis nòn
ſit filius d. mariti in terminis d. §. defuncto.
reſpondit Grat. d. conſil. 146. in princ. uol. 2.
Et quòd aſſertio mariti, & vxoris non ſit at-
tendenda, etiam ſi dicerent eſſe filium adul-
teri, Iaſ. in l. Gallus. in princip. num. 67. ff. de
lib. & poſthum.

Ad tertium patet ſolutio ex reſpõſione ad prę-
398 cedens fundamentum. † ſi enim non ſtare-
tur propriç expreſſæ confeſſioni d. mariti, qđ
d. D. Claudius non fuerit eius filius, multò
minus tacitæ, quæ colligitur ex nòn inſtitu-
tione hæredis. & faciunt, quæ etiam ſuprà
diximus in reſpõſione ad primum argumen
tum. Et ità etiam reſpondit Curt. in d. cõſi.
31. num. 3. dicens, ꝙ non obſtantibus his, de
quibus in d. 3. argumẽto, filius, vel filia natus
ex coniugata etiam meretrice, etiam cũ plu-
ribus ſe commiſcente, etiam ſi mater, & ma-
ritus aſſererent filium adulteri, tamen præ-
ſumitur filius mariti, dũmodò maritus fue-
rit pręſens, & fuerit poſſibile ex eo naſci, & ẽt
non obſtante, quòd aſſimiletur adultero,
etiam ſi mater receſiſſet à marito, ut habita-
ret cum adultero; tanta eſt virtus, & poten-
tia d. §. defuncto. & ad prædicta facit Bal. cõſ.
134. in 1. parte. per totum. vbi concludit, ꝙ
licet pater nõ inſtituerit eum, qui eius filius
erat verè, teſtamentum redditur nullum, &
error ſuus non præiudicat filiationi tanquã
circumuẽtus in ea; & loquitur Bal. in eo, qui
in priore teſtamento filium vt filium legiti-
mum &c. inſtituit, & in 2. ei legauit, & tan-
quam hæredem inſtituit.

Circa quartum argumẽtum breuiter patet re-
399 ſponſio, † ꝙ ẽt & ſi Doct. paſſim conſide-
rent natiuitatem filij, an fuerit apud mari-
tũ, an autem penes adulterum, non ideò ta-
men excludunt, quin idem ſit iudicandum,
ſi filius ſit cõceptus ex muliere in domo ma-
riti, ut conſiderat Barbat. d. conſi. 58. col. 2.
nume. 8. vol. 2. & in ſpecie Ruin. conſ. 53. per
totum, vol. 5. & nõ minus clarè Gozad. conſ.
12. nu. 22. in 10. fundamẽto. & conſi. 13. nu.
45. in fin. idem firmat. tametſi quandoq; põ-
deretur magis locus natiuitatis, quàm con-
400 ceptionis, † quia dies natiuitatis eſt certa,
non autem dies conceptionis, vt in c. per
tuas. de probat. vbi Bal. not. nu. 4. vbi etiam
dat exemplum de origine, quòd facit domi-
cilium, non autem cõceptio. & ibi philoſo-
phando addit, quòd prima materia, ſcilicet
ſeminis, tota corrumpitur, nec aliqua pars
formalis ipſius remanet in embrione, ſicut
nec aliquod ſimplex elemẽtum, quod eſt mi-
nima pars rerum naturalium, remanet for-
maliter in iſto, vt phyſici dicunt, ideò fit de-
nominatio à natiuitate, ſecus autem in hac
materia dignoſcendi, cuius magis quis ſit fi-
lius, imò potius conſiderandum eſt tempus
conceptionis, ſi haberi poteſt, vt in caſu no-
ſtro, quoniam minus releuat natiuitas, cum
agatur de probanda filiatione, quæ nõ fit in
natiuitate, licet vno tãtum caſu, qui eſt mul-
tum notabilis, & mirabilis ad conſiderãdũ
ſcilicet, an quis ſit legitimè natus, inſpici de-
beat tempus partus, non autem conceptio-
nis, vt habetur in l. nuper. & ibi Bal. num. 1.
C. de natural. lib. & Doct. conſiderarũt tem-
pus natiuitatis, & locum tanquam magis
certum. Et quòd ſit verum, quod tempus, &
locus conceptionis eundem effectum opere-
tur, de quo agimus, apertè probat Caſtren.
d. cõſi. 115. num. 3. in 1. parte. Capra cõſil. 2.
in princ. num. 3. & apertius Alex. d. conſ. 88.
num. 14. in fi. vol. 7. verſi. præterea & ſecundò
reſponderi poteſt, quòd contraria opinio
procedit, quãdo apparebat, quòd ſaltem cir
ca tempus cõceptionis mulier habitabat cũ
marito &c. Dec. in d. c. per tuas. col. 2. in ſe-
cundo caſu, & tertio. de probat. dùm conſi-
derat abſentiam mulieris à marito, diſtin-
guendo plures caſus, de quibus per eum; &
etiam ſuprà dixi in 1. argumẽto pro iſta par
te; licet Beto. d. conſil. 162. num. 13. vol. 2. ab
hac ſententia ſolus recedat, & Decium intel-
ligat in filio nihilominus in domo mariti na
ſcente. idem tamen probat Pariſ. conſilio 10.
num. 35. vol. 2. vbi refert Corn. conſiderantẽ
quaſi poſſeſſionem in ſpurio, quando ſcilicet
401 cõceptus eſt in domo adulteri. † & licet Pa
riſ. cõſulat pro adultero, tamẽ illud eſt, quia
tunc temporis maritus erat inhabilis, & im-
potens ad prolem, vt ibi per eum nume. 36.
idem probat Pariſ. conſi. 11. num. 13. eo. vol.
2. & cõſilio 10. numero 3. in fin. eo. & apertè
Soci. iun. cõſ. 86. nu. 40. verſi. & licet fortaſsè.
& num. 44. verſ. vel ſaltem quãdo in domo ſi-
mul cum marito vxor habitabat tempore
conceptionis &c. vol. 2. quem refert, & ſequi-
tur Rolan. d. cõſ. 11. nume. 9. vol. 4. & tempus
cõceptionis, an maritus haberet facultatem
vxoris ſuæ, licet etiam adulteriũ admitteret,
cõſiderat etiam Barbat. d. conſi. 27. col. 1. nu.
10. vol. 1. propter benignam interpretationẽ,
quæ accipi debet, de qua etiam ſuprà dixi-
mus in reſpõſione ad primum argumẽtum.
Et quòd natiuitas filij apud adulterum, vel
in loco ſuſpecto nõ præiudicet præſumptio-
ni dict. §. defuncto. tenuit Abb. in cap. officij.
numero tertio. de pœnitent. & remiſſio. de
quo ſuprà memini in primo fundamẽto hu-
ius ſecundæ partis, vbi etiam propterea di-
xi, cauendum eſſe à Iaſ. d. conſilio 125. volu-
mine quarto. maximè dum dixit, communẽ
eſſe opinionem, quòd imò locus natiuitatis

arguat

arguat, cuius dicatur filius. id quòd à vero alienum eſt, ſaltem niſi alia concurrāt, de quibus ibi per eum, & alios Docto. contrarium volentes. Et quòd pręſumptio d. §. defuncto. procedat, etiam quòd mulier adultera ſit, & non parit in domo mariti, ſed alibi, vbi tamen maritus liberū habebat acceſſum omni tempore, probat poſt Barbat. & Dec. Paleo. in tract. de noth. & ſpu. nu. 1. cap. 24. ſecus ſi probaretur, quòd ratò maritus habebat acceſſum ad eius vxorem, quę degebat apud adulterum, Alcia. conſi. 389. nu. 2. in quinta præſumptione, prout tamen in caſu noſtro liberum habebat acceſſum maritus, & frequentem ad d. eius vxorem matrem dicti D. Claudij, ex quo diuertit ab eo de eius cōſenſu, ut legitur ex inſtrumento diuerſionis, factæ tamen ſine iudicio eccleſiæ, ad differentiam caſus, quando mulier aufugit à marito, vt adhæreat, & cohabitet cum adultero, qui eā tuetur, de quo loquunt auctoritates in contrarium allegatæ. Et pro hac parte, ſi tempore conceptionis dicti Claudij mater eius cum marito conuerſabatur, quòd omnibus in contrarium præſumptionibus ſupra dictis non obſtantibus, procedat præſumptio d. §. defuncto. probat Alcia. d. conſi. 389. nu. 2. verſi. 3. quia iſta mulier nunquàm habitauit cum marito tempore conceptionis ante, & poſt, ſed cum dicto Do. Barthol. & num. 7. verſi. quæ cauſa maximè ſubeſt in caſu noſtro, vt poſſit probari, quòd d. Agnes nunquàm fuit traducta per maritū, & quòd cum ea tempore conceptionis non conuerſabatur &c.

402 Secundò etiam poteſt reſponderi, † quòd imò præſumptio d. §. defuncto. procedit, etiā ſi mulier cohabitabat cum adultero etiam tempore cōceptionis, ad quam tamen liberum haberet aditum maritus. ſemper enim militat eadem præſumptio, & ratio pręſumptionis, ut per Barbat. d. conſi. 58. vol. 2. quē etiam, ut ſuprà retuli in princ. huius ſecundæ partis, cæteri ſunt ſequuti, pręter Dec. d. conſi. 657. in fin. qui de eo dubitauit, de quo ſuprà memini in fin. argumentorum partis contrariæ. Sed in caſu Ancha. per eum citati d. conſil. 225. & Corn. d. conſi. 1. uolum. 3. nu. 22. & Barbat. d. conſi. 68. uol. 4. & in caſu Alex. d. conſi. 88. vol. 7. alia multa concurrebant, ſcilicet nominatio, tractatus diuerſimodè, & publica vox, & fama pro adultero, Barbat. autem d. conſi. 58. non loquitur tot concurrentibus.

403 Ad quintum argumētum reſpondetur, † quòd ubi id verum ſit, ea quoque aſſertio iſtorum Illuſtriſſimorum Dominorum erronea fuit, ſicut nominatio, tractatus &c. d. Com. Franciſci, quæ veritati non debent præiudicare, vt probat Bald. conſ. 1. in 5. parte. imò etiam ſi d. legitimationem approbaſſent ſimpliciter, dūmodò tamen non promiſiſſent non contrauenire, adhuc non tenerentur illi ſtare, volentes vti iure ſuo, & de eo experiri, ut concludit Alcia. d. conſ. 389. num. 4. in 2. q. & ſimplex nominatio non ſuffragatur, ut dicatur Claudius conſtitutus in quaſi poſſeſſione iſtius qualitatis, ut de eo, qui aliquam nominabat ſuam commatrem, & plu. ſimil. Dec. d. conſi. 462. nu. 10. & plur. ſeq. & ſupra etiam diximus. Et facit, quia confeſſio circa filiationem, etiam ſcienter facta, non præiudicat cōfitenti circa veritatem eius, ea probata, Alba conſi. 9. nu. 39. & ſeq.

404 Non etiam † obſtat ſextum argumentum, quia ſtante natiuitate, quæ communiter fit in nono menſe, licèt quandoque in ſeptimo quis naſcatur, & ſtāte, quòd dictus D. Claudius natus ſit in mēſe octauo poſt receſſum d. mulieris à domo viri, ſatis patet, quòd fuit cōceptus in domo mariti d. mulieris, ut docet etiam Dec. in d. c. per tuas. in 3. caſu, nec ſumus in 4. caſu.

Quòd ſi etiam eſſemus in quarto caſu, qui eſt, quando filius æquè benè potuit eſſe filius adulteri conſiderato tempore nouem menſium ſupradictorum, quia per tempus huiuſmodi mulier ſtetit à viro abſens, adhuc eſt
405 cauendum à Dec. † qui dicit attendi debere id, quòd eſt fauorabilius filio: nihil enim allegat, ergò &c. l. illam. C. de collat. & inſuper dictum eius apud me eſt valdè dubitabile, ſtante quòd præſumptio d. §. defuncto. ſit non fauore filij duntaxat, ſed ob matrimonij reuerentiam, & fauorem legitimitatis, vt ſuprà diximus in princi. huius ſecundæ partis: & quia honeſtum poſſibile eſt potiùs præſumendum, vt ſuprà diximus in reſponſione ad primum argumentum.

Ad ſeptimum argumentum reſpōdetur, quòd hic non quæritur de iudicio poſſeſſorio, ſed de petitorio, vt infrà dicam in nono dubio.

406 Octauum de ſimilitudine nihil facit, † ut patet ex traditis per Iaſ. vbi ſuprà d. conſil. 125. vol. 4.

Ad ea autem, quæ vltimo loco dixi pro cōtraria parte, fuit ſuprà reſpōſum in reſponſione ad primum argumentum, non repeto. Et inſuper dico, quòd auctoritates in contrarium allegatæ ſunt in longè diuerſis caſibus à præſenti, pręter conſilium Bero. 162. vol. 2. quod non poteſt ſuſtineri, ut etiam ſuprà tetigi in prima reſpōſione ad quartum argumentum, & in primo fundamento pro iſta parte. & Ancha. & Corn. ubi ſuprà loquuntur in caſu, quo filius erat apud adulterum

conceptus, & in caſu, quo tempore conce-
ptionis mater habitabat in domo adulteri,
Pariſ.d.conſi.10.nu.35.Alexan.ſtatim citan-
dus. & Alex.d.conſi.88.volum.7.ſtat pro iſta
parte,quando filius fuit conceptus in domo
mariti, vt ſuprà dixi in reſponſione ad quar
tum argumentum.& de Barbat. d.conſil.68.
vol. 4. non eſt habenda ratio: tum quia ipſe
ſæpiùs contrarium firmauit,tum quia in ca-
ſu ſuo maritus diu eſt, ꝙ detinebatur graui
infirmitate, & non poterat rem habere cum
vxore, quo caſu benè tollitur captio d. §. de-
functo. & eo etiam in caſu loquitur Gozad.
d.conſil.13.numero 55. & Pariſ. d.conſil.10.
num.36. vol.2. & conſilium Iaſonis 125. non
eſt tenendum,vt ſuprà diximus; quamuis nõ
ſequatur Rolan. d. cõnſilio 11.num.9. vol.4.
prçter id,quod Iaſ.expreſsè loquitur in caſu,
quo mater omni tempore cohabitabat cum
adultero, quod longè eſt à præſenti ſpecie,
vt etiam ſuprà diximus. & malè fuit loqu-
tus Gozad. d.conſilio 12.& conſil. 13. quia
eius conſultatio ſuſtineri non poteſt ex ſu-
pradictis.præter id, quòd in caſu ſuo concur
rebat cõfeſſio vxoris, & propria mariti,vt ibi
per eum d.conſil.15.col.fin.verſi.ad decimũ-
octauum,qui etiam de eo non curabat, nec
eum diligebar, ut ibi per eum num.40. verſi.
ſecũdus teſtis. & alia multa ibi concurrebãt
numero 40.in fin.& nu.42. in 11. fundamen-
to.& fuit etiam probatum, quòd tempore
cõceptionis d. filij maritus erat grauiter in-
firmus,& laborans morbo Gallico,vt ibi per
eum numero 46.

Et caſus, in quo aliàs conſului, & in quo ſic
etiam fuit iudicatum, plurimùm differt à
præſenti: quia ibi tempore conceptionis, &
natiuitatis mater erat abſens à marito, & ab
eo aufugerat,& maritus eam odio proſeque
batur, imò tentauit eam occidere hoc me-
dio tempore; tantùm abeſt, ut rem habere
voluerit cum ea,quæ ſine amore, & affectio-
ne dari non poſſunt.

Si igitur d. Claudius natus eſt ex dictis iugali-
bus, non autem ex Com. Franciſco, nec eius
407 filius iudicandus ſit, † ſequitur, quòd legi-
timatio, & inſtitutio facta de eo vti fillo ſuo
nihil valeat, l. ſi pater. C. de hæred. inſti. vbi
de inſtitutione, & de legitimatione pariter
ibidem loquitur Corn. numero 5.& aper-
tè Caſtren.in l. eam, quam.nu.4. C. de fidei-
com. & concordan. per Dec. conſilio 462. in
pri[illegible]p.& etiam dictum fuit in illa Placent.
in qua conſului. & probat Bertran. qui plu.
concordan.citat,d.conſ.73.ſub num.14.vol.
3. in ſecunda parte. verſicu. & ſi eſſemus in
caſu &c.

Et quoniam nonum dubium in prima eius par
te hic magis conuenit excutiẽdum,breuiter,
quòd attinet ad primam eius partem, dico,
quòd in poſſeſſorio nõ eſt,iudicio meo,iudi-
cium inchoandum. quoniã præter id, quòd
d.Claudius iam ſit in poſſeſſione,diuerſimo-
408 dè etiam viuente d.Com. Franciſco,† ſi eij-
ceretur,poſſet ſpolium prætendere, cum etiã
ꝓdo ſit manutenẽdus in ſua poſſeſſione,mul-
409 tò magis reintegrandus, [illegible] interim cauſa
petitorij ſilere debet, c. in [illegible] de reſti.ſpo.
l. ſi quis ad ſe fundum.C.ad leg. Iul. de vi,& l.
ſi quis in tantam.C. vnde vi.c. [illegible] redintegranda.
3. q. 1. cum vulgaribus. nam & ſi viuente d.
Com. Franciſco ipſe poſſideret titulo, vt di-
citur donationis ſibi factę per d. Com. Fran-
410 ciſcum,† & donatio etiam iurata facta filio
ſpurio non valeat, Rolan. conſ.67.nume.75.
vol.3.poſſeſſio tamen erat apud eum, & hoc
negari non poſſet, ergò &c. l. 1. §. ſi vir vxori.
* ff. de acquirenda poſſeſſ. vbi * omnes not.
411 † Et omni in caſu, ſi ipſe modò intentaret
remedium l.fin.C.de edic.diui Adria.tollen.
etiam obtineret; vt à contrario ſenſu reſpon
dit in terminis Alcia.cõſi.351.vbi concludit,
412 † quòd cum filius non fuit agnitus à ma-
rito mulieris, quæ illum peperit pro filio, in
iudicio poſſeſſorio non eſt habendus pro fi-
lio mariti. & in terminis reſpondit apertè ip
ſe conſilio 389. nume. 3. & ſuprà etiam teti-
gi in primo,& ſecundo dubio, in ſeptimo ar-
gumento. Et facit, quia hæc nominatio, &
tractatus, de quibus ſupra diſſeruimus,
transfert onus probandi in partem aduer-
ſam filio poſſidente, vt abundè in ſola nomi-
natione concludit Didac. in titulo de ſpon-
ſal. in ſecunda parte, capitulo octauo. §. 3.
numero ſeptimo, & in tractatu numero ſex-
to, & in terminis reſpondit Cor. conſilio 1.
numero vigeſimoſecundo, ad fin. volumine
3. vbi concludit, quòd filius ille non allega-
bat filiationem pro fundamẽto intentionis
ſuæ, ſed adducebat inſtitutionem de ſe fa-
ctam in teſtamento ſolemni: contra eum au-
tem adducebatur error in cauſa finali, eo
quod dicitur non filius, vnde inquit illi ad-
uerſario incumbit onus probandi non filia-
tionem adulteri.

413 Circa verò † ſecundum caput dicti dubij,
quid ſit probandum ad obtinendum in iu-
dicio petitorio, breuiter etiã dico, hæc pro-
banda eſſe.

Primum fraternitas iſtorum Dominorum, &
414 dicti Com.Franciſci,quòd facilè erit † etiã
per inſtrumenta inter eos confecta,maximè
circa receptiones renouationum feudalium
pro tempore, & etiam per inſtrumẽtum di-
uiſionum primo loco factarum inter eos.

Secundum erit probandum,ſcilicet matrimo-
nium

nium inter matrem dicti Claudij, & eius virum. quia hactenus præſuppono, quòd dict. Claudius non produxerit teſtamentum patris, nec eius legitimationem: nam ſi produxiſſet hoc non eſſet probandum.

Tertium, quòd maritus dictæ mulieris eã traduxit ad domum ſuam. nam & ſi in dicta legitimatione dictum ſit, q dicta mulier erat coniugata, nõ tamen faſſus eſt dictus Claudius, quòd f[illegible] à marito cognita, ideò neceſſe eſt prob[illegible] cohabitationem eorum, vt in terminis conſiderat Alcia. d. conſ. 389. nu. 2. in ſecunda præſumptio.

Quartum, quod dicta mulier, quando receſſit à marito, erat granida, & quia peperit octano menſe, poſtquàm receſſit, vt in facto præſupponitur.

Quintum, bonum etiam eſſet probare, quòd maritus poſt diſceſſum habebat aditũ frequentẽ ad dictam eius vxorem, Alcia. vbi ſuprà in quinta dicta præſumptio.

Si etiam probetur, quòd dictus Com. Franciſcus erat maritus D. Eleonoræ Gonzaghæ, prout audio, tunc legitimatio d. Claudij nõ ualeret, propter duplex adulterium. alterũ ex parte ipſius, alterum ex parte matris, q nõ fuit expreſſum in dicta legitimatione, vt in terminis reſpondit Dec. conſ. 462. nu. 7. & conſ. 338. nu. 5.

415 Octauò declaratur, † vt procedat, quando tractatus huiuſmodi fuit nõ vnicus tantùm momentaneus, ſed cauſam habens ſucceſſiuam, uel multiplicatam, vt probat Gozad. conſ. 13. ſub nu. 40. in ſexto fundamento.

416 Nonò declaratur ſupradicta cõcluſio, † vt procedat etiam in tractatu erga filium ſpurium: eundem enim effectum habet, quem in legitimo, vt abundè probat Gozad. d. cõſ. 13. numero 55. dummodò tamen is filius per patrem fuerit tractatus vt filius ſuus, marito matris dicti filij viuente, aliàs ſecus, vt ibi per eum ſub nu. 56. verſic. non obſtant contraria.

417 Decimò declaratur hæc cõcluſio, † vt procedat, quò ad pręiudicium ipſius tractati, & eius hæredum, non autem in præiudicium tertij, p ea, quæ ſuprà diximus in pręcedenti ſpecie de nominatione loquẽte in 13. declarat. ſed non quantùm ad præiudiciũ proximiorũ ab inteſtato. Veruntamen cõtradicit Natta cõſ. 473. nu. 24. verſi. ad cõtraria dico, & faciunt, quę ſuprà diximus de nominatione in 17. declarat. et infrà dicemus in 8. q. in 6. caſu in fine.

418 Vndecimò declaratur, † vt ſupradicta cõcluſio procedat, etiam ſi tractatus ab vno tantùm ex parentibus interuenit: Natta cõſil. 473. nu. 14. Sed contrarium eſt uerius, vt ibi per eum num. 24.

Quòd modò attinet ad ſecundam conſiderationem circa hunc modum probandi quaſi poſſeſſionem filiationis per tractatum, ſumma rei hæc eſt, quòd tractatur quis vt filius;

419 Primò, † ſi tempore natiuitatis eius, quis fecit facere feſtum, vt de filio ſibi nato. Secundò, ex lactatione. Tertiò, ex educatione. Quartò, mittere eum ad ſcholas. Quintò, facere ei veſtimenta differentia ab alijs. Sextò, ſcribere eũ in libro natalium filiorũ. Septimò, emancipare. Octauò, dando tutorem. Nonò, legitimare. Decimò, inſtituere, vel legitimare. Vndecimò, exhęredare. Duodecimò, ubi filius nomine baptiſmali uocatus eſt, & baptizatus nomine eius, qui pater dicitur.

Primus itaq; actus, per quem quis ut filius di-
420 citur tractatus, † ſ. p gaudium, & lętitiam publicè in domo factam per eum, q dicebat eũ filiũ ſuum, de eo uti filio ſuo, probatur p Prępoſi. in c. tranſmiſſę. ſub nu. 9. uerſi. item quia, quando natus fuit iſte &c. qui filij ſint legitimi. ſi tamen iſte actus non apparet, ſed potius in natiuitate fuerit pro filio alterius baptizatus, non releuat, dummodò tamen alij actus interuenerint, Gozad. conſ. 13. ſub num. 46. ubi pater pueri illum ſuſcepit de ſacro fonte tanquàm alterius filium, & tamen erat ſuus filius.

421 Secundus actus † tractatus eſt lactatio de aliquo ut filio facta, ut concludit Iaſ. conſ. 102. col. pen. in fi. uol. 4. ubi concludit, q tñ oportet, quòd iſte actus lactationis, quo ad tractatum pertinet ſit differens à lactatione facta de extraneo, nec ſufficeret ſimpliciter probare talem feciſſe lactare talem, niſi appareat, quòd ut filium magis, quàm vt aliquem pauperem forſan ſumptum ex hoſpitali lactari fecerit. in ętate tamen infantili difficile eſt diſcernere, ut ille ait, quòd tractatio facta fuerit de aliquo magis ut filio, quã ut extraneo, etiam ſi tunc concurrat nominatio de filio, ut ibi per eum. Idem reſpõdit Alex. conſi. 74. nu. 2. uol. 2. & ità debet intelligi Bald. in l. non ignorat. ſub num. 3. C. qui accuſa. non poſ. dùm inquit, quòd pręſumtiuè filiatio probatur, probando, quòd lactabat, nutriebat, & tractabat talem in omnibus verbis, & factis tanquam filium. ſed iſte actus nõ ſatisfacit, quia potuit fieri pietatis cauſa, ut per Parlamen. Delphin. deciſ. 457. ſub nu. 5. in 2. parte.

422 Tertius actus † eſt educatio, ſeu alimentatio, dum quis tractabat aliquem vt filium, quãdo tenet eum in domo, & dat ſibi alimẽta, & alia facit, quæ facere conſueuerũt parentes erga filios ſuos, inquit Caſtren. conſi.

t 51. colum. 2. verſic. item iſtud tractare. in 1. parte. argumento l. quidam, cùm filium. ff. de verbo. obligatio. & de alimẽtatione de aliquo vt filio facta, Bal. in d. l. non ignorat. & Præpoſi. in d. cap. tranſmiſſæ. ſub num. 9. qui filij ſint legitimi. dum concludit, quòd quis probatur filius alterius, qui eum vocabat filium, oſculabatur, & chariſſimè nutriebat; licèt etiam foris negaret eum filium ſuum. idem in effectu Dec. conſilio 54. reſpondit. & idem tenet Gozad. conſi. 12. ſub numero 22. in 9. fundamento in fine. & de expenſis ſtudij, per eundem conſi. 13. nu. 33. & in ſecundo fundamento, & ante eum idem Bal. in c. per tuas. col. fin. num. 5. uerſi. ſed modò quęritur, qui ſint iſti actus, per quos dicatur homo tractari vt filius. de probat. vbi concludit, quòd actus, qui conſueuerunt exerceri circa filium, ſunt inter cœteros, alere ipſum in domo, per tex. in l. quidã, cùm filium. quæ eſt t 32. in princip. ff. de verbo. obliga. de quo infrà in ſeptimo actu. ſequitur Natta conſil. 235. colum. 2. hunc etiam actum probat Guliel. Benedic. in c. Raynutius. in tertia parte, in verbo, quæ filium ex eo ſuſcipiens. ſub numero 14. de teſtam. Pariſ. conſi. 10. num. 61. volumine 2.

498 Verum eſt, † quod ex cohabitatione præſumitur matrimonium, quantùm ad legitimitatem filij, Cepha. conſ. 48. nu. 17. & oportet, ꝙ teſtes deponant, quòd illi duo ſe tractauerunt tanquam coniuges, & tanquam maritus, & vxor, deponēdo de dictis actibus particularibus, etiam non interrogati, vt ꝑ Ruin. conſi. 52. nu. 5. vol. 5. & pulchrè per Pariſ. conſi. 13. col. 2. vol. 2. vbi videndum. & faciunt tradita per Præpoſi. in c. lator. num. 8. qui filij ſint legi. vbi poſt alios concludit, ꝙ non probato titulo matrimonij, cōſiderandum eſt, quòd ſola cohabitatio de recenti abſque eo, quòd tractauerint ſe coniuges, non ſufficit pro legitimitate, ſecus ſi probetur diuturna cohabitatio inter eos, ex quibus natus eſt iſte, de cuius legitimitate tractatur, & probat apertiùs idem Præpoſ. in c.

per tuas.in princ.in 1.not.qui filij ſint legiti. vbi concludit, quòd triplex eſt ſpecies probationis filiationis, & legitimitatis. Prima communis opinio, quòd talis eſt filius legitimus. Secunda, aſſertio parentum. Tertia, tractatus. Et quòd in hunc modum legitimitas probetur ex diuturna cohabitatione viri, & vxoris, reſpondit etiam Natta conſil. 537.nu.43.

499 Circa tertium, † quòd ſufficiat fama, ſi teſtes. dicunt talem fuiſſe nominatum filium legitimum, & naturalem, vel tractatum vt talem, vel de tali fuiſſe communẽ vocem, probat Alex.conſi. 51.vol.1. Dec.d.conſ. 54.col.1. Ruin.conſi.51.num.17.in fi.vol. 5. & ibi etiã ſequitur Alex. & in ſpecie etiam Præpoſ. in c. per tuas. in primo not. qui filij ſint legitimi. vt ſuprà retuli.

500 Subſequitur modò ſexta quæſtio,† quæ pertinet ad modum, & formam capitulandi filiationẽ, & huiuſmodi, & pariter quid oporteat teſtes deſuper deponere, & tertiò quales eſſe debeant, & ſufficiant. Et quantùm ad primum, variè iſte articulus fuit per Doctores tractatus. Aliqui enim dicunt ſufficere duos articulos, alterum de vera filiatione, & ſic de proprietate, videlicet, quòd talis fuit, vel eſt filius talis; alterum, quod ille, qui dicitur pater, habuit, tenuit, & tractauit eum vt filiũ, ità concludit Bar. in l. 1. §. item per contrarium.in fin.ff. de lib. agnoſ. ſufficit tamen alterũ probare, vt ibi per eum, & probat Ruinus.conſ.52.num.2.in princip.uol.2. & Alex. conſ.51.num.2.vol.1. Barbat.conſi.27.col.3. num. 21. vol.1.

Secũda fuit opinio Bar.in l.non nudis.in 1.lect. num.2.verſi.& idcò eſt cautela, quòd tu ſemper facias duos articulos. C.de probatio.vbi cõcludit, Primum articulum ſic eſſe formãdum, ſcilicet de veritate, Secundum de quaſi poſſeſſione, hoc modo. Circa primum dico, quòd talis eſt filius talis, natus ex M.eius vxore, vicinis ſcientibus: & circa ſecundum, ꝙ fuit habitus, & reputatus à patre, & à vicinis cognoſcentibus eum, tanquàm filius, & pro filio. & hæc forma capitulandi licèt conueniat cum præcedente in numero articulorum, differt tamen in multis ſubſtãtialibus; quia in hac formula in primo articulo Bart. vult matrimonium articulandum, ſecus in 1. & in ſecundo articulo, Bar. in prima formula eſt contentus de nominatione, & tractatu patris, in hac autem formula addit communem opinionem, quicquid Ruin.vbi ſuprà d.conſ.52.num.2.vol.2.velit, Bar.idem velle in vtroq; loco, tamen ad hoc vtrunque locũ citat; & pro hac opinione adduco Præpoſi.in c.transmiſſæ. num.2.in 4.not. qui filij ſint legiti. vbi concludit, quòd in probanda quaſi poſſeſſione filiationis articulus nõ cõcludit, ſi ſolùm dicat, quòd quis gerit ſe pro tali, & filio talis, ſed oportet, quòd formetur, quòd habitus, & reputatus pro tali, & habetur ab omnibus vicinis, & cognoſcentibus pro tali, & ante eum But. ibidem num. 4. dicens, quòd articulus debet dicere, quòd talis gerebat ſe pro tali, & habebatur, & reputabatur ab omnibus, & vicinis, & cognoſcentibus.

Tertia fuit opinio eiuſdem Bart.in l.1.col.2. in principio. C. quor.bono.vbi inquit, ꝙ cauti aduocati faciunt duos articulos, vnum ſcilicet de proprietate, modo, quo dicunt ipſum eſſe filium talis, alterum de poſſeſſione, vel quaſi, in quo dicunt eum eſſe in poſſeſſione filiationis; quia ſic habebatur, ſic reputabatur, ſic tractabatur. & hæc formula cum vtraque præcedente licèt cõueniat in numero articulorum, tamen differt in aliquibus in ſubſtantia cum præcedentibus: reſpectu ſecundæ formulæ, quantùm ad primum articulum, quia in eo hæc formula conuenit cum prima, ſed non cum ſecunda, vt ſuprà dixi, in ſecundo autem articulo non cõuenit cum prima formula, quia prima ſolũ deſiderat nominationem, & tractatum patris, hæc autem, & patris, & aliorum, vt in ſecunda formula, & in ſecũda magis explicat, à quibus deſideret eum vt talem reputari.

Quarta reperitur opinio, ꝙ fieri debent tres articuli, vnus ſcilicet de proprietate filiationis, alius de nominatione, uel tractatu parentum, & alius de communi opinione, vt fuit opinio Iaco. Butri. in l.quidã.ff. de probat.cum qua etiam tranſit Ruin.d.conſ.52. ſub num.2.vol.2.& Gozad. conſ.13.num.32. ſed in effectu hæc opinio cõuenit cum ſecũda opinione Bar.licèt ipſe cumulet ſecundũ, & tertium capitulum.

Quinta etiam extat opinio, vt nedum duo, aut tres articuli ſint formandi, ſed longè plures, vt concludit idem Bart. in d.l. filium definimus.ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur. Primus videlicet, quòd inter A. & B. fuit contractum matrimonium. Secundus, quòd erant habiles ad illud contrahendum. Tertius, quòd inſimul cohabitabant, & pro talibus ſe inuicem tractabant. Quartus, quòd talis filius ex dicto B. natus in domo mariti fuit. Quintus, quòd dicti A. & B. tractauerunt dictum puerum, & tractant vti filium; vt etiam refert, & ſequitur Socinus Iun. conſilio 86. numero quadrageſimo. volumine ſecundo.

501 Circa ſecundum articulum,† qualiter debeant teſtes deponere, dico in primis conſiderandum,

derandum, quòd ſi articulus ſolùm conceptus fuit, ſcilicet talem filium eſſe, uel fuiſſe talis, & ſic de vera filiatione ſolùm fuiſſet capitulatum, & teſtes deponerent ſuper quaſi poſſeſſione filiationis, utiq; nó probarét, q̃a interrogati de uno deponerét ſuper alio, ut reſpondit Caſtr. conſi. 151. in princ. in 1. parte. & fuit dictum Iaco. de Aren. in l. 1. ff. de probat. quem etiam refert, & ſequitur Alex. conſi. 51. ſub nu. 5. uerſic. non obſtat dictum Iaco. &c. uol. 1. ubi tamen illud examinat, & ante eum Caſtren. d. conſi. 151. col. 1. in 1. parte. de quo non meminit Alex.

Secundò eſt conſiderandum, quòd ſi teſtes dicant tanquam filium fuiſſe nominatum, vel
502 tractatum, † illa dictio Tanquàm, denotat improprietatem, & infert eum non eſſe filium, ſed tanquam filium, vt cóſiderat Rimin. conſ. 289. nu. 40. & ſeq. uol. 2. loquens in ſpurio, qui tractabatur ut legitimus, & idé, ſi dicant, ſe pro certo ſcire talem eſſe filium talis viri, ut per Bal. in conſil. 437. numero 5. in 5. par.

His ſic præſuppoſitis, dico breuiter, uarios eſſe modos concludendi, traditos per Doct. ideò de eis, & qui non ſint idonei videamus.

503 Primus eſt igitur, † ſi teſtes dicãt, quòd viderunt tales ſe pro talibus habere inuicem, & tenere, & quòd etiam pro talibus tenebantur, & reputabantur à vicinis, & notis, ut concludit Caſtren. d. conſi. 151. colum. 2. ubi abundè. in 1. parte.

Secundus eſt modus, ſi teſtes dicant, quòd ab omnibus cognoſcentibus eos, talis, & talis, tales habebantur, & reputabantur pater, & filius, Alex. conſil. 51. nu. 4. vol. 1. Rui. d. conſ. 51. uol. 4. & conſil. 52. col. 2. eo.

Tertius eſt modus, quem tradit Dec. d. conſ. 54. col. 1. ſi teſtes dicant, quòd uiderunt A. & B. tractari, & reputari pro patre, & filio legitimo, & naturali ab omnibus eorum uicinis, & tantò magis, ſi addant interrogati, quia A. retinebat B. in domo eius habitationis eũ alendo, & ueſtiendo cum alijs eius filijs legitimis, & naturalibus, Rui. conſil. 51. uolumine 3.

Quartus modus eſt, ſi teſtis dicat, quòd vidit talem mulierem grauidam à tali, & peperiſſe filium, qui eſt talis. Iſte enim teſtis probat
504 filiationem; † quia & ſi filiatio non cadat in ſenſum corporis immediatè, ſed potiùs intellectu percipiatur, tamé quia iudicium huiuſmodi intellectus cadit in communem hominum intentionem, propterea probatur per teſtimonium de uiſu, ſicut de homicidio facto ad ſui defenſionem, ut probat Dec. dicto conſi. 54. col. 2. in fin. & conſi. 272. nu. 1. & ſeq.

Quintus mod[illegible]eſt, ſi teſtis dicat capitulum verum in[illegible] ſcientiæ, quia vicinus eſt, vtique bon[illegible]t erit teſtimonium huiuſmodi, ut concludit Alex. d. conſi. 51. nu. 4. uol. 1.

Sextus modus eſt, ſi teſtis deponit de auditu ſu
505 per dictis capitulis: † nam licèt teſtimonium huiuſmodi plenè non probet, transfert tamen onus probandi in parté aduerſam, ut concludit Dec. dicto conſi. 272. nu. 3. Ruin. conſil. 51. nu. 17. uol. 4. Gozad. conſ. 13. nu. 35.

Contrarium tamen tenuerunt multi: Grat. conſ. 62. nu. 4. & ſeq. uol. 2. & Soci. Iun. conſi. 86. nu. 24. uolu. 2. & non minus clarè Cepha. conſ. 82. nu. 43. in fi. & ſeq. ubi latè contra teſtes de auditu, & de tractatu matrimonij.

Pro concordia dici poſſet, quòd prima opinio poſſet procedere in antiquis, aliàs ſecus, Cepha. conſi. 137. nu. 45.

506 Septimus modus eſt, † ſi teſtes deponant de credulitate, dicentes, ſe credere talé eſſe filiũ legitimum talis; nam tũc teſtimonium huiuſmodi non auditur, ut in terminis reſpódit Rimin. conſi. 289. nu. 11. Soci. Iun. conſi. 86. nu. 36. uolu. 2. Et hoc eſt regulare contra teſtem, gloſſ. in l. 2. §. antepen. ff. de aqua plu. arcen. & abundè per glo. & Docto. in c. quoties. de teſti.

Hæc tamen cõcluſio ſic eſt accipienda, ut procedat, niſi teſtis bonam rationem reddiderit concludentem filiationem; nam tunc ꝑ uerbũ credulitatis non debilitatur teſtimoniũ.

Quod uerò attinet ad 3. artic. quales debeant eſſe teſtes ſuper hac materia deponentes,
507 breuiter dico † in primis, ꝙ teſtis ſingularis non probat, ut in teſte de conuerſatione viri cum muliere, quia ſolus erat, reſpódit Soci. Iu. conſ. 86. nu. 38. uol. 2. Imò etiam idem dicendum, ſi ſint plures, ſed ſingulares, ut reſpondit Alex. conſ. 74. num. 1. uol. 2. & ſuprà etiã tetigi in 3. q. in materia nominationis, in 7. declaratione, & in materia tractatus in 2. declaratione.

508 Secundò, nec pauper, † & uilis conditionis teſtis admittit, Soc. Iu. d. cóſ. 86. nu. 14. uol. 2. niſi ageretur de tractatu, & nominatione filiationis celatę, q̃a tunc admittũt pediſſequę, bubulci, nutrices, obſtetrices, & huiuſmodi, ut declarat Præpoſ. in c. trãſmiſſę. ſub nu. 9. qui filij ſint legiti. & contra hanc concluſioné latè habetur ꝑ Ceph. cóſ. 82. nu. 46.

Tertiò, quantùm ad probandam legitimitaté,
509 † ideſt, matrimonium verum, vel præſumſumptum inter patrem, & matré iſtius, qui dicitur filius legitimus, benè ſufficiũt teſtes conſanguinei, quia de eorum principaliter intereſſe non tractatur, Natta conſil. 537. nu. 47. & ſic non requiritur, quòd teſtes ſint

omni exceptione maiores, ſed ordinaria probatio ſufficit, vt ibi per eum, n[illegible] ſed immò requirunt teſtes eſſe de iure o[illegible] exceptione maiores, vt in terminis concludit Riminal. conſi. 289. nu. 12. & ſeq. volu. 2. & probat Cepha. vbi ſuprà.

510 Quartò, teſtes habẽtes affectum † ad cauſam non ſunt idonei teſtes, vt probat Rimi. d. conſi. 289. nu. 7. & 14. vol. 2. loquens in nutrice, & nu. 15. in illo, qui leuauit iſtum, qui dicitur filius de ſacro fonte, & nu. 17. & ſeq. contra ſollicitatorem, item cõtra vitricum, vt ibi per eum.

Capio ſeptimam quæſtionẽ, quę agit de effectu quaſi poſſeſſionis filiationis, in qua breuiter inhærendo his, quæ ſuperius hactenus vidimus, patet hoſce effectus ſurgere ex quaſi poſſeſſione huiuſmodi.

511 Primus eſt, † ꝙ transfert onus probandi In partem aduerſam, cum qua ſit cõtrouerſia, vt eſt videre ex diſcurſu ſuprà facto circa nominationem, tractatum, & cõmunem opinionem, & in ſpecie generaliter ſic poſt alios concludit Menoch. de qq. arbitrar. caſu 89. nu. 70. vbi cõcludit, ꝙ quaſi poſſeſſio in iſtis iuribus perſonalibus operatur hunc effectum. Eſt tamen hæc concluſio intelligenda cum ſuis declarationibus, de quibus abundè ſuprà; non repeto. & ꝙ cõſtitutus in quaſi poſſeſſione filiationis ex eo, ꝙ teſtes dicunt vidiſſe eum, qui dicitur filius, & illũ, qui dicitur, pater, habitaſſe ſimul in eadem domo, & inuicem tractati, & nominari in patrem, & filium, vel ex eo, quòd nominatus fuit filius, & legitimatus, fundatam habere intentionẽ agendo ad bona paterna, alio non probato ex aduerſo, Rimin. Iun. conſi. 186. num. 19. &
* nu. 22. vol. 2. & plur. concordan. & de * communi, quòd etiam in petitorio ad effectum obtinendi hæreditatem, teſtatur Pariſ. conſ. 10. nu. 69. & nume. 109. & ſeq. uol. 2. & latè de
* * communi Menoch. de qq. arbitrar. caſu 89. nu. 70. & ſeq. Craue. conſi. 149. nu. 3. volu.
* 2. vbi de * communi, Gozad. conſi. 13. nu. 53. Sed hoc vltimum non eſt tutum, quia immò quando principaliter filiatio in iudicium deducitur, non ſufficit hæc quaſi poſſeſſio, Bald. poſt Iaco. de Are. & Cyn. in l. 1. in 2. nota. ff. de probat. Dec. conſ. 576. nu. 10. loquẽs in eo, qui vt filius legitimatus petebat, & probat etiam Bald. in c. per tuas. col. 2. circa principium [illegible]. item hoc operatur hæc quaſi poſſeſſio filiationis. poſt Cyn. in l. non nudis. in 4. quæſtio. C. de probat. per eum citatum. ubi quòd quaſi poſſeſſio probat, & ſufficit quoad præparatoria, non autem quoad deciſoria, ſequitur Dec. conſi. 54. circa principium. & concordan. per Pariſ. conſil. 11. nu. 29. vol. 2. Anguiſſola conſ. 79. nu. 8. & ſequen. lib. 6. & ultra Iaſ. abundè, Ange. & Dec. Grat. conſ. 158. nu. 7. & ſeq. uol. 2. Alcia. de pręſumpt. reg. 3. præſumptio. 38. nu. 6. &
* de * communi conſ. 201. nu. 58.

Sed pro cõcordia dici poteſt, quòd ſi agitur de quaſi poſſeſſione quæſita per nominationẽ ſolam incidenter, procedit ſecunda opinio, vt declarat Gozad. conſ. 12. num. 14. & 53. ſecus ſi eſſet quæſita per tractatum, &c. vt per Pariſ. d. conſ. 10. & in caſu etiam Gozad. vbi ſuprà, & dixi ſuprà in d. 3. q. in 6. declaratione. tractatus enim maioris effectus eſt, quã nominatio, vt per Alciat. de præſumpt. in 3. reg. præſumpt. 38. nu. 4. Sed hæc ſolutio dubia videtur, per ea, quæ infrà dicam in quinta ſolutione.

Secundò prima opinio poteſt eſſe uera, quando filius eſt in poſſeſſione bonorum, & forſan peteret ea diuidi cum hæredibus, in quo quidem iudicio oportet de titulo docere, l. communi diuidundo. §. inter prædones. ubi glo. Bal. & alij. ff. communi diuid. ſecus ſi peteret hæreditatem ut filius, Dec. d. conſi. 54. quæ tamen conciliatio male poteſt ſuſtineri per dictam communem in contrarium.

512 Tertiò poteſt dici, † quòd quaſi poſſeſſio operetur omnes effectus, qui conueniunt filio iure naturæ, uel ciuili, ut per Bero. conſi. 158. nu. 4. uol. 2. aliàs ſecus.

513 Quartò poteſt dici, † quòd prima opinio procedat in quaſi poſſeſſione legitima, & naturali, ſecus in filio ſpurio, vel vulgò quæſito, ità enim concludit Iaſ. conſi. 102. col. 2. in fin. verſi. 4. pro eadem opinione. volu. 4. de quo tamen eſt videndum ſuprà in 3. q. in 12. declaratione.

514 Quintò † amplius conſiderandum eſt, quod aut ágitur poſſeſſorio modici præiudicij, vt Carboniani edicti, de quo in l. fin. C. de Carbo. edic. & tunc quaſi poſſeſſio ſufficit etiam filio agente, & principaliter filiationem deducente. Aut de magno, ſeu graui præiudicio agiṫ, ut de petitorio, vel de poſſeſſorio aduocante poſſeſſionem, & tunc nõ ſufficit quaſi poſſeſſio filiationis, & huiuſmodi: ità concludit Bal. in d. l. 1. in d. 2. not. ff. de probat. & clariùs in l. eam, quam. nu. 8. C. de fideicom. Sed hæc concordia in ſecundo membro pugnat cum d. communi opinione, de qua per Pariſ. ubi ſuprà. & facit etiam in contrarium Alex. conſi. 51. nu. 3. uol. 1. vbi concludit, exiſtentem in quaſi poſſeſſione filiationis agentem debere obtinere in poſſeſſorio generaliter, quia in eo non requiruntur plenæ probationes, ut in l. 1. C. quot. bono.

515 Secundus effectus eſt, † quid dicendũ in eo, qui

qui infans, & puer fuit nominatu & tracta-
tus vt filius, poſteà creuit in ætate, & conti-
git de eo diſputari ſuper eius identitate: de
quo videndum eſt, vt per Bald. in l. neque na-
tales. nu. 3. C. de probat. & Alcia. conſi. 6. nu.
22. & aliqua etiam dixi ſuprà in 1. q. in prin.
Capio nunc ſecundum caſum principalem, in
quo in primis ego dico, quòd habui ſæpè de
facto hanc dubitationem, & inter cætera in
vna Placentina de Siccamelicis, in qua ali-
516 quibus viſum fuit, † non ſufficere agenti
probare ſe eſſe de agnatione, ſeu de domo,
vel familia tali, vel allegare ſe proximiorem,
ſed debere probare ſe eſſe de familia diſpo-
nentis, & gradum conſanguinitatis. & mo-
uebantur in primis ex regula, quæ habet, quod
quilibet debet probare ſe talem, qualem ſe
dicit, vt abundè probat Bald. in l. non igno-
rat. C. qui accuſa. non poſſunt. & ibi in ma-
teria filiationis, & in ſpecie in hac quæſt. ad-
ducebatur Alex. conſi. 124. in princ. vol. 7. &
Dec. conſil. 321. col. 2. vbi etiam teſtatur de
* * cõmuni, & his addi poterat Ancha. d. cõſ.
52. & Roland. conſ. 32. nu. 23. volu. 3. Natta
conſi. 388. Rimin. Iun. conſ. 363. nu. 2. vol. 4.
Anguiſſola conſ. 26. lib. 6. vbi facit differen-
tiam inter verbum Familiæ, verbum Propin
quos, & uerbum Proximiores, de quo loqui-
tur Dec. ubi ſuprà, & latiùs idem reſpondit
conſ. 79. eo. uol. Dida. uariar. reſolut. lib. 2. c.
6. num. 6. poſt Aret. per eum citatũ, & de quo
etiam infrà. Et in hac graduum computa-
tione initium ſumitur ab ipſo teſtatore, Ce-
pha. conſ. 137. nu. 41. niſi ex probatione pro-
ximitatis ſtatim ſit probatus gradus, putà,
ſi quis ſe fratrem teſtatoris dicat, Alex. conſ.
179. in fi. uol. 7. & quòd probari debeat gra-
dus putà, ſi quis ſe fratrem teſtatoris dicat,
Alex. conſ. 179. in fi. uol. 7. & quòd probatio
gradus ſit neceſſaria iſto caſu, tenet etiam
Bald. conſi. 180. num. 3. in 3. parte. & in
tuas. nu. 4. de probat. Ancha. d. conſil. 52. nu.
7. & ſeq. ubi addit, non ſufficere etiam quaſi
poſſeſſionem conſanguinitatis. Alcia. conſi.
499. uiſis ſuperioribus. nu. 4. uerſ. dico,
quòd ad hoc, ut poſſint admitti, nõ ſufficit,
quod probẽt ſe eſſe de Vbertis, ſed requiritur, quod
probẽt ſe eſſe de eadem progenie, de qua te-
ſtator locutus eſt, & quòd illi attineant per
gradũ aliquem, qui non ſit ultra decimum de
iure ciuili, &c. Imò etiam dicebatur non ſo-
lùm probandum eſſe certum gradum con-
517 ſanguinitatis, † ſed etiam quod nulli alij extẽt,
qui agentem antecedãt, per Aret. in §. actio-
num. col. pen. uerſ. ſi ab inteſtato. Inſtitu. de
actio. & ibi refert ſe alias ità cõſuluiſſe, quod
& repetit in l. is poteſt. col. pen. ff. de acquir.
hęred. & benè. is enim ità reſpondit conſ. 37.
col. 1. & ſeq. Socin. Iun. conſ. 26. col. 2. uerſ. &
ad contr uolum. 2. & Rolan. conſ. 63.
* nu. 14. u 1. ubi is tradit modum pro-
bãdi genealogiam, de quo infrà, & per Nar-
tam conſ. 235. Socin. conſ. 89. uolum. 1. Iaſ.
conſ. 114. uolum. 1. Ferret. conſi. 50. Burſat.
518 conſil. 151. & conſi. 268. † Sed contrariam
ſententiam ſemper ego amplexus ſum, ut
ſufficiat actori ſolùm probare ſe eſſe de fa-
milia, agnatione, ſeu de domo &c. quia eo
ipſo ſatis dicitur conſtare de proximitate,
poſtquam nemo alius comparet, aut ſe op-
ponit, aut probatur extare, & ad hoc allega-
tur Cuma. anteſignanus in d. l. is poteſt. & in
l. ſed & ſi de ſua. ff. co. tit. de acquiren. hęredi.
quem ſecutus eſt Roman. & poſt eum Alex.
ſibi contrarius in d. l. is poteſt. num. 5. ad fi.
* & iſta eſt * communis concluſio, teſte Ce-
phal. conſi. 133. num. 53. ubi etiam infinitos
* concordantes citat; & pariter de * commu-
ni poſt alios per eum citatos, teſtatur Paſet.
conſi. 40. num. 4. & ſequen. uerſic. proximio-
res autem, uel magis propinquos &c. Bur-
ſat. conſi. 151. & latiùs conſil. 268. nume. 15.
uerſi. nec iſti actores cogebantur probare, ſe
eſſe in tali gradu, uel proximiores, cum ſuffi-
ciat uocatis agnatis ad fideicõmiſſum pro-
bare, ſe de familia, uel agnatos fideicommit-
tentis, abſque, quòd proximitas, uel gradus
aliquis deducatur &c. uolu. 3. & idem tenet
conſ. 151. nu. 34. Nec obſtat conſultatio An-
cha. d. conſi. 52. quia loquitur in materia o-
dioſa, & pœnali, ut ſuprà retuli, in qua nimi-
rum oportet probare gradum cõſanguini-
tatis ab utroque latere.
Hinc ſequitur, cauendum eſſe ab Alex. in conſ.
124. uol. 7. & Dec. conſ. 321. col. 2. ex aduerſo
citatis. Ille enim ſignanter reprobat per Ap-
poſtillat. ibi, & iſte pariter per Appoſtillat.
ad eum, quem etiam in ſpecie damnat Alba
conſ. 83. ſub nu. 22. uerſi. neque obſtat, quòd
Dec. &c. ſicq; ceſſant auctoritates Aretin. &
Soci. Iu. ac Rolan. pariter in contrariũ cita-
torum. Et hãc partem tenuit Iaſ. conſ. 34.
uol. 1. Tiraq. de i. §. unus. gl. 1. nu.
5. & ſeq. & nu. 8 9. col. 3. & ſeq.
Si quis tamen ve orem ſententiam,
ſciat eam fo eri, vbi fideicõ-
miſſum non n, alias ſecus, vt in
præſenti ſpecie, ter declarat Ceph.
conſi. 137. num. ſequenti, vbi ſic re-
ſpondet conſil. D & pariter Si-
mon de Pręt. de int vltimarũ volũ.
lib. 5. dubitatio. 4. & vlti. num. 266. & ſeq.
verſi. ſi verò ſit fideicommiſſum perpetuum.
& verſi. contrariam veriorem, & magis rece-
ptã credo, &c. & ratio eſt in promptu, vt in-
519 quit Ceph. vbi ſup. † qa vbi fideicõ. non eſt

perpetuũ, extinguitur decimo gradu, & vbi perpetuum eſt, longiorem vit[illegible]bet, ſicq; probata proximitate, ſuff[illegible]que eo, quòd probetur, quòd ſit infra decimum gradum.

520 Declaratur modò hæc concluſio, † vt proximiorum appellatione, de qua ſupra diximus, comprehendantur etiam fœminæ, niſi diſponens ad maſculos ſe reſtrinxerit, vt reſpondit Alciat. conſil. 638. circa aliud dubium.

521 Secundò declaratur, † vt omnes de domo, familia, ſeu agnatione, aut caſata, vel parentella vocati dicantur vbicunque ſint, vel degant, etiam ſi in diuerſis prouincijs ſparſi ſint, Alciat. d. conſ. 638. in fi. ſaltem ſi adiecta ſit clauſula In ſtirpes, &c. vt videmus conti-

522 giſſe in pluribus familijs Lombardiæ, † & ſignanter in familia mea de Petra, quæ & ſi primæuam originem, & fontem habeat in ciuitate Papiæ, ſunt tamen alibi habitantes de domo huiuſmodi, vt in ciuitate Mediolani, Ianuæ, & in hac patria Placentina.

Tertia dubitatio, de qua ſuprá, citò abſolue-

523 tur. † nam & ſi teſtator, vel quilibet alius diſponens ſingulariter dixerit de proximiore; tamen ſermo huiuſmodi reſoluendus eſt in pluralẽ, vt comprehendat omnes in eodẽ gradu pares, vt in ſpecie reſpondit Menoch. conſi. 158. num. 27. & ſeq. vol. 2. & ad hoc faciunt, quæ latè tradit Tiraquel. de primogenitura quæſt. 17. in princ. & in fin. quatenus diſputando iſtam quæſtionẽ in materia primogenituræ, an vbi incertum eſt de pluribus filijs, vel ſtipitibus, quis ſit primogenitus, concludit, quòd eſt * communis ſententia, vbi agitur de re diuidua, prout in præſenti ſpecie noſtra, tunc omnes ſuccedunt; ſi autem agatur de re indiuidua, vt Regno, & huiuſmodi rem eſſe in ambiguo, & verſari in magno pelago, ac conflictu opinionum.

Circa quartam dubitationem res ipſa maiorem habet difficultatem, in qua ex facto interrogatus pluries reſpondi pro naſcituris, & ſignanter in vna [illegible]a Scotorum de Varſio, vbi ageb[illegible] commiſſo etiã in caſum alienati[illegible] omnes deſcẽdentes, & poſter[illegible]miliæ. & iterũ in vna pariter d[illegible]o Comite Galeatio Scoto nato [illegible]icationem bonorum patris, i[illegible]erãt ſubiecta fideicommiſſi[illegible], ad quæ admiſſi fuerunt patru[illegible] cotra[illegible]ictionibus, & is poſteà natus eſt ex patre bannito capitaliter. & tertiò in vna ſimili de Prægoria agri Genuenſis, in qua ità fuit iudicatum per Senatum Mediolani; quorum allegationes curaui infraſcriptus breuiter ſubijcere, videlicet.

Exiſtimaui, & certus ſum in prioribus ſcriptis me ſatis ſuperq; demonſtraſſe rem apertiſſimam eſſe pro fideicõmiſſo, ad fauores Magnificorum Dominorum agẽtium. Et licèt articuli, de quibus contenditur, an poſiti in conditione cenſeantur diſpoſitiuè vocati, & an per prohibitionem alienationis cenſeatur inductum fideicommiſſum abſolutum, ſint tales, quòd quilibet mediocris Doctor poteſt ſuper eis fimbrias dilatare: nihilominus inſpecto tenore teſtamẽti teſtatoris noſtri, res eſt indubitata ad fauores Dominorum agentium, ità vt exiſtimem potius pro obſeruatione antiqui inſtituti, quàm quòd credam Illuſtres Dominos meos verè dubitare ſuper eo, obiectiones quaſdã excitaſſe doctiſſimè, & ſubtiliter contra concluſiones ſuper vtroque articulo per me firmatas, quę videntur aliquantulum obtenebrare ſupradictas concluſiones. Nihilominus puto eas omninò ſubſiſtere, ità quòd ſatis erit breuiter ſupradictis obiectionibus reſpondere.

524 Dixi igitur aliàs, & repeto, † poſitos in cõditione cẽſeri diſpoſitiuè vocatos ex quampluribus coniecturis, de quibus in prædictis prioribus ſcriptis; & præſertim, quia teſtator noſter digreſſus eſt ad quamplures gradus ſubſtitutionum; quæ quidem coniectura * communiter admittitur, Zanch. vt vnũ pro multis citem, in vulga. §. cum ità. in 6. coniectura, nu. mihi 780. & quæ per omnes * * approbatur, vt de magis * * communi teſtatur Celſus conſi. 20. num. 47. ſaltem concurrente aliqua alia coniectura, per eundem Zanch. nu. 788. in 14. coniectura: at hìc non vna tantùm, ſed plures concurrunt, & præſertim qualitas maſculinitatis & legitimitatis ſemper repetita, & excluſio fœminarum, & aliæ, de quibus in prioribus ſcriptis, ergò, &c.

Et illa inter cæteras non eſt leuis coniectura,

525 imò ea ſola ſufficit, † quando poſiti in cõditione reperiuntur etiam grauati, vt hic expreſſe factum reperitur, quia omnes deſcendentes fuerunt prohibiti alienare, vt reſpondit Ancha. conſi. 73. Corn. conſi. 97. col. 1. vol. 1. & conſi. 146. nu. 20. vol. 2. vbi plures alios concordantes citat, & longè plures Sociu. conſi. 110. nu. 21. vol. 3. vbi addit, quòd * * hodie hæc eſt magis * * communis opinio. & idem reſpondit ſæpè Rui. præſertim conſ. 113. nu. 5. & conſi. 122. nu. 4. vol. 2. vbi addit, hanc partem eſſe in iudicãdo canonizatam, & veram, & ſi ſciam hanc ſententiam pacificam non eſſe.

Non obſtat modò, quod obijcitur, dictam cõ-

clusio-

526 cluſionem non habere locũ, † quando po-
ſiti in conditione in vna parte teſtamenti
fuerunt aliquo caſu in alia parte expreſsè
vocati, vt in caſu iſto per Soci.poſt Alex.con-
ſilio 116. num.2.in principio.volum.3.& cõ-
cordan. per Zanch.vbi ſup.nu.mihi 732.ver-
ſic.2. dicta opinio Bar. non procedit:quoniã
reſpondetur duobus modis.

Et primò, quòd dictum illud motiuatum plu-
res habet contradicentes, & præſertim Ca-
ſtren. & concordan. de quibus per eundem
auctorem in eodem loco. Vnde res eſt in am-
biguo contra obijcientem, Capic. deci. 10.
num.19.Rolan.conſi.22.num.38.vol.3.Nat-
ta conſi.438. num. 15.

Secundò reſpondetur, auctoritates in contra-
rium allegatas non loqui ſtantibus coniectu
ris; videri poſſunt: imo in contrarium ſtan-
tibus coniecturis ſtat Dec. conſil.384. Pariſ.
conſi.41.& ſeq.vol.2.& iſte eſt caſus noſter.&
ideò cauendum eſt à Zanch.vbi ſup.nu.mihi
801.verſi.3.tempera omnes prædictas conie-
cturas.quia citat Soci.d.conſ.116. poſt Alex.
per eum citatum, & Pariſ. conſi.86.num.40.
de quibus etiam in motiuo; qui tamen non
loquuntur ſtantibus coniecturis, vt dixi.

Dixi etiam Mag. Dominos agentes omninò
intentionem fundatam habere ſuper fideicõ
miſſo abſoluto reſultante ex prohibitione
alienationis, ponderando in primis ratio-
nem generalem, imò vniuerſalẽ prohibitio-
527 ni diſpoſitiuè adiectam, ibi, † & hoc ideò,
quia voluit, ſtatuit, & decreuit, &c. quòd ip-
ſa bona in poſteros, & liberos maſculos, &c.
in perpetuum peruenire, &c. quæ non ſolum
ſtat, & poſita eſt ad veſtiendum prohibitio-
nem, ſed etiam auget eam, vt fideicommiſ
ſum dicatur ſimplex, & abſolutum. Quod ra
tione, & auctoritate probatur. ratio ie qui-
528 dem, quia vulgata eſt regula, † quòd cauſa,
& ratio generalis ampliat diſpoſitionem, &
dictum particulare, quatenus ſe extendunt
habenæ, & vires rationis, l. cùm pater.§. dul-
ciſſimis.ff.de legat.2.& concordan. per Tira-
quel.de extẽſio. in fi.nu.25. verſi.ſi eſt maior,
extenditur dictum ſecundum rationem, &c.
& nu.ſeq.& in terminis iſtis per Bar.in l.pater
filiũ.§.fundum.ff. de legat.3.quatenus inter-
pretando illum tex. qui loquitur de prohi-
bitione alienationis inter viuos adiecta ra-
tione concepta per verba enunciatiua, con-
cludit, quòd ſi verba non fuiſſent enunciati-
ua, ſed per modum cauſæ finalis poſita, di-
ceretur prohibita alienatio, etiam in vltima
voluntate, propter eius generalitatem.

Et licèt aliqui dicant, Bar. velle rationem adie-
ctam non ampliare, ſed declarare dictum, ta
men hoc repugnat verbis apertis ipſius Bar.
& ità etiam cæteri receptiori calculo ipſum
intelligunt, & ſignanter Iaſ. conſil. 23.col.1.
vol.3. Rpa in vulga.§.diui. ſub num.66.& nu.
110. Alciat. conſi.777.nu.2.& ſeq. Tiraq.vbi
ſup. vt meritò reſponderit Caſtrenſ. conſil.
529 401. in ſecunda parte. † prohibitionem fa
ctã filio ex vi rationis generalis adiectæ por-
rigi ad nepotem.Soci.iun.conſ.129.num.35.
volum.3.Cepha.conſi.529.nume.32.in fin.&
ſeq.vol.4.& conſi.330.num.66.& 71. in fin.&
de tempore vſq; ad vigintiannos ampliari in
perpetuũ, poſt Cum. & Bart. Tiraq. vbi ſup.
num.29. pluraq; ſimilia adduci poſſent, niſi
ageretur coram Iuriſconſultiſſimis. Addit
propterea Pariſ. conſi. 50.num.22.& plu.ſeq.
530 vol.3. † quòd à ratione per teſtatorem cõ-
ſiderata ampliãtur fideicommiſſa, & reſtrin-
guntur, prout ratio ipſa paritur, ſequendo
Bar.in d.§.fundum. & concordantes, de qui-
bus per eum. Quod procedit, etiã ſi nomi-
natim, & ſingillatim ratio, ſeu cauſa non ſit
expreſſa, ſed tacitè ex coniecturis colligatur,
vt ibi per eum.

Et ideò neceſſariò ſequitur, rationem finalem
adiectam, quæ generalis eſt, apta compre-
hendere tàm caſum alienationis, quàm mor
tis grauatorum pro tempore contemplan-
dum eſſe, vt fideicõmiſſum ſimplex cõtineat.
531 Et quòd multi negant † extenſionem fieri
in hac materia vti odioſa, patet ex his non
eſſe verum, vbi ratio expreſſa fuit, & per mo-
dum cauſæ finalis; neq; enim tunc de exten-
ſione tractandum eſt, ſed de comprehenſio-
ne, vt infrà dicam. Et illud dictum omni in
caſu non procedit in expreſſa ratione, ſed ſo-
lùm in tacita, & vbi agitur de extenſione de
perſona ad perſonam, Aretin. in l. Gallus.§.
& quid ſi tantùm. col.3. verſi. ſecundò adde.
ff.de libe.& poſthum. quam aliqui tenẽt pro
* communi, Dec.conſ.29.colu.4. verſ.2.præ-
mitto. Menoch. conſ.97.nu.92. licèt ea quo-
que ſententia non poſſit ſuſtineri, quando
ex uerbis, & ex mente diſponentis, vel etiam
ex ſola veriſimili mente apparet, quòd teſta-
tor idem diſpoſuiſſet de ea perſona, quã non
ſcripſit, quod de ſcripta, vt abundè Pariſ.d.
conſ.50.num.5[illegible] pulchrè Iaſ. d.cõſi.
23. col. 1. ubi [illegible] ubitio facta certæ
perſonæ exten[illegible] omnes deſcendentes
ex vi rationis adi[illegible] ſubdit prohibitio-
nem dici realem: [illegible] m de caſu ex-
preſſo ad alios, q[illegible] it ratio ex-
preſſa, per Burſat.conſi.217. num.11. nu.57.
& ſeq. & num.68.vol.3.

Id quod eò magis procedit, inſpectis uerbis ge-
532 minatis, † quæ promptam, & enixam men-
tem teſtatoris demonſtrãt, velle omninò bo-
na conſeruari in agnatione. ex qua quidem
gemi-

geminatione verborum volunt noſtri induci fideicommiſſum abſolutum, Soc.conſ.43. col.6.ſub nume.9. verſi. & præſertim cùm teſtator duplici modo, & per verba geminata motus fuerit dicendo, quòd volebat bona de familia non exire, &c. Dec.conſi.23.col.2. & conſil.37.nume.2. Ruin.conſil.110.nume.17. vol. 2. Pariſ. qui & concordantes citat d. conſ.50.loquens in qualitate maſculinitatis pluries memorata, quòd oſtendat enixam, & præciſam mentem teſtatoris conſeruandi bona in agnatione, Alba poſt Corne. per eũ citatum conſi.54.num.3. Cepha. conſil.153. num.87.& ſeq. Plot.conſil.14.nume.5.& ſeq. Marza.conſi.10.col.1.& vltra plures alios cõcordan. de quibus per Gabriel.lib.4.titu. de fideicomm.concluſ. .nu.14.Decia.conſi.30. num.20.vol.1. Veg.conſi.vlt.nu.382.& plur. ſeq.Riminal.iu. conſi.279.nu.29.& plur. ſeq. Alcia.cõſ.484. num.4.& conſil.561. in princ. & num.6.Mantic.in tracta.de coniecturis vltim.volunt.lib.6.tit.14.num.14. & ſeq.

* Ex quibus patet hanc eſſe* communem ſententiã, quicquid aliqui numero, & pondere pauciores contrariũ quandoque tenuerint; vltra Anch.iun.quæſt.72.in ſecunda parte.& Achilli Perſo. abundè in loco infrà citando. & in propoſito Soci. conſi.250.col.1.in prin. vol.2.vbi ponderando verbum Omninò poſitum in prohibitione, concludit, quòd ex eo detegitur aperta mens teſtatoris, quòd voluit valdè, & efficaciter alienationem prohibere.

Et iterùm perpendendo vim verbi Perpetuò, quæ omnia magiſtraliter per Docto. quos ibi citat, ponderantur, & præſertim etiam per Gabriel. in ſuis concluſio. lib.4. tit.de fideicom. concluſio.10.nume.12.14.22.& ſeq. & num.28.& diffuſius per Doct. infrà citandos, præſertim per Decia. conſi.50.num.18. & ſeq. Veg.d. conſil.vlt.num.374.& plur.ſeq. Rube.conſi.53.num.5.& ſeq. Crot.conſi.48. num. 26. & ante eos Ruin.cõſi.14.nume. 68. vol.3.& in repetit.§.diui.nu.79.& 82. & pulchrè etiã Socin.d.cõſ.250.col.2.in principio. põderando verbum Perpetuò iniũctum verbo Omninò, de qu[illegible] præſenti ſpecie, Iaſ. d. conſil.23.col[illegible]ip.verſi.et vltra verba geminata pe[illegible]nderata, põdero etiam dictionem O[illegible], præciſam. vol.3.

533 †dicens, quo[illegible]m importat omnem caſum, [illegible]ſtinctione perſonarum, vltra alios plures concordãtes, de quibus per Anchar.iu.quæſt.72.num.8.& ſeq.in 1. parte. vbi poſt Ruin. per eum citatum,

534 †addit, quod ex hac dictione Omninò inducitur fideicommiſſum abſolutum, vt de verbo Totaliter etiam dicit Rolan. conſ.98.nu. 15. quem ad hũc effectum fideicommiſſi abſoluti refert, & ſequitur Cepha. conſil. 624. nume.22. vol. 5. & ſignanter etiam Maluaſia conſi. 50.num.34.

535 Secundò principaliter nũc addo,†quòd citra omnem dubitationem fideicommiſſum abſolutum tũc dicitur extare, quãdo teſtator per modum principalis diſpoſitionis ordinat bona ſua in familia conſeruari, vel in ſuos deſcẽdentes, ut cõcludit Curt.iu. conſ. 43.circa fin.& conſ.145.num.9.in 1.caſu. vbi addit hoc eſſe indubitatum, & quòd nemo cõtradicit, Crauet. cõſ.130.ſub num.10.Sed contrà Menoch. cõſil.85.num.11.& n u.103. ſed ſic eſt, quòd in præſenti ſpecie teſtator noſter hoc ordinauit, ergò, &c.

Quod autem id verum ſit, patet ex eo, quòd in ſuo teſtamẽto poſt plures ſubſtitutiones factas dicit:

Et inſuper d. Dñs teſtator dictis eius heredib. & deſcẽdentibus in perpetuum prohibuit, & prohibet omninò,& in perpetuum quamcunq; alienatione, &c. quæ quidem verba nihil aliud inferũt, niſi cõſeruationẽ bonorum in familia ſua, quę cõſeruatio oritur ex interdictione alienationis, arg. l. illud. ff. de acqui.hęred.& l.ad rem mobilem.& l.ad rem legatam.ff.de procura.quo genere argumẽti Doctores ſępiſſimè vtũtur in propoſito nño.

Et ex his patet præſentem ſpeciẽ uerſari in claris pro fideicommiſſo abſoluto, poſtpoſitis cauillationibus, quæ omninò fugiẽdæ ſunt; quia plerũq; propter eas aberramus, inquit Soci.cõſil.250.colum.4.ad fin.vol.2.& in hac

536 † materia nõ eſt nimis ſubtilizãdũ aduerſus mẽtem teſtatoris, vbi etiam verba nõ eſſent multùm clara, Crot.cõſi.48.nu.8.Alcia. cõſil.492. nu.18. & facit tex.in l.ſicut.§.ſi debitori.ff.quib.mod.pign. &c. ibi enim ſubtilitates à iudicibus nõ admittũtur, nec opor-

537 tet† eſſe proteruus, & duræ ceruicis in amplectẽda veriſimili mẽte teſtatoris, inqt Soc.

538 vbi ſup.num.1.in fi. in tãtùm † quòd veriſimilis mẽs teſtatoris omninò amplectẽda eſt, licet uerba nõ ſufficerẽt ad fideicommiſſum, inquit gloſſ. in l. pater filium. quæ eſt 36. §. * pen.in gl.vlt.ff.de leg.2.quæ* communiter ap probatur, Menoch.cõſil.197.nu.13.uol. 2. & abũdè comprobãt Dec.cõſ.227.num.8.in fi. * & ſequen.cõcludens ex* communi ſentẽtia;

539 † quòd licèt nihil tam indubitatum ſit inter homines, quod nõ recipiat quãdam ſollicitam dubitationem, ab ea tamẽ cauendũ eſt in interpretandis ultimis uoluntatibus, & fideicommiſſis, quia in his potius uoluntas inſpicienda eſt, poſtpoſitis uerborum cauillationibus, & ſufficere, quòd de mente cõſtet ex aliquibus cõiecturis. & inter cætera di-

ra dicitur de mēte cōſtare, ubi aliàs multa
uerba teſtatoris,& clauſulæ per eum adiectæ
ſuperfluerent, & otioſæ eſſeut, Socin. vbi
540 ſup.nu.2.in princ.& quòd prohibitio† alie
nationis,quia vult, &c. ſcripta inter poſitos
in conditione grauatos inducat abſolutum
* fideicommiſſum, eſt * communis, Burſat.
conſi.298.num.17.vol.3.
Non obſtat modò, quòd prohibitio noſtra de
non alienando erat nuda, ſeu nudum præ-
ceptum, niſi adiecta fuiſſet dicta ratio ſu-
prà citata, quæ propterea ſolùm inducit fi-
deicommiſſum in caſu alienationis ex eo,
quòd in ſe nuda fuiſſet, tanqnam nudum
præceptnm teſtatoris, d. §. diui. & ideò fuit
veſtira a cauſa, & ratione ſubiecta, quia vo-
lo &c. & ſic fideicommiſſum operatur dun-
taxat in caſu alienationis, non etiā per mor-
tem, ſecundum opinionem, qnam multi in
* motiuo relati,* communem dicunt: quoniā
reſpondetur pluribus modis.
541 Et primò, † quòd imò, vt ſuprà dixi, prohi-
bitio huiuſmodi de non alienando adiecta
cauſæ cum verbis prægnantibus, Quia teſta
tor vult,& mandat bona ſua omninò perpe-
tuò manere in familia, & agnatione ſua, in-
ducit fideicommiſſum ſimplex, & abſolutū
non in caſu alienationis tantùm, ſed & mor-
tis,prout ſignanter tenuit Aret. in l.qui Ro-
mæ.§.cohæredes.ff. de verbo.obligat. & con-
cordan. quos refert, & ſequitur Veg. in mo-
tiuo citatus conſi. vlt.nume.369.& plur.ſeq.
vſq; ad num.389.& à num.420. vſq; ad num.
459.qui videri poteſt. poſtpoſita opinione
* cōtraria,de qua in motiuo.& de * communi
Loazes in repeti.§.diui.nu.106.verſ.4. quęri-
tur, &c. Pet. Aut. Anguiſſola lib.6.conſil.9.
nu.2.&6.vbi etiam citat bona iura.Menoch.
conſi.197.num.55.vol.2. Ruin.conſilio 168.
vol.3.Rube.conſ.53.Cror.conſi.48. Dec.cōſ.
23.col.fin.Craue.conſi.584.num.10.& d.cōſ.
130.nume.10.vbi citat Caſtrenſ.Dec.Curt.
iun.Gozad.& idem Pariſ.cōſ.18.nu.48.vol.2.
aliter enim voluntati teſtatoris ſatisfieri nō
poteſt,ut inquit Craue.vbi ſup. Iaſ.cōſi.148.
col.3.verſi.4.facit.vol.2.& Alcia. cōſi.202.nu.
3.vbi refert ità fuiſſe iudicatū in ſenatu Me-
diolani. & infinitos, & longè plures, quàm
* ſint in cōtrarium citati, de * communi atte-
ſtantes, refert Franciſcus Manti.in tracta.de
cōiect.vlt.vol.lib.6.cap.14.num.24. verſ. ſed
cōtrariam opinionem, &c. & longe plures
Achill.Perſona.in tracta.adipiſc.poſſeſs. qui
à numero 192.vſque ad numero 233. per 40.
col. diligētiſſimè inter modernos quæſt.exa-
minat, & receptiſſimam etiam hanc ſenten-
tiam fatetur. & non minus diligenter præ-
ſentem ſpeciem, ſeu eius verba ponderando,
Anchara.iun.quęſt.70. in 1. parte. vbi etiam
* abunde de * communi,quem refert,& ſequi-
tur Simō de Præt. in tracta.de interpretatio.
vlt.volunta.lib.3.char.287.num.4.& ſequen.
ferè oēs ſupradictos Doct. & plures alios ad
hoc refert, & ſequitur Simon de Præt.vbi ſu
prà in 10.ſolutione.& 183. nu.8. & plur. ſeq.
quibus addo Soci. conſ.57. col.2.nu.2. vol.3.
quatenus concludit, prohibitionem ſimpli-
cem factam de non alienādo bona extra fa-
miliam inducere ſimplex fideicommiſſum;
* & teſtatur de * communi, & Purpura. cōſil.
* 375.nu.14.vbi etiam teſtatur de * communi.
vol.1. & ibi egregiè ponderat etiam ſingula
verba prohibitionis, de quibus etiam in ca-
ſu noſtro. quin etiam conſi.559.nume.13. &
ſeq.vol.2. dicit, ꝙ huic ſententiæ nemo con-
tradicit. Hanc etiam partem tenet Alba cō-
ſilio 54.num.2. verſi.accedat 2. loco. Cepha.
* conſi.153.nu.48.& ſeq.vol.2. & de * commu-
ni Plot. conſil.14. & ſecundum hanc opinio-
nem latiſſimè cōſuluit Surd.conſ.67.& conſ.
96. per totum.
Quò fit, vt ſi auctoritatibus certandū ſit, hæc
ſententia dubio procul numero, & pōndere
* vincit cōtrariam opinionem, & de * commu-
ni teſtatur etiam Alcia. conſil.777. vbi addit
nu. 5. quòd hæc opinio eſt canonizata apud
iudicantes, qui nō ſolent recedere a volūtate
teſtatoris. Quòd ſi rationibus agatur, mul-
tò minus ab hac ſententia ſit recedendum,
vt ſuprà demonſtraui, & latius etiam videre
eſt in locis prædictis,& præſertim apud Dec.
conſi.38.col.2.vbi pulchrè,& Purpura. Plot.
Achill.& Anchar.iu.& Veg. per quamplures
colum.quorum dicta non tranſcribo; prout
ipſe Veg. fecit, quia videri poſſunt. quamuis
prior opinio motiuata, vt ipſi etiam ſatētur,
542 & ego libēter admitto, poſſet obtinere, † vel
vbi cauſa, & ratio adiecta ꝓhibitioni eſt re-
ſtricta ad perſonas prænominatas in inſtitu-
tione ad formulam præcedentis inſtitutio-
nis, prout pleriq; loquuntur ex citatis in cō
trarium; & ſignanter inter cæteros animad-
tit Cepha.d.conſil.330.nu.66.& 75. in fi. Bo-
logne.conſi.15.num.34.Marza.conſi.4.pagi.
28. Rimin.iun.cōſi.279.num.97. vol.3. & ità
eo caſu loquitur Riminal. iun. conſilio 279.
nume.66. vol.3. loquēs in verb. Perpetuò ad
certas perſonas reſtricto. Biret.conſil.55.nu.
2. verſi. & amplius aduertendum eſt. Achill.
Perſona.diffusè vbi ſupra [illegible]em ſufficit vidiſ
543 ſe. vel quando† ratio licet generalis, ſubie-
cta corrigeret, aut aliquo modo violaret ꝑce
dentem diſpoſitionem, in qua teſtator alie-
nando facultatem conceſſiſſet ſeruata certa
forma, vt in caſu Sen. Pedemon. deciſ. 50.col.
pen. verſi. non obſtat, quòd prohibitio alie-
nationis

nationis ſit facta cũ illa ratione generali adiecta per modum cauſæ finalis, &c. vbi ſic cõ tendit vitare ſcopulum ſupradictæ noſtræ ſententiæ, & rationes eius.

544 Rurſus † opinio contraria, ſi videantur ſcribentes pro ea, procedit in prohibitione ſimpliciter concepta, non etiam quando cõ cepta eſt per verba multùm prægnantia, & perpetuam conſeruationem bonorum in agnatione deſiderãtia, vt in caſu iſto; & iterũ, vt dixi, non loquitur in caſu, quo per modũ principalis diſpoſitionis reſtatot ordinauit bona ſua cõſeruari in agnatione, vt hic vltra dictam prohibitionem.

Secundò principaliter tollitur ſupradicta obiectio, negando dictam prohibitionem in ſe fuiſſe nudam. quinimmò honorificè veſtita eſt, multiplicia habens indumenta, quorum vnumquodq; ſufficiens eſt ad validitatem ipſius, & conſequenter cauſa poſteà adiecta, ne ſit otioſa, inducit fideicommiſſum abſolutum, vt in motiuo admittitur. & benè, q2 paſſim in hoc omnes conueniunt, Curt. iun. d. conſ. 114. num. 16. & ſeq. & conſil. 145. in 3. caſu. vbi de * cõmuni. Biret. conſ. 142. nu. 14. vbi inquit * omnes hoc tenere. & hoc eſt indubitatum apud omnes, per ſupradictam rationem vitandæ ſuperfluitatis, inquit Curt. iun. conſil. 218. num. 25. ad fi. vol. 3. poſt Soci. in l. qui Romæ. §. cohæredes. num. 10. in 3. caſu. ff. de uerbo. obligat. Gabriel. d. conclu. 10. num. 41. ubi etiam de * communi. & Cepha. d. conſi. 153. nu. 52. & ſeq. Mantica, ubi ſuprà, col. penul. verſiculo, quod igitur ad propoſitum attinet. & conſentiunt * omnes Doctor. in d. §. diui. & in d. l. qui Romę. §. cohęredes. ff. de uerbor. obligatio. & ſignãter in terminis Doctor. mox citandi, & præſertim Curt. iun. qui uideri poteſt.

Quod autem aſſumptum uerum ſit, facilè eſt demonſtrare. in primis enim conſtat, quòd teſtator prohibuit omnibus eius deſcendentibus maſculis alienationem quamcunque in alios, ponderando illud uerbum In alios, quia perinde eſt, ac ſi prohibuiſſet alienatio-

543 nem in extraneos. nam & ſi uerbum † Alius ſui natura ſignificat perſonam diuerſam in ſubſtantia, ſimilem tamẽ in qualitate, Fulg. in l. 1. in princip. ff. uſufruct. quemad. caue. Alex. conſi. 214. col. 2. uolum. 2. Alcia. cõſ. 15. col. 1. in fi. Burſat. conſi. 250. num. 8. in princ.

544 vol. 3. nihilominus id non procedit, † quando reſultaret impoſſibilitas, uel falſitas; quia tunc repetitio qualitatis reijcitur, ut habetur in exemplo Euangelij, ibi, Et cum eo alij duo crucifixi ſunt, prout conſiderat Ruin. conſi. 385. num. 5.

545 Et iterum nõ procedit † in diſpoſitione negatiua, putà, dotata à patre, uel ab auo nihil plus perat; ſecus ſi ab alio. idem ſi ſtatutum dicat, quòd teſtes mercatorum probent in eorum curia, ſecus ſi aliorum, Burſat. d. cõſ.

546 250. num. 8. Rurſus nõ procedit, † quando de cõtraria mẽte diſponentis cõſtat, ibidem

547 nu. 9. Præterea nõ procedit, † quando poſt ſpecies ſubiungitur genus cum dictione Alios, ibidem num. 10.

548 Vel quãdo † materia ſubiecta repetitionem qualitatis nõ patitur, ut in caſu noſtro. neq; enim hactenus per illa uerba prohibitionis alienationis dici põt interdicta inter ipſos deſcendentes, & de familia teſtatoris, ergò neceſſariò illud verbum Alios, cum nõ cõueniat illis de familia, referri debet ad extraneos. & facit tex. in l. ſi alius fecerit me inuito. ff. quod ui, aut clàm. & latè Riminal. iun. conſi. 358. num. 28. & ſeq. uol. 4. & in terminis eſt tex. apertus in l. pater filium. quæ eſt 36. §. quindecim. ibi Vendere, &c. alij uelit. ff. de lega. 3. & ibi notat Bar. num. 2. poſt glo. in uerbo Alij, quòd intelligatur de alijs extra coniunctos, & illam decil. ad hoc expendit Soci. iun. conſi. 97. num. 8. uol. 3. & Riminal. iun. cõſi. 45. num. 94. uol. 1. & ſic debet exponi illud uerbum Alios, & Alium, ideſt, extra deſcendẽtes ſuos, per ea, quæ ponit Rui. cõſi. 174. nu. 6. uol. 2. quod uerbum Alios in propoſito etiam ponderat Menoch. conſil. 597. nume. 9. uol. 4. & in illo tex. propterea cõſtat de fideicommiſſo abſoluto. & ad hoc etiam eſt gl. clara in d. l. pater filium. §. filiam. in uerbo, Defuncta hærede, & relicto hærede alio, qui non ſit de familia. & adhuc alia glo. in l. ex facto. §. fin. in gl. fi. in prin. ff. ad Trebell. pro qua facit, quia uerbum iſtud Alius diuerſificat in qualitate, & ſubſtantia, Bero. q. 71. nu. 5. & ſic prohibitio alienationis remanet valida. & hunc caſum pro expedito habet, & pro conſtãti præſupponit Ruin. cõſ. 116. num. 15. in fi. & ſeq. uol. 2. loquẽs in prohibitione de nõ alienãdo in alios facta inſtitutis, & ſubſtitutis, quod ſit ualida abſq; alia adiectione: & etiam Opizo. in repet. §. diui. num. 9. in princip. ibi, Nolo, quod alienetur, uel perueniat ad alios, &c. & facit, quia prohibitio facta, ne alienetur extra certum genus perſonarum, perinde eſt, ac ſi ſit facta extra familiam, & ualet, ſecundum * communem, Curt. iun. cõſ. 121. nu. 2. & facit text. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2.

Si ergò dicta prohibitio de per ſe erat ualida, ut dixi, ſequitur, quòd ratio poſteà adiecta inducit fideicommiſſum abſolutum, ne otioſe dicatur adiecta, ut ſuprà eſt dictum: conſequentiam probaui ſecundum communem opinionem.

Secundum

549 Secũdum eſt veſtimentum,† & tacitę cauſę reſpectu qualitatis dictorum bonorum alienari prohibitorum, quod colligitur ex qualitate rerum. inter cætera enim aderat Caſtrum Varſij, & iuriſdictionalia cum mero, & mixto imperio, quæ teſtator eo ipſo præſumitur voluiſſe cõſeruari in agnatione ſua, l. quoties.la prima, & ibi glo. C. de fideicom. quæ exemplificat in turri prohibita alienari, & ibidem Bal.nu.8.ſignanter notat, quòd ex qualitate rerum præſumitur teſtatorem eas voluiſſe in agnatione permanere, & ſic præſumitur tacitè fideicommiſſum inductũ inter omnes de familia, inquit ille. qui addit hoc eſſe notatu dignũ. quod & probat Deci. d.cõſ.38.nu.5.in 5.ratione, verſ. quintò etiã ex qualitate rei præſumitur fideicommiſſum, &c. loquens in palatio. & verſ. unde cõſiderata qualitate palatij, & bonorum, de q̃bus agitur, &c. & multis alijs in locis, de quibus p Gabriel. ubi ſuprà nu. 44. & in caſtro, & palatio poſt Bar. & alios, Ripa in d.§.diui. nu. 4. & in vna Placentina de Fulgoſijs in dimidia Caſtri uillę Sarturani, Cur.Iu.d.conſ. 43. num.10.verſ. ſi ergò in propoſito noſtro probauero, quòd prohibitio de nõ alienando primo loco facta de per ſe non erat nuda, &c. ſequitur Alba conſ.54.nu.4.& cõſ.97. nu.2.& 12.& Cur.dicta abundè reaſſumit, & ſequitur Veg.vbi ſuprà nu.389. ad fi. & eum etiam refert, & ſequitur Rimin.Iun.conſ.20. col.2.& cõſidero, quòd in caſu Curt. & aliorum ſuprà citatorum, agebatur de caſtro ſimplici, ideſt, de corpore materiali, ſeu caſa alta muris, foſſiſq; circundata, Bart. in tracta. qui ſint rebell. in uerbo Lumbardiæ.nu. 4. Bald.in c.1.§.in generali.nu.4.ſi de feu. fue. contro. inter domi.& agna. ergò multò magis idem dicendum in caſtro, cui annexa eſt iuriſdictio, merum, & mixtum imperium, vt in caſu noſtro, quod cõcernit fortiùs ſplendorem, & magnificẽtiam domus teſtatoris.

Et iſtud veſtimentum redditur indubitabile, concurrente ad idem diſpoſitione decretorum, quibus cautum eſt, caſtra prohibita eſſe alienari, & iuris communis diſpoſitione circa iuriſdictionalia, Iaſ. in rubrica. C. ne fiſc. vel Reſp. Felin. in c. quæ in eccleſiarum. nu.51.in 6. declaratio. de conſtitut. quo caſu prohibitio teſtatoris de non alienando adiecta ſuſtinetur, ut augeat, & operetur fideicommiſſum etiam in caſibus aliàs permiſſis à iure, ut nõ poſſit fieri alienatio, Doc. in d.§.diui.& Dec.conſ.636.num.10. Purpurat.conſ.110. Cepha.conſi.342.nu.68.vol.3. Bero.conſ.122.vol.2. Vegius poſt Ruin. per eum citatum, d.conſ.vlti.nume.485. Marius Anguiſſola conſ.256.num.3.& conſil.196. nu.17.& hec eſt vnus effectus concurrentiæ duplicis vinculi prohibitionis vltra alios, quos ponit Socin.conſ.66.num.4.& ſequen. vol.1.& hanc duplicem prohibitionem probat etiam Caſtren.conſ.269. dubitatur. col. 1.in prima parte. uerſic. item quòd fieri non poſſit &c.

Et reſpectu aliorum etiam bonorum primum
550 veſtimentum ſumitur ex eo, † quòd bona huiuſmodi fuerunt maiorum dicti Do. teſtatoris, nempè, quia quæſita titulo permutationis ab eccleſia Placentina, & ſucceſſiuè poſſeſſa per eum, & maiores ſuos per tempus inmemorabile. ut de primo extat inſtrumentum permutationis uſque de anno 1308. de ſecundo extant binæ ſententiæ deſuper latæ, altera ad fauores dicti teſtatoris de anno 1446. & altera ad fauores eius nepotum de anno 14(8. ergò, &c. conſequentiam probant Docto.in d.§. diui. & præſertim Ripa nu.3. Curt.iun. vbi ſuprà, & Vegius vbi ſuprà nu. 391. quod procedit, etiam quòd teſtator id non expreſſerit in ſuo teſtamento, Ancha.iun. poſt Tiraquel. per eum citatum, qui more ſuo concordan. citat, d.q.72.num. 30.in prima parte. Alba d.conſi.97. Roland. conſi.23.nu.24.& ſeq.vol.4. Simon de Prætis vbi ſuprà d.char.283.nu.8.& 10.in fin.& ſeq. ſequendo Anchar. iun.& cæteros, ubi ſuprà. ratione enim affectionis huiuſmodi præſumitur teſtatorem uoluiſſe ea conſeruari in familia ſua. Et quod ſatis ſit, quòd poſſit cõſiderari intereſſe iſtud affectionis teſtatoris, licèt non ſit expreſſum, quia ſcilicet prohibita alienari erant ſua, uel fuerũt maiorum ſuorum, vt proptereà manere deberent ſalua, reſpondit Caſtren.d.conſ.269.ad fi. verſi. item non obſtat, ſi dicatur.

Et iſtud veſtimentum, quod eſt ſecundum reſpectu aliorũ bonorum, erit tertiũ reſpectu caſtri, & iuriſdictionalium, & ſic deinceps.

551. Tertiò etiam dicta prohibitio † in ſe nuda dici non poteſt, cum expreſsè facta cẽſeatur fauore deſcendentium ipſius teſtatoris, ex quò omnes fuerunt prohibiti alienare, Bal. in d.l.quoties.num. 3. in fin. ff. de condit. inſtitu. Alba.conſ.7.nu.13.& conſi.54.num.2. Ruin.d.conſ.122.nu.4.volu.2. & in hoc caſu ſuſtineri poteſt gloſſ. in l. codicillis. quæ eſt pen.§.inſtituto. ff. de lega. 2. quam ſequitur Imo.ibi, Crot.conſ.48.nu.54. Alba d.conſ.7. nu.13.& conſ.54.nume.2. Dec.conſ.23. quem etiam ad hoc refert, & ſequitur Grat.cõſ.31. nu.22.in 5.fund.vol.2.ſequendo glo.ibi, qui
* addit, * communem opinionem eſſe, quòd quando teſtator mandat bona debere permanere apud filios, & nepotes in perpetuũ, ꝙ dicitur inductum fideicommiſſum abſolutum:

lutũ & loquitur in debiliori caſu, quo prohibitio erat concepta in perſonam.

Nec huic ſententiæ contradicit gl. in d. §. diui.
551 † quia loquitur in prohibitione facta pluribus hæredibus inſtitutis, ſeu ſubſtitutis: tunc enim tanquam nudum præceptum nõ tenet factum, in fauorem ipſorum hæredũ, cui propterea illimet renunciare poſſunt, d. l. quoties ab omnibus. C. de fideicommiſs. quæ ratio applicari nõ poteſt omnibus deſcendentibus prohibitis, quia non omnes poſſunt ſimul conſentire, cum naſcituri non ſint in rerum natura. Nec in iſto caſu loquitur Bero. in motiuo citatus, præſertim cõſiho 42. vbi pungit gl. in d. §. inſtituto. loquitur enim & ipſe in pluribus cohæredib. imò hoc caſu ſtat pro nobis, vt ibi per eum nu. 4. qui videri poteſt.

Quòd ſi hæc pauca ſunt, addi poteſt pro quarto veſtimento, & cauſa, quæ elicitur ex eo,
553 † quòd teſtator expreſsè etiam addidit, quòd ſi dictę prohibitioni contrafiat, actus ſit nullus, & ſic dicta prohibitio ſatis etiam ex hoc dicitur veſtita per adiectionem pœnæ nullitatis actus, & etiam incurſus pęnæ pecuniariæ, poſtquam ex ſupradictis ſatis, ſuperq; intentum habemus.

Nihilominus pro ea etiam eſt tex. ineuitabilis iudicio meo in d. l. codicillis. quæ eſt penul. §. inſtituto. qui videri poteſt, quatenus loquitur de nullitate actus, licèt in motiuo ſolũ pungatur pœna pecuniaria, & in hoc nemo contradicit. & quòd pęna nullitatis alienationis veſtiat prohibitionem, & inducat fideicommiſſum, quia dicitur fauore illorum de familia adiecta dicta pœna, & facta dicta prohibitio, Soci. conſi. 227. ſub num. 3. col. 4. verſi. ad quod argumẽtum reſpondetur. vol. 2. Ioannes de Anan. conſil. 47. ſub nume. 8. verſ. ſed certè ego pondero in caſu iſto, quòd teſtator prohibens non ſtetit in finibus prohibitionis, imo vltrà proceſſit, annullando, &c. & ibidem Bologni. & adhuc apertiùs Corne. conſi. 258. colum. penul. in fi. verſi. ſed prædicta non obſtant. vol. 1. Alcia. quem refert, & ſequitur Bireta conſ. 242. num. 15. Alcia. conſi. 777. propter difficultatem. num. 4. Rimin. iun. conſi. 456. nume. 83. vol. 4. & probat Caſtren. d. conſi. 269. colum. 1. verſi. ecce igitur expreſſam cõtractus annullationẽ, &c. quæ, vt ille ait, operatur, vt reuocari poſſit alienatio per eos, quorum fauore fuit facta. ſed hic facta fuit fauore omnium maſculorum, ergò omnes poterunt reuocare.

Non obſtat, quòd ex quo deſcendentes dicti D. teſtatoris aliquo caſu fuerunt vocati, videlicèt, ſi D. Bartholomæus teſtatori prædeceſſiſſet, & ſic in caſum vulgaris ſubſtitutio-
554 nis, qui caſus non euenit, † & propterea cũ defecerit dicta ſubſtitutio, conſequẽter dicitur etiam expiraſſe ſubſtitutio fideicommiſſaria, quæ oritur ex dicta prohibitione alienationis, ex eo, quòd ea videtur correſpectiue ad præcedentem ſubſtitutionem facta, ex quo fuit incõtinẽti adiecta poſt dictam ſubſtitutionem, per Dec. conſ. 636. Socin. conſil. 53. num. 11. vol. 1. Cepha. conſil. 17. num. 24. & Burſat. conſil. 195. num. 7. & ſeq. quoniam reſpondetur pluribus modis.

Et primò, non eſſe verum, quòd dicta ſubſtitutio facta de deſcendentibus teſtatoris, fuerit
555 in caſum vulgaris; † tum quia cõcepta fuit in caſum, qui non eſt neceſſarius ad vulgarẽ, ex quo ea conditio, ſi Bartholomæus prædeceſſiſſet, non eſt neceſſaria ex natura vulgaris, cum ea potuiſſet etiam habere locum, licèt Bartholomæus inſtitutus nõ fuiſſet prę-
556 mortuus, ſed voluntaria fuit cõditio, † quæ non trahitur de caſu ad caſum, ſecundũ Bar. & alios in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 3.
557 ff. de libe. & poſthum. † prout in ſubſtitutione facta alicui, ſi ſine liberis prędeceſſiſſet, quòd non dicatur concepta in vim vulgaris, ex quo illa conditio non eſt neceſſaria omninò ad vulgarem, ſed voluntaria dicitur conditio, licet aliquẽ caſum vulgaris reſpiciat, reſpondit Vegius conſi. 66. num. 51. & maximè cùm in caſu iſto dicta ſubſtitutio non potuerit habere locum, vt infrà dicam. tũ quia nõ ſolùm vulgaris, ſed etiam fideicommiſſaria fuit, propter verbum Perpetuò adiectũ, vt reſpondit Rui. conſi. 23. num. 19.
558 Secundò reſpondetur, † non eſſe verum, quòd dicta prohibitio dicatur correſpectiua præcedenti ſubſtitutioni, & de hoc eſt tex. in d. l. penul. §. inſtituto. ff. de lega. 2. ibi enim teſtator inſtituit filiũ, & nepotes ex eo, licèt emancipatos, & ſic illi in caſum vulgaris erãt ſubſtituti, per Doctores in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum. propter ordinem ſaltem charitatis, & affectionis, qui æquipollet ordini neceſſitatis, vt poſt Bar. ibi, Soci. conſi. 43. nu. 8. in fi. vol. 3. quæ expirauit poſt aditam hæreditatem per filium, & tamẽ ibi adhuc contentio erat inter eum, & nepotes ſuper locatione facta per filium, an per eam diceretur contrafactum prohibitioni de nõ alienando factæ per teſtatorem, quod quidẽ vanum fuiſſet, ſi ea expiraſſet per extinctionem ſubſtitutionis præcedentis.

Nec ualet conſequentia, per quam mouetur
559 Dec. ubi ſuprà, † incontinenti appoſita eſt, ergò correſpectiuè ad præcedentem ſubſtitutionem dicitur appoſita; hæc enim cõſequẽ-
560 tia non tenet, † quando ſunt plures diſpoſitiones, quarũ vna venit ad alterius determinationem,

nunationem, ſed quælibet ſtat de per ſe; tunc
enim dicuntur diuerſæ, nec vna dicitur cor-
reſpectiuè ad aliâ ſcripta, ità concludit Bar.
§. idem quæſijt. in fi. verſic. item ſi incontinē-
ti ſunt plura facta, quorum vnum non venit
ad alterius [illegible], &c. ff. de li-
b. [illegible] Bruniis [illegible].48. num. 5. Bellon.
c[illegible] me. 1. ſed ſic eſt, quod dictæ di-
ſpoſitiones ſtat de per ſe, & diuerſos e[illegible]s
[illegible]t, ergo, &c. quòd autem id verum
ſit, [illegible] ſtratur: tum quia ſubſtitutio fa[illegible]
Bartholomæo de eius deſcedentibus, eſt ſpe-
cialis, vnum dūtaxat caſum reſpiciens; pro-
hibitio autem de non alienādo generalis eſt
plures caſus continēs, & vulgaris, & fideicō-
miſſariæ ſubſtitutionis, vt abundè probat
Vegius [illegible] l. conſi. 66. ergò cum ſpecialis proui-
ſio non potuerit habere locum, ſubintrat ge
neralis [illegible] concludit Ruin. conſi. 143. nume.
10. vo[illegible]um reſpondet ad l. cohæredi. §. qui
patrem. ff. de vulga. & pupilla. idemq; probat
561 Go[illegible]i. conſil. 30. num. 14. concludens, † p
regulā, quæ habet, quod generalis diſpoſitio
refertur ad ſpecialem prouiſionem, non pro-
cedit, quando ſpecialis non poteſt habere lo
cum, ut quia extātent deſcendentes, in quo-
rum defectū facta fuerat ſubſtitutio, & ſub-
intrat generalis prouiſio contenta in gene-
rali prohibitione de non alienando. ad quæ
facit etiam Bero. conſi. 41. num. 7. verſi. vnde
ſi teſtator ultra tacitam prohibitionem ſuā,
quæ reſultat ex ſubſtitutione præmiſſa, ex-
preſsè etiam prohibuit bona alienari, hęc ſo
la expreſſa prohibitio, & non tacita debet cō
562 ſid[illegible]ri, &c. † quia expreſſa teſtatoris diſpo
ſitio [illegible] ca eādem rem facit ceſſare tacitam,
563 v[illegible]er eum. † tum etiam quia per expreſ-
ſam prohibitionē ſtatim ſequuta alienatio-
ne [illegible] ſti[illegible]tus, in caſu autem ſubſtitu
tionis expreſſæ alienatio de iure præmiſſa eſt,
ad vitam grauati, l. [illegible]. §. [illegible] autem ſub condi-
tione. C. communia de lega. & hanc differē-
tiam, & effectum ſignat glo. in l. cum pater.
§. libertis. & ibi Caſtren. ff. de lega. 2. Zach. in
d. §. c[illegible] a. num. 4[illegible]. Bero. conſ. 129. nu. 15.
vol. 2. coēludens, quòd facta alienatione per
grauatum, & prohibitionem, ſtatim ipſo iu-
re [illegible]r facta fideicomiſſi re[illegible]tutio abſq;
a[illegible]eſtitutione, ad effectum vendican-
d[illegible]a, Achil. Perſona. vbi ſupra, num. 403.
& [illegible] & concorda[illegible] per Iiecciuum conſil.
9[illegible]n[illegible]3.6. vbi etiam a[illegible]it aliam differentiā,
& effectum d[illegible] erſ[illegible] [illegible]ohibitionem
564 alie[illegible]ionis tacit[illegible] † [illegible]a in tacita va-
l[illegible]o fac a per[illegible]a tem ignoran-
ti, & [illegible]ipereſt a[illegible] o ad precium, l. an. ff.
de lega. [illegible] ſecus autem in expreſſa, ut ibi per
eum. Eoſdemq; effectus ad illud idem propo-
ſitum refert Rimin. iun. conſi. 20. num. 27. &
ibi etiam addit alium effectum, & differen-
565 tiam, † quòd grauatus, cui datus eſt ſub-
ſtitutus, delinquendo transfert bona in fi-
ſcum, vſq; adeò quò naturaliter vixerit, contrà
autem, ſi expreſse prohibitus ſit alienare. Sed
iſte effectus oritur ex prima differentia.
Suntq; plures alij effectus, & differentiæ inter
huiuſmodi diſpoſitiones, quas non expedit
recenſere, eum agatur coram doctiſſimis iu-
riſconſultis qui multa ex paucis ſciunt col-
ligere.
Ex quibus, [illegible] inquit Riminal. vbi ſuprà,
patet prohibitionē ſtare amphatiuè ad præ-
566 cedente diſpoſitionem; † cum itaq; iſtę ſint
diuerſæ diſpoſitiones, ab vna non benè infer
tur ad alteram, l. Papinianus exuli. ff. de mi-
norib. l. fin. ff. de calumnia. l. naturaliter. §. ni-
hil commune. ff. de acquiten. poſſeſſ. ſicq; ar-
guit Feder. de Sen. conſ. 54. in vltima ſubſcri-
567 ptio. incipit, Secundo probatur ſic, † quo-
ties plura ſunt, quorum vnum habet diuer-
ſum effectum ab altero, ibi de uno ad alterū
non inferimus, nec rite argumentamur, &c.
568 Et facit etiam pro iſta parte; † quia cum
expreſſa prohibitio de non alienando ſit effi-
caciot, quàm tacita, vt dixi, ea potiùs atten-
di debet, quàm tacita, l. quæritur herma-
phroditum. ff. de ſtatu homi.
Vnde cauendum eſt ab opinione Dec. d. conſil.
636. cuius opinio meritò fuit improbata,
per Ruin. conſi. 124. in fine. vol. 2. arguendo
à ſufficiēti partium enumeratione, vt ibi per
eum. quem contra Dec. refert, & ſequitur
Zanc. in d. §. cum ità. num. mihi 675. uerſic.
contra quam tamen opinionem ſpecialiter
arguit Ruin. & abundè contra illud conſil.
Dec. reſpondit Rimin. iun. conſi. 20. nume. 4.
& num. 22. & ſeq. & num. 30. & plur. ſeq. vol. 1.
ubi aliter etiam cōfutat rationes Dec. & pro
hac parte plures alias rationes, & auctorita-
tes adducit, & dictum cōſilium Riminal. re-
fert, & abundè per eundem conſi. 476. nu. 78.
& ſequenti, vol. 4. contra Dec. etiam reſpōdit
* Bireta conſil. 115. nu. 5. & de* communi con-
tra Dec. Cepha. conſi. 134. num. 37. & pariter
Dec. damnat Marcabrun. conſil. 61. in fi. vbi
etiam dicit, ſe vidiſſe iudicari cōtra eum; Bi-
reta conſi. 142. num. 29. verſi. cùm verò dici-
tur. & num. ſeq. ubi etiam ſaluatur Dec. in ca
ſu à pr[illegible] alio [illegible]o. & probat Marza, de fi-
deicom[illegible] & [illegible] Dec. vbi ſuprà, dam-
nat S[illegible] l. 7. num. 40. & plur. ſeq. &
in eo[illegible] num. 42
Et pa[illegible] cauendu[illegible] Cephalo d. conſi. 17.
qui etiam inciden[illegible]tauit, per tran-
ſen[illegible]am ſimpliciter refert illud conſi. Decij
ali[illegible], ſcilicet, an prohibitio de non

alienando in caſu ſuo inducat fideicommiſ-
569 ſum abſolutum. † & opinio Doctoris, qui
non diſputat articul[illegible] de q[illegible]o quæritur,
non eſt attende[illegible]da, [illegible] con[illegible]. 48. nu. 27.
præter id, quod Ce[illegible] ùm ad hoc citat
Dec. vbi ſup. c[illegible] i f[illegible], ergo, &c. c.
c[illegible]m Paulus dica[illegible]
Et inſuper Soci. de quo [illegible] pr[illegible] i[illegible]o, non fa
570 cit ad rem noſtram [illegible] loquitur ſolum
in ca[illegible]u, quo quis erat pro[illegible] s alienare [illegible]
uore [illegible]tæ perſonæ, & concludit, q[illegible]d ea
prędecedentia corruit etia[illegible] on [illegible] prohibitio-
nis; & bene. quia d[illegible] [illegible]perta [illegible]n
d. l. quoties. la prima. C. de [illegible] l. cũ
pater. §. quindecim. in h. ff. [illegible] legat. 3. & [illegible]ta cũ
intelligit Gozad. conſ. 30. ſub nu. 16. verſi.
non obſtat, quod clauſula prohibitionis nõ
eſt poſita per ſe principaliter, ſed venit acceſ-
ſoriè ad fideicommiſſum vniuerſale, &c. &
ita etiam Socin. declarat ſignanter Rimin.
iun. vbi ſuprà nu. 24. & ſeq. & Burſat. de quo
ſupra pariter loquitur, & citati per eum, in
caſu, quo prohibitio de non alienando erat
reſtricta, & relatiua ad inſtitutos, & ſubſtitu
tos duntaxat, vt legere eſt ex eo: qui caſus à
præſenti ſpecie alienus eſt.

Non omitto tamen, q[illegible] eius conſultatio nulla-
tenus ſuſtineri poteſt. ibi enim teſtator fi-
lios inſtituit hæredes, & eos inuicem ſubſti-
tuit, & vbi aliquis eorũ prędecederet teſtatori
cũ filijs, eos ſubſtituit, & prohibuit eos bo-
na alienare, quia vult hæreditatem ſuam de-
uenire ſine deductione aliqua ad ſubſtitu-
tos, & eorum hæredes, ac ſucceſſores, vt ſu-
[illegible]rà. & quærebatur in ea ſpecie, an nepotes
[illegible]cerentur prohibiti alienare: & concludit
negatiuè, ponderando illa verba Ad ſubſti-
tutos, & illud verbum, Vt ſupra, ſubſtitu-
tos, non etiam nepotes cenſeri prohibitos
alienare. quòd tamen defendi non poteſt du
plici ratione.

571 Prima eſt, † quia ſi dicta ſubſtitutio reci-
proca ità nudè ſe habebat, prout refertur
per Burſat ea omninò inutilis, & otioſa fuit,
& non valuit, cum non afferat com[illegible]modum
alicui, quia debet tantum unus recipere,
quantum dare, & è contrà, l. ab omnibus. §.
ſi Titio. ff. de lega. 1. & probat Crot. co[illegible] 62.
numero [illegible]. & per totum etiam ſi adſi[illegible] clau-
ſula codicillaris, puta, quia teſtator dixit fi-
lios inſtituo æquis por[illegible]b[illegible]s & eos inui-
cem ſubſtituo v[illegible]ba,
& per fideicomm[illegible], ra-
tione ſupradicta, [illegible]m[illegible] p[illegible]ſo.
& nu. 13. Niſi fo[illegible]s, q[illegible]od h[illegible]
ctio non [illegible] oc[illegible]j, vel [illegible]
ter ſunt inſtitu[illegible], [illegible] ſub c[illegible]ditio-
ne aliqua, vt etiam ipſe dicit nu[illegible] deci-
moquarto, & in caſu Burſat. aderat condi-
tio. ſed tunc intrat ſecunda obiectio, quam
ſtatim dicam.

Quod ſi ea reciproca ſ[illegible]b[illegible]tio conditiona-
lis fuit, quia ſcil cet [illegible]t teſtator, eos in-
uicem ſubſtit[illegible] c[illegible] ſine filijs dece-
dente, tunc ob[illegible]tio, quæ eſt,
q[illegible]od illud verbum relatiuum [illegible] p[illegible]o ibi-
[illegible] [illegible]oſitum reſpiciens ſupradicto [illegible]ſubſti-
t[illegible] [illegible]m indeterminatè, & generaliter ſit
[illegible]itum, omnes ſubſtitutos æqualiter deter-
minaſſe dici debet, l. iam hoc iure. ff. de vulg.
& pupilla. cum ſimil. ſed ſic eſt, quòd ſuprà
[illegible] filiorum ſunt ſubſtituti patribus eorum
teſtatori prædecedentibus, & ſic in caſu vul-
garis, filij autem inſtituti ſunt inuicem ſub-
ſtituti, ſi ſine filijs, & ſic per fideicommiſſum,
ergò omnes dicuntur ſubſtituti, & ità re-
ſpondit in terminis Crot. conſilio 1[illegible]. num.
29. & hoc ex abundãti ſit dictum præter id,
quod in caſu Rimin. d. verba erant reſtricta
ad ſupradictos.

Tertiò contra dictam obiectionem Decij mo-
tiuatam obſtant infinita reſponſa pruden-
tum. qui in caſu ſubſtitutionis expreſſæ, quæ
defecerat, plurimùm inſudarunt laboran-
tes diſputando vim, & naturam prohibi-
tionis de non alienando, an per eam ſit in-
ductum fideicommiſſum abſolutum, vel
non, vt ſignanter videre eſt apud Socinum
conſilio 22[illegible]. in principio, volum. 2. & in vna
Placentina de Thodiſchis apud Decium cõ-
ſilio 3[illegible]9. Ruin. con[illegible]lio 173. volumine 2. &
& Curt. iun. conſilio [illegible]45. & iterùm in alia
Placentina de Fulgoſ[illegible]js Curt. iun. dicto con-
ſilio 43. & non minus clare Pariſ. conſilio 1.
numero 46. volumine tertio. quem etiam re-
fert, & ſequitur Vegius dicto c[illegible]ſilio vlti-
mo, numero 440. circa med. & proprius ad
ſpeciem noſtram, Ruin. con[illegible]lio 1[illegible]8. nume-
ro duodecimo, & ſequen. volumine ſecun-
do. & pariter in caſu Vegij, & in qua etiam
conſuluit Alba conſ[illegible]lio 93. Crot. conſilio
48. & Cepha. conſilio 52[illegible]. volumine quar-
to. & ante eum Socin. co[illegible]ſilio 56. volumine
tertio. vbi prætermiſſis ſubſtitutionibus ſo-
lum diſputat prohibitionem de non alie-
n[illegible]do. Plot. conſi[illegible]o 14. & idem in caſu Ve-
gij, vbi ſuprà. & Marzar. conſilio [illegible]arto,
in principio. & circa fin. columna primæ &
conſ[illegible]io [illegible] colum. 1. Anchar. iun. d. quæſtio.
72 & Ach[illegible]. Per[illegible]a. vbi ſ[illegible]prà. nume. 1[illegible].
& Riminal. iu[illegible]o con[illegible]io vi-
geſimo, qui p[illegible]s citat, & in mul[illegible]s
[illegible] locis, q[illegible]æ c[illegible]nlare potius laborio-
[illegible], q[illegible] in quibus lo-
cis vana, & otioſa fuiſſet ea diſputatio,
quod non eſt dicendum in tot patribus, er-
gò opi-

gò opinio Decij,& obiectio motiuata ab omni parte corruit.

Rurſus conuincitur eius opinio ex communi ſententia, quam ſuprà retuli, qua om-
572 nes vnanimiter conueniunt, † quod ſi prohibitioni veſtitæ obijcitur aliqua ratio, vel cauſa conſeruationis bonorū in agnatione, tunc apertiſſimè reſultat fideicommiſſum abſolutum. nam ſi vera eſſet opinio Decij, illa ratio adiecta eſſet acceſſoria ad primam, & ſuperfluè appoſita; conſequens eſt falſum: ergò, &c.

Præter id, quòd omni in caſu Dec. loquitur in longè diuerſa ſpecie ab hac noſtra. ibi enim per modum continuati ſermonis, vt ille ait, prohibitio adiecta fuit, hic autem principaliter, põderando illa verba, Et inſuper dictus Dominus teſtator, l.Seiæ inſuper. quæ eſt vigeſima. in principio, & ibi glo. ff. de fund. inſtruct. leg. Crot. d. conſi. 48. nume. 22. & apertius conſi. 61. nume. 7. verſi. præterea, & vltimo, &c. & ità in terminis reſpondit Riminal. iun. conſilio 408. numero 35. volumine 5.

573 Et ex modica † mutatione facti variatur conſultatio in quacunq; materia, & præſertim in hac prohibitione de non alienando, vt inq iit idem Dec. conſil. ſeq. quod eſt 637. in principio. vbi addit, quod ex eo, quòd ex quo queſt. o illa generaliter ſumpta, an ex prohibitione alienationis inducatur fideicõmiſſum abſolutum agitatur in alto pelago, propterea Doctor. vario modo locuti ſunt, & q iod ipſe vario quoq; modo cõſuluit, ſecundum varietatem caſuum.

574 Præterea † quo modo poteſt diei hic prohibitio, & fideicommiſſum eius tacitę ſubſtitutionis facta in conſequentiam, ſiue acceſſoriè ad præcedentem ſubſtitutionem, cùm diuerſum cõtineat fideicommiſſum, ſub alia ſ. & diuerſa conditione facta, nempè quia priores ſubſtitutiones factę fuerunt ſub cõditione, Si ſine filijs, &c. dicta autē prohibitio cõtinet fideicõmiſſum in caſum alienationis per dictos heredes faciendę, vt agnati teſtatoris admittantur, iuxta gradus proximitatem, de qua in l. cùm ità. §. in fideicommiſſo. & in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. qui quidem agnati oēs non fuerāt vocati ſub prioribus ſubſtitutionib. & ità conſiderat Ruin. conſil. 166. col. 2. ad fi. verſi. ad iſtud reſponderur. vol. 2.

Et ſic patet, ꝙ dicta prohibitio de nõ alienãdo non poteſt dici, ꝙ ſit acceſſoria ad præcedentem diſpoſitionē, imò ſtat de per ſe, & ampliatiue ad præcedentem, ut cõſiderant omnes Doctores ſupracitati, & in ſpecie Socin. d. conſi. 227. col. 1. in 4. fundamento. verſi. 4. confirmatur iſta concluſio. nam cùm, vt dixi in præcedēti, intētio teſtatoris fuerit inducere fideicommiſſum, & prohibitio alienationis facta fuerit ad corroborationē fideicommiſſi, &c. vol. 2. Crot. d. conſi. 48. numero 22. & ſequenti.

575 Nec offendit hanc concluſionem. & id, † ꝙ quandoq; in motiuo ſubijcitur. de pluribus ſubſtitutionibus conditionalibus, quòd prima defecta cœteræ deficiant; illud enim eſt, quia vna ab alia dependet; Bar. in l. quandiu. ff. de acquir. hæred. id quod à propoſito noſtro alienum eſt, vt ſuprà fuit dictum.

Ex hac etiam concluſione ceſſat alia obiectio ſubſequens, quæ habet, quòd vigore alienationis factæ per Dominos Ioannem, & Triſtanum per confiſcationem non poſſunt admitti D D. agentes ex eo, ꝙ Bartholomæus primus hæres inſtitutus, ꝙ fuit grauatus per dictā prohibitionē, nõ alienauit, & dd. D D. Ioannes, & Triſtanus nõ potuerunt grauari, niſi in caſu, quo fuerūt honorati, videlicet, ſi Bartholomæus teſtatori prædeceſſiſſet, per reg. l. ab eo. C. de fideicõmiſſ. & ſpecialius per Ruin. conſi. 27. & conſ. 31. vol. 2.

Quoniam ſtante fideicommiſſo abſoluto, licet ceſſaret ſubſtitutio per caſum alienationis, tñ eis aperta eſt via fideicom. per obitum ip-
576 ſorū D D. Ioannis & Triſtani. † habet. n. fideicommiſſum abſolutū duo capita. alterū in caſu alienationis, alterū aūt per morrē, d. l. cū pater. §. libertis. & ibi pulchrè docet Caſtrenſ. poſt glo. ff. de lega. 2. & latius Socinus d. conſi. 57. col. 1. & ſequenti. vol. 3.

577 Præterea conſiderandum eſt, † ꝙ inſpecta ratione generali dictæ prohibitionis, & præſertim volūtate teſtatoris, ꝙ bona ſua perpetuò durent in agnatione ſua, ea realis iudicāda eſt, nõ perſonalis; tum quia impersonalis eſt, ex quo non exprimit nomen alicuius, ſed ſimpliciter ꝓhibuit iſtituros, & ſubſtitutos, & eius deſcēdētes in perpetuū alienare, ergò realis eſt, Capic. deciſ. 108. nu. 2. tum quia in dubio rõne qualitatis rei prohibitæ alienari iudicāda eſt realis, niſi perſonaliſſima, vel ꝑſonalis appareat, Capic. vbi ſup. tum ēt quia adhuc realis cēſenda eſt, inſpecta, & põderata cā, & rõne finali dictæ prohibitionis, licet in perſonā cõcepta eſſet, & ſic oēs deſcēdētes teſtatoris, ad quos bona pro tēpore peruenerint, dicūtur honorati, & grauati. neq; n. aliter ꝑpetuatio dictorū bonorū poſſet effectū ſuū ſortiri, vt per Bar. in l. pater filiū. §. fundū. ff. de lega. 3. & vltra aliās ꝑ me allegata, ꝓbat poſt multos cõcord. ꝑ eū citatos, Veg. i d. cõſ. vlr. ſub nu. 368. in fi. & plur. ſeq. & nu. 435. & plur. ſeq. & nu. 439. verſi. & nu. 36. &c. & nu. 441. & n. 444. verſ. qa ad hāc obiectionē. rſidit Pariſ. varijs modis, &c. & nu. 490. & ſeq. Crot.

dicto conſilio 13. nume. 35. verſi. poteſt & alio modo reſponderi, &c. poſt Iaſ. d. conſilio 23. & concordan. per eum citatos conſilio 173. numero 1. & ſequenti verſi. imò etiam quando verba eſſent directa ad perſonam, &c. Rimin. iun. d. cõſi. 20. num. 8. & ſequenti, vbi ſupradicti Doctores latè probant ſpectandam eſſe vim rationis, & cauſæ finalis, quæ mouit teſtatorem ad ità diſponendum, vt ea porrigatur comprehẽſinè de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam: & in terminis, imò ferè indiniduo caſus noſtri, abũdè per Anchata. iun. d. quæſt. 72. & Achill. Perſona. d. num. 192. qui videantur rogo.

Ex quibus patet, nos eſſe extra regulam d. l. ab eo. & ceſſat dictum Ruin. in locis ſupracitatis, qui etiã expreſsè loquitur, quando filius nominatim tantùm fuerat prohibitus alienare, & in caſu noſtro nedũ Bartholomeus filius, ſed & omnes deſcendentes fuerunt generaliter, & omni caſu prohibiti, & ex vi rationis adiectæ cenſentur etiam honorati, vt ſuprà dixi, ergò, &c. Præter id, quòd quatenus negat Ruin. prohibitionem cenſeri realem ex vi rationis adiectæ, malè loquitur, & cõtra communẽ, & Caſtren. per eum citat.

Nec obſtat tex. de quo per eum in Authen. de teſtitu. fideicommiſ. in princip. quia ibi teſtator poſtquã grauauerat nominatim filios, ne alienarent extra familiam, non per modũ rationis ſubiecit velle domum peruenire ad nepotes, & deſcendentes ab eis, ſed per ver-
578 ba enunciatiua, † quæ differunt à diſpoſitiuis, Bar. in d. §. fundum. & ità declarat Burſat. conſil. 13. nume. 18. quatenus concludit,
579 † quòd prohibitio facta filio non extenditur ad nepotem, & de perſona ad perſonam, vel quando adiectum eſt verbum perſonaliſſimum, vel quãdo cauſa expreſſa fuit nõ per modum rationis, & cauſa non fuit omiſſa, maximè in eadẽ diſpoſitione, vt in caſu ſuo, aliàs generalitas cauſæ ſeruat ſuam naturã, vt in caſu noſtro, & ſic perinde eſt, ac ſi teſtator bona ſua reliquiſſet in familia, quo caſu gradatim, & ordine ſucceſſiuo cæteri admittuntur extinctis, vel cõtrafacientibus nominatim vocatis, l. cùm ità. §. in fideicommiſſo. ff. de lega. 2. Bar. in l. pcto. §. fratre. ff. eod. & ad hoc facit Menoch. conſ. 85. nu. 11. quatenus cõcludit poſt quamplures per eum citatos,
580 † quòd quando omnes deſcendentes, vel liberi ſunt prohibiti vllo tempore alienare, omnes cenſentur vocati, & inuicem ſubſtituti, & ſicut eos onerauit, ità & cenſet vocaſſe.

Poſtremò pro ſigillo iſtius articuli, & cõfirmatione ſupradictorũ non omitto, quòd nulla probabilis ratio diuerſitatis inter hos caſus conſiderari poteſt, ꝙ teſtator maluerit proſpicere agnationi ſuæ per prouiſionẽ prohibitionis alienationis in caſu vulgaris, videlicet, vbi D. Bartholomeus filius prædeceſſiſſet patri teſtatori, ꝙ eo decedẽte poſtea quicunque; ergò neceſſariò concludendũ eſt ex identitate rationis, dictam prohibitionẽ porrigi ad oẽs caſus, & ſic etiã deficiẽte vulgari ſubſtitutione, l. illud. ff. ad leg. Aquil. & hoc per viam comprehenſionis, non aũt extenſionis,
581 quia diſpoſitio † nõ dicitur extendi, vbi eſt eadem ratio, Menoch. cõſ. 235. nu. 44. & plur. ſeq. vol. 3. vel oĩmoda ſimilitudo, ſed caſus ille includi dr̃ ſub eadem diſpoſitione, Caſtrẽ. cõſ. 261. viſis, & conſideratis his, quæ in facto proponuntur. nu. 3. in 1. par. cum ſimil. & idẽ reſpondit Soc. cõſ. 52. nu. 10. in fin. verſi. nec dr̃ extenſio de caſu ad caſum, ſed interpretatio intellectiua; caſus eſt ſingularis cum gl. in l. quamuis. C. de fideicommiſſis. volu. 1. Pariſ. d. conſi. 50. num. 56. vol. 3.
582 Præterea † extẽſio de caſu ad caſum ex veriſimili mente teſtatoris paſſim ab omnibus admittitur, Celſus d. conſ. 20. nu. 50. & ante eum Alex. conſ. 37. nu. 10. vol. 6. Dec. cõſ. 372. nu. 7. Rolan. conſ. 27. vol. 1.

Non obſtat poſterior obiectio, quæ habet, ꝙ iſti Domini agentes non ſunt audiẽdi ex eo, ꝙ non reperiebantur in rerum natura tempore purificatæ conditionis per alienationem factam per dictos Dominos Ioannem eorum auum, & Triſtanũ fratres, mediante confiſcatione bonorum ſuorum:

Quoniam ſatis, ſuperq; ex præcedentibus ea ſublata remanet. Etenim in primis dico, prædictos dominos agentes admitti debere ad fideicommiſſum, de quo quæritur per mortẽ dictorum dominorum Ioannis, & Triſtani, & ſucceſſiuè poſt mortem patris dictorũ Dominorum agentium, qui in caſu mortis dictorum fratrum prçcedebat in gradu ſucceſſionis, vt de ſe patet, & probatur in §. tertio gradu. Inſtitut. de grad. &c. Vnde ſufficit dictis Dominis agentibus, quòd fuerint in rerum natura tempore mortis, vel dictorũ fratrum, vel patris ipſorum dominorum agentium, ſtante fideicommiſſo abſoluto ſuprà firmato, & cõſequenter allegata in motiuo ſtant pro hac parte, tãtùm abeſt, vt repugnent intentioni dictorum dominorum
583 agentium. Etenim ea natura † eſt fideicõmiſſi abſoluti, & ſimplicis, vt quamuis fideicommiſſarius ſit excluſus à facultate reuocandi alienata per granatum, quibus ipſe forſan tacitè conſenſit, non tamen dicatur excluſus à fideicommiſſo ob mortem alienantis intrante, vt eſt tex. in l. cùm ità. §. in fideicommiſſo, ibi, Et qui ex eis primo gradu procreati ſunt, &c. ff. de lega. 2. Et ità ſignãter decla-

· declarat Caſtren. in l. cùm pater. §. libertis. col. 1. propè fin. ff. eo. & nemo huic cõcluſioni contradicit.

Prætereà adhuc per caſum alienationis intentũ habent prædicti domini agentes, de qua ſupra, per tex. in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. ibi, Vt proximus quiſque &c. ibi, Nec tamen ſequentium cauſa in poſterum lædi debet.

584 Obijcitur tamen eis, † quòd quando agitur de ſuccedendo ex diſpoſitione cõditionali, oportet ſuccedere volẽtem extare tempore euenientis conditionis, l. cùm pater. §. hæreditatem. il primo. ff. de legat. 2. & l. internenit. ff. de legat. præſtan. ſed ſic eſt, ꝙ tempore euenientis conditionis, idest, alienationis bonorum, de quibus agitur, ſcilicet tempore confiſcationis dominorũ Ioannis, & Triſtani, iſti domini agentes non erãt in rerum natura, ergò, &c. Alba conſi. 108. col. 1. & ſeq. poſt Lamberti. de Rampon. relatum per Io. And. ad Specul. de teſtam. in rubrica, & quos etiam refert, & ſequitur Anguiſſola conſ. 67. nume. 3. & ſequenti lib. 6. & cuius opinio eſt communiter approbata, Alcia. conſi. 594. colum. 2.

Sed hæc obiectio remouetur pluribus modis. Et primò, ꝙ aſſumptum, & maior propoſitio
585 non procedit, † quando omnes deſcendentes ſunt vocati, & nemo extat tempore euenientis cõditionis, qui petierit, & fideicõmiſſum agnouerit, vt eſt tex. cum glo. in d. §. fratre. in verbo, ex familia illa ſuperſit, nec ſupereſſe ſperatur, inquit gloſſ. & quando deſcendentes ſunt vocati, tunc ꝙ admittantur etiam poſteà quandocunq; nati, reſpondit Caſtren. conſil. 247. in cauſa, quæ vertitur Sauonæ. nu. 4. in 1. parte. loquens in fideicõmiſſo in caſum alienationis, cuius tempore, quo facta fuit, nemo aderat ex vocatis, qui poſſet alienata reuocare, ſed poſteà nati sũt, & cõcludit iure eos admitti, quia verba tractum temporis in futurum reſpiciebant. & ſubdit Caſtrẽ. quòd dicere iſto caſu non natos tempore alienationis eſſe excluſos, eſſe allegationẽ de nimia ſubtilitate, quæ reijcienda eſt, quia ex nimia ſubtilitate perniciosè erratur, maximè, quia ſic ſubtiliter interpretando voluntatem teſtatoris ea deſtruitur, Crot. conſi. 48. nu. 8. Et pro hac parte latè reſpondit Ruin. conſi. 123. nu. 16. in 2. ratione. volu. 2. & etiam Boſſi. tit. de proclamate, quod ſit bonis publica. ſub nu. 11. Decia. conſil. vlti. volum. 1. Biret. conſ. 27. Menoch. conſ. 97. nu. 81. & plur. ſequen. & latiùs conſ. 3. vol. 2. videri poteſt. & Caſtren. pulchrè exornat Simon de Pret. de interpret. vlti. volũt. lib. 5. char. 514. nu. 79. & plur. ſeq. num. 102. & concordan. per Dec. de quo nec ipſe, nec alij ſuprà citati mentionem faciunt conſil. 468. num. 28. in fi. verſi. & D. Aloyſiæ non obſtat, quod non eſſet nata tempore conceſſionis, nec tempore, quo Do. Pallauicinus alienauit &c. & nu. ſeq. Natta cõſ. 675. nu. 6. & ſeq. & nu. 12. & Rolan. conſ. 70. nu. 47. vol. 5. Bireta, vbi ſupra, cum alijs, qui in illa cauſa Triultia reſponderunt pro Marchione Franciſco, & Com. Ioan. Iacobo, pro quibus fuit pronunciatum in Senatu, & quibus non cõtradicunt in hac noſtra ſpecie cæteri, qui in eadẽ cauſa reſpõderunt pro Comite Georgio, ad quos me reijcio.

Et pariter Caſtren. refert, & ſequitur abundè Surdus conſi. 125. & alij infrà citandi. ità qđ manifeſtè datur intelligi, hanc Caſtrẽſis ſententiam receptiſſimam eſſe. & omnes iſti patres loquuntur in caſu, quo teſtator prius uocando deſcendentes, vel proximiores digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionũ, vt cõſiderat Natta, ubi ſuprà nu. 12. & Mantica de coniecturis vlti. volun. lib. 8. titu. 12. nume. 14.

586 Nec eſt inconueniens, † quòd interim donec ſubeſt ſpes, quòd aliqui naſcantur, res remaneat in ſuſpenſo, l. ſi duobus. in princ. ff. de lega. 1. gloſſ. in l. 2. ff. ſi pars hæred. peta. & dominium bonorum alienatorum interim remanebit penes acquirentem, reuocabiliter tamen, l. fin. §. ſin autem ſub conditione. C. communia de lega. ut etiam poſt Caſtrẽ. conſiderant Natta, Rolan. & Bire. vbi ſuprà, qui in eadem ſpecie conſuluerunt, & pariter Cepha. dicto conſ. 318. & Boe. deciſ. 172. nu. 6. qui, & Caſtren. ſequitur. Et ideò non eſt curandum de Bertran. qui quandoque dubitauit de deciſ. Caſtren. & minus de Alcia. qui enim refert conſ. 594. circa fideicommiſſum, ſeu primogenituram nume. 5. & ſeq. vbi etiam pungit Caſtren. quod ſine lege loquatur, & ibi num. 2. & ſeq. addit, quòd rationes
587 ſupradictę nihil faciũt, † quia procedũt antè purificatam conditionem, non autem quando conditio euenit, vt in præſenti ſpecie, quia tunc diſpoſitio non debet ſtare in ſuſpenſo.

Etenim hæc reſponſio ſicut ſubtilis eſt, ità etiã remouetur pulchriore, & vera replicatione,
588 † quæ eſt, quòd conditio alienationis non poteſt dici purificata, quoad non natos, ſed ſtatim eis natis purificari dicitur; continet enim grauamen ſucceſſiuum, & continuum, meritò de ea conqueri poſſunt naſcituri,
589 poſtquam erant nati ad inſtar † ſententiæ, quæ continet grauamen continuum, & ſucceſſiuum, quod ſemper ab ea poteſt appellari, quia quotidiè grauat; ità ſignanter conſiderat, & benè Decia. d. conſi. vlt. num. 4. vol. 1.

Addo ego, quòd Alcia. magnam vim facit
ſuper eo, quod aliàs dominium eſſet ambu-
latorium, & ad tempus in aliquem tranſla-
tum. ſed certè pace tanti viri loquitur con-
tra tex. in d. §. ſin autem. & retorquēdo aliud,
quod ipſe ſubijcit, propter ſubtilitatem Al-
cia. non eſt recedendum à ſententia Caſtren.
quæ * communiter eſt recepta, ut patet ex
ſuprà relatis.
590 Et procedit hæc concluſio, † etiam ſi diſpo
ſitio teſtatoris erat cōcepta per uerba reſtri-
ctiua, putà, Tunc, uel pro tempore exiſten-
tes, Natta ubi ſuprà num. 12. & Cepha. vbi
ſuprà, nume. 74. & plur. ſeq. Quò fit, vt peri-
culoſa ſit conſultatio Alcia. d. conſi. 594. nu.
1. ad fi. quatenus concludit, quòd ex quo
in caſu ſuo teſtator dixerat, ꝗ hærede mor-
tuo, tunc hæreditet filius maior de legitimo
matrimonio natus, alius ſubſtitutus datus
intrat, & excluditur perpetuò filius poſteà
natus, ponderans illam dictionem, Tuc, & il
lud uerbum Natus, quod eſt partic pium
præteriti temporis; & ſic vult patruum præ-
ferri nepoti eius ex fratre hærede poſtea na-
to, vt ibi per eum, num. 1. & 6. in quo tamen
articulo mirè fuit variatum inter maiores
noſtros: Tiraquel. de primogenitura q. 14.
prçter id, quod in caſu Alcia. uerba erant
multùm reſtricta.
Et licèt Caſtren. & alij ſupracitati loquantur,
ut dixi, in caſu, quo nemo ex uocatis ad fi-
deicommiſſum extabat tempore euenientis
591 conditionis, † nihilominus idem dicēdum
eſt in caſu, quo aliqui extabant, ſed non pe-
tierunt, nec agnouerunt fideicommiſſum,
vt in præſenti ſpecie factum fuit, quia Lan-
cellotus filius Triſtani prędicti cōfiſcati, qui
aderat, ſolum pro legitima ſua contradixit:
& pariter D. Franciſcus pater iſtorum Do-
minorum agentium filius dicti D. Io. pari-
ter confiſcati, ſi aderat tunc, non contradi-
xit, nec unquam fideicommiſſum huiuſmo-
di agnouit, tunc enim, ut dixi, idem iudican-
dum eſt in caſu illo, quòd in præcedenti. id
quod probatur ratione, & auctoritate. Ra-
592 tione quidem; † quia paria ſunt nō extare,
& non ſuccedere, & ſic excludi tempore, vel
renūciatione, ſeu repudiatione, l. 2. ff. quis or-
do in bono. poſſe. ſerue. Bologni. ad Io. de A-
nani. conſi. 7. num. 12. neque enim vbi agitur
de fideicommiſſo vniuerſali, ut hic, tunc iu-
ra fideicommiſſi ante eius reſtitutionem, &
agnitionem trāſeunt in fideicommiſſarium,
Socin. in l. 1. §. ſed & quoties. ff. ad Trebellia.
vbi citat bona iura, & ibidem Iaſ. in §. de illo.
ſub nu. 12. ad differentiam legati, ſeu fidei-
cōmiſſi particularis, Socin. vbi ſuprà. de quo
etiam per glo. magiſtralem in l. 13. ff. de con-
593 dit. inſti. Iſtud enim † ante agnitionem ac-
quiritur legatario, ſeu fideicommiſſario ip-
ſo iure, ſed reuocabiliter, & poſt agnitionem
irreuocabiliter, vt per glo. ubi ſuprà. Aucto-
ritate autem probatur in hoc caſu, ubi agi-
tur, ità concludit Fulgo. in l. quoties. la pri-
ma. circa medium. verſi. pone, conſenſu om-
niū de familia vendita eſt res prohibita alie-
nari extra familiam, nunquid poterit retra-
ctari poſteà per eos, ꝗ nati ſunt ex ipſis, &c.
C. de fideicommiſſis. ubi ad hoc expēdit tex.
in d. §. fratre. cum glo. ſuprà citata, & ſequi-
tur Corn. ibidē, & Iaſ. qui addit hoc eſſe val-
dè notandum, & digito ligandum. & idem
etiam expreſſè probat Caſtren. d. conſ. 147.
ſub nu. 5. col. 9. uerſi. ſed iſta allegatio eſt ca-
594 nilloſa, &c. & verſi. † prçtereà ſi aliqui fuiſ-
ſent nati, fateor, quòd ipſi ſoli fuiſſent ad-
miſſi ad reuocandum, ſed alijs poſteà naſci-
turis tenerentur participare cum illis, &c.
Et idem quando exiſtentes cōſentiunt alie-
nationi, quòd poſteà nati admittātur ad fi-
deicommiſſum, reſpondit Cephal. d. conſil.
318. per totum. uolu. 3. Anguiſſola conſ. 86.
nu. 5. lib. 6. Crauc. conſi. 51. nu. 12. loquens in
materia cridarum ſuper confiſcatione bo-
norum. & clarè etiam Decia. d. conſi. vltimo.
nu. 12. volu. 1. & pariter Surdus d. conſi. 125.
nu. 2. in fi. & ſeq. vbi ad hoc citat Fulgo. Cra-
ne. & Iaſ. vbi ſuprà.
Ex quibus patet, hanc eſſe receptam ſententiā,
imò non inuenio cōtradictorem in hoc ca-
ſu. & à fortiori faciunt, quæ dicam in ſeq. ca-
ſu. & ſic ceſſat conſultatio Alcia. vbi ſuprà, &
Albę dict. conſil. 106. loquitur enim in caſu,
quando tempore purificatæ cōditionis ex-
tabant ex vocatis ad fideicommiſſum, qui
etiam obtinuerunt admitti; & eo in caſu cū
eis ſtat etiam Biret. d. conſ. 27. num. 7. Decia.
d. conſ. vlti. nu. 9. ad fin.
Rurſus etiam in caſu prædicto non deſunt con
tradicentes: & ſignanter Caſtren. ſuprà ulti-
mo loco citatus, quem refert, & ſequitur Sur
dus, vbi ſuprà, num. 21. d. conſi. 125. & in vna
Placētina Scotorum reſpondit Riminal. iu.
d. conſ. 564. per totum. lib. 5. & ante eum Ro-
lan. conſ. 70. num. 47. Natta d. conſi. 675. nu.
12. & diffusè Lud. Molina in tracta. de pri-
mogenitu. lib. 3. cap. 10. nume. 44. qui multa
alia ibi adducit ad hoc propoſitum, & refert
eum etiam Riminal. iun. ubi ſuprà. & obie-
ctionibus adductis ex aduerſo reſponderunt
abundè poſt Caſtren. Rolan. & Nattam in lo
cis ſuprà citatis. Sed quicquid ſit de iſto ca-
ſu, qui non eſt noſter, iam conſtat, hunc no-
ſtrum procedere de plano.
Secundò etiam dici poteſt, quòd imò iſti D. agē
tes iure poſſunt dicere ſe vocatos per caſum

prædictæ

prædictæ alienationis,& conſequenter ceſſat obiectio: quod ſic probatur. nam & ſi non extarét tempore dictæ publicationis, hoc ni
595 hil refert. Conſtat enim,†quod eorum exiſtentia non fuit neceſſaria ad tempus dictæ confiſcationis, quoniam alij priores in gradu extabant maximè Lancello. filius Triſtani fratris aui dictorum DD. agentium,vt patet ex eius contradictione facta, de qua in actis, ergò fruſtrà eis fuiſſet extare tunc temporis,l.1. in princ.ff. quis ordo in bono.poſſeſſio.ſeruet. &c. & l.2. §. legitima. ff. de ſuis,
596 & legitimis. & fruſtrà deſideratur, † cuius euentus nihil operatur, Caſtren. in l. ſi quis hæres. la ſecunda. in princip. & num.8. ff. de acquir. hæred.

Contrarium ergò procedit,quando is,qui vult admitti, eſt proximior tēpore purificatæ cōditionis, non autem ſi ſit remotior, neq;.n. exiſtentia fideicommiſſi ad tempus purificatæ conditionis deſideratur,per iura in contrarium citata, niſi ad effectum ſuccedendi, qui effectus non poteſt tunc conſiderari in exiſtēte in gradu remotiore,alioqui oportuiſſet omnes deſcēdētes tunc extitiſſe,quod nemo dixerit. Et hanc reſponſionem in materia prohibitionis alienationis, cui tūc extantes conſenſerunt, reſpondit Alba, vbi ſuprà, num.18. in fi. & ſeq.

Tertiò adhuc dicti DD. agentes intentum habēt ex vlteriori alienatione poſteà ſubſequuta, deducendo hoc modo.Conſtat enim,qđ dictus Lancellotus, qui, vt ex aduerſo dici-
597 tur, proximior erat, nunquam petijt,† & ſic ex lapſu triginta annorum præſcriptione temporis fuit excluſus, l. licèt. & ibi glo. & * communiter Doct. C. de iure delibe. quæ procedit etiam in ignorante, ut ibi habetur, Iaſ. in rubr. in fine, & in l. ſi bonorum.nu.3. C. qui admitti &c. alienaſſe propterea dici-
598 tur,† & per patientiam tanti temporis cōſenſiſſe præſcriptioni, ſicq; alienaſſe,l.alienationis verbo.ff.de verbo.ſignifi.quam ad hoc expendit Ripa in vulga.§.diui.num.113.verſ. 3.mouetur,&c. & de hac ſpecie alienationis, & quæ requirantur, tradit Alcia. d. conſilio 594. columna 2.

Quod & vlterius ego probo, quia quò ad effe-
599 ctum, de quo quæritur, † paria ſunt alienare, & alienationi conſentire etiam tacitè, d.l.cùm pater.§. libertis. vbi in ſpecie Caſtrē. ff. de legat. 2. & in terminis Decia. d. conſil. vltimo.& Biret.d.conſi.27.num.7. & ſeq.
600 Nec eius diffidia † præiudicium peperit ſequenti in gradu, qui in potuerit poſt eius excluſionem admitti ad dictum fideicommiſſum, imò eo excluſo aperta eſt via proximiori,vt pulcrè tradit Ripa, vbi ſuprà, nu.116. verſ. in rebus tamen alienari prohibitis extra familiam,licèt currat præſcriptio in præiudicium proximorum, &c. Decia. vbi ſup.

Cumq; ſaltem, dum compleretur præſcriptio, huiuſmodi natus ſit, citra omnem dubitationem ex confeſſione etiam partis aduerſæ in poſitionibus, de quibus in proceſſu folio 126. à tergo,& iu rerum natura reperiretur, & proximior eſſet D. Petrus Franciſcus pater iſtorum Dominorum agentium, qui alienationi huiuſmodi quoq; conſenſit, non agnoſcendo fideicommiſſum, & petendo infra ſpatium triginta annorū, de quo ſuprà, patet per hanc vltimam alienationem,ſeu ratificationem prioris alienationis purificatā fuiſſe conditionem ad fauores dictorum dominorum agentium, qui dubio procul nati erant tēpore perfectæ dictæ poſterioris præſcriptionis,ut patet ex reſponſione ex aduerſo facta poſitionibus ipſorum, & ex teſtibus deſuper receptis; ergò ceſſat obiectio ſuprà dicta, cùm ſatis eis fuerit extare tēpore alienationis paulò ſuprà recitatæ, Dec. d.conſil. 468.num.29. & ſeq. & concordan. de quibus ſuprà. Alba ubi ſuprà.Nec offendit quidquā ponderatio in motiuo facta ſuper conſi.Gabriel. conſi.123.nu.36.& ſeq. quatenus con-
601 cludit † poſt Caſtren. quòd ſi quis fuit vocatus in caſum alienationis, vel mortis, & alius in caſu mortis, ſecūdo eſt locus ità demùm,vbi primus nō admittatur. ſed hoc ad rem noſtram non pertinet, præſertim cum nemo fuerit admiſſus, & in cæteris Gabrielius tuetur apertè ius non natorum. Poſtre-
602 mò vbicunq; conſtat† de mente teſtatoris, quæ alias redderetur eluſoria, quòd voluit quandocunq; naſcituros admitti, tunc etiā ceſſant iura, & auctoritates in contrarium allegatæ; Alba d. conſi.106.nu.18. ſed ſic eſt, quod in caſu noſtro teſtatoris diſpoſitio,qui vocauit omnes deſcēdentes in infinitum, nō ſortiretur plenum effectum ſuum, niſi comprehenderet etiam iſtos Dominos fratres quantumcunque poſteà etiam natos, & conceptos, ergò, &c. & idem apertè reſpondit Ruin.conſi.108.num.17.vol.2.& conſil.117. num.20.eod.vol.& non minus clarè Anguiſſola d.conſi.67.& amplius etiam Vincentius Franchus.vbi ſuprà.qui cōcludit, quòd allegata in contrarium non procedunt in fideicommiſſo cōditionali habente tractum ſucceſſiuum, vt in præſenti ſpecie.

Et ex his patet, quòd quoquò ſe vertant dicti rei conuenti ſemper ſunt in caſu ſuccumbentię, &c.

An edictæ fiſcales præiudicent non natis, & latè pro non natis.

Quòd etiam Princeps non poſſit nondum natis præ-

tis præiudicare in feudo, latè Bero. conſ.67.
nu.39.& ſeq.vol.1.

In formatio danda Illuſtribus Senatoribus vigore relationis per Illuſtrem Dom. Aymum fiendæ.

Cum ſecuta condemnatione capitali cum bonorum confiſcatione per magnificum Dominum Cæſarem aduocatum à Senatu delegatum facta contra Do. Ioannem Mariam Malaſpinam pro eius portione Caſtri Prægolæ, ac pertinentiarum Marchionem, poſitisq; per fiſcum bonis eiuſdem ad cridas, ac factis dictis cridis per aliquos ex agnatis dicti confiſcati, & poſtmodum etiam per curatorem Antonij infantis filij dicti Marchionis, licèt poſt condemnationem concepti, & nati contradictum fuerit; qui quidem curator dicta bona feudalia, atque inconfiſcabilia dicto infanti petijt relaxari, cùm feudum iſtud Prægolæ uſque de anno 1200. fuerit maioribus dicti infantis conceſſum pro ſe, ac eorum hæredibus legitimis, oppoſitum fuit oretenus per Illuſtrem Magiſtratū extraordinarium prædictum non fuiſſe tempore debito cridis fiſcalibus per dictum infantem contradictum, & ideo ſublatū omne remedium, ſtāte No. Conſt. diſpoſitione: & cùm pro parte cōtradicentis replicatum fuiſſet, cridas fiſcales non præiudicare nondum natis, rationibus inferius adducendis, noluit Magiſt. inconſulto Senatu vlterius progredi, & huius articuli relationem Excellentiſſimo Senatui fecit; quæ relatio fuit per fiſcum viſa, & vni ex Illuſtribus Senatoribus ad referendum tranſmiſſa.

Pro parte autem dicti infantis contradicentis ſic defenditur articulus.

602 Et primò dicitur, † cridas iſtas iure com-
muni aduerſari, Ripa in l. rem, quæ nobis.
nu.42. verſi. iſte modus, ubi Iaſ. ff. de acquir.
poſſ. Marſ. ſing. 295. Abb. c. fin. de vita, & ho-
neſt. cler. & dicuntur iſtæ cridæ fraus, dolus,
& circumuentio, Curt. iun. conſil. 60. Crauc.
conſi. 30. Fulgo. conſ. 108. Marſ. ſing. 370. &
ideò ſtrictè intelligendæ.
603 Secundò, quòd iſtæ cridæ † reſtringendæ
ſunt, & interpretandæ ad inſtar præſcriptio-
nis iuris communis, in cuius locum ſubro-
gatæ ſunt, Bald. in c. 1. §. porrò. qualiter olim
feu. alien. pote. Balb. de præſcript. in 1. parte,
6. partis principalis, q. 22. verſic. 23. col. pen.
Cotta in memorial. in verbo, ſtatuto, ſiue
decreto. ſed ſic eſt, quòd de iure communi
604 † præſcriptio non currit non valenti age-
re, Authen. niſi tricennale. vbi Bal. C. de bon.
mat. l. 1. §. ne autē imperfecta. verſic. ſi ex quo
actionem mouere potuerint. C. de ann. exce-
605 ptio. † Conſtat autem, quod filius maſcu-
lus præfati banniti, qui nondum conceptus
erat, neque natus durantibus cridis, nō po-
tuit compatere, & ius ſuum in ſcriptis de-
ducere, ideò cridæ ipſi non præiudicant, &
ità iudicatum fuiſſe ab ipſomet eius tempo-
ris magiſtratu, dicit Boſs. in titu. de procla-
mate, quod fit bon. publ. nu. 11. & in termi-
606 nis, † quòd præſcripto, quæ obeſt exiſtenti-
bus in rerum natura, non obſit naſcituris,
dicit Iſer. & Aluarotus in c. 1. §. hoc quoque.
col. fina. de ſucceſs. feudi. Pinel. poſt alios de
* * communi atteſtans in d. Authent. niſi tri-
cennale. pagi. 646. nu. 49. vbi reprobat Curt.
ſen. conſil. 40. Ex quorum dictis apparet Al-
ciatum in hiſce terminis lapſum eſſe, & de-
ceptum conſi. 523. num. 11. aliàs eſt conſi. 58.
col. fi. nu. 20. lib. 5. aliàs nu. 11. qui tamen cō-
trarium reſpondit conſ. 709. in princ. quod,
& defendit Rimin. iun. in vna Placētina conſ.
564. nu. 38. & plur. ſeq. lib. 5. quem nouiſſimè
poſtquam hæc ſcripſiſſem, vidi, ubi pariter
damnat Alciat. ut ego feci. Et hoc eſt expe-
ditū ſaltem in caſu, in quo nemo prior, &c. vt
in quinta ratione.
607 Tertiò aduertatur, † quòd cùm Decretū
uult, quòd habitātes in dominio intra tres
menſes, habitantes verò extra dominium,
uel pupillus, aut furioſus intra ſex menſes,
non comprehendere poteſt nondum natos,
quia eis non conueniunt illæ qualitates, mi-
nus in eis præſuppoſitum habitationis ve-
rificatur. & hoc eſt, quod conſiderat Boſs.
ubi ſupra, quatenus inquit, quòd uerba De-
creti non conueniunt excluſioni eius, qui
nondum natus eſt.
608 Quartò facit, † quia quando bona non
poſſunt ex diſpoſitiōe hominis alienari, nec
tranſire in extraneos hæredes, non poteſt
nondum natis, etiam ſi contradictum non
ſit cridis, præiudicari, Grammat. deciſ. 100.
nu. 5. Clar. §. fi. q. 18. verſi. item quæro. Alciat.
reſponſo 650. nu. 1. Huicq; concluſioni non
obſtat lapſus temporis contradictionum,
per quem uidebatur ſublatum eſſe ius cō-
petens nondum natis, ſed quod etiam com-
petiturum erat, prout obſtare dixit Scot.
tom. 1. reſponſo 1. nu. 250. lib. 2. Quoniam,
ut de ſe conſtat, nec veræ ſunt rationes eius,
nec per Iaſ. & alios in eius Appoſtillis allega-
tos comprobantur, quia ſi uideantur dicta
eorum patrum ibi loquuntur in caſu perſo-
narum natarum, & exiſtentium tempore
proclamatum, non autem in caſu, quo po-
ſteà in lucem uenerunt, prout eſt caſus no-
ſter, ut ēt animaduertit Boſs. vbi ſup. ideò p̄-
ualet opinio aliorū præallegata. & pro hac
concluſione eſt tex. cum glo. in l. peto. §. fra-
tre. in uerbo, ſi nullus ſuperſit. ff. de legat. 2.

609 Quin-

609 Quintò facit, † qnia omni in caſu, vbi ne-
mo reperitur, qui contradixerit, & obtinue-
rit feudum, uel fideicommiſſum, ut in præ-
ſenti ſpecie, fortè ſuperueniens quandocun-
que ex vocatis ad illud admitti debet, & ceſ-
ſat omnis amaritudo, de qua per Albam d.
conſil. 06. ità ſignanter animaduertit Boſſ.
nbi ſuprà, & apertiùs Ruin. conſi. 123. nu. 16.
in 2. reſpon. uolu. 2. poſt Caſtren. conſ. 147.
num. 3. in 1. parte & Albam d. conſi. 106. nu.
17. Pet. Ant. Anguiſſola conſ. 86. nu. 5. lib. 6.
Alcia. conſi. 71. Bireta conſi. 51. nume. 11. &
ſeq. & ſignanter Ludouicus Molina in tract.
de primogenitu. lib. 3. cap. 10. nu. 44. & in fi-
ne dicti cap.
610 Vltimò facit, † quia filij nati poſt aliena-
tionem feudi admittuntur ad reuocationé,
licèt non eſſent in rerum natura tépore alie-
nationis, Dec. conſi. 95. in fi. Tiraquel. in tra-
611 ctat. lignagier. §. 1. num. 86. cum ſeq. † idem
dicitur de filijs banniti nati tempore bāni-
menti, quod eis ſit relaxandum fideicómiſ-
ſum proximioribus in rerum natura, tunc
exiſtétibus, non petentibus banni tempore
in fideicommiſſo vocatis, Gabriel. conſ. 123.
Ad illud autem, quod per fiſcum in oppoſitio-
ne ſua dicitur, videlicet, an nō natus, neque
conceptus tempore delicti poſſit eſſe habilis
ad petendum hæc bona feudalia, vel fidei-
commiſſi;
612 Reſpondetur, † quòd quamuis conceptus,
ſeu ſuſceptus ex deportato in inſulā videa-
tur quaſi ab alio homine ſuſceptus, l. ex fa-
cto. §. ex facto. ff. ad Trebell. diuerſum tamen
613 eſt in bannitis noſtri temporis, † quos cer-
tum eſt iura ciuilia, & communia etiam re-
ſpectu loci, à quo banniti ſunt, retinere, ſe-
* cundum * communem opinionem Bart. &
aliorum in d. §. ex facto. vbi Ripa num. 14. &
ſeq Rui. conſi. 123. col. 1. vol. 4. & Doct. in l. 1.
C. de hæred. inſtit. & in vna Tridentina in eo,
qui poſt bannum filios ſuſceperat, Soci. iun.
conſi. 174. nu. 19. & ſeq. lib. 2. & in bannito de
parricidio, Corn. conſ. 55. num. 15. lib. 2. & in
bannito propter graue delictum, Anchara.
conſi. 275. col. pen. Neuiza. conſil. 73. nu. 6. &
ſeq. Port. in conſ. 48. ad finem. Sed ſic eſt, ꝙ
iſtud ius dicitur quæſitum de iure commu-
ni ciuili, ergò bannum patris ſaltem filio nō
præindicat ad effectum, de quo quæritur: &
id etiam comprobat Balb. & alij in d. l. 1. C.
de hæred. inſtitu. & ſatis probat text. in d. §.
ex facto.
614 Et prætereà † iura loquentia de bannito,
& contra eum, non habent locum in banni-
to in contumaciam, ſaltem quò ad alterius
* præiudicium, iuxta * communem ſenten-
tiam, de qua per Alex. in l. ſi mora. ff. ſol. mat.
Ferret. conſi. 78. in fin. Alcia. conſi. 365. nu. 2.
Alban. conſ. 8. nu. 27. Rip. in d. §. ex facto.
615 Rurſus † in partibus noſtris catholicis ban
niti qualitercunque non habentur pro de-
616 portatis, † quia matrimonium remanet
intactum, & conſequenter iura filiationis,
quidquid ſit de patria poteſtate, Ripa ubi
ſuprà, in princ. & Bal. in l. tutelas. in 2. lectura
in fi. ff. de dolo.
Poſtremò, cùm inueſtituræ feudales, & fidei-
commiſſa vocent omnes deſcendentes, & ſic
naturaliter pro tempore natos, vtique etiā
conceptos quandocumque, & natos admit-
tunt, l. cùm ità. §. in fideicōmiſſo. ff. de lega.
2. & in ſpecie Ruin. conſi. 123. nu. 16. in 2. re-
ſponſione. uol. 2. Alciat. conſ. 201. num. 46. in
fin. & ſeq. & nu. 57. Ergò non eſt dubium na-
tos etiam ex bānitis comprehendi in dictis
617 diſpoſitionibus: ſunt enim † deſcendentes
à natura, quæ immutari non poteſt per or-
dines contra bannitos, l. eas obligationes. ff.
de capit. diminut. & l. manumiſſiones. ff. de
iuſt. & iure. & ad hoc facit Galliau. in l. Gal-
lus. §. quidam rectè. nu. 23. ff. de libe. & poſth.
& Rub. nu. 55. in fi.
618 Et veniunt † ex iure contractus ad feudum
ex propria uocatione, ſeu ex pacto, & proui-
dentia, non ex mora ſucceſſione patris, ſed
ex perſona eius, qui acquiſiuit feudum, qui
pro liberis etiam acquiſiuit, glo. 2. in c. 1. an
agnat. vel fil. ità vt medium patris nihil filijs
obſit, Bal. in l. ſi in perſonam. C. de fideicom.
619 cum non † habeant à patre bannito filij,
niſi genituram, quæ non fuit alterata, aut
impedita per bannum, Cagnol. poſt alios in
l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. cùm morte ci-
uili non fuerit diſſolutum matrimonium,
ità vt non deſinant eſſe deſcendentes, neq;
poſſit eis opponi, quòd ſint ex nouo homi-
620 ne nati, ut dicit Ripa in d. §. ex facto. † & cū
mos naturalis non æquiparetur ciuili, nec è
contrà, niſi vbi militat eadem ratio, Bart. in
l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de libe. & po-
ſthu. dicendū eſt, quòd etſi bannitus repu-
tetur pro mortuo ciuiliter, cùm tamen po-
tuerit habere deſcendentes, prout habuit,
illi ſunt natura contractus admittendi ad
feudum, maximè cum tale feudum non re-
periatur adhuc aliquibus adiudicatum, nec
eis relaxata poſſeſſio, ut in terminis fidei-
commiſſi reſpondit Paul. de Caſt. conſil. 17.
in cauſa, quæ uertitur. col. 3. uerſic. nunc ve-
nio. in antiquis. quod eſt in nouis d. cóſ. 147.
lib. 1. vbi nati poſt euentum conditionis fi-
deicommiſſi reuocant bona pro tunc exi-
ſtentia apprehenſa, qui tamen erant remo-
tiores ex vocatis; & ſequitur Rui. in conſ. 22.
lib. 2. & 35. lib. 5. Curt. iu. in conſi. 170. Natta
conſi. 675.

conſi.675. nu.6. cum ſeq.lib.4. Cepha.conſi.
318,nu.23.lib.5.
621 Et huiuſmodi filios † natos durante bāno
patris eſſe in cauſa, vt faciant deficere cōdi-
tionem fideicommiſſi adiectam in caſu de-
ficientium liberorum, tradit Ripa in d. §.ex
facto.& illis eſſe relaxādum fideicōmiſſum.
& quod remotioribus tempore banni in re-
rum natura exiſtētibus comprehenſis in fi-
deicommiſſo fuiſſet relaxatum, Alban.cōſ.1.
Gabr.conſil.123.Tiraquel. de retract. ligna-
gier.§.1. nu.86.cum ſeq.& nu.90.de filijs cō-
ceptis poſt alienationē feudi, quòd admit-
tantur ad reuocationem, licèt non adeſſent
in rerū natura tpe alienationis, Dec. cōſ.95.
621 Vltimò dicitur, † ꝙ cū feudalia confiſcari
non poſſint, neq; in ſpecie fuerint cōfiſcata,
neq; in generali Decreto de bonis cōfiſcan-
dis comprehendantur feudalia, neque illa
in ſpecie fuerint ad cridas poſita, nemo te-
nebatur pro bonis feudalibus cōtradicere.
622 Poſtremò addi poteſt, † quod in caſibus,
in quibus propter delictum vaſallus feudo
priuandus eſt, de quibus non eſt caſus iſte,
requiritur ſententia nō ſolùm facti, ſed etiā
iuris, iux.tradita ꝑ Clar.de feudis.q.51.poſt
Curt.iu. de feud.in quarta parte princip. in
vlti.partic. in fin. at hic nulla ſententia lata
fuit, nec pro agnatis, nec pro alijs, per quam
ſit ipſe Io.Maria priuatus; cōdemnatio au-
tem contra ipſum D.Io.Mariam ſequuta ex
eo fuit, quia ingreſſus fuit Caſtrum Prægo-
læ,& ab eo expulerit agentes pro D. Dorali-
ce Caſtrum occupātes, & quòd poſtea pau-
cis poſt diebus poſitis in eo Caſtro nomine
dictæ D. Doralicis cuſtodibus, idem Do.Io.
Maria Caſtrum ipſum congregatis multis
armatis armis prohibitis, atque & quam-
pluribus hominibus per biduum obſederit,
quia partem quandam in dicto Caſtro ha-
bebat, à qua fuerat iamdudum deiectus, a-
deo quòd per hoc genus delicti non potuit
filijs naſcituris præiudicare.
Quòd ſi forte diſpoſitio reducta eſſet ad tem-
623 pus, † putà, quia proximior tunc exiſtens
uocatus eſſet, certè iſto caſu probabiliter
poſſet locum habere fiſci prætenſio, per ea,
quæ ponit Alba conſi.51.nu.19.ad fi. Et ità
tādem hoc anno 1586. de meſe Nouembris,
ſm ſupraſcripta ad fauores d d. D D. agen-
tium, dū per plures annos, & forſan ēt deca-
des ob mutationē DD. diſputatum fuiſſet,
fuit reſolutū per conſilium Placentię, dum
fuit mandatū procedendū eſſe ad diſcuſſio-
nem alterius puncti, an conſtet bona fuiſſe
in bonis ſeu dominio dicti teſtatoris.
Subſcript.
Petrus Ant. Petra.

Votum, & conſilium Senatus, & Decretum
Regis.
Philippus Hiſpaniarum Rex, &c.
& Mediolani Dux, &c.
Dilecti noſtri, cum in cauſa contradictionum
factarum ſuperioribus annis proclamatio-
nibus factis de more pro bonis Marchionis
Ioannis Mariæ Malaſpinæ ex Marchionibus
Caſtri Prægolæ, & pertinentiarū Cam. Reg.
huius Dominij cōfiſcatis, litteris veſtris diei
quinti Martij anni 1582. Senatum no-
ſtrum ſuper hoc articulo cōſulueritis, num
cridæ factæ reſpectu confiſcationis bono-
rum, præiudicare habeant Antonio dicti
Marchionis filio tunc non nati (qui pro
eo contradixerunt) contenditur eas nō præ-
iudicare, etiam non obſtante, quòd antequā
is naſceretur, conceptus ne eſſet, lapſa eſſent
tempora ex cridis ipſis limitata. & multa iu-
ra, & iuris allegationes, tam ex parte dicti
Antonij, quàm Fiſci noſtri ꝓducta fuiſſent,
eaq; omnia etiam ad præſentiam huiuſmo-
di Fiſci ad hæc ſpecialiter citati in ipſo ordi-
ne relata, & diligēter diſcuſſa fuiſſent: viſum
fuit, vobis reſcribendum eſſe, prout nos re-
ſcribimus, & dicimus, huiuſmodi cridas nō-
dum natis non præiudicare. Proinde vobis
mandamus, vt iuxta hoc decretum, quod
etiam in cæteris ſimilibus cauſis ſeruari vo-
lumus, iuſtitiam faciatis. Dat. Mediola. 19.
Octobris 1585. ſignata Petranigra, à tergo
Spectab. & Egreg. Iuriſconſ.l. ac Nob. viris
Præſidi, & Quæſtoribus reddituum extraor.
Stat. Mediol. noſtris dilectis, &c.
Remanet quinta, & poſtrema dubitatio, quam
etiam breuiter abſoluendo, puto affirmati-
uè concludendum, per Saly. in l.non epiſto-
lis.C.de probatio. quem ſequitur Alex.conſ.
181.nu.2.vol.7. loquēs in epiſtola, in qua di-
624 cebatur; † Soror mea chariſſima ſcias, ꝙ
talis frater noſter deceſſit, & ob hāc cauſam
hæreditas eius ad nos pertinet; vnde ſi tibi
placet, venias, & diuidamus eam, quòd per
illa verba probatur ſororitas, quia materia
ſubiecta coadiuuat verba narratoria, ad dif-
ferentiam aliorum uerborum narratiuorū,
vel enunciatiuorum extraneorum ad aliud
tendentium. & probat Natta cōſ.59.nu.14.
in fi.& ſeq. cōcludens, quod ſi in inſtrumen-
625 to † diuiſionis aliquis nominat eum, cum
quo diuidit, filium talis, vel conſanguineum
ſuum, probatur inter eos parentella. Addit
626 Alex. vbi ſuprà, num.3. quòd verba † enun-
ciatiua ſunt illa, quæ præambula, ſeu proe-
mialia ſunt, & non ſunt ipſa diſpoſitio, & in
eis non conſtat voluntas contrahentium,
quod & comprobat Socin. conſi.228. nu.5.
627 verſi. in primis enim dico, † quod non ſunt
verba

verba enunciatiua emiſſa propter aliud, ſed propter ſe, & ſic probant &c. volu. 2. de quibus non meminit Afflictus, qui alios citat deciſ. 83. nu. 1. in fi. & ſeq.

628 Et ſaltem negari non poteſt, † quin talem faciant probationem, quæ transfert onus probandi contrarium in partem aduerſam, Alex. ubi ſuprà, & pulchrè Natta d. conſil. 215. & per concordan. 1. loco citatos.

Nec ſuper identitate perſonarum dubium erit
629 faciendum, † quia in dubio perſonarum, & nominum perſonarum pluralitas nõ præſumitur, Ceuc. conſ. 198. nu. 4. & poſt plures concordantes per eum citatos, reſpondit Alex. coſi. 172. nu. 6. vol. 6. & punctualiter firmat Dec. conſi. 35. num. 4. verſi. nec obſtat, quod idem præſumatur, &c. ſequitur Ceuc. conſ. 169. nu. 4. poſtquam ex aduerſo non probatur plures fuiſſe eiuſdem nominis, & familiæ, vt poſt Bald. per eum citatum, concludit etiam Natta conſ. 97. nu. 15. verſi. ſed ad dubium Cardina. &c.

ARGVMENTVM.

Quibus modis probari poſſit rem, vel bona prohibita alienari, fuiſſe in bonis prohibentis, in caſibus, in quibus ſat erit probare bona fuiſſe in bonis.

SVMMARIVM.

1 *Differunt inter ſe, quòd res fuerit in bonis alicuius, vel quòd fuerit in illius dominio, vel quaſi: & quomodo inter ſe differant.*

2 *Plus eſt dicere, quod res ſit, vel fuerit in bonis noſtris, quàm in dominio noſtro, vel quaſi.*

3 *Res, quæ eſt ſolùm ſub cuſtodia noſtra, vel ratione detentionis, dicitur etiam eſſe in bonis noſtris.*

4 *Teſtator non poteſt imponere onus fideicommiſſi in bonis, quæ non ſunt tranſitoria ad hæredes.*

5 *Teſtator non poteſt trãſmittere ad ſuum hæredem bona, quæ non ſunt tranſitoria ad hæredes.*

6 *Iuriſdictionalia bona non ſunt tranſitoria ad hæredes ſui natura, niſi aliud habeat eorum conceſſio.*

7 *Actor probare debet rem fuiſſe in bonis teſtatoris, vel de dominio ſecundum caſus contingentiam, & neceſſitatem ad tempus, & nu. 18.*

8 *Non infertur de vno tempore ad aliud in materia fideicommiſſaria, quamuis aliàs ſecus.*

9 *Ex dominio de præterito non infertur ad præſens.*

10 *Qui agit vt dominus, ſemper allegabit rem in eius dominio fuiſſe.*

11 *Ex præterito, quòd præſumatur in præſens, melior opinio.*

12 *In aliquibus caſibus plerique Doctores conueniunt circa præſumptionem ex præterito in præſens.*

13 *Ex præterito præſumitur in præſens, alio ex aduerſo non probato, quando tractatur de poſſeſſione, et hæc præſumptio affirmatiua allegatur per poſſeſſorem.*

Quod procedit et in immobilibus, & in mobilibus, quãuis in mobilibus multi contradicant, vt nu. 14.

15 *Ex præterito nõ præſumitur in præſens, quando tractatur de poſſeſſione, & hæc præſumptio affirmatiua allegatur ex aduerſo, ſcilicet, quod ego poſſideam, quia aliàs poſſidebam, ſed ego illud nego. Quod limitatur dupliciter nu. 16. & 17.*

18 *Ex præterito præſumitur in præſens, quando tractatur de dominio, & nu. 20. & 21.*

19 *Dominium difficilius amittitur, quàm poſſeſſio.*

20 *Ex præterito præſumitur in præſens, quando tractatur de dominio. Quod intelligitur, ſecundũ aliquos, ſi pleaè probatum ſit de præterito, ſecus ſi ſolùm præſumptiuè, & ſemiplenè: quorum tamen opinio damnatur, & nu. 21. & 27.*

22 *Fideicommiſſario etiã vniuerſali regulariter ſufficit probare bona fuiſſe in bonis diſponentis tempore mortis eius, quãdo agitur contra hæredem, vel hæredem hæredis, & ſic contra poſſidentem pro hærede, vel pro poſſeſſore, ſi agatur de teſtatore. Quòd ampliatur nu. 24.*

23 *Fideicommiſſaria hæreditatis petitio eſt ad inſtar petitionis hæreditatis.*

25 *Pronomen Illud importat poſſeſſionem.*

26 *Genitiuus, ſecundum cõmunem vſum loquendi, importat ius à dominio infrà, quãuis alias de ſtricto iure importet dominium.*

27 *Probans diſponentem poſſediſſe rem, vel bona, de quibus agitur pro ſuis, & tanquam ſua, vt faciunt veri domini, & poſſeſſores rerum ſuarum, dicetur probaſſe rem in eius bonis fuiſſe, non etiam dominium, vel quaſi.*

28 *Probans ſimpliciter rẽ fuiſſe poſſeſſam per teſtatorem tempore eius mortis, vel in eius hæreditate relictam, dicitur probaſſe bona fuiſſe in bonis, & eſt facilior modus probandi.*

29 *Inſtrumenta locationum, & diuiſionum ſufficiunt ad probandum bona fuiſſe in bonis teſtatoris, quando ſumus in tempore de antiquo.*

30 *Fama probat, quòd bona fuerint in bonis fideicommittentis, in antiquis.*

31 *Inſtrumenta an probent bona fuiſſe in bonis, & ſic poſſeſſa per fideicommittentem, quando tractatur de negocio de recenti, & nu. 32. & 33.*

32 *Inſtrumentum non probat traditionem, niſi factum ſit in conſpectu rei.*

33 *Inſtrumentum traditionis, etiam ſi ſit celebratum in conſpectu rei, ſi tamẽ fructus aliquis non ſit poſteà exinde perceptus ex re ipſa, nihil releuat. Ampliatur nu. 5.*

34 *Actus momentaneus infructuoſus.*

35 *Clauſula conſtituti non facit, quòd per inſtrumentum traditionis probetur bona fuiſſe in bonis, ſi tamen fructus aliqs nõ ſit poſteà ex re ipſa exinde perceptꝰ.*

36 Per

quaſi poſſeſsionem, ſed vſum tantùm.

91 *Differentia inter interdictum de itin. actu. priu. à remedijs poſſeſſorijs.*

92 *In interdicto de itin. actu. priu. & ſimilibus requiritur poſſeſsio, vel quaſi formalis; & quo modo probetur talis quaſi poſſeſsio, & nu. 93.*

94 *Per ſolum vſum non probatur quaſi poſſeſsio iuriſdictionis.*

95 *Non poteſt quis eſſe in quaſi poſſeſsione iuris incorporalis, niſi data ſcientia, & patientia aduerſarij.*

96 *In formanda quaſi poſſeſsione iuriſdictionis requiritur ſcientia, & patientia ſuperioris.*

97 *Scientia, & patientia præſupponitur præſuppoſita quaſi poſſeſsione.*

98 *Quaſi poſſeſsio non poteſt eſse ſine ſcientia, & patientia.*

99 *Probata quaſi poſseſsione iuriſdictionis, probatur etiam ſcientia ſuperioris.*

100 *In quaſi poſseſsione non dicitur eſse quis, licèt animo, & corpore inſiſtat rei.*

101 *Vſus, ſcientia, & patientia neceſsariò requiruntur ad formandum quaſi poſseſsionem*

102 *Scientia, & patientia an præſumatur in quaſi poſſeſsione.*

103 *Scientia, & patientia an inducant conſenſum, & approbationem ſcientis, & patientis, variæ Doct. opiniones.*

104 *Patientia regulariter habetur pro patientia tantùm, non pro expreſsio conſenſu.*

105 *Patientia domini in alienatione feudi per vaſallum non habetur pro licentia, aut conſenſu, ſecundum pleroſque.*

106 *Scientia, & patientia in aliquibus iuribus incorporalibus habetur pro titulo, propter modicum præiudicium, quod inde naſcitur.*

107 *Titulus verus exigitur in his, quæ ſunt grauis præiudicij, nec ſufficit patientia pro titulo, ſecundum aliquos, niſi ſit completa præſcriptio.*

108 *Patientia regulariter non egreditur terminos tolerantiæ quando agitur de præiudicio iuris dominij.*

109 *In dignitatibus eccleſiæ non acquiritur non habenti litteras, & titulum expreſsum.*

110 *Scientia, & patientia ſufficit in iudicatu, & officio temporali ad nutum reuocabili.*

111 *Præſentia ſola, & taciturnitas domini non inducit confeſſionem illius circa legatum rei ſuæ per teſtatorem factum.*

112 *Tolerantia ſimplex principis non eſt diſpenſatio.*

113 *Scientia, & taciturnitas habentur pro conſenſu, vbi præcedit contractus, & obligatio ad patiendum.*

114 *Conſenſus expreſsus non requiritur in materia, in qua pro ſolemnitate, & ſeu titulo ſufficit tacitus conſenſus.*

115 *Conſenſus expreſsus quando requiritur, an præſumatur interueniſse, & nu. 116. & 117.*

116 *Conſenſus expreſsus non præſumitur probato actu, qui de per ſe probat poſseſsionem, vel quaſi, quando tractatur de recenti, vel momentanea poſseſsione, ſecus ſi diutinam poſseſsionem oſtendit.*

117 *Conſenſus expreſsus non præſumitur regulariter in actu, qui non habet in ſe quaſi poſseſsionem, niſi ſint actus multùm antiqui.*

118 *Conſenſus expreſsus requiritur in materia iuriſdictionali.*

119 *Titulus, & conſenſus non præſumitur ex ſola ſcientia, & patientia lungi temporis, vbi agitur de magno præiudicio.*

120 *Quo modo intelligatur, quòd dicitur, patientiam haberi pro traditione, & nu. 121.*

121 *Patientiam ſolam habere vim traditionis quaſi poſſeſsionis aliqui aſserunt.*

122 *Venditor patiens emptorem poſsidere videtur ei tradere poſseſsionem.*

123 *Scientia, & patientia habetur pro expreſso conſenſu, quando quis patitur aliquid fieri in ſuo.*

124 *Scientia, & patientia habet vim priuilegij, quando quis patitur aliquid fieri in ſuo.*

125 *Scientia, & patientia lungi temporis declarationem voluntatis contrahentium inducit.*

126 *In incorporalibus poſſeſſio conſiſtit in animo, non in vſu.*

127 *In incorporalibus non eſt dare quaſi poſſeſſionem, niſi per ſcientiam, & patientiam.*

128 *Patientia eſt ſubiectum quaſi poſseſſionis.*

129 *Si princeps, vel ſuperior ſcit, & patitur alium exercere iuriſdictionem in loco ad ſe ſpectante, cenſetur conſentire.*

130 *Licentia data vtēdi re habetur pro quaſi poſſeſſione.*

131 *Probatur aliquem eſse præpoſitum ad aliquod officium per illius exercitium domino ſciente.*

132 *Patientia in incorporalibus idem operatur, quod immiſsio in poſseſsionem in corporalibus.*

133 *In incorporalibus tranſit etiam quaſi poſseſsio per ſolum priuilegium.*

134 *Per ſententiam transfertur, & ciuilis, & naturalis quaſi poſseſsio in corporalibus.*

135 *Scientia, & patientia ſuperioris habetur pro conſenſu expreſſo, ſi ſit iuncta actui indicāti cōſenſum.*

136 *Reſignatio facta in fauorem certæ perſonæ, ſi ſit ſimoniaca, excuſatur vitium per ſcientiam Papæ.*

137 *Scientia, & patientia habetur pro titulo præſumpto.*

138 *Patiētia aduerſarij in incorporalibus multū operatur.*

139 *Dominus ſi ſcit, & patitur cluſam fieri in eius riuo, conſentire, et remittere videtur ius, quòd in eo habere prætendit, quantum ad dictam cluſam*

140 *Conſiliarij Principis poſſunt emere res ſubditorum ſciente, & patiente Principe.*

141 *Sola patientia eſt quaſi poſſeſſio.*

142 *Definitio quaſi poſſeſſionis iurium incorporalium.*

143 *Quaſi poſſeſſio incorporalium eſt patientia aduerſarij.*

144 *Poſſidens ſeruitutem domino contradicente, non videtur ius ſeruitutis poſſidere eſſentialiter, ſed ſuperficialiter.*

145 *Patientia domini habetur pro continua traditione.*

146 *Vſus, & exercitium conſtituit aliquem poſseſsorem.*

147 *Quaſi poſseſsio in incorporalibus probatur ex duobus, vel tribus quietis ſolutionibus.*

148 *Vnica ſolutio probat quaſi poſseſsionem annuæ ſolutionis.*

149 *Aquam ſemel tantùm ex flumine publico ducens ad fundum ſuum dicitur eſse in quaſi poſseſsione illius aquæductus.*

150 *Sola obedientia ſubditorum ſufficit ad acquirendum quaſi poſseſsionem.*

151 *Quaſi poſseſsio iuriſdictionis acquiritur ex perceptione pœnarum, & mulctarum, & bonorum publicatione, & nu. 155. & 158.*

152 *Quaſi poſseſsio iuriſdictionis acquiritur ex duobus actibus in incorporalibus.*

153 *Poſseſsio iuriſdictionis probatur per exercitia, quibus quis eſt vſus liberè, etiam per vnicum actum, qui non conſueuit concedi de gratia.*

154 *Per vnicam præſentationem ſortitam effectũ, conſtituitur quis in quaſi poſseſsione præſentandi.*

155 *Quaſi poſseſsio iuriſdictionis probatur per bãnum.*

156 *Habens exercitium iuriſdictionis dicitur habere ius in territorio.*

157 *Quaſi poſseſsio iuris piſcandi arguitur per actum piſcandi.*

158 *In quaſi poſseſsione iuriſdictionis quis conſtituitur, adminiſtrando iuſtitiam, puniendo delinquentes, & per banna.*

159 *Superioritas alicuius quomodo probari poſsit.*

160 *Teſtes deponentes, quòd quis mittebat caſtellanum, probatur actus concernens cuſtodiam caſtri.*

161 *Exercitium meri, & mixti imperij probatur per ſcripturas publicas tabellionum.*

162 *Interponere authoritatem emancipationis eſt actus mixti imperij minimi.*

163 *Probato, quòd communitas conſueuit mittere poteſtatem ad aliquem locum, probatur, quòd ille locus eſt de iuriſdictione dictæ communitatis.*

164 *Per præſtationem iuramenti fidelitatis acquiritur quaſi poſseſsio iuriſdictionis.*

165 *Probato vſu, et exercitio cognoſcendi de cauſis, probatur quaſi poſseſsio iuriſdictionis.*

166 *In ſeruitutibus quaſi poſseſsio potiùs habetur pro vſu.*

167 *Eligere eſt fructus quaſi poſseſsionis eligendi.*

168 *Per collectarum impoſitionem probatur quaſi poſseſsio iuriſdictionis, item per auriculæ præciſionem, & per fuſtigationem, & nu. 370.*

169 *Per creationem tabellionum non probatur aliqua iuriſdictio territorij.*

170 *Ad probandum quaſi poſseſsionem alicuius dignitatis, vel officij oportet probare exercitium aliquorum actuum ſpectantium ad illam dignitatem, vel officium.*

171 *Simplicis iuriſdictionis eſt viſitare, corrigere, cauſas minores audire, & coercere modica coertione.*

172 *Iuriſdictio loci acquiritur, ſi ponantur proclamata per omnes partes illius.*

173 *Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis probatur per exercitia, & actus, quibus quis eſt vſus, & quietè.*

174 *Iuriſdictio acquiritur per vnum actum iuriſdictionalem.*

175 *Exigens ſeruitia, & munera, ſeu angarias dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione.*

176 *Ius exigendi non inducitur per exactionem, etiam per ſpatium decem annorum.*

177 *Quædam eſt quaſi poſſeſſio, quæ repreſentatur per actus hominum, & nu. 178. & 179.*

178 *Ex publicatione banni generalis oritur quaſi poſſeſſio iuriſdictionis generalis.*

179 *Per exercitia actuum iuriſdictionem indicantium, dicitur quis habere poſſeſſionem vſus, & exercitij, non autem quaſi poſſeſſionem iuris, ſecundum aliquos.*

180 *Quaſi poſſeſſio ſeruitutis aquæ ducendæ probatur, probato vſu nemine contradicente.*

181 *Vſus ipſius iuris, qui cauſatur à ſcientia, & patientia eſt ſubiectum quaſi poſſeſſionis.*

182 *In rebus corporalibus poſſidendis non requiritur patientia alicuius.*

183 *In quaſi poſſeſſione iuriſdictionis acquirenda probari debet eius vſus ſciente, & patiente eo, ad quem pertinebat eam quaſi poſſeſſionem tradere.*

184 *Clientulus alicuius ſi per 20. annos, & vltrà exercuit imperium ſciente ſuperiore, dicitur conſtitutus in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis.*

185 *Quaſi poſſeſſio creandi notarios, & comites, conficiendi inſtrumenta, & exercendi iuriſdictionem nõ poteſt acquiri ſine ſcientia, & patientia ſuperioris.*

186 *Negotians in appotheca magiſtro, uel negotia gerens in menſa nummularia domino ſciente, & patiente, cenſetur præpoſitus, & inſtitor, & obligat dominum.*

187 *Teſtes in teſtamento fuiſſe rogatos ſciente, & patiente teſtatore ſufficit, vt teſtamentum valeat.*

188 *Quaſi poſſeſſio dicitur acquiſita habita ex poteſtate, & voluntate concedentis.*

189 *In incorporalibus duplex conſideratur poſſeſſio.*

190 *In iuriſdictione iure decimandi poſſeſſio traditur habitu per rei traditionem, prout & in huiuſmodi, quæ rebus corporalibus cohærent.*

191 *Poſſeſſio rei corporalis acquiritur operis effectu.*

192 *Caſtri poſſeſſione capta, dicitur etiam capta poſſeſſio iuriſdictionis per illum actum etiam vnicum.*

193 *Corporalium traditione acquiritur quaſi poſſeſſio incorporalium cohærentium corporalibus.*

194 *In iuriſdictione iam formata capta poſſeſſione caſtri, acquiritur quaſi poſſeſsio iuriſdictionis illius cohærentis.*

195 *Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iuris alicuius caſtri ſufficit exercitium alicuius particularis iuriſdictionis.*

196 Ceſsio

196 *Ceſſio in incorporalibus habetur pro traditione, & reſtitutione.*

197 *Poſſeſſio in incorporalibus non dicitur verè, et propriè tradita, niſi cum conſtituens patitur vti, licèt per patientiam, vel alium titulum acquiratur in his poſſeſſio.*

198 *Patientia in his, quæ ſunt iuris, habetur pro traditione, & huiuſmodi traditio non dicitur vera, ſed tacita.*

199 *Poſſeſſio vera quæritur ſine actu corporeo.*

200 *Poſſeſſionis ſubſtantia non poteſt transferri, niſi lex fingat actum corporeum.*

201 *Scientia, & patientia in iure eligendi, & conferendi, & alijs incorporalibus iuncta cum vſu, et exercitio habetur pro traditione, vel quaſi.*

202 *Feudum licèt actu non conſiſtat in claudo, ſecus tamen eſt habitu.*

203 *Sententia lata ſtatim operatur in his, quæ iuribus corporalibus cohærent abſque alia traditione; quod declaratur.*

204 *Beneficium habitu poteſt habere poteſtatem fori pœnitentialis.*

205 *In impetratione ſecundi beneficij debet fieri mentio de primo curato, & iſte eſt difficilis articulus.*

206 *Habens poſſeſſionem habitu, & non exercens, nihil poſſidere videtur.*

207 *Qui nihil agit, nihil poſſidet.*

208 *Rex non dicitur regnare circunſcripta obedientia populorum.*

209 *Per proceſſum contra contumacem factum nõ acquiritur quaſi poſſeſſio iuriſdictionis.*

210 *Qui facit, quod domino ſubtrahatur obediẽtia, quodammodo ſpoliat eum.*

211 *Virtus conſiſtit in actu, & exercitio, non in habitu.*

212 *Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem tria requiruntur.*

213 *Exercitium ſemper habet præcedere iuriſdictionem.*

214 *Officialis, qui non adminiſtrat, non habetur pro creato.*

215 *Officium requiritur in habitu, & actu.*

216 *Electus poteſt adminiſtrare officium ſeculare ſine alia confirmatione*

217 *In officijs ſecularibus tria conſiderantur.*

218 *Lex loquens de eccleſia parochiali, in materia ſtrictè interpretanda intelligitur eccleſia curata habitu, & actu.*

219 *Beneficij curati mentio an verificetur in beneficio curato habitu tantùm.*

220 *Exercitium ſi denegetur, multò magis habitus.*

221 *Iuriſdictio præſcripta eatenus eſt penes perſcribentem, quatenus ipſe eſt ſolicitus in ea exercenda.*

222 *Conſtantini donatio facta eccleſiæ valuit.*

223 *Papa habitu, & actu eſt ſuperior Imperatore.*

224 *Imperator non ita ſubeſt eccleſiæ, quò ad actuale exercitium, vt ab eo appelletur ad Papam.*

225 *Potentia habitu aliquando idem operatur, quod potentia in actu.*

226 *In officiali habente imperium præſumitur metus, & terror erga carceratum.*

227 *Ciuitates Italiæ poſſunt ſibi conſtituere magiſtratus, qui iudicent inter ipſas, & earum ſubditos.*

228 *Officium in aliquibus caſibus ſtatim quod confertur, ſortitur effectum.*

229 *Scientia, & patientia, item exercitium requiritur in formanda quaſi iuriſdictionis poſſeſſione, & num. 235.*

230 *Patientia non eſt neceſſaria in formata quaſi iuriſdictionis poſſeſſione.*

231 *Initium poſſeſſionis eſt inſpiciendum.*

232 *Poſſeſſio retinetur animo, licèt ſolo animo non acquiratur.*

233 *Scientia, & patientia exigitur in ſeruitute formanda, ſecus in iam formata.*

234 *Ad acquirendum quaſi poſſeſſionem ſeruitutis viæ non ſufficit, quòd quis iuerit per fundum alicuius etiam nullies, ſed quod iure ſuo id fecerit.*

235 *Ex qualitate actuum comprehendi poteſt, an quis vſus fuerit iure ſeruitutis.*

236 *Scientia ſola non operatur conſenſum, ſed ſcientia, & patientia.*

237 *Vbi non eſt ſcientia, non poteſt eſſe patientia, & per conſequens nec poſſeſſio.*

238 *Pati, & ſic conſentire quis non poteſt dici, niſi ſit talis, qui potuerit prohibere, & ſciuerit.*

239 *Patientia quid ſit.*

240 *Tyrannus exercens iuriſdictionem in ciuitate obſeſſa nihil iuris acquirit.*

241 *Violenta quaſi poſſeſſio alicuius non priuat poſſeſſione.*

242 *Faciens homines alicuius loci confiteri eſſe ſuæ iuriſdictionis non acquirit ſibi quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, ſi tales homines non poterant tradere quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis.*

243 *Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis ciuitatis eſt apud magiſtratum ciuitatis ibi exercentem iuriſdictionem, non autem apud populum.*

244 *Exercens iuriſdictionem ignorante eo, ad quem ius ſpectat, nihil acquirit.*

245 *Poſſeſſio depredatiua nihil prodeſt poſſeſſori.*

246 *Malæ fidei poſseſſor nullum cõmodum põt habere.*

247 *Iuriſdictiones, quæ procedunt à conſenſu, & obedientia ſpontè, ſunt validiores.*

248 *Quilibet poteſt ſe ſubmittere alij in præiudicium ſuum.*

249 *Scientia, & patientia ad acquirendum iuriſdictionem debet eſſe libera, non coacta, & nu. 251.*

250 *Exactiones perſonales, quæ fiunt à ſubditis, præſumuntur fieri potiùs per metum, quàm dedita opa.*

251 *Rex Franciæ ſi faciat confiteri aliquam ciuitatem eſſe ſuam, non tenebit talis confeſſio.*

252 *Populus ſubditus alicui Principi per rebellionem non priuat dominum ſuum iure ſuo.*

253 *Ciuitas, vel alia vniuerſitas non poteſt ſibi aſſumere rectorem perpetuum in præiudicium Imperatoris, vel alterius domini.*

254 *Poſt patientiam violentam non quæritur aduerſario quaſi poſſeſſio iuriſdictionis.*

255 *Conſenſus meticuloſus non releuat, & nu. 258.*

256 *Voluntas coacta dicitur voluntas in rebus proprijs, non in adminiſtratoribus.*

257 *Subditus, & obediens debet animo deliberato obediendi obedire.*

258 *Imperator ſi patiatur malè adminiſtrantem regere, quia non poteſt eum expugnare, talis patientia illi non proderit.*

259 *Scientia, & patientia cuius requiratur in acquirenda quaſi poſſeſſione incorporalium.*

260 *Tacitus conſenſus non poteſt plus operari, quàm expreſſus.*

261 *Scientia, & patientia aduerſarij præſumitur, ſi exercitium erat publicum, & notorium in loco.*

262 *Scientia, & patientia aduerſarij eſt quaſi poſſeſſio in incorporalibus.*

263 *Scientia ſuperioris eſt neceſſaria, quando cauſa non tangit ipſum Principem.*

264 *Scientia, & patientia plurium requiritur ſi plurium intereſt in acquirenda quaſi poſſeſſione*

265 *Scientia & patientia domini [illegible] abſentis vel electi eſt neceſſaria in acquirenda quaſi poſſeſſione.*

266 *In præſcribenda iuriſdictione, vel mero, vel mixto imperio requiritur ſcientia, & patientia [illegible]s, cui illud competit.*

267 *Superior in caſu præſcriptionis dicitur, ad quem pertinet locus ex natura [illegible]ci, de cuius iuriſdictionis quaſi poſſeſſione tractatur*

268 *Aedificans populum in ſolo alieno, vt ibi exerceat iuriſdictionalia per [illegible]am ſolam occupationem quæritur iuriſdictio.*

269 *Iuriſdictio contra quoſcunque quæri poteſt.*

270 *Superioritas ſuperioritatis non poteſt præſcribi.*

271 *Supra ſupremam poteſtatem non eſt aſcenſus.*

272 *In præſcriptione vectigalium requiritur ſcientia eius, ad quem pertinent.*

273 *In præſcriptione requiritur ſcientia, & patientia eorum tantùm, quorum ius tangitur, & nõ aliorũ.*

274 *In præſcribenda iuriſdictione, quòd non ſit neceſſaria ſciẽtia, et patiẽtia populi, quomodo intelligatur.*

275 *In præſcribenda iuriſdictione tria ſunt conſideranda inter cætera*

276 *In quaſi poſſeſſione exigendi vectigalia, ſeu dati in vltra exactionẽ etiam immemorabilis temporis, eſt probanda ſcientia, & patientia officialis, ad quem ſpectabat cura loci.*

277 *Interpretatio l. quoties. ff de ſeruit.*

278 *Qui non eſt dominus, vel non habet cauſam à domino, non habet ius transferendi quaſi poſſeſſionẽ.*

279 *Iuriſdictioni, & imperio renunciari poteſt ſolùm in manibus ſuperioris, & nu. 280.*

281 *Notarius non poteſt renunciare officio ſibi conceſſo, niſi in manibus ſuperioris, & eo conſentiente.*

282 *Imperator non poteſt renunciare imperio in manibus electorum, ſed ſolùm in manibus Papæ.*

283 *Papa poteſt renunciare Papatui in manibus ſuis proprijs; quia non habet aliquẽ mortalẽ ſuperiorẽ.*

284 *Cardinales non poſſunt renunciare cardinalatui, niſi in manibus Papæ.*

285 *Comes habens iuriſdictionem non poteſt illam alteri cedere, nec tacitè, nec expreſſè.*

286 *Poſſeſſionem iuriſdictionis poteſt quis renunciare ſine ſuperiore.*

287 *Differunt inter ſe iuriſdictio, & poſſeſſio.*

288 *In profanis, & iuribus corporalibus renunciatio tenet abſque ſuperioris authoritate.*

289 *Vbi eſt ſuperioritas, ibi debet adeſſe auctoritas.*

290 *Superior poteſt ſupprimere omnem iuriſdictionem.*

291 *In præſcribendis regalibus requiritur ſcientia, & patientia ſuperioris.*

292 *Tyranni patientia nihil prodeſt volenti acquirere quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis in aliquo loco per ipſum tyrannum obſeſſo.*

293 *Poſſeſſor intelligitur ille, qui habet ius transferendi.*

294 *Scientia, & patiẽtia illius, qui lædi poteſt, neceſſaria eſt in acquirenda quaſi poſſeſſione.*

295 *Ius colligendi pedagia acquiritur per præſcriptionem ſciente, & patiente eo, cui ius colligendi competit, & nu. 297.*

296 *Ciuitas exercens iuriſdictionem tanquam libera, & exempta ſciente, & patiente aduerſario domino per immemorabile tempus, non poteſt dictus dominus prætendere aliquam iuriſdictionem in dicta ciuitate.*

298 *In præſcribendo mero imperio requiritur ſcientia, & patientia ſuperioris, & quis dicatur ſuperior.*

299 *Quod alienũ eſt, vnuſquiſq; ſcit ad ſe non pertinere.*

300 *Ad probandum quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis per vſum, & exercitium requiritur, quòd qui dicit eã acquiſiuiſſe, probet exercuiſſe iuriſdictionẽ ſciente, & patiente eo, qui prius erat in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, vel illo, qui poterat illam quaſi poſſeſſionem tradere.*

301 *Ad acquirendum quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis non ſufficit ſcientia & patientia vicegerentis.*

302 *Patientia requiritur in interdicto retinendæ, adipiſcendæ ac etiam recuperandæ, & nu. 30[illegible].*

303 *Agens interdicto recuperandæ poſſeſſionis neceſſe habet probare ſe poſſediſſe*

304 *Remedium recuperandæ datur pro eo, quod deiectus poſſidebat.*

305 *In interdicto retinẽdæ requiritur poſſeſſio, vel quaſi.*

306 *In probanda poſſeſſione incorporalium non ſufficit, quòd teſtis dicat, ſe vidiſſe talem poſſidere, ſed debet etiam non interrogatus reddere rationem.*

307 *In his, quæ ſunt difficilis probationis admittuntur, teſtes deponentes de viſu, vel iudicio ſuo.*

308 *Teſtis ſi dicat, ſcio, quia ſcio, non probat, niſi ſpecificet per quem ſenſum ſenſerit.*

309 *Senſus quandoque pro intellectu accipitur.*

310 *Quod pluribus modis exponitur, eius veritas ignoratur.*

311 *Verbum Scio eſt verbum æquiuocum, quia pluribus modis ſcire poſſumus.*

312 *Teſtis dicens, ſe ſcire Titium fuiſſe occiſum à Seio, non probat, niſi dicat, hoc eſſe verum.*

313 *Veritas eſt res viſu percepta, & memoria retenta.*

314 *Incorporalia immediatè ſenſu corporeo non percipiuntur.*

315 *Teſtes deponentes in criminalibus, etiam non interrogati debent reddere rationem dicti ſui, & nume. 349. & 364.*

316 *Teſtes deponentes ſuper negatiua, & in probando aliquem eſse bonæ famæ, etiam nõ interrogati debent reddere rationem dicti ſui; quòd dic, vt etiam num 4 5.*

317 *Teſtes deponentes ſuper negligentia, vel diligentia alicuius, etiam non interrogati debent reddere rationem dicti ſui.*

318 *Teſtes deponentes talem poſsediſse fundum. etiam non interrogati debent reddere rationem dicti ſui.*

319 *Teſtis ſi deponat ſuper ætate, debet reddere rationem dicti ſui, etiam non interrogatus.*

320 *Ratio teſtis de viſu ſimul iuncta in eadem ſtructura verborum cum dicto teſtium non eſt plena, & clara ad veritatem dicti.*

321 *Ratio teſtium debet eſse clara, concludens, & non procedere per difficultates intellectus.*

322 *Dictum teſtis debet eſse ità clarum, vt non oporteat ſuper eo diſputari.*

323 *In quolibet teſte requiritur ſenſus, & intellectus.*

324 *Intellectus eſt oculus animæ, diſcernens verũ à falſo, & prius verum, deinde falſum.*

325 *Teſtimonium probatorium, ſi non requirat cauſam, ſufficit, quòd teſtis dicat, ſe vidiſse, ſi non fuerit interrogatus de cauſa ſcientiæ.*

326 *Furor viſu percipitur.*

327 *Teſtis dicens vidiſse aliquem furentem, an probet.*

328 *In notorio non eſt neceſse, quòd reddatur ratio cauſæ viſus, & nu 3 ; 1.*

329 *Notorium licèt in ſui origine requirat viſum, tamẽ in ſuo proceſsu commendatur memoriæ apud animo videntes.*

330 *Mortui faciunt fidem viuentibus.*

331 *An poſſit aliquis iurare notorium eſse, & quòd tamen non vidit.*

332 *Teſtis ſi deponet ſuper his, quæ iuris ſunt, debet reddere rationem iunctam cum ſenſu corporeo, & nume. 341.*

333 *Vbi requiritur iudicium intellectus ſupra ſenſum non creditur teſti, niſi rationem concludentem applicet ex ſenſu, veluti in probando adulterium, ebrietatem, fraternitatem, vel conſanguinitatem, & ſimilia, & nu. 335. 341. & 370.*

334 *Bonitas, vel malitia ſaporis probatur per teſtem dicentem bonum, vel malum, quia guſtauit; & adducitur ratio, & nn. 356. & 357.*

336 *Inuiſibilia probantur per ea, quæ videntur, & nn. 3 ; 7*

337 *Incorporalia probantur per ea. quæ audiuntur.*

338 *Teſtis ſi dicat, vidi talem dicentem verba diſplicentia, non probat diſplicentiam. Et adducitur ratio.*

339 *Incorporalia quædam ſunt abſtracta, quædam concreta; & quomodo probari poſſint.*

340 *Teſtis ſi dicat, vidi Titium equum, vel nauem habere, non probat dominium, ſed ſolùm detentionem.*

342 *Teſtis ſi deponat per verba, quæ adaptantur ad qd facti non tenetur rationem reddere.*

343 *Teſtis in probanda antiquitate debet deponere per actus extraneos, quos vidit, etiam non interrogatus de cauſa ſcientiæ.*

344 *Super incorporalbius non cadit viſio corporalis.*

345 *Dominium non probatur per teſtem ſimpliciter dicentem, ſe vidiſſe talem dominum, & nu. 355.*

346 *Dementia, vel furor quomodo probentur.*

347 *Teſtis ſi deponat ſuper his quæ non cadant directè, & vniformiter in ſenſum viſus, quia conſiſtunt in iudicio rectæ rationis, debet etiam non interrogatus deponere de cauſis ſcientiæ, & nu. 358.*

348 *Teſtis in probando, quod poſſeſſio vacua tradita fuerit, debet deponere de cauſa ſcientiæ.*

349 *Teſtis in cauſa criminali etiam non interrogatus debet reddere cauſam dicti ſui, & nn. 364.*

350 *Teſtis deponens ſuper valore rei debet reddere cauſam dicti ſui, etiam non interrogatus.*

351 *Teſtis deponens ſuper contractu ſimulato debet reddere cauſam dicti ſui, etiam non interrogatus.*

352 *Teſtis in probanda negligentia debet deponere de cauſa ſcientiæ per actus corporeos.*

353 *Iuriſdictio ſolo ſenſu corporis non percipitur.*

354 *Iuriſdictio, & dominium æquiparantur.*

355 *Teſtimonium de viſu non ſufficit in probando dominio.*

359 *Notorium quid ſit.*

360 *Teſtes deponentes de notorio debent reddere rationem.*

361 *Teſtis deponens, quod filius poſſederit rem tanquã hæreditariam debet reddere rationem.*

362 *Teſtis, qui habet ſcientiam iuris, & facti probat etiam ea, quæ iuris ſunt.*

363 *Teſtes deponentes contra inſtrumentum debent aſſignare rationem dicti ſui, etiam non interrogati.*

365 *Teſtis ad probandum aliquem eſſe hæredem patris non ſufficit, quòd dicat quia vidit, & audiuit.*

366 *Teſtes ad probandum rem eſſe feudalem debent reddere rationem concludentem.*

367 *Teſtes ſi dicant aliquem eſſe priuatum poſſeſſione, debent reddere cauſam ſcientiæ.*

368 *Poſſeſſio retinetur in animo qui non videtur.*

369 *Teſtes ad probandum aliquem eſſe bonę, vel malæ famæ debent reddere cauſam ſcientiæ.*

371 *Tabellionis aſſertio in teſtamento, quòd teſtator ſit ſanæ mentis, & intellectus, non probat ſanitatem mentis.*

372 *Teſtes ad probandum negligentiam negatiuam, famam, dominium, furorem, dementiam, intereſſe, & contra inſtrumenta, debent reddere cauſam ſcientiæ, & nu. 376. 423.*

373 *Teſtis in reddenda ratione dicti ſui non ſufficit, quod dicat, vera eſſe contenta in capitulo, quia vidit, & audiuit, niſi aliter ſpecificet.*

374 *Teſtis in probãdo animo deliberato, vel animi qualitate, debet deponere de exterioribus, ex quibus talis qualitas detegatur.*

375 *Teſtis in probando bona eſſe feudalia debet reddere rationem dicti ſui etiam non interrogatus.*

377 *Teſtis in probando valore rei immobilis, & ſocietate debet reddere rationem dicti ſui.*

378 *Teſtis in probanda iuriſdictione debet reddere rationem dicti ſui.*

379 *Exigere pedagium quando caſus attulerit, eſt fructus, & acceſſio iuriſdictionis.*

380 *Exercitium iuriſdictionis quamuis in facto cõſiſtat, tamen nõ cognoſcitur eius qualitas, niſi exprimatur per teſtem.*

381 *Teſtis dicens caſtrum habere imperium, interrogatus de ſcientia, quid dicere debeat.*

382 *Quomodo probetur aliquem locum eſſe de territorio oppidi.*

383 *Teſtes deponentes de his, quæ potiùs ratione, quàm ſenſu percipiuntur, ſi non reddiderint rationem dicti ſui, ſententia deſuper lata eſt nulla.*

384 *Teſtis ſi non reddat rationem dicti ſui, non poteſt intelligi, an habuerit notitiam eorum, de quibus deponit.*

385 *Quis dicitur habere notitiam alicuius materiæ, qui cognoſcit eius ſubiectum.*

386 *In cauſis etiam ſummarijs nõ creditur teſti non reddenti rationem dicti ſui.*

387 *Exercitiũ iuriſdictionis differt ab ipſa iuriſdictione.*

388 *Teſtis deponens ſuper exercitio iuriſdictionis reddere debet rationem dicti ſui, ſicut ſi deponat ſuper ipſa iuriſdictione.*

389 *Teſtis in probando territorio debet reddere rationem dicti ſui.*

390 *Bona, condemnationes, & edicta publica ſunt fructus iuriſdictionum, quamuis non conſtet, quod talia edicta habuerint effectum.*

391 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio etiam probatur per inſtrumenta antiqua, in quibus dicitur tales eſſe homines talis, & per gratias factas ibidem.*

392 *Collectarum impoſitio eſt actus iuriſdictionalis.*

393 *Caſtrum, vel villa dicitur eſſe de iuriſdictione illius loci, cum quo ſubit onera.*

39 *Decimandi actus eſt actus iuriſdictionalis.*

395 *Viſitatio tempore letitiarum, cognitio damnorum datorum, & delictorum eſt actus iuriſdictionalis, item exactio gabellarum.*

396 *Impeditus exigere gabellas dicitur ſpoliari quaſi poſſeſſione.*

397 *Iuriſdictionis generalis quaſi poſſeſſio probatur per actus generales.*

398 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio probatur per inſtrumentum antiquum iuramenti fidelitatis; quòd limitatur nu. 99.*

400 *Iuriſdictionis quaſi poſſeſſio probatur per condemnationem maleficiorum, ſiue in ære, ſiue in perſona, item per membri abſciſſionem, vel fuſtigationem, & multis alijs modis.*

401 *Præcepta emanata ab aliquo probant naturalem, & actualem quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, item per appellationem, & aliter.*

402 *Ad dominos terrarum, & caſtrorum pertinet cuſtodes deputare, ne aliquando damna inferantur.*

40 *Teſtes ſi dicant, quòd terra poſſidetur tanquam ſuper territorio talis caſtri, probant quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis.*

404 *Teſtes deponentes de territorio deponunt de iuriſdictione.*

405 *Collecta dicitur eſſe de regalijs.*

06 *Subiectio probatur per ſolutionem collectarum.*

407 *Actus publicationis bonorum delinquentium eſt meri imperij.*

408 *Excommunicare, ac conſilium particulare congregare, quò ad Epiſcopum ſunt actus mixti imperij in ſpiritualibus*

409 *Iuriſdictionis exercitiũ tam in criminalibus, quàm in ciuilibus probatur per cognitionem cauſarum criminalium, & ciuilium, & aliter.*

410 *Poſſeſſio domus, & fundi probatur ex perceptione fructuũ fundi, vel penſionis ex locatione domus.*

411 *Quaſi poſſeſſio iuriſdictionis probatur ex bannimentis factis per poſſeſſorem caſtri, & aliter.*

412 *Virtus honorifica an dicatur fructus iuriſdictionis.*

413 *Teſtes ad probãdum iuriſdictionis exercitium, quid deponere debeant.*

414 *In probanda iuriſdictione in genere ſufficit teſtimonium diuerſorum in ſpecie.*

415 *Teſtis ſi dicat, vidiſſe reddere ius, non per hoc dicitur iudicare, & nu. 418.*

416 *In probando vſu iuriſdictionis non eſt neceſſe deuenire ad indiuidua, ſed ſufficit, quòd aliqui actus iuriſdictionis deducantur.*

417 *Iuriſdictioni nulli actus magis cõueniunt, quàm ius reddere inter contrahentes, & delinquentes.*

419 *Teſtes ad probandum, quòd talis locus ſit de territorio alterius, debent reddere rationem ſuper iuriſdictione.*

420 *Furcæ ſunt in ſignum meri imperij.*

421 *Teſtes in probanda conſuetudine debent deponere rationem dicti ſui, etiam non interrogati.*

422 *Effectus conſuetudinis conſiſtit in iure, ſicut dominium.*

423 *Teſtes*

423 Teſtes deponentes ſuper negligentia, legitimatione, publica ſcientia, notorio, debent reddere rationem dicti ſui, & ſæpius exprimere etiã non interrogati.

424 Tempus quando eſt de ſubſtantia, teſtes debent de eo deponere, etiam non interrogati.

426 Teſtes deponentes ſuper obiectis, in quibus non eſt aliquid viſibile, nec ſenſibile, aut tangibile, ſed ſolum intelligibile, debent reddere rationem concludentem dicti ſui, etiam non interrogati.

427 Sententia ſuper probationibus teſtium, qui non reddunt rationem dicti ſui in his, in quibus tenentur, etiam non interrogati, eſt nulla.

428 Teſtes in probanda amicitia, & inimicitia, & in his, quæ conſiſtunt in animo, item in probanda infamia requiritur, quòd deponant in cauſa ſcientiæ etiam non interrogati. Et modus ea probandi.

429 Teſtes in probando, quòd aliquis probauerit plenè, vel ſemiplenè aliquid, debet reddere rationem dicti ſui.

430 Probatio conſiſtit in intellectu.

431 Teſtes in probando nõ tuto acceſſu, an ſufficit, quòd deponant de credulitate.

432 Per altare, & campanile probatur locum eſſe religioſum.

433 Quaſi poſſeſſio Doctoratus repreſentatur per inſignia Doctoratus.

434 Quaſi poſſeſſio Epiſcopatus reputatur ex eo, quòd quis ſit in Epiſcopali ſede.

435 Quaſi poſſeſſio canonicatus reputatur per locum aſſignatum in capitulo, & ſtallum aſſignatũ in choro.

436 Iuriſdictionis ſigna quæ dicantur.

437 Quaſi poſſeſſio incorporalium multiplex.

438 Deponẽs ſuper iuriſdictione debet deponere de actibus iuriſdictionalibus.

439 Articuli, & dicta teſtium debent continere tale factum, quòd aliquo ſenſu corporis valeat comprehendi mediatè, vel immediatè ex facto, per quod illud percipitur.

440 Ex actibus extrinſecis, quos quis facit, iudicari põt.

441 Teſtis interrogatus ſuper iuriſdictione, ſi dicat vera eſſe, quia vidit, probat.

442 Poſſeſſio probatur non ſolùm per expreſſam rationem viſus, ſed etiam per tacitam.

443 Dictum teſtis eſt interpretandum ex æquo, & bono.

444 Teſtis non loquitur tanquam Philoſophus, vel magnus litteratus.

445 Dominium directum quomodo probetur.

446 Teſtis quomodo deponere debeat in probanda quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ordinariæ, & nu. 458.

447 Teſtis dicens, ſe poſſidere nomine talis, non probat, niſi conſtet de mandato, & ratihabitione illius.

448 Poſſeſſio illius, qui apprehendit nomine alieno, eſt neceſſaria tempore ratihabitionis.

449 Teſtis deponens ad ſui exonerationem, & commodum, non probat.

450 Actum aliquem vti mandatarium, & procuratorem faciens obligatur, niſi oſtendat mandatum.

451 Teſti deponenti de facto proprio creditur.

452 Teſtis dicens ſindicos aliquid feciſſe, non probat eos fuiſſe ſindicos.

453 Locans fundum alicui, ſi probet, quòd ille tanquã colonus diù fundum coluet, probatur poſſeſſio.

454 Vnicus teſtis an ſufficiat ad probandum quaſi poſſeſſionem, & num. 460. & 464. & 467.

455 Teſtes variantes, ſeu diſcordantes non probant, & & ſi aliquo modo poſſent reduci ad concordiam.

456 Teſtes concordes, quò ad effectum, probant, licet diſcordent in verbis.

457 Teſtes ſingulares admittuntur in probando aliquid in genere.

459 Publica vox, & fama ſufficit in antiquis.

461 Interdictum quorum bonorum eſt poſſeſſorium.

462 In remedio reintegrandæ neceſſaria eſt plena probatio.

463 Remedium reintegrandæ eſt poſſeſſorium.

465 Poſſeſſorium ſummariſſimum eſt tandiù, quã vterque contendit poſſidere, & dubium eſt, ne partes ad arma veniant.

466 In dubio contra actorem eſt pronunciandum, quando eſt dubium ſuper probatione.

467 Vnicus teſtis quando ſufficit ad plenam probationem. debet eſſe omni exceptione maior.

468 Teſtis quando debet eſſe omni exceptione maior, debet capitulari, & probari illa qualitas.

469 Iuramentum ſuppletiuum non poteſt deferri, quando agitur de facto alieno, & notabili, ſecundum qualitatem perſonarum.

471 Teſtes ſingulares probant, quando tractatur de probanda poſſeſſione in genere.

472 Singularitas teſtium an ſit diuerſificatiua, vel alteratiua, ſed adminiculatiua.

473 Singularitas adminiculatiua quomodo differat à ſingularitate diuerſificatiua.

474 Singularitas teſtium quid, & quotuplex ſit, & numero 488.

475 Teſtes ſingulares qui dicantur, & num. 491.

476 Teſtes an in dubio præſumantur, & iudicandi ſint conteſtes, vt probent, & num. 494. 497. 499. 500. & 729.

477 Effectus ſingularitatis teſtium qui ſint, & nu. 501. & 510. & 513. cum plurib. ſequen.

478 Exempla, & caſus tractantes, in quibus ſingularitas teſtium obeſt, vel non, & num. 727. & 728.

479 Singularitas idem eſt, quòd vnitas.

480 Singulare dictum eſſe dicitur, quando non fuit ab alio, quàm ab vno dictum.

481 Dicens tex. aut glo. ſingularem eſſe, & non reperiri alibi, exuberat memoriã Mithridatis, vel Themiſtoclis.

482 Mithridates 22. linguas callebat, quibus præerat.

483 Themiſtocles quærebat artem obliuionis.

485 Teſtibus ſingularibus nõ creditur, et nu. 488. et 489

486 Teſtes ſingulares tantum probant mille, quantum vnus, & num. 559.

487 Plures

487 *Plures teſtes aliquando minus probant, quàm vnus, & num. 560.*

489 *Teſtis vnus non facit vacillare fidem alterius diuerſo deponentis, imò adminiculatur.*

490 *Singularitas teſtium, quando eſt obſtatiua, nulli eorum creditur, quia falſi.*

492 *Singularitatem inducunt decem prædicamenta.*

493 *Teſtis ſi deponit de certo actu adiecto tempore, & alius deponit de eodem actu, non tamen recordatur de tempore, præſumuntur conteſtes.*

495 *Teſtes, ſi congrua interpretatione verborum poſſunt interpretari eſſe concordes, non præſumuntur ſingulares, dummodò interpretatio fiat abſque verborum ſuppletione.*

496 *Teſtes præſumuntur conteſtes, quando ſe nominant.*

498 *Teſtes debent neceſſariò concludere.*

499 *Conciliatio opinionum, an in dubio teſtes præſumantur, & iudicandi ſint conteſtes.*

500 *Aliud eſt probare poſſeſſionem in genere, in qua tempus non deſideratur, aliud probare præſcriptionem, de qua loquitur Bar. in l. Celſus. ff. de vſucap.*

502 *Teſtes, qui dicunt, ſe non fuiſſe citatos, reprobantur tanquam ſingulares.*

504 *Fuga, confeſſio maleficij, inimicitia, fama, inducuntur pro indicijs contra inquiſitum de maleficio.*

505 *Teſtes ſingulares etiam ſi eſſent mille, non probant etiam ſemiplenè.*

506 *Teſtes ſingulares non iunguntur ad effectum plenæ probationis.*

507 *Singularitas teſtium operatur, vt ſi adſit vnus de veritate, & alius de confeſſione poſſit deferri iuramentum ſuppletiuum.*

508 *Teſtis vnus de veritate, & alius de confeſſione parte abſente probant ſolùm ſemiplenè.*

509 *Teſtis vnus de veritate, vnus de confeſſione, & vnus de fama plenè probant.*

510 *Teſtes ſingulares non iunguntur ad probandum præcipuè in criminalibus.*

511 *Singularitas vbi eſt, ibi eſt varietas.*

512 *Teſtes ſingulares iunguntur ad probandum, ſi cum ſingularitate adſint alia adminicula.*

513 *Teſtes ſingulares ſuper aliquo crimine reddunt infamè infamia facti.*

514 *Teſtes, quando ſunt ſingulares non eſt locus iuramento ſuppletiuo.*

515 *Cautella eſt, vt qui vult facere examinari teſtes, prius eos interroget, an concordent, aliàs melius eſt vnum tantùm examinari facere.*

516 *In ſingularitate adminiculatiua vnus alteri adminiculatur, licèt aliqui contradicant.*

517 *Teſtes ſingulares licèt non probent, an tamen iudex poſſit ex illis ad credulitatem deduci, & ad plenam probationem.*

518 *Ex teſtibus ſingularibus poteſt contra imputatum de aliquo delicto formari inquiſitio.*

519 *Teſtes ſingulares faciunt ſaltem præſumptionem.*

520 *Ex teſtibus ſingularibus poteſt contra aliquem imputatum de aliquo delicto perueniri ad torturam. Quod declaratur num. 525.*

521 *Teſtes ſingulares faciunt præſumptionem violentam contra reum.*

522 *Violenta præſumptio eſt apta ad condemnandum.*

523 *Differentia eſt inter vehementem ſuſpicionem, & præſumptionem, & violentam.*

524 *Teſtes ſingulares ſingulariter de pluribus indicijs deponentes ſaltem faciunt vnum indicium ad torturam.*

526 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ad condemnandum, ſi ſuper negocio, de quo quæritur, quamuis ſit criminale, concurrant aliquot aliæ coniecturæ.*

527 *Teſtis ſingularis ratione loci, vel temporis adiuuat perſonam alterius teſtis, ad eius perſonam integrandam.*

528 *Vnus ſupplet defectum perſonæ teſtium, ubi etiam maiores omni exceptione deſiderantur.*

529 *Teſtes ſingulares inducunt violentam præſumptionem contra reum, quæ penitus conuincit reum, maximè in foro pænitentiali.*

530 *Præſumptio violenta eſt apta ad condemnandum.*

531 *Præſumptio iuris & de iure, vel iuris tantùm, vel violenta æquipollent teſtibus, & inſtrumentis ad condemnandum.*

532 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ad purgationem canonicam iniungendam.*

533 *Teſtes ſingulares nunquam iunguntur, ſi agatur de probandis uerbis formalibus, etiam ſi principaliter de verborum formalitate non contendatur.*

534 *Iudex poteſt teſtibus ſingularibus fidem adhibere, ſicut è conuerſo teſtibus concordibus non credere, & num. 600*

535 *Iudex, quando adhibet fidem teſtibus ſingularibus, debet exprimere cauſam in ſententia, quare fidē eis adhibuerit.*

536 *Teſtes plures licèt ſingulares, ſi probant plenè, vnus ſemiplenè probabit.*

537 *Teſtes ſingulares iunguntur cum alia ſemiplena probatione.*

538 *Teſtes ſingulares in actibus particularibus iunguntur, ut probent quodlibet genus, à quo actus particulares huiuſmodi deſcendunt, & numero 714. cum plurib. ſequent.*

539 *Genus probatur per ſingulas ſpecies tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & num. 545.*

540 *Teſtes ſingulares ſufficiunt, quando agitur de probando aliquem fuiſſe in loco generali, putà, in ciuitate.*

541 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum aliquem vſurarium, & in probando aliquid in genere, & aliquem eſſe infamē, & ad multa alia probanda.*

542 *Minæ probantur per teſtes ſingulares.*

543 *Crimen hæreſis, & leſæ maieſtatis probatur per teſtes ſingulares.*

544 *Agens actione aquæ pluuiæ arcendæ debet probare, quòd*

re, quòd opus eſt factum à tempore, quo extat memoria.

545 Per ſpecies, de quibus teſtes ſingulares deponunt, probatur genus.

546 Genus non dicitur probatum per imperfectè probatas ſpecies.

547 Paria ſunt non probare, & imperfectè probare.

548 Duo teſtes requiruntur in omni negocio.

549 Probationis materia non eſt anguſtanda.

550 Solutio decimæ non probatur per teſtes ſingulares.

551 Adulterium non probatur per teſtes ſingulares.

552 Adulteria dicuntur plura ratione diuerſitatis temporis, vel loci.

553 Ratio ſemper eſt eadem tam in eo, qui vult probare poſſeſſionem, quàm in eo, qui vult probare ſolutionem.

554 Referens opiniones videtur tenere vltimam, quam refert, ſi eam non reprobat.

555 Teſtibus ſingularibus, quod non ſit fides adhibēda.

556 In probatione actus generalis, puta, iuriſdictionis, teſtes ſingulares nihil probant.

557 Teſtes diuerſificantes in tempore, vel loco non probant, quando actus eſt iterabilis.

558 Teſtes diuerſimodè deponentes in tempore, vel loco ſuper actu non iterabili contrarij ſunt.

559 In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, & num. 607.

561 Papa an poſſit ſtatuere, quòd vni teſti credatur.

562 Conſtitutio Epiſcopi quòd credatur teſtibus ſingularibus non valet.

563 Teſtes ſingulares non probant quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis.

564 De vna ſpecie ad aliam non infertur.

565 Lex quæ generaliter loquitur, generaliter debet intelligi.

566 Honor, iuriſdictio, & diſtrictus proprietatem denotant.

567 Aliud eſt res aliud poſſeſſio rei.

568 [illegible] probatur, ſi vnus teſtis deponat vidiſſe [illegible] decapitari, & alius vidiſſe alium fuſtigari, ſecus ſi ageretur de poſſeſſione, & num. 571.

569 Quantum poſſeſſum tantum præſcriptum.

570 Differentia inter ius proprietatis, & ius quaſi poſſeſſionis.

572 Verbum Soli quomodo intelligendum ſit.

573 Paria ſunt dicere teſtes ſolos, vel ſingulares.

574 Teſtes, qui ex diuerſitate loci, vel temporis apparēt ſimul non interfuiſſe in negocio, & actu, de quo deponunt, non audiuntur.

575 Tex. non debet eſſe de indubitabili.

576 Tempus quando non eſt de ſubſtantia, teſtes ſingulares audiuntur, quando poſſunt in eodem tempore conuenire, licet de diuerſis etiam temporibus deponant.

577 Teſtes ſi deponant vnus de actu ſub genere contento, & de vno tempore, vel loco, alius de alio [illegible] diuerſo loco, & tempore, non poſſunt concordari, vt probent.

578 Probato initio poſſeſſionis teſtes ſingulares probabunt continuationem. & nume. 579. 581. 585. 586. cum plurib ſequentib.

579 Teſtes ſingulares. etiam in actibus ad probandum poſſeſſionem tanquam ſingulares ſingularitate diuerſificatiua, non probant, & num. 580. cum pluribus ſequentibus.

580 Teſtes ſingulares, etiam ſi ſint perſonæ nobiles, non probant etiam ſemiplene, & vide nume. 596. vbi videtur contrarium.

581 Teſtes ſingulares probant, quando agitur de modico præiudicio.

582 Teſtibus ſingularibus non conuenientibus in eundem rei finem non creditur, propter varietatem teſtimonij.

583 Teſtes ſingulares ſingularitate diuerſificatiua factorum an probent.

584 Teſtes ſingulares in probanda poſſeſſione non probant.

585 Singularitatis teſtium quot ſpecies habeamus.

586 Teſtes ſingulares in loco, vel tempore, vbi agitur de delicto probando quòd non eſt reiterabile, non probant, ſecus in probando actu reiterabili, de quo teſtes ſunt varij in loco, vel tempore, & quæſtio de certo tempore, & num 5 5.

587 Teſtes diuerſificantes factum, quòd nō eſt, niſi vnū, de quo agitur, dicuntur ſe inuicem elidere.

588 Teſtes deponentes ſuper vno mutuo & deponentes de diuerſis actibus, & diuerſis locis, & tempore, dicuntur contrarij.

589 Teſtes non conferentes in eundē rei finem dicuntur ſingulares taliter, quod qui eos producit non dicitur habere aliquem teſtem.

590 Quando agitur de probando quid in genere, teſtes ſingulares admittuntur.

591 Teſtes ſingulares in actibus poſſeſſorijs probant.

592 Teſtes ſi ſimpliciter deponant de aliquo facto in genere, tunc diuerſitas in tempore, loco, cauſa ſcientiæ, modo ſciendi, & huiuſmodi, non reddit eos ſingulares, quod exemplificatur multipliciter.

593 Ex vnico actu videtur quis probari hæreticus.

594 Teſtes ſingulares probant, quando agitur de probando aliquem fuiſſe in loco generali, putà, in ciuitate, & num. 6 7.

595 Teſtes ſingulares in tempore deponentes de verbis diffamatorijs prolatis per aliquem, probant.

596 Teſtes ſingulares probant, ſi ſunt nobiles, vbi aliàs non probarent.

597 Teſtes non dicuntur ſingulares, ſi tendunt ad vnum finem.

598 Teſtes non dicuntur ſingulares, quando eorum dictū eſt eadem veritas, & in actibus ſucceſſiuis.

599 Hæreticus imputatus in genere de hæreſi, & conuictus per teſtes ſingulares in ſpeciebus, & in negatiua perſiſtens poterit tanquam impænitens dānari tanquam conuictus, & dari ſeculari curiæ.

600 Poſ-

00 Poſſeſſio 10. annorum probatur, ſi vnus teſtis dicat, quòd vidit poſſidere per 30. annos, alius per 20. alius per 10. dummodò non varient in initio poſſeſsionis.

601 Teſtes ſingulares in ſummis, & quantitatibus dicuntur conuenire in minori ſumma, niſi ex ſingularitate appareat teſtes loqui de diuerſis negocijs.

602 Conſuetudo probatur per teſtes ſingulares.

603 In probando aliquem hæreticum ſufficit, ſi vnus teſtis dicat, quòd audiuit eum dicentem, Non credo in Deum, & alter dicat, quòd audiuit dicentem, Non credo in eccleſiam catholicam, & numero 63 . & 6; ſ.

604 In probanda poſſeſsione in genere, confeſsione, hæreſi, iuriſdictione, celebratione miſſæ, electione ſepulturæ teſtes ſingulares in loco, & tempore probant, quando tempus, vel locus non eſt de ſubſtantia, & num. 613. .

605 Teſtes ſingulares probant natiuitatem, ſeu vitam alicuius, & famam.

606 Teſtes ſingulares non probant aliquem defectum particularem alicuius.

608 Indicia probata per teſtes ſingulares ſufficiunt ad torturam.

609 Teſtes teſtamentarij dicentes, ſe nõ interfuiſſe teſtamento, de quo quæritur, non poſſunt hoc in loco argui de ſingularitate.

610 Furor probatur, licèt unus teſtis deponat de furore iam annis 25. & alius iam annis 2 . & ſic diſcordent in tempore.

611 Diffamatio in genere de aliquo delicto probatur per teſtes ſingulares.

612 Poſſeſsio in genere, & ſimilia probantur per teſtes ſingulares.

61 Teſtes ſingulares admittuntur ad probandum quid in genere.

614 Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum famam, vel notorium.

615 Singularitas triplex eſt.

616 Teſtes deponẽtes, vnus de mutuo facto in vico, alius de mutuo facto in platea, non dicuntur contrarij.

617 Teſtes deponentes, vnus de mutuo facto in vno loco, alius de mutuo facto in alio loco, non iunguntur, quia iudex ignorat, quod, & quale mutuum petitum ſit.

618 Teſtes, qui non loquuntur de pluribus mutuis, ſeu depoſitis, ſed de pluribus confeſſionibus eiuſdem mutui, & depoſiti, vnus adiuuat alium.

619 Teſtes ſingulares probant in ſtupro, & vita honeſta probanda.

620 Singularitas teſtium non nocet quando concordant reſpectu finis, nec varietas in actibus, uel tempore diuerſificat in ſubſtantia.

621 Teſtes nunquam dici poſſunt ſingulares, ſi de actu reiterabili deponunt.

622 Teſtes in fama, & communi opinione probanda, & etiam in probando aliquem hæreticum, & ſimilibus caſibus, non poſſunt dici ſingulares.

623 Iudex poteſt teſtibus ſingularibus fidem adhibere.

624 Teſtes ſingulares cõ m gis admittuntur, quando agitur de probanda aliq re modici præiudicij.

625 Teſtes ſingulares admittuntur, ubi agitur de aliquo negocio continuato.

626 Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes.

627 Teſtes ſingulares non probant in actibus in genere probandis etiam reiterabilibus, dummodò non ſint continuati.

628 Teſtes ſingulares in probanda irregularitate non probant.

629 Teſtes ſingulares ad probandum aliquem eſſe hæreticum, vſurarium, homicidam, ſanctum, & huiuſmodi, non probant, etiam quòd agatur de probando aliquid in genere.

630 Teſtes ſingulares de confeſsione deponentes, etiam ſi multi ſint, non probant etiam ſemiplenè.

631 Teſtes ſingulares non probant quaſi poſſeſsionem filiationis.

632 Teſtes ſingulares non probant certum, & determinatum factum.

63 Teſtis, qui deponit de eo, quod ipſe vnicus, & ſolus ſcit, eſt ſingularis.

634 Teſtes ſi in genere concordẽt in idem deponendo de aliquo in genere, an probent.

6 5 Genus repreſentatur per ſpeciem.

636 Species non probatur, niſi per teſtes comprehendentes notitiam rei eodem ſenſu, eodem loco, eodem tempore ſine aliqua differentia.

637 Teſtes dicuntur ſingulares ratione diuerſitatis facti, ſuper quo deponunt.

638 Teſtes non probant, niſi ſimul eodem tempore id, ſuper quo deponunt, viderint, vel audiuerint.
A qua regula excipiuntur facta indiuidua, & numero 39.

640 Teſtes ſingulares licèt probent aliquam poſſeſſionẽ in genere, tamen non probant poſſeſſionem alicuius temporis

641 Teſtes ſingulares in cauſa graui non probant.

642 Teſtes deponentes, vnus de numeratione, alter de cõf ione, non probant tanquam ſingulares.

64 Te es ſi dicant, vnus venditionem, vel contractũ factum pro . a'ius pro quinque, non coniunguntur, vt co dent etiam in minori ſumma, ſed ſingulares dicuntur.

644 Teſtes ſingulares in probanda confeſſione non audiuntur, lic t in dubio præſumantur concordes.

645 Teſtes ſingulares in probanda conſuetudine, vſurario, homicida, fornicario, hæretico, blaſfematore, poſſeſſore, & huiuſmodi, non audiuntur.

646 Teſtes ſingulares probant, ubi agitur de leui præiudicio.

647 Teſtes ſingulares non probant quando ſumus in actu continuatiuo.

648 In probando aliquem hæreticum an ſufficiat, quòd vnus teſtis dicat audiuiſſe, quod ne abat iſtum natum

natum ex Virgine, alius quòd dixit, Chriſtum non aſcendiſſe in cœlum.

649 *Aliud eſt probare vſum iuriſdictionis, quod eſt quid vniuerſale, aliud, quando tractatur de probando cauſas, ex quibus reſultat multiplicatio alicuius rei.*

650 *Qualibet probatio tendit ad diuerſa.*

651 *Teſtes deponentes, vnus de vna confeſſione, alius de alia, dicuntur ſingulares, & iungi non poſſunt ad integram probationem.*

652 *Teſtes ſi deponant, vnus de fama in vna parte ciuitatis, alius in alia parte, non iunguntur.*

653 *Teſtes ſi vnus dicat, quòd qui petit 10, eidem debentur ex cauſa mutui, alius, quia reus fuit confeſſus, licèt dicantur concordes in iure, diſcordant tamen in facto, & ſic ſunt ſingulares.*

654 *Teſtes deponentes, vnus de viſu, alter de auditu, diſcordant in ſenſu, & ſenſato.*

655 *Teſtes ſingulares non ſufficiunt, etiam quando agitur de probando aliquid in genere.*

656 *Eadem ratio an militet in probando aliquid in genere, quæ in probando negocium ſpeciale, vel actum particularem, in quo neceſſariò duo teſtes requiruntur.*

657 *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*

658 *Teſtes ſingulares in tempore non probant aliquem ſanæ mentis.*

659 *Teſtes ſingulares in actibus in probanda conſuetudine non probant.*

660 *Teſtes ſingulares non ſufficiunt in probando aliquẽ vſurarium.*

661 *Ex teſtificatione teſtium ſingularium oritur infamia facti aduerſus vſurarium.*

662 *Conſtitutio Epiſcopi, quòd crimen vſuræ poſſit probari per teſtes ſingulares, an valeat.*

663 *Teſtes ſi deponant, vnus de veritate actus, alius de confeſſione, non poſſunt iungi ad plenam probationem, & ſic tunc vna probatio non adminiculatur alteri ad plenam probationem.*

664 *Teſtes, qui poſſunt eſſe ſingulares, non minus damnantur, quàm qui verè ſunt ſingulares*

665 *Teſtes ſuper præſcriptione deponentes, niſi apertè concordent in poſſeſſione eiuſdem temporis, non probabunt præſcriptionem.*

665 *Probatio debet de neceſſitate concludere.*

667 *Dicta teſtium obſcura, & neceſſariò non concludentia non probant.*

668 *Indefinita in dictis teſtium nõ æquipollet vniuerſali.*

669 *Concluſio, quòd in dubio fieri debeat interpretatio, quòd teſtes præſumantur conteſtes, ſi congrua interpretatione hoc fieri poteſt, damnatur.*

670 *Teſtes, quorum alter deponat de tempore, & de loco loci, alter verò nihil dicat de vtroque, an dicantur concordes.*

671 *Teſtes, quorum alter dicit, ſe non benè recordari de tempore, vel de loco, ſed quòd credit fuiſſe factum de menſe Maij, an dicantur concordes.*

672 *Teſtes licèt non teneantur deponere de die, tenentur tamen reſpondere de menſe.*

673 *Teſtes ſi non recordantur de tempore, non ideò tamen minus probant.*

674 *Vbi eſt ſingularitas in teſtibus, ibi eſt varietas, & vnitas.*

675 *Contra ius diuinum, & humanum eſt, quòd vni ſoli credatur.*

676 *Teſtes ſingulares dicuntur teſtes lacerati.*

677 *Omne diuiſum dicitur laceratum.*

678 *In teſtibus ſingularibus non habet locum regula, quorum ſingula non proſunt &c.*

679 *Teſtes ſi dicant teſtamẽtum fuiſſe reuocatum, vnus de vno tempore, alius de alio, dicuntur ſingulares.*

680 *Teſtes ſi dicant aliquid fuiſſe factum, vnus de die, alius inter diem, & noctem, dicuntur ſingulares, & contrarij.*

681 *Teſtes ſi dicant, vnus aliquid fuiſſe dictum in eius præſentia, & Titij, & quòd idem fuit repetitum, poſtea quam ſuperuenit Sempronius, & Sempronius dicat, quòd ſuperuenit vnà cum Titio, dicuntur ſingulares, & contrarij.*

682 *Certa minima differẽtia teſtium habet imaginem cõtrarietatis, & non probant.*

683 *Teſtes ſi deponant, vnus de vna quantitate pretij venditionis, alter de alia, dicuntur contrarij, ſeu varij, & ſingulares. idem. ſi vnus pretiũ neſciret.*

684 *Tempus, quando eſt de ſubſtantia ad probandum, nulla eſt adhibẽda fides teſtibus in tempore variantibus, & num. 685. & 690.*

686 *Minor ſumma non continetur in maiore in materia teſtium.*

687 *In probanda præſcriptione requiritur, quòd probetur initium, & finis temporis.*

688 *In probando aliquid reſpectu loci teſtes non iunguntur, vt dicatur probata continuatio, & nu. 692.*

689 *In probando actu ad certum tempus reſtricto, veluti ſpolio, probari debet initium.*

691 *Continuatio poſſeſſionis præſumitur.*

694 *Teſtes ſi dicant, vnus, quòd vidit colligi decimam graſſi, alius vini, alius hordei, & huiuſmodi, probant quaſi poſſeſſionem iuris decimandi.*

695 *Aliud eſt continuare poſſeſſionem, aliud probare initium poſſeſſionis ad effectum eam reintegrandi, vel manutenẽdi in interdicto retinẽdę, et nu. 697.*

696 *Poſſeſſio ſimul plenè probata præſumitur cõtinuata.*

698 *Actus decimandi granum alias non infert, quem eſſe in quaſi poſſeſſione decimandi omnes fructus, & num. 699.*

699 *Habens titulum omnimodæ iuriſdictionis meri, & mixti imperij, &c. per exercitium iuriſdictionis in vno actu, retinetur in toto.*

700 *In probando quaſi poſſeſſionem exigendi vectigalia ab omnibus ſufficit probare, quòd ab aliquibus exacta fuerint.*

703 *Teſtes, licèt ſint ſingulares, probant, ſi ſunt multũ digni, & num. 706. vbi iſta opinio reijcitur.*

704 *Pluralitas teſtium ſupplet defectum perſonarũ eorũ.*

705 *Index ex arbitrio ſuo poteſt adhibere fidem teſtibus, & etiam non credere teſtibus concludentibus.*

707 *Teſtes ſingulares iunguntur ad effectum probandi, ſi cum teſtimonio ſingularium teſtium concurrant aliquem aliæ coniecturæ, vel præſumptiones. Quæ tamen opinio communiter non admittitur, vt numero 708.*

709 *Teſtes ſingulares iunguntur ſaltem ad effectum adminiculandi probationem deſuper factam, vt ſaltem faciat ſemiplenam probationem, & vide numero 710.*

711 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ſolùm ad inquirendum, non autem ad condemnandum.*

712 *Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probandum aliquid in genere, ſolùm quoad alium effectum quàm puniendi. quòd tamen damnatur, vt num. 713.*

714 *Teſtes ſingulares probant, quando licèt ſint ſingulares, conueniunt non ſolùm in iure, ſed etiam in facto, ſeu forma facti. Quod tamen mordetur, vt numero 715.*

716 *Teſtes ſingulares non iunguntur, etiam ſi in ſenſu conueniant, quando agitur de verbis formalitate probanda.*

717 *Teſtes ſingulares iunguntur, ſi agatur de probando aliquo generali, ſiue vniuerſali, & teſtes ſuper eo conueniant omninò, & num. 718.*

719 *Teſtes dicentes ad manus meas perueniſſe tantum de bonis talis, quòd ſufficit ad ſatisfactionem, probat hoc in genere.*

720 *Teſtes ſingulares in aliquo prædicamento non probant. Quod declaratur num. 721.*

722 *Rebellio ex vnico actu, & vnica conſpiratione conſumitur, ac perficitur.*

723 *Teſtes ſingulares ſufficiunt in facto, aut negocio habente continuationem, ſecus in momentaneo.*

724 *Actus qui intenditur probari, vbi non habet continuationem, tunc eſt potius probare multiplicationem illius actus, quàm eundem actum.*

725 *Celebratio integræ miſſæ non probatur per teſtes dicentes, vnus de vno actu, alius de alio.*

726 *Statuto ſtante, quòd qui iuerit de tali loco ad talem locum puniatur tali pœna, ſi duo teſtes deponant de acceſſu vſq; ad dimidium, & alij duo de alia dimidia, non iunguntur, vt probent id totum.*

728 *An dari poſſint aliqui caſus, in quibus benè audiatur teſtium ſingularitas, & num. 730. cum plurib. ſequentibus.*

729 *An, & quando locus ſit conciliationi teſtium.*

731 *Teſtes ſingulares in probanda conſuetudine reijciuntur.*

732 *Teſtes ſingulares in probanda ſimulatione contractus an admittantur.*

733 *Teſtes ſingulares an admittantur in probanda confeſſione, & promiſſione facta per aliquem.*

734 *Confeſſio licèt per duos teſtes plenè probet de æquitate canonica, tamen probata per vnum teſtem, non probat ſemiplenè.*

735 *Non valet conſequentia, probata per duos teſtes plenè probat, ergo per vnum probata facit ſemiplenam probationem.*

736 *Teſtes ſingulares non probant etiam ſemiplenè. Contrarium magis placet.*

737 *Materia conciliationis teſtium, & aliarum probationum quotidiè in praxi verſatur.*

738 *Vbi non poteſt fieri concordia teſtium, ſæpiſſimè amittitur cauſa.*

739 *Materia conciliationis teſtium in multis locis tractatur, præſertim in c. cum tu de teſti.*

740 *Teſtes, & quælibet alia ſpecies probationum, an in dubio iudicandi ſint concordes, & nu. 750. cum plurib. ſequentib. vbi diſputatur ad partes.*

741 *Teſtium diſcordia quibus conſiſtat.*

742 *Vnus teſtis in ſeipſo varius prima fronte an ſit conciliandus.*

743 *Teſtes, ſi vnus appareat diſſentire ab altero, ſeu alia ſpecie probationis, vtrum ſint reconciliandi.*

744 *Plures teſtes pluribus contradicere apparentes, nunquid ſint inuicem reconciliandi.*

745 *Teſtes an confeſſioni, ſeu aſſertioni partis eos producentis ſint concordandi cum dicta aſſertione.*

746 *Contrarietas, ſeu falſitas circa ſubſtantialia conſiderabilis, vel non, quænam dicatur ad effectum ſuſtinendi dicta teſtium pro ipſorum, & partis intereſſe.*

747 *Variare & contrariari differunt inter ſe, licèt in iure paificentur; & quomodo differant.*

748 *Falſum eſt omne non verum, ſecundum Philoſophum.*

749 *Falſitas dolo coniuncta quando dicatur.*

751 *Teſtimonium duorum vel plurium vt ſuffragentur parti producenti, oportet, quòd ſint concordes.*

752 *Teſtium dicta non ſunt cauillanda, ſed adiuuanda.*

754 *Teſtes in dubio præſumuntur concordes, etiam ſi vnus non nominet alium in conteſtem, & nu. 758.*

755 *Teſtes in dubio præſumuntur concordes, etiam ſi vnus plus altero dicat, dummodò non ſit defectus in ſubſtantialibus.*

756 *Teſtes ſi dicant, vnus, quòd A. vendidit B. 30. modios tritici, ſcilicet 20. pro tanto pretio, & 10. pro tanto, alius autem dicit idem, ſed neſcit præciſè numerum modiorum pretij primi, vel ſecundi, an præſumantur concordes.*

757 *Dictum teſtis etiam ambiguum ſuſtinetur, vt probet, ſi in quacunque interpretatione concludit.*

758 *Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes.*

759 *Facienda eſt interpretatio inquantum fieri poteſt, vt euitetur falſitas, ſeu contrarietas teſtium, & num. 760 & nu. 761. cum ſeq. vbi allegatur contrarietas, & conciliantur opiniones.*

760 *Teſtes, qui poſſunt eſſe ſingulares debent iudicari ſingulares, & num. 761. cum plurib. ſeq. vbi conciliantur iſtæ duæ opiniones.*

761 *Conciliatio opinionum, an teſtes in dubio ſint iudicandi concordes in ſequentibus.*

762 Dicta

762 *Dicta Iuriſconſultorum cõtraria ſub diuiſione iuuantur, ſicut dicta teſtium ſunt diuiſione iuuanda.*

764 *Tempus, vbi non eſt de ſubſtantia, non refert, ſi teſtes non recordantur, uel non deponunt de eo, vel etiam ſi vnus deponit de certo, alter de eodem, vel alio.*

765 *Variatio, vel contrarietas, etiã ſi non ſit circa ſubſtãtiã negocij. uitiat dictũ teſtis, ſi aliàs eſt ſuſpectus.*

766 *Teſtes ſaluãtur à contrarietate, ubi factum, de quo queritur, eſt reiterabile.*

767 *Pluralitas factorum præſumitur, ut teſtes ſaluentur, quando factũ, de quo quæritur, eſt reiterabile.*

768 *Sufficit teſtes concordare in principali facto, & in ſubſtantia rei, & facti, licèt ſint diſcordes in modo iurandi, uel in aliquibus circumſtantijs, uel qualitatibus.*

769 *Maior fides adhibetur, ſi non deponunt per certum præmeditatum ſermonem, ſed per diuerſa uerba.*

771 *Sufficit teſtes eſſe concordes quo ad effectũ, & ſubſtantiam rei, & negocij. ſuper quo deponunt, licèt non ſint conteſtes in cortice uerborum.*

772 *Diſcordia teſtium ſubſtantialis patens quæ ſit.*

773 *Decem prædicamenta quænam ſint, quibus alia duo adduntur, ut num. 776. & 777.*

774 *Teſtes debent cõcordare in circũſtantijs, et nu. 779.*

775 *Circumſtantiæ, in quibus teſtes debent concordare, quænam ſint.*

778 *Prædicamenta hæc ſunt ſubſtantialia negocij principalis.*

780 *Exempla de ſingulis prædicamentis, & num. 781. cum plurib. ſeq.*

781 *Si agatur de probando pretio rerum, & unus teſtis deponat de 10. alter de 5. non conueniunt, nec concordari poſſunt. Contrarium tamen uerius, ut numero 785. & nu. 798. cum plurib. ſeq ubi concordantur opiniones.*

782 *Teſtes ſi deponunt, unus me poſſediſſe 30. annos, unus per 20. & alius per 10. non poſſunt concordari, etiã ut probent de poſſeſſione minoris tẽporis.*

783 *In teſtibus non habet locum regula, quòd in maiori sũma ineſt minor, et nu. 787. ubi cõtrariũ tenetur.*

784 *Varietas quãtitatis facit præſumi diuerſitatẽ actus.*

785 *Teſtis ſi dicat, ꝙ talis ſtetit per multum tẽpus, alter autem, ꝙ ſtetit per modicum, ſunt contrarij inconciliabiles: & uide num. 787.*

786 *Teſtis unus ſi dicat domum uenditam ſine curia, alter cum curia, ſunt contrarij inconciliabiles: & uide numero ſeq.*

787 *In ſumma maiore ineſt minor, & nume. 789. ubi declaratur iſtud dictum, cum plur. ſeq.*

790 *Si plures teſtes fuiſſent recepti, putà tres, & unus de 20. alter de 15. alter de 10. diceretur probata ſumma de 15. in qua duo teſtes conuenire dicũtur.*

791 *Si duo inſtrumenta eodẽ die fuerint confecta, quorũ alter minorem ſummam continet, illi ſtatur.*

792 *Differentia inter qualitatẽ, & quantitatẽ in materia probationis, quæ tamen non admittitur, ut nu. 793.*

794 *Teſtes duo deponentes de ualore rei, alter de centum & quinquaginta, quòd conuenire dicantur in centum, & num. 795.*

796 *Vnus teſtis quando dicit plus altero, non per hoc dicuntur contrarij.*

797 *Teſtis interrogatus de conteſtibus ſi plures nominat, alter pauciores, non ideò dicuntur diſcordes, & num. 798. ubi concordantur opiniones.*

798 *Teſtes deponentes de diuerſis ſummis non probant etiam minorem ſummam, quando ex diuerſitate ſummarum reſultat ſingularitas teſtium.*

799 *Teſtes deponentes de eodem facto, ſi ſunt duo, probant de minori ſumma.*

800 *Teſtium quilibet ſi taxatiuè deponat de ſumma per eos expreſſa, illis ſtatur.*

801 *Teſtes deponentes ſuper his, quæ percipiuntur ſenſu corporeo, ſi uariant inter plus & minus, non probant etiam id, ꝙ minus eſt, ſecus ſi deponant ſuper his, quæ percipiuntur ſolo iudicio, & diſcurſu intellectus.*

802 *Prædicamentum tertium quid ſit.*

803 *Prædicamentum quartum quid ſit, & num. 811. ubi declaratur dictum prędicamentum.*

804 *Accidens dicitur, ꝙ inducit alterationẽ in ſubiecto, de quo queritur: quòd multis modis exemplificatur num. 805.*

805 *Teſtes, quorum alter deponit de actu purè facto, alter quod ſub conditione factus fuit, concordari non poſſunt in prædicamento qualitatis.*

806 *Qualitas delicti, uel generis aggrauat, & minuit delictum. & etiam ipſum alterat, ut nõ idem dicatur.*

807 *Teſtes, quorum unus dicit de die, alter de nocte, peccant in prædicamento qualitatis, & vide numero 876. & 869.*

808 *Teſtes, quorum unus dicit contractum fuiſſe, do, ut des, alter dicit, quod fuit, do, ut facias, peccant in prædicamento qualitatis.*

809 *Teſtes, quorum unus dicit, quòd talis eſt paterfamilias, alter, quòd eſt filiusfamilias peccant in prædicamento qualitatis.*

810 *Teſtis ſi dicit nullum pactum redimendi fuiſſe factum, non dicit falſum, ſi erat ſimulatum; idem in teſte, qui rem communem dicit eſſe propriam.*

811 *Prædicamentum qualitatis habet locum ſolùm, quando agitur principaliter de qualitate, ſecus ſi qualitas non reſpicit negocium principale, de quo agitur.*

812 *Prædicamentum quintum quid ſit.*

813 *Teſtes ſi dicant, unus, quòd talis fecit tale quid, alter, ꝙ uoluit facere, non poſſunt conciliari, ueluti nec ſi unus dicit, ꝙ talis percuſſit, alter quòd opem tulit, uel conſuluit, uel mandauit.*

814 *Prædicamentũ ſextum quid ſit, & ponitur exẽplũ.*

815 *Prædicamentũ ſeptimũ quid ſit, & ponuntur exẽpla, & nu. 823. & 840. et uide nu. 841. cũ duob. ſeq. ubi declaratur iſtud prædicamentum.*

816 *Teſtis vnus ſi dicat, quòd vidit talem ſub ficu, al-*

ter dicat ſub pinu, vel quercu, non poſſunt conciliari. Quod tamen declaratur ibi paulo poſt, & numero 40.

817 *Omnes teſtes contrarij puniuntur, niſi unus eſſet dignior altero, & num. 818.*

819 *Cautela, ut pars aduerſa, contra quam teſtes ſunt producti, faciat, quòd iudex interroget partem producentem, an actus, de quo quæritur fuerit ſemel tantùm geſtus, an verò pluries, quia ſi ſemel tantùm, manifeſta erit diſcordia inſanabilis, & nume. 879.*

820 *Vnum & idem corpus eodem tempore in pluribus locis eſſe non poteſt.*

821 *Teſtes in tempore diſcordes, vel ſunt ſingulares, uel contrarij, quando tempus eſt de ſubſtantia.*

822 *Teſtes à contrarietate ſaluantur, quando factum eſt reiterabile, ſed remanent ſingulares.*

823 *Teſtis vnus ſi dicit aliquid factum fuiſſe in oſtio, alter iuxta oſtium, non conueniunt, & nu. 83 .*

824 *Dictio In denotat intrinſecitatem.*

825 *Statutum ſi dicat, quòd inſultans aliquem in domo &c. intelligi propriè debet intus domum, non autem iuxta domum; & vide num. 832. vbi contrarium habetur.*

826 *Oſtium eſt partim in domo, & partim extra domum. & num. 837.*

827 *Porticus dicitur extra domum, & uide paulo infrà num. 828. vbi porticus non dicitur, nec in domo, nec extra domum.*

829 *Statutum ſi dicat, quòd inuentus ſine lumine extra domum tempore noctis puniatur in tali pœna, inuentus ſub porticu domus non incidit in pœnam.*

831 *Teſtis, qui negat ſe fuiſſe præſentem tali actui, & contrarium oſtenditur per inſtrumentum, inſanabilis eſt.*

832 *Teſtis vnus ſi dicat aliquid factum in domo, alter iuxta domum, reducuntur ad concordiam.*

833 *Teſtis vnus ſi dicat quòd erant in domo, alius, quòd ſtabant ſub porticu, primus intelligitur ſecundum dictum ſecundi; quæ tamen opinio damnatur, vt numero 834.*

835 *Citatio ſi fieri debet in ſcalis palatij, & facta fuit ad ſcalas non ualet.*

836 *Intus quod fit, dicitur fieri in loco.*

837 *Quod fit in oſtio, non fit in domo.*

838 *Teſtis unus ſi dicat aliquid factum ſuper oſtio domus, alter deſcendendo ſcalas cauſa exeundi domũ, probant, uel ſi unus dicat in domo, alter extra domum.*

839 *Pœna inſultantis in eccleſia, uel domo an contineat inſultantem in porta eccleſiæ, uel domus.*

840 *Teſtes non concordantes de loco non probant, quando locus eſt de ſubſtantia, ſecus ſi qualitas loci non ſit de ſubſtantia.*

841 *Prædicamentum ſeptimum procedit de plano in teſtibus ſuſpectis de falſo.*

842 *Prædicamentum ſeptimum ita demum procedit, quando locus eſt de ſubſtantia negocij, aliàs ſecus.*

843 *Prædicamentum ſeptimũ procedit ſolùm, vbi teſtes deponunt de vno & eodem, ſiue agatur de vno, & eodem actu tantùm.*

844 *Prædicamentum octauũ quid ſit, & exemplificatur.*

845 *Teſtes ſi dicant, vnus, quòd talis fuit inſultatus, alter verò, quòd ſimul impetum fecerunt, non reducuntur ad concordiam.*

846 *Teſtis vnus ſi dicat aliquem fuiſſe vulneratum cũ puncta, alter cum talio, & non appareat niſi vnum vulnus, nec conſtet de eius qualitate, non reducuntur ad concordiam.*

847 *Teſtes ſi dicant, vnus, talem interfeciſſe Sempronium cum enſe, alter cum runcha, tamen cõcordãt, quia conueniunt in facto principali.*

848 *Prædicamentum nonum quid ſit, & eius exempla, & nu. 860. cum plur. ſeq. & etiam nu. 877. vbi etiam declaratur dictum prædicamentum.*

849 *Teſtis vnus ſi dicat aliquid factum ante guerram natam, alter poſt illam motam, an concordent in iſto caſu; & vide num 858.*

850 *Teſtis vnus ſi dicat, quòd ſtetit per multum tempus, alter, quòd per modicum, an concordent.*

851 *Teſtis vnus vbi deponit de vno tempore, alter de alio ſunt ſuſpecti, etiam ſi tempus non ſit de ſubſtantia, & vide num. 877.*

852 *Cautela, vt teſtes interrogentur de tempore.*

853 *Teſtes ſi dicunt, ſe non benè recordari de tẽpore. & vnus credit de vno tempore, alter de altero, non dicuntur diſcordes; & vide num. 877.*

854 *Teſtis, qui dicit ſe non recordari de tempore, eſt multum excuſabilis.*

855 *Tempus de facili excidit à memoria teſtis.*

856 *Teſtes ſuſpecti poſſunt de varijs circunſtantijs interrogari, etiam per torturam.*

857 *Teſtis, qui veriſimiliter debet recordari de tempore, dicit ſe non recordari, põt de falſo puniri & vide nu. 858. & nu. 85 . vbi declaratur iſta cõcluſio.*

861 *Teſtis, qui dicit eſſe tantũ tempus, vel ſe eſſe ætatis annorum tot, non intelligitur taxatiuè loqui.*

862 *Teſtis vnus ſi dicat, quod erat tempus nubiloſum, alter quod erat ſerenum, an dicantur diſcordes, & num. 863. vbi declaratur.*

864 *Teſtes ſi dicant A. inſtituiſſe hæredẽ B. mox ſiue poſteà C. & dubitatur, an eodem tempore, & ſic in eodem teſtamento, an dicantur diſcordes.*

865 *Teſtes ſi dicant vnus, ꝙ ſunt ſex anni, quòd talis dixit, vel fecit tale quid, & alter, quòd ſunt ſeptem, conueniunt ſaltem in minori tempore.*

866 *Teſtis ſi dicit, quod audiuit ſemper, poteſt intelligi per duos annos, vel circa.*

868 *Teſtis vnus ſi dicit die ſexta menſis, & alius die lunæ dicti menſis, quæ in effectu erat ſexta, & addit etiam horam, an concordentur.*

870 *Teſtis vnus ſi dicit, Sempronium continuè, & ſemper poſſediſſe, & alius dicit eum fuiſſe abſentem per aliquod tempus, an concordentur.*

872 Te-

872 *Teſtes ſi dicant de pluribus actibus, & omnes dicant eos factos hora, vel die tali, vel circà, concordantur.*

874 *Teſtes deponentes de numeratione pecuniæ per aliquem facta, ſi vnus dicit de vno tempore, alius de alio probant, ſecus ſi de promiſſione deponerent.*

875 *Teſtes deponentes, vnus de promiſſione mea vnius anni, alter alterius anni, an concordentur, vt probent adminiculatiuè vnus alteri.*

876 *Teſtes ſingulares in tempore, vel loco de eadem ſpecie hæreſis deponentes non audiuntur.*

877 *Teſtis vnus ſi recordatur de tempore, alius dicit ſe non recordari, vel omnes dicunt, ſe non recordari de tempore, & illud non eſt de ſubſtantia negocij, tunc non debilitantur eorum depoſitiones, ſi ſumus in facto longinquo.*

878 *Tempus de facili excidit de memoria teſtium.*

880 *Pars tenetur reſpondere interrogationi, an actus, de quo quæritur fuerit tantùm ſemel geſtus.*

881 *Quando principaliter non agitur de tempore, an referat, quòd teſtes in eo ſint varij.*

882 *Teſtes ſi deponant venditionem fuiſſe factam, licèt de tempore non recordentur, ſufficit.*

883 *Tempus, & locus in teſte regulariter non ſunt de ſubſtantia, niſi de hoc principaliter agatur, niſi ſimus in perſonis ſuſpectis; & vide num. 884.*

885 *In tempore, naturaliter loquendo, diſcordia eſt valdè conſiderabilis.*

886 *Diſcordia teſtium in tempore nihil intereſt, ſi tempus non ſit de ſubſtantia, dum tamen ſint concordes in reliquis.*

887 *Prædicamentum decimũ quid ſit, & de eo exẽpla.*

888 *Teſtis vnus ſi dicit agrum eſſe in vna parte, alter dicit eſſe in alia, non concordantur.*

889 *Teſtes duo ſi deponant, quod aliquis ſecum dormiuit in eodem cubili, & alter dicit dormiuit in medio cubilis, alter ab vno latere, diſcordare videtur.*

891 *Teſtis vnus dicit aliquem fuiſſe percuſſum in pede, alter in facie, an dicantur varij.*

892 *Prædicamentum vndecimum quid ſit.*

893 *In quæſtione matrimonij, vel ſucceſſionis ſi agatur de parentella probanda, teſtes debent concordare in eodem gradu.*

894 *Prædicamentum duodecimum quid ſit.*

895 *Teſtes debent concordari in formalitate verborum, quando quæſtio eſt ſuper formalitate, aliàs ſecus: & vide numero 900. vbi videtur damnari iſta concluſio.*

896 *Teſtis vnus & idem ſi dicit circa ſubſtantiam verborum modò unum, modò aliud, ſaluari non poteſt, quia tractatur de probatione verborum formalium; uide num. 900.*

897 *Idem eſt dicere unum ſolidum, quod duodecim denarij.*

898 *Teſtis unus ſi dicit teſtatorem dixiſſe, Talis hæres eſto, eſt alter, quòd dixit, Titium hæredem inſtituo, non poteſt ferri ſententia pro Titio; & uide numero 900.*

899 *Teſtis unus ſi dicat, quòd Sempronius mutuauit Caio unum ſcutum, alter, quòd mutuauit ſex libras, an concordentur; & uide num. 900.*

901 *Prædicamentum decimumtertium quid ſit, & de eo exempla.*

902 *Teſtes ſi dicant, vnus, quòd talia verba venient dicta Sempronio, alter, quòd fuerunt dicta Seio, non poſſunt concordari.*

903 *Teſtis vnus ſi dicat tale quid factum à patre, alter à filio, diſconueniunt.*

904 *Plures teſtes ſi dicant tali tempore Titium poſſediſſe talem fundum vna cum patre, vel filio ſuo tanquam ſuum, et plures alij dicant pro eodem tempore Sempronius dictum prædium poſſedit, ſunt pęnitus contrarij.*

905 *Teſtes ſingulares in conteſtibus nõ poſſunt cõcordari.*

906 *Teſtis dicens contractum non fuiſſe factũ cum Seio non dicitur falſus, ſi fuit factus cum Seio, & Sempronio.*

907 *Teſtis in ſeipſo contrarius apparens an ſit reconciliandus; & conſtituuntur quinque capita, vt infrà, & nu. 809. cum plur. ſeq. & vide etiam nu. 1010. & 1011. vbi declaratur.*

908 *Teſtis in ſeipſo contrarius eſt reconciliandus, vt ſaluetur à falſitate, vbi contrarietas non eſt euidens, & num. 910. & ſeq.*

909 *Maior varietas eſt vnius teſtis in ſeipſo, quàm inter plures.*

910 *Teſtis ſi manifeſtè ſibi ipſi contradicit non conciliatur, etiam vt ſaluetur à contrarietate.*

912 *Teſtis ſi dixerit vnum extra iudicium, & contrarium, vel diuerſum in iudicio, tamen non poteſt ſaluari à pęna falſi; & nu. 913. vbi declaratur.*

914 *Teſtis ſi dixit vnum extra iudicium, & contrarium, vel diuerſum in iudicio, ſi vtrunque dictum eſt iuratum reperitur inter duo iuramenta.*

915 *Teſtis ſi dixerit vnum extra iudicium, & contrarium in iudicio, an poſſit ſe iuuare in ſecundo dicto, dicendo, quòd notarius non ſcripſit verum in primo dicto.*

916 *Falſitas dictum teſtis inficit, etiam ſi ſit circa aliqua acceſſoria.*

917 *Conciliatio ſicut quærẽda eſt inter plures teſtes omni conatu, ità etiam in vno, & eodem, vario, & contrario, & nume. 918. vbi ampliatur. & vide num. 919. & num. 951.*

920 *Maior eſt variatio, & contrarietas vnius teſtis in ſeipſo, quàm plurium inter ſe.*

921 *Natura hominis eſt facilis ad diſſentiendum.*

922 *Varians, aut falſum dicens nedum non probat, ſed etiam punitur, & num. 923.*

924 *Concordia non fit in vno & eodem teſte, ut probet, etiam quòd contrarietas non ſit euidens, & numero 925. vbi idem dicit in inſtrumento; & vide numero 932. vbi dicitur contrarium magis communiter teneri.*

926 *Teſtis in ſeipſo varius, vel contrarius ſolũ ſaluatur à contrarietate, vt euitet falſum, non vt probet.*

927 *Concordia fieri debet quantum fieri poteſt in vno et eodem teſte, in rebus, inſtrumentis, & ſcripturis, vna, vel pluribus.*

928 *Varietas in eodẽ teſte eſt tãtę importantiæ, ꝙ nullo mõ pnũciari põt ꝑ illa parte, ꝑ qua ſtat d. uarietas.*

929 *Teſtis poteſt torqueri propter eius varietatem.*

930 *Teſtis varius in ſe ipſo nũquã reducitur ad cõcordiã.*

931 *Teſtis licèt manifeſtè ſibi ipſi nõ cõtradicat, dũmodo tñ ſit ſibi ipſi cõtrarius, licèt poſſit aliquo mõ cõciliari, tamẽ nõ ad effectũ, vt probet, cõciliari debet.*

932 *Concordiam fieri in vno et eodem teſte etiam ad effectum probandi. & uide nu. 935. vbi contraria opinio vti iuſtior comprobatur: & vide nu. 936. vbi illud declaratur, & num 938.*

933 *Cõtrarietas ẽt in pluribus teſtib' vitãda eſt, ut ꝓbẽt.*

934 *Conciliationem fieri debere aſſertionum partis principalis, ne vna probatio alteri contradicat, ſed vtraque ſuſtineatur, Doct. admittunt.*

937 *Teſtis ſi circa extrinſeca non aũt circa factũ principale, & ſubſtantialia deponit falſum. punitur de falſo, ſaltem extraordinariè, & tamen probat.*

939 *Quilibet teſtis ſicut de iure non præſumitur ſibi ipſi cõtrarius, & falſus, & probat, ita etiam intelligi, & interpretari debet, vt non dicatur falſus, cõtrarius, aut varius, quantũ fieri põt, dummodò tamẽ varietas non ſit patens, ſeu manifeſta, ſeu talis expreſſa, quæ ſapiat apertam falſitatem.*

940 *Varietas patens ſeu manifeſta ſeu talis expreſſa, quę ſapiat apertã falſitatem facit. ut teſtis nedum non probet, ſed etiam de falſo ſit puniendus.*

941 *Teſtis ſibi ipſi contrarius nunquam ad concordiam reducitur, ſaltem ut probet.*

942 *Dictum teſtis ſi ſit ita apertum, & clarum, quòd ſaluari non poſſit, tunc non eſt gloſſandum.*

943 *Teſtis dictum ſi aliqua interpretatione, uel declaratione iuridica ſaluari poſſit, tunc non poterit dici falſus, varius, vel contrarius in effectu.*

944 *Falſum nõ dicitur, ꝙ habet in ſe aliquid veritatis.*

945 *Teſtes regulariter reducũtur ad concordiã, ſi fieri poteſt, etiam ſi de difficili reduci poſſent, tamen reducuntur etiam fingendo, & num. 51.*

946 *Interpretatio teſtium oportet, quòd ſit congrua verbis teſtium.*

647 *Interpretatio teſtium ſi ſit ſuppletiua tunc benè ſaluantur teſtes à falſo, ſed non probant, ꝙ tamen an ſit verum, vt non probent, vide nu. 948.*

949 *Teſtes non debent cauilloſè interpretari, ſed adiuuari, & in dubio ſuppleri, quantum fieri poteſt, vt probent; quòd declaratur nu 950. niſi eſſet apertus, & inſanabilis.*

952 *Varietas, ſeu contrarietas teſtium ſi non ſit circa ſubſtantialia, vel per errorem, vel nemini nociua, uel teſtis incontinenti variet à primo dicto non eſt elaborandum ſuper conciliatione, & nume. 953. vbi dicitur ſecus eſſe in falſitate.*

954 *Contrarietatem uitiare, etiam ſi ſit circa accidentalia multi tenent.*

955 *Teſtis in cauſa ciuili apertè inconciliabilis ſolùm mittitur foras, in cauſa uerò criminali torquetur, ut ſciatur, quodnam ipſius dictum ſit uerum, & punitur etiam de falſo.*

956 *Teſtis quõ poſſit cognoſci, an in ſe ipſo uarius, uel cõtrarius ſit, taliter quòd non poſſit conciliari & ponuntur plura exempla, ut num. 957. cum plur. ſeq. & uide num. 1010. & 1011. ubi afferuntur declarationes ad hanc quæſtionem.*

957 *Teſtis ſi dixit, ꝙ iam ſunt tot anni, ꝙ Titius confeſſus fuit tale quid, poſteà interrogatus de tempore, & loco dixit, ſe non recordari, debet intelligi & concordari duobus modis ibidem traditis.*

958 *Tempus licèt ſit prædicamentum inhabilitans, ubi uariatio, uel diſcordia eſt in eo, tamen debet dictũ teſtis interpretari, ne uideatur uariare in tempore.*

959 *Teſtis ſi primò dixit, ſe ſcire tale quid, deinde ſuper interrogatorijs dicat, ſe credere id, quòd dixit cenſetur à primo dicto recedere, & non probat, niſi reddat ſufficientem rationem credulitatis.*

960 *Teſtis ſi a principio ſui examinis dixit maleficium fuiſſe commiſſum præſente Titio, & Seio, poſteà interrogatus, qui fuerunt præſentes, dicat, ꝙ nullus fuit præſens, intelligitur. ſ. exceptis prædictis.*

961 *Teſtator, qui filiam inſtituit, & poſtea neptem ex ea. ſi dicta filia ſine filijs deceſſerit, intelligitur ſi ſine alijs filijs, & filijs maſculis.*

962 *Teſtis ſi dixerit, ſe uidiſſe Titium per certum tempus poſſidere ſemper, & poſtea dicit, ꝙ aliquando fuit abſens, tamen ſaluatur.*

963 *Teſtis ſi dicit modò unum, modò aliud circa ſubſtantialia negotij principalis non probat.*

964 *Teſtis ſi primò dixit, ſe non recordari, & poſteà dixit, ſe recordari, non poteſt proptereà dici uarius, aut falſus.*

965 *Teſtis quando nuliter depoſuit, putà, quia contrarietas, quam depoſuit eſt circa omninò impertinentia, uel non ſubſtantialia, an probet.*

966 *Teſtes ſi dicant aliquem fuiſſe occiſum, & vnus dicat cum ligone, alius cũ claua, alius cum enſe, probant homicidiũ, et probatio concludit ex oĩ capite.*

967 *Teſtis ſi per errorem uariauit, uel contradixit ueritati, an probet.*

968 *Teſtis ſi primò dixit A. confeſſum fuiſſe B. ad inſtigationem C vt venderet dicto B. certum prędiũ pro tali pretio. & poſteà dixit ſuper interrogatorijs, quòd dicta confeſſio fuit facta ad inſtantiam dicti B. iſta contrarietas non eſt conciliabilis, ad effectum, ut teſtis probet.*

969 *Dictum teſtis quando nemini eſt nociuum, tunc non videtur eſſe elaborandum circa eius conciliationem.*

970 *Teſtis ſi primo dixit vno tempore tale quid non fuiſſe factum, nec fieri potuiſſe, quin ipſe vidiſſet, & alio tempore examinatus dixit fuiſſe factum, ſaluatur vtrunq; dictum, ſi illud, quòd fuit factum*

durauit

durauit per octo, vel decem dies.

971 *Contrarietas inconciliabilis ſi ſit modica, an ſuſtineantur teſtes.*

972 *Teſtes ſuſtinentur, ſi vnus dicit de vno anno, alius de alio.*

973 *Teſtis, qui dicit primò, quòd vidit tale quid, & poſteà dicit, quòd audiuit dici, aliquid detrahit primo dicto.*

974 *Agrimenſor, qui ſemel ut teſtis depoſuit ſuper menſura petiæ terræ facta vno tempore, & qui poſteà fecit aliam menſuram, diuerſam tamen, ſed diuerſo tempore, & cum omiſſione partis eiuſdem petiæ terræ, an ſuſtineatur.*

975 *Teſtis ſi dixit, quòd antequam appropinquarent ad feneſtram fuit præmonitus à B. vt ad verba, quæ dicturus erat animaduerteret, deinde in ſecundo examine dicit, quòd dictus B. cepit ipſum teſtē per manum, et duxit illum propè feneſtram per dimidiū brachij, vel per brachium, & illum præmonuit vt ſuprà, an ſuſtineatur.*

976 *Teſtis, qui examinatus in palatio poteſtatis dixit aliquid factum in palatio Epiſcopi, & deinde interrogatus in quo loco illud fuerit factum, dixit in hoc palatio, ſaluatur, ut non dicatur contrarius.*

977 *Teſtis quando eſt ſuſpectus de falſo, & interrogatus reperitur varius in colore perſonæ, bireto, veſtibus, & huiuſmodi, an ſuſtineatur.*

978 *Teſtis, qui dicit Sempronium eſſe debitorem Martini in centum, & interrogatus in cauſa ſcientiæ reſpondit, quòd tali die promiſſit 50. & tali die centum, intelligitur de centum, computatis, ſeu repetitis illis 50.*

979 *Teſtis vbi dicit hodiè vnum, & cras aliud, & ſic ſibi ipſi non conſtat, an ſuſtineatur.*

980 *Teſtis, qui dicit primò hoc eſſe quantum ipſe ſcit, & tamen poſteà ſuper interrogatorijs alia ſubijcit, ſaluatur, quòd illud verbum Quātum ipſe ſcit, non ſtat taxatiuè.*

981 *Teſtis vbi in ſecundo examine plus dixit, quàm fecit in primo, an ſuſtineatur*

982 *Teſtis poteſt hodiè recordari de eo, quòd heri non recordabatur.*

983 *Teſtis, qui primò dixit, quòd molendino quædam deficiebant, & deinde dixit, quòd gubernauit dictum molendinum, & omnia aderant ad illud pertinentia, ſaluari non poteſt*

984 *Teſtis ſi primò dixit, ſe neſcire, & deinde dixit, ſe credere, tunc non ſuſtinetur, ſi autem eſſet in eodē examine, tunc dubium, cui dicto ſtandum ſit.*

985 *Teſtis examinatus ſuper contractu venditionis ſi depoſuit venditionem factam fuiſſe, ſed quòd non cognoſcebat, nec cognoſcit emptorem, & is eſt mortuus, deinde iterum examinatus dixit, quòd venditio fuit facta tali, non poteſt ſaluari.*

986 *Teſtis ſi dixit, ſe hoc tantùm ſcire, & poſteà aliquid plus dixit, dicitur falſus.*

987 *Teſtis ſi in vno examine ſuper pretio vēditionis examinatus dixit de vno pretio, & iterum in alio examine dicit de alio, an ſuſtineatur.*

988 *Teſtis ſi dicit clauſulam codicillarē fuiſſe per teſtatorem expreſſam, deinde dixit fuiſſe expreſſam per notarium, intelligitur, quòd fuit notarius, qui hoc dixit, vt ſaluetur.*

989 *Dicta per notarium intelliguntur dicta per partem.*

990 *Teſtis ſi primo dixit N. non fuiſſe, nec eſſe tētū pro filio legitimo B. ſed fuiſſe, & eſſe ſuppoſitū, et quòd certiſſimè ſcit, deinde repetitus dixit, quòd veritas eſt, quòd dictus B. dictum N. tenebat pro eius filio, & cōiter ab alijs tenebatur, an poſſit ſaluari.*

991 *Teſtis, qui dicit equū ſanum, vel morboſum, poſtquā fuit reſtitutus per duos dies cum dimidio, & alij dicunt per quatuor, vel ſex dies, primus, qui videtur limitatiuè depoſuiſſe, redditur falſus.*

992 *Teſtis, qui vnum firmauit, & poſteà interrogatus dixit, quòd poſſet eſſe res aliter ſe habere &c. probat, ſi aliud fuerit.*

993 *Teſtis ſi dixit ꝙ nullus alius fuit præſens, quia vidiſſet, ſi fuiſſet, & poſtea dicit, ꝙ poſſet eſſe, ꝙ alius fuerit præſens, probat, ſi alius fuerit præſens.*

994 *Teſtis ſi primò dixit affirmatiuè vnum, deinde dixit, ſe credere contrarium, an ſaluari poſſit.*

995 *Teſtis ſi dicit non audiuiſſe talem clamare, deinde dicit, quòd non clamauit, debet ſaluari, quòd non clamauit, quòd ipſe ſcilicet audiuerit.*

996 *Teſtis vbi in principio dicit de viſu, & in fine de auditu, dictū de auditu debet referri ad vltimò dicta, ne videatur ſibi ipſi contrariari.*

997 *Teſtis ſi dixit pro certo ſcire, quæ tamen per verā certitudinem ſciri non poſſunt, an ſuſtineri poſſit.*

998 *Teſtis, qui primò dixit, ſe ſcire tale quid, poſteà dixit, ſe neſcire, intelligi debet, niſi vt ſuprà dixit.*

999 *Teſtis ſi dixit, ſe affinē, poſteà negat, intelligi debet, niſi vt ſuprà dixit.*

1000 *Teſtis, qui dixit primò, quòd vidit deſignare ædificium, deinde dicit, ꝙ reſpiciebat ædificia, non videtur deponere contraria.*

1001 *Teſtis ſi dixit ſuper capitulo ſe neſcire contenta in eo, niſi quædam pauca, deinde ſuper capitulo generali de voce, & fama, ꝙ capitulata vera ſunt, reſpondit, verum eſſe, an ſuſtineri poſſit.*

1002 *Teſtis vnus ſi dicit, ꝙ notarius ſcripſit inſtrumentum in medio folio, & alter teſtis dixit, quòd ſcripſit in quinterno, ſuſtineri poteſt.*

1003 *Teſtis, qui in eadē cauſa examinatus dixit primò ſuper articulo affirmatiuo ætatis, ꝙ talis eſt ætatis annorum 27. et ipſe ēt reſpondit affirmatiuè, & poſteà ſuper articulo negatiuo partis aduerſæ dixit, ꝙ eadem perſona eſt ætatis annorum 25. vel 28. & ipſe reſpondit, ſe nihil ſcire, ſaluabitur.*

1004 *Teſtis ſi dixit primò, ſe non eſſe colonum producentis, poſteà dixit, ꝙ ſunt quatuor menſes, ꝙ intrauit eius colonus, an ſuſtineri poſſit.*

1005 *Teſtis ſi dixit aliquid audiuiſſe dici, poſteà in cauſa ſcientiæ dicit, quia vidit, ſaluatur.*

1006 Teſtis ſi dicit aliquid fuiſſe factum præſente Titio, & poſtea ſuper interrogatorijs dicit nemine præſente, intelligitur excepto Titio.

1007 Teſtis ſi primò dixit in vno examine, ſe eſſe annorum .0. deinde dicit, ſe tunc eſſe maioris ætatis, non dicitur contrarius, & varius.

1008 Teſtis ſi depoſuit de his, quæ dicit, ſe vidiſſe in infantia, vel quæ non potuit vidiſſe, ſed ſunt alij teſtes, qui pro certo deponunt, eius depoſitio adiuuatur ex dictis aliorum.

1009 Teſtis, qui primùm dixit pecunias fuiſſe ſolutas patri, deinde in interrogatorijs dicit ſolutas ſibi, an ſuſtineri poſſit.

1010 Teſtis in ſeipſo varius, aut contrarius ſaluãdus eſt, in quantum vt euitet pœnam falſi ordinariam, vel extraordinariam, nõ autẽ ad effectum, vt probet.

1011 Teſtis in ſeipſo varius, aut contrarius poteſt ſeipſum declarare, dũmodo tamen incontinenti.

1012 Teſtis in ſeipſo varius, aut contrarius poteſt ſeipſum declarare etiam ex interuallo ex cauſa, puta, obliuionis in tempore, dummodo in declarãdo ex interuallo non mutet ſubſtantiam.

1013 Conciliationis vnius teſtis cum altero, vel duarum probationum etiam per ſcripturas materia declaratur, & num. 1014. & 1015. cum plurib. ſequentib.

1016 Contrarietas conciliabilis quæ ſit.

1017 Dicta teſtium benigna interpretatione adiuuanda ſunt, non ſolùm præſumendo, ſed etiam fingendo, ſecunda opinio.

1018 Atteſtationes ſunt interpretandæ in mitiorẽ partẽ.

1019 Dictũ teſtis vbi eſt obſcurum, debet repeti, alias iudex debet interpretari in mitiorem partem.

1020 Sufficit, quod teſtes poſſint concordari per interpretationem poſſibilem, ſecundum rerum naturã.

1021 Teſtis vnus ſi dicit, quòd tali die, & hora Sempronius fuit à Seio percuſſus in fronte, & alter dicit in vna manu, vterq; poteſt ſaluari à falſitate, non tamen vt probet, & nu. [illegible].

1022 Verba ſunt impropriãda, quando ſecundum corticem verborum impoſſibile eſſet teſtes ſaluare à poſſibilitate.

1024 Dictum illud vulgare, quòd dicta teſtium ſint iuuanda, non cauillanda, quomodo accipi debeat.

1025 Non ſufficit poſſibile eſſe, quod teſtis depoſuit, niſi etiam ſit veriſimile.

1026 Dictum teſtis cum altero poteſt reduci ad concordiam per ſubauditum intellectum.

1027 Dicta teſtium poſſunt impropriari.

1028 Diligens interpretatio teſtium, & reductio ad concordiam debet eſſe probabilis, & conſona veritati, alias non poteſt fieri conciliatio extorquendo ſermones. tertia opinio.

1019 Teſtes deponentes de poſſeſſione alicuius, qui tamen eo tempore fuit abſens vt plurimùm, non poteſt accipi in ciuili poſſeſſione, nec in ea ſaluari, etiam vt à falſitate ſaluetur.

1030 In probationibus maximè in teſtibus attendi debet quod eſt veriſimile.

1031 Non ſufficit teſtes poſſe concordari per poſſibile.

1032 Quod non eſt veriſimilem, non præſumitur verum, niſi probetur.

1033 Teſtis interrogatus, an poſſit eſſe, quòd tale factum ſit, & quòd ipſe non intellexerit, etiam ſi dicat, quòd ſic, non ideò tamen infringitur eius dictum, niſi etiam illud poſſibile ſit veriſimile.

1034 Potentia non ſufficit, vbi requiritur actus.

1035 Teſtes licèt debeant benigna interpretatione iuuari, tamen interpretatio huiuſmodi debet eſſe congrua naturæ negotij quarta opinio.

1036 Vbi dubitatur de modo concordiæ teſtium ſumi debet illa cõcordia, et interpretatio, quæ eſt magis veriſimilis, attenta communi accidẽtia facti.

1037 Reductio, quæ fit ad concordiam, debet eſſe probabilis, & conſona veritati.

1038 Interpretatio inepta nunquam eſt admittenda.

1039 Interpretatio inepta tunc dicitur, quando non ſeruatur ratio recti ſermonis.

1040 Interpretatio debet eſſe veriſimilis, et non diſſona.

1041 Interpretatio debet eſſe talis, quæ ſenſum loquentis exponat, non autem perimat.

1042 Interpretatio debet eſſe congrua verbis teſtium, ut ſingulares non reddantur, non tamen debet eſſe cũ ſuppletione aliqua, niſi tunc ad effectum, ut teſtis a falſitate ſeruetur. quinta opinio.

1043 Teſtium dicta ubi ſic poſſunt variè accipi, debent intelligi in mitiorem ſenſum.

1044 Teſtis tantùm probat, quantũ dixit, & non plus.

1045 Interpretatio congrua dicitur in teſtibus, quæ non eſt extranea, & extranea dicitur, quæ non benè ſonat in auribus vulgi. Sexta opinio.

1046 Diſpoſitio, & dicta teſtium ſemper ſunt intelligenda, ſecundum communem populi intelligentiam, non autem ſecundum iuriſperitorum ſubtilitatẽ.

1047 Nimia ſubtilitas non placet iuſtis iudicibus.

1048 Publicè intereſt falſitates, & delicta puniri.

1049 Vbi agitur de publica utilitate ſubtiles diſputandi rationes rejiciuntur.

10[illegible] Teſtis deponens de poſſeſſione intelligi debet de natura i. id eſt, de detentione.

1051 Poſſeſſio quid ſit vix periti ſciunt.

1052 Simplicitas eſt amica legibus, & veritati.

1053 Dicta teſtium quando ſunt clara, non ſunt aliquo modo goſſandas Septima opinio.

1054 Teſtes, vel probationes ſi apertè ſunt inuicẽ contrariæ, nullo modo poſſunt, aut debent cõcordari.

1055 Conciliatio non fit, ubi adeſt aperta repugnantia.

1056 Teſtium dicta ubi eſſent dubia, an ſint conciliãda.

1057 Verba dubia probationis ſecundum proprium ſignificatum reddunt ſignificationem incertam, & interpretatio contra probantem.

1058 Probatio, quæ habet varios ſenſus, & quilibet concludit intentionem probantis, amplectenda eſt.

1059 Opinio, quæ ſe habet, quòd ſemper facienda eſt benigna

benigna interpretatio, ubi procedat.

1060 *Teſtis redditur falſus, & puniri debet, ſtante aperta repugnantia, quæ ſaluari non poteſt.*

1061 *In concordandis dictis teſtium obſeruandum eſt, quòd eiſdem modis poſſint concordari, quibus leges diſcordantes, concordantur. 8. opin. quæ tamen concluſio eſt periculoſa, vt nu. 1063.*

1062 *Verba iuriſconſultorum cõtraria iuuari debent ſub diuiſione, ſicut dicta teſtium diuiſione iuuanda ſunt; & vide nu. 1062.*

1064 *Verba ſententiæ, & omnium diſpoſitionum per aliquam diſtinctionem concordari debent, ne ſint contraria.*

1065 *Si teſtes congrua interpretatione verborũ poſſunt concordari, vt probent, illud fieri debet, dummodò tamen fiat interpretatio cum aliqua ſuppletione, poſſunt tamen etiam cum aliqua interpretatione concordari, vt falſum euitent.*

1066 *Intellectus ad Bald. in l. 1. nu. 15. in fi. C. de ſeru. fugi.*

1067 *Teſtis vnus ſi ſit omni exceptione maior, ſeu idoneus, ſupplet alium, qui aliquem patitur defectum puta ſi ſit ſocius criminis. noua opinio.*

1068 *Teſtis infamis iungitur cum teſte omni exceptione maiore ad plenam probationem in ciuilibus.*

1069 *Teſtibus eiuſdem producentis inuicem diſſidentibus non ſtatur minori parti, ſed veriſimiliora deponenti; 10. opin.*

1070 *Maiori numero teſtium ſtatur data paritate in cæteris.*

1071 *Concordia teſtium fieri debet, etiam vt probent; & vide nu. 1075. vbi declaratur, & nu. 1074. & 1080.*

1072 *Difficilius fit concordia in vno teſte, quàm in pluribus cum diſtinctione vt ibi.*

1073 *Dicta teſtium vbi poſſunt aliqua interpretatione, ſeu diſtinctione ſaluari, non dicuntur contraria.*

1074 *Teſtis vnus vbi contradicit alteri, quòd adiuuandi ſint, vt ſaluentur à periurio, nonnulli tenuere, ſed non vt probent, & nu. 1075. cum plurib. ſequen. & nu. 1080. vbi conciliantur opiniones.*

1076 *Teſtes ſi ſunt omninò contrarij, non poteſt elici certa probatio.*

1077 *Saluatio teſtium ubi admittitur, quilibet redditur ſingularis, quando ſumus in actu iterabili, & non momentaneo.*

1078 *In quolibet negocio duo teſtes ſunt neceſſarij.*

1079 *Teſtes ſaluantur à falſitate multoties, licèt non probent.*

1081 *Teſtes ſi congrua interpretatione verborũ poſſunt intelligi eſſe concordes, non præſumuntur ſingulares.*

1082 *Teſtes contrarij ratione contrarietatis non probãt, quia ſe inuicem collidunt, & non conſtat quis eorum dicat veritatem.*

1083 *Ad ſaluandum teſtem à falſitate quælibet excuſatio probabilis ſufficit.*

1084 *Diuerſitas inter vnum teſtem, & alium ſi inducit contrarietatem, non probat, ſecus ſi inducat diuerſitatem ſolùm in forma, & modo probandi, quia tunc probat.*

1085 *Magna eſt differentia inter excuſationem teſtis à falſitate, & concordiam, vt etiam probet.*

1086 *Teſtes vbi ſunt inuicem omninò cõtrarij in ſubſtantialibus, vel cohærentijs, nedum non probant, ſed puniuntur de falſo.*

1087 *Dictum teſtis poteſt ſaluari, vt falſitas euitetur per ſubauditum intellectum.*

1088 *Teſtes quando poſſunt ſaluari, tunc non dicuntur diuerſi, ſed aduerſi in dictis ſuis.*

1089 *Contradictoria non poſſunt ſimul eſſe vera.*

1090 *Probationes vbi ſunt pares, illæ ſe collidunt, & neutri creditur.*

1091 *Pœnæ falſi an ſit locus ſolùm, quando vna probatio alteri præponderat.*

1092 *Contrarietas manifeſta in negotio principali impedit conciliationem teſtium.*

1093 *Opinio, quòd quandoque teſtis vnus, vel plures ſaluentur à contrarietate ſolùm, & non probent, videtur dura in actu practico.*

1094 *Dicta unius, & eiuſdem teſtis reducenda ſunt ad concordiam, ſaltem vt euitetur periurium, & falſum, quando non apparet euidenter de contrarietate.*

1095 *Teſtis vnus quando alteri contradicit. poteſt iudex adhærere vni magis, quàm alteri, quia is dicat magis veriſimile, vel quia ſit dignior.*

1096 *Si id, ſuper quo teſtes ſunt contrarij, nihil releuat, nihil refert fiat conciliatio, vel non.*

1097 *Si agitur de redarguendo inſtrumento falſitatis, in quo teſtes non requiruntur de conſuetudine, ſi teſtes ſunt adhibiti, & unus dicat vno modo, alter alio, hæc contrarietas nihil releuat.*

1098 *Exempla, in quibus fieri poſſit, & debeat dicta concordia teſtium.*

1099 *Teſtis vnus quando dicit plus altero, non dicuntur contrarij; & vide nu. 1105. & 1106.*

1100 *Alter teſtis interrogatus de conteſtibus, ſi plures nominat, alter autem pauciores, non ideò tamen deſinunt eſſe concordes, quia qui pauciores nominat non negat de pluribus.*

1101 *Teſtes, quorum ſinguli non recordantur de conteſtibus, non dicuntur diſcordes.*

1102 *Teſtes, ſi dicant vnus inſtrumentum lectum præſente tali, & acceptante; alter verò eo præſente, & intelligente, dicuntur concordes; & vide nu. ſequen.*

1104 *Teſtis vnus ſi dicat plus, vel minus altero, & vterque dicat, ſe hæc tantùm ſcire, non conueniunt.*

1105 *Vbi teſtes diſconueniunt in alio, & non cõueniunt in quibuſdam verbis, quòd magis eis ſtetur.*

1107 *Teſtis vnus vbi reddit vnam rationem, & alter aliam, nihilominus dicuntur concordes.*

1108 *Teſtis vnus deponens me poſſediſſe, ſi dicat vidiſſe*

me colli-

me colligere triticum, vel feciſſe vnum actum poſſeſſorium, alter autem deponit in cauſa ſcientiæ de alio actu, dicuntur concordes.

1109 Satis eſt, quòd teſtes concordent in eundem rei finem; & vide nu. 1113. vbi limitatur.

1110 Poſitiones ad eundem rei finem tendere ſufficit.

1111 Teſtes videntur magis probare deponendo per diuerſa verba.

1112 Teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonem, dicuntur ſubornati, & ſuſpecti de falſo.

1114 Teſtes dicuntur concordare in eundem rei finem, etiam quòd vnus deponat de vno tempore, alius de alio.

1115 Teſtes, quorum alter dixit aliquid dictum, vel factum in domo, alter ſub porticu, an dicantur concordes.

1116 Teſtes ſi vnus dicit paulò ante tempus vindemię, vel belli, alter tempore vindemiæ, vel belli, concordant.

1117 Teſtes duo ſi dicant vnus matrimonium contractũ in vno loco, alter in alio, præſumendum eſt, quòd deponant de pluribus contractibus matrimonij, vt contrarietas vitetur, quamuis non propterea erit plenè probatum matrimonium. & nu. 1119. vbi dicitur idem in teſtibus deponentibus ſuper adulterio.

1118 Pluralitas aliquando præſumitur pro ſaluandis teſtibus.

1120 Teſtes ſi dicant, vnus, ꝙ talis, & talis fecerunt ſimul ſale quid, & alius dicit, quod vnus fecit prius, quam alius, concordant, vt primus teſtis intelligatur eadem die.

1121 Si duo inſtrumenta reperiantur facta eadem die, & coram eiſdem teſtibus, altero facto Peruſiæ de mutuo quinque ſcutorum, altero Aſſiſii de de octo, & creditor petit executionem vtriuſq;, auditur, nec poteſt præſumi aliqua contrarietas, aut derogatio vnius ad alterum, ex quo vtrunque facilè potuit celebrari eodem die in dictis locis. Quid ſi reperiãtur celebrata in locis remotis, vbi etiam poſſibile fuiſſet vtrunque eodem die fieri, ſed non veriſimile, propter diſtantiam à communiter contingentibus, vide num. 1122.

1123 Papa præſumit bis fuiſſe appellatum.

1124 Si ſint duo inſtrumenta donationis diuerſis temporibus facta, vnum ſub vna forma, aliud ſub alia, tamen ſaluantur, quia ſunt compatibilia; & vide nu. 1125.

1126 Teſtes. quorum alter dicit talem expilaſſe hæreditatem poſt mortem Seij, alter dum Seius moreretur, primus intelligitur poſt mortem, ſecundus poſt quã cœpit mori, ꝙ tamen videtur dubitabile.

1127 Duo teſtes, quorum alter dicit, quòd talis fuit ſecundus, alter, ꝙ fuit tertius, ſaluantur.

1128 Si vnus teſtis deponit de vno iudicio proximo, vel remoto ab ipſo facto principali, alter de alio, non iunguntur.

1129 Teſtis vnus ſi dicat de menſe Auguſti, ꝙ talis fuit vulneratus de menſe Nouembris præſentis anni, alter, ꝙ fuit uulneratus de menſe Nouembris proximè præteriti, ſaluari poſſunt.

1130 Si vnus teſtis dicit aliquid factum tempore carniſpriuij anno præſenti, alter de tempore carniſpriuij anno præterito, ſaluari poſſunt.

1131 Teſtis, qui dicit aliquid factum tempore belli, & alter ante bellum, primus intelligitur dicere verum, etiam quòd paulò ante bellum id factum ſit.

1132 Teſtis vnus ſi dicit aliquid factum ſe ſolo præſente, alter, quòd plures erant præſentes, tamen concordantur.

1133 Teſtis vnus ſi dicit, quòd Sempronius de tali anno poſſedit agrum Titij, & alter dicit, ꝙ poſſedit dictum agrum eodem tempore, quo erat Seij, & nunc eſt Titij, an concordent.

1234 Teſtes, quorum alter dixit aliquid factũ ante bellum, alter poſt bellum, concordantur, & vide nu 1136. vbi ponitur declaratio.

1135 Diſpoſitio loquens de ætate alicuius putà, ante decem annos, an intelligatur de cęptis, an verò de completis.

1136 Dictio Poſt, ꝙ intelligi debeat immediatè, non autem ex interuallo.

1137 Senſus, qui non ſonat in auribus vulgi, eſt extraneus.

1138 Dictio Poſt accipi poteſt poſt actum cęptum, nondum tamen finitum.

1139 Qui promiſſit ſoluere ante menſem, non poteſt conueniri ante finitum menſem.

1140 Teſtes, quorum alter dicit fuiſſe rogatos ante publicationem inſtrumenti, alter poſt, poteſt vterq; ſaluari.

1141 Teſtes, quorum alter dicat de publicatione finita cępta, & alter ante publicationem finitam, poteſt vterque ſaluari.

1142 In materia ſtricta, vel pœnali ea, quæ ſunt de domo non dicuntur in domo, niſi ſint intra portam.

1143 Teſtis vnus ſi dicat aliquid factum præſente Titio et Titius examinatus neget, licèt videãtur iſti teſtes cõtrarij, tamẽ concordantur, vt ibi, & nu. 1144. vbi limitatur: & vide nu. 1146. & pro iſta concluſione vide etiam nu. 1149.

1145 Non ſufficit, quòd aliquis ſit præſens, niſi etiam intelligat.

1146 Teſtis, qui negauit talem fuiſſe præſentem tali inſtrumento, & tamen conſtat ex inſtrumento contrariũ, quomodo intelligi debeat, vt euitetur contrarietas, vel falſitas.

1148 Deponens de ſua præſentia, intelligitur etiam deponere de intelligentia.

1150 Notarius deponens de præſentia teſtium, intelligitur etiam de intelligentia.

1151 Teſtis vnus vbi poteſt propriè intelligi, & alter impropriè, tunc fit concordia eorum.

1152 Teſtis

1152 *Teſtis vnus ſi dicat, quòd Sempronius percuſſit Seium cum ſaxo, alter cum petra, nulla eſt inter eos diſcordia.*

1153 *Teſtis vnus ſi dicat, quòd talis eſt frater Sempronij, alter, quòd eſt filius fratris Sempronij, ſecundus debet intelligi largo modo, quòd ſcilicet filius fratris ſit frater.*

1154 *Teſtes aliqui ſi dicant, ſe vidiſſe Titium poſſidere per ſex annos cõtinuos, interrogati in cauſa ſcientiæ reddita per eos de ſtãdo, redeũdo, colẽdo, etc. & conſtat ipſum ſemper fuiſſe abſentem à dicto loco, præter quam paucis diebus, non poſſunt ſaluari à falſitate, etiam ad pœnam euitandam, intelligendo eos de poſſeſſione ciuili; & vide num. 1145 & 1146.*

1155 *Teſtes deponentes de poſſeſſione intelligi debent de naturali.*

1157 *Abſens ſemper dicitur poſſidere, ſi tenuit familiã ſuam in loco rei, de cuius poſſeſſione quæritur.*

1158 *Teſtes interrogati deponentes, vnus quendã fuiſſe percuſſum cum ſpontono ferreo ceſim, alter verò punctim, an ſit probatum delictum.*

1159 *Omnis ictus percuſſionis non imprimit ſignum.*

1160 *Teſtes, quorum alter dicit Sempronium occidiſſe Seium cum enſe, alter cum runcha, an dicatur probatum delictum.*

1161 *Teſtes, quorum alter dixit Titium fuiſſe percuſſum in fronte, alter in vna manu eodem die, loco, & hora, ſaluantur à falſitate, ſecus ſi vnus diceret in fronte, alter in ceruice de retro.*

1162 *Rerum natura dicitur melior teſtis.*

1163 *Teſtis vnus ſi dicat, quòd non præterijt dies, quòd tale quid factum ſuit, & alter, quod ſunt plures, an ſaluentur.*

1164 *Teſtes ſi dicant, vnus aliquid indeſinẽter, & cõtinuè factum, vt aliquem poſſediſſe continuò, alter, quòd aliquando per aliquod modicum tempus, an ſaluari poſſint.*

1165 *Teſtes deponentes, vnus homicidium factum de mandato A. fuiſſe commiſſum tali die eo præſente, alter fuiſſe commiſſum die prima; an ſaluari poſſit vtraque probatio.*

1166 *Teſtis dicens, vnus tales fuiſſe inſtitutos æqualiter per talem, alter in maiori parte hæreditatis, an ſaluari poſſint.*

1167 *Teſtis ſi dicat verum eſſe, quòd talis poſſedit modis, & formis, de quibus in capitulo per partem porrecto, in quo dicebatur, quòd ipſe poſſedit poſt mortem talis tale prædium per pluries, & plures annos, & tamen per contrariam probationem apparebat talem poſſediſſe ſolùm per aliquos menſes, an poſſit ſaluari.*

1168 *Teſtes, quorum aliqui dicunt quædam fuiſſe facta ſimul, aliqui verò, quòd nõ eodem inſtanti, ſed eodem die, an ſaluentur.*

1169 *Teſtis vnus ſi dicat, quòd ſunt ſolùm tres, vel quatuor menſes, quòd aliquid fuit factum, alter, quòd ſunt 3. aut 4. anni, an ſaluari poſſint; & nu. ſequen.*

1170 *Septimana, & etiam dies quandoque pro anno accipitur, quod vide.*

1171 *Teſtis vnus ſi dicat, quòd talis habebat haſtam ferream, alter dixit quòd non erat armatus, an ſaluari poſſint, & quomodo.*

1172 *Teſtes, quorum aliqui dicunt, quòd Titius ſemper per tempus, de quo quæritur, poſſedit, & aliqui, quòd in hoc tempore poſſedit quandoque, ſaluantur diuerſimodè.*

1173 *Teſtes, quorum vnus dicit aliquid factum præſentibus tali, & tali, & quòd nullus alius aderat, alter autem, quòd imò multi alij aderant, an ſaluari poſſint.*

1174 *Teſtis unus ſi dicat de vno pretio rei venditæ, alter de alio, ſunt ſingulares, nec poſſunt concordari.*

1175 *Teſtis vnus ſi dicit nihil ſibi fuiſſe dictum, & alter dicat, quòd dicto primo teſti fuerunt dicta talia, & talia verba, an ſaluari poſſint.*

1176 *Teſtis ſi dixit, quod ipſe, & ſocij iuerunt ad lectũ hora 2 . cum dimidio, & quòd tota illa nocte non audiuit aliquid dici per ſocios, & tamen cõſtat, quòd inter ſe fuerunt loquuti illi ſocij, an ſaluari poſſint.*

1177 *Teſtes plures ſeriem matrimonij contracti narrantes, vnus dicit, quòd Catherina ſola iuit ad feneſtram ad loquẽdum cum tali, & poſteà deſcendit in curia, ſoror autem Catherinæ dicit, quòd ipſa cum dicta Catherina iuerunt, &c. an dicatur cõtrarietas inconciliabilis.*

1178 *Teſtes ſi dicant, vnus, quòd actum fuit inter partes, quòd datium emeretur communiter, & alter, quòd ſit commune, non conueniunt.*

1179 *Teſtis vnus ſi dicat, quòd A. dixit notario vis facere donationem omnium bonorum meorum B. alter verò, quòd A. dixit notario, ſtipula, qualiter ego dono talem poſſeſſionem tali, non poſſunt concordari.*

1180 *Teſtis ſi dicat vidiſſe Titium ſemper poſſidere per tale tempus, alius, quòd dictus Titius aliquo tempore aliquando fuit abſens, vterque ſaluatur.*

1181 *Teſtes vnus quando impugnat alium, & non ſunt conciliabiles, quid ſit agendum.*

1182 *Plures teſtes pluribus etiam alijs cõtradicentibus, an conciliari poſſint; & ponuntur tria membra, & nu. 1183. de quibus vide etiam nume. 1184. cum plur ſeq.*

1185 *Teſtes benigna interpretatione hinc inde ſunt adiuuandi, ne periurij reatu notentur.*

1186 *Probatio tunc neceſſariò non concludit, quando nõ conſtat, quibus ſit credendum data paritate, ſed excuſantur.*

1187 *Excuſatio ſufficit, quòd ſit probabilis.*

1188 *Atteſtationes ſunt interpretãdæ in mitiorẽ partẽ.*

1189 *Teſtes vbi apertè ſunt contrarij inuicem, & ſunt plures, non poſſunt de falſo puniri, quia ignotum*

eſt, qui

eſt.qui falſi ſint,& nu.1192.& vide nu.1193.

1191 *Vbi eſt paritas probationum, locum habet arbitrium iudicis.*

1192 *Data paritate præualent teſtes rei, vel cauſæ promulgatæ, niſi actor cauſam fauorabilem tueatur, & nu.1194.*

1195 *Teſtes vbi ſunt inæquales, an omnes ſint ſaluandi, & num.1196.& 1198. vbi conciliantur opin. cum plur.ſeq.*

1197 *Quod dicitur de teſtibus, an poſſint ſaluari, an idē ſit in inſtrumentis.*

1200 *Iudex conſiderare debet, an adhærendum ſit teſtibus numero pluribus, an verò dignioribus.*

1201 *Teſtibus inæqualibus productis ab eadem parte, non eſt locus concordiæ, imò non probant, licèt plures ſint pro vno dicto, quàm pro alio: quòd tamen reprobatur nu 1202.*

1203 *Modica varietas etiā ſubſtantialis nō vitiat teſtes.*

1205 *Teſtes deponentes, aliqui excommunicationē fuiſſe latam ante appellationem, alij poſt, an poſſint conciliari, & quomodo.*

1206 *Teſtes, quorum aliqui dicunt ſtatuam fuiſſe dirutam, & aliqui negant, an poſſint ſaluari; & traditur cautela ad hanc concluſionem.*

1207 *Teſtes deponentes ſuper renunciatione beneficij, ſi aliqui dicant, quòd die, qua facta fuit renunciatio, clericus erat ſanus, & quòd eum viderunt ſanum, alij verò, quòd erat infirmus eadem die, an ſaluari poſſint.*

1208 *Plures teſtes ſi dicant aliquid factum ante bellū, & totidem dicant, id factum poſt, an concordari poſſint.*

1209 *Teſtes, quorum aliqui dixerunt tales fuiſſe inſtitutos hæredes æqualiter, aliqui dixerunt in partibus inæqualibus, an ſaluari poſſint*

1210 *Teſtes duo ſi dicant commiſſum adulterium in tali loco, & tali die, vel hora, & alij duo dicant commiſſum in alio loco, & alio die, vel hora, an ſaluari poſſint.*

1211 *Plures teſtes, qui dicunt talem poſſediſſe per plures, & plures annos poſt mortem talis, & tamen contrarium appareat, ſcilicet poſſediſſe ſolùm per aliquos menſes tantùm, conciliari non poſſunt, etiam vt à falſitate ſaluentur, poſito, vt ibi.*

1212 *Teſtes digniores an ſemper ſint præferendi minus dignis, ſiue ſit cauſa ciuilis, ſiue criminalis.*

1213 *In contrarietate teſtium datur materia iudici inquirendi contra eos.*

1214 *Probatio per teſtem vnum, vel per plures, aut aliam probationem contrariam aſſertioni probātis, an ſit cum dicta confeſſione, ſeu aſſertione concilianda: & vide num. 1221.cum 4.ſeq. vbi declaratur iſta concluſio.*

1215 *Dicto teſtis ſtatur in præiudicium aſſerentis, & producentis teſtem.*

1216 *Probatio per confeſſionem partis eſt potētior omni alia probatione, ac proſternit aliam probationem cōtrariā per vnum, vel etiam plures teſtes*

1217 *Falſitas teſtium deprehenditur ex eo, quòd dicto partis contradicunt, & non poſſunt reduci ad cōcordiam, vt euitetur falſum, minùs, vt probent.*

1218 *Si quis dicit ex certa ſcientia aliquid recepiſſe, non poteſt poſteà probare, ſe ignoraſſe, vel erraſſe; & aſſignatur ratio: & vide nu.1219. vbi ponitur contrarietas, & nu.ſeq.ubi reſoluitur.*

1225 *Pars ſi dicat aliquid factum iam annus eſt de tali menſe, teſtes verò examinati dicant iam annum eſſe, & vltrà, iſtæ aſſertiones non ſunt contrariæ.*

1226 *Contrarietas circa ſubſtantialia quæ dicatur, & quæ non; & nu.1228.cum plur ſeq vbi ponuntur plures cōcluſiones ad cognoſcendum, quæ dicantur, vel non varietates ſeu contrarietates cōſiderabiles, et quò ad præiudiciū teſtium reſpectu periurij, & falſitatis, et reſpectu intereſſe partis.*

1227 *Teſtes etiam non contrarij, ſed aliundè falſi reijci debent: & vide nu.1233. vbi limitatur, & nu. 1234.cum plur.ſeq. vbi multis modis declaratur iſta concluſio.*

1229 *Falſitas ſi reperitur in dictis teſtium, quæ concernat negocium principale, vel ſaltem eius circunſtantias, ea eſt punibilis de falſo; & quæ ſint circunſtantiæ.*

1230 *Falſitas teſtis ſuper impertinentibus, & aduerſario non nociuis, & ſuper non capitulatis, an ſit punibilis.*

1231 *Quādo id, ſuper quo teſtis deponit, dicatur omninò impertinens nec ne.*

1232 *Teſtis ſuper teſtamento deponens non dicitur falſus ſuper pertinentibus ad negocium.*

1235 *Minima differētia in teſtibus habet imaginem falſitatis, ſiue contrarietatis.*

1236 *Teſtis ſi plenè factum nō dicit, eius dictum non valet cum declaratione, & vide num.1242.& 1243.vbi videtur limitari.*

1237 *Dictum teſtis totum corruit, ſi quid de ſubſtantialibus in eo deeſt.*

1239 *Iuramentum eſt quid indiuiſibile.*

1240 *Teſtis falſus in vno, falſus in cæteris & nu.1279. & 1306. vbi declaratur iſtud dictum, & num. 1313.& 1319.*

1241 *Teſtis non poteſt in parte approbari, & in parte reprobari.*

1245 *Contrarietas modica an vitiet dictum teſtium, & nu 1247.*

1246 *Teſtis unus ſi dicat talem actum fuiſſe de tali anno, & menſe, & tali hora noctis, licèt alij in hora non conueniant, vel diſſideant, tamen probant.*

1249 *Inſtrumentum falſum in parte, an reputetur falſum totaliter.*

1250 *Teſtis etiam ſi non iuratus deponat contraria, varia, vel falſa, non probat, & punitur de falſo.*

1251 *Teſtis an puniatur de falſo, ſi eius dictum non præiudicat parti aduerſę, ſi modò potuerit præiudicare, & nu.1252.*

1253 *Teſtis*

1253 *Teſtis ſi per errorem peccauit in aliquo ex ſubſtantialibus, vel pertinentibus ad ea, non dicitur periurus. quæ tamen opinio reijci videtur, vt nu. 1255. & ſeq.*

1254 *Dolus excluditur ab errore.*

1256 *Teſtis nō debet deponere, niſi de ijs, quę ipſe nouit.*

1257 *Teſtes, quibus lectum fuit teſtamentum, ſi dicunt, quòd fuit factum illa die, quam dicit inſtrumentum. & tamen contrarium probatur, quòd fuit alia die, talis error excuſatur.*

1260 *Confeſſio facta in vno iudicio, non facit fidem in alio.*

1261 *Teſtis ſemel periurus, & ſic infamis ſemper repellitur à teſtimonio.*

1264 *Teſtis iurat dicere veritatem ſuper capitulo, & eius circunſtantijs.*

1267 *Teſtes varij, vel contrarij circa extrinſeca ſeu acceſſoria, & ſuper alijs appendicijs ad illud, an ſint culpandi in aliquo, etiā vt probent, & nu. 1268. cum plur ſeq & nu. 1276. vbi adducitur contrarium, & nu. 128 . cum plur. ſeq. vbi afferuntur plures declarationes ad hanc concluſionem.*

1268 *Interrogationes, quæ fiunt teſtibus.*

1269 *Teſtes ſi interrogentur ſuper his, ſuper quibus non debuerunt interrogari, non fit præiudiciū parti.*

1270 *Attendi debet, quod principaliter agitur, & nu. 1274.*

1271 *Iuramentum ſimpliciter per teſtem præſtitum debet referri ad negocium principale, non autem ad impertinentia, vel extranea.*

1272 *Falſitas, ſeu contrarietas, quæ non tangit negocium principale, non facit, quòd dicta teſtium reprobentur.*

1273 *Si quis interrogetur, an velit vti teſtibus per eum productis, ſi reſponderit, velle, & reperiantur dixiſſe mendacium circa aliqua extranea, non ideò tamen incurrunt aliquod periculum.*

1277 *Teſtis interrogatus ſuper generalibus, an ſit affinis partis producentis, reſpondit, quòd non, licèt in effectu contrarium verum eſſet, quia erat affinis valdè remotus tali affinitate, quæ non repellit teſtem, nihilominus eſt puniendus extraordinariè, tanquam mendax, & periurus.*

1278 *Teſtis an ſit coniunctus, vel affinis producentis, nō pertinet ad principale negocium ſed eſt de appendicijs.*

1279 *Teſtis in dubio cenſetur iuraſſe ſuper tota cauſa, niſi eius iuramentum ſit reſtrictum.*

1280 *Teſtis ſi ſimpliciter iurauit, cenſetur iuraſſe non ſolùm ſuper negocio principali, ſed etiam ſuper omnibus connexis, & contingentibus ipſum negocium.*

1281 *Teſtis iuratus in cauſa debet dicere omnia, quæ ipſe ſcit ad cauſam quoquo modo pertinentia, etſi ſint extra capitulata.*

1282 *Teſtis periurus, ſeu falſus circa acceſſoria eſt puniendus, ſaltem crimine ſtellionatus.*

1287 *Omnia ſunt ſubſtantialia, quę includuntur ſuper iuramento.*

1288 *Teſtis inductus ſuper contentis in libello poteſt deponere ſuper circunſtantijs, & illud dicitur pertinens.*

1289 *Interrogationes ſi ſunt extraneæ, & impertinentes, mendacium, ſeu falſitas non releuat parti.*

1291 *Quando illud, in quo teſtis dicitur falſum dixiſſe non qualificat fidem ipſius, tunc ſuſtinetur, alias ſecus.*

1293 *Si verba formalia per aliquem capitulata fuerūt, tunc teſtes debent eſſe cōcordes in eis, aliàs ſecus.*

1295 *Teſtes vbi ſunt ſuſpecti de falſo, licet eos interrogare de qualitate diei, aeris, veſtium, & huiuſmodi, & tunc contrarietas ſeu falſitas vitiaret, etiā in his, quæ non ſunt de ſubſtantialibus, & num. 1296.*

1296 *Teſtis dicitur ſuſpectus ſi interrogatus de tempore, de quo veriſimiliter debet recordari, dicit, ſe non recordari.*

1297 *Teſtes dicuntur ſuſpecti, quando non deponunt veriſimilia.*

1298 *Iudex poteſt ad veritatem indagandam vti ſimulatione, & etiam diſſimulatione, imò etiam debet laborare, vt intercipiat teſtem cum interrogatorijs, ſi ipſum ſuſpectum habet.*

1299 *Iudex in iudicando non debet applicare animum ſecundum dicta teſtium de falſo ſuſpectorum.*

1302 *Teſtes ruſtici, & idiotæ non præſumuntur dolosè dixiſſe falſum, aut variaſſe.*

1305 *Teſte periuro, ſeu exiſtente inter duo iuramēta falſitas circa alia acceſſoria eum repellit.*

1306 *Teſtis falſus in vno, non dicitur falſus in reliquis, quando fuit varius, ſeu cōtrarius in diuerſis examinibus.*

1307 *Contrarietas, vel falſitas ſuper inutilibus non vitiat dictum teſtium.*

1308 *Teſtis dicitur varius, contrarius, vel falſus ſuper ſubſtantialibus, ſi dictum eius ſit ſuper capitulatis per partem.*

1309 *Subſtantialia ſunt omnia, quæ includuntur ſub iuramento, & forma articulata.*

1310 *Teſtis ſi ſit interrogatus, an ſit affinis, & negauerit, cum tamen id verum eſſet, non eſt iudicandus falſus, quia eſt extra capitulata, ſed eſt ſolùm mēdax: & vide nu. 1314. vbi contrarium adducitur. vide etiam nu. 1317. & 1362.*

1311 *Teſtis, qui dixit mēdacium ſuper generalibus, quia iurauit ſolùm dicere veritatem ſuper negocio principali, ideò non eſt periurus.*

1312 *Teſtis ſolùm mendax punitur extraordinariè.*

1315 *Affinis, vel conſanguineus partis producentis non eſt integer teſtis: & vide nu. 1316. vbi habetur, quid ſi affinitas ſit à remotis, & nu. 1320.*

1318 *Teſtis ſuper generalibus interrogatus, ſi negauit fuiſſe ſolicitatorem cauſæ, & contrarium ſit verum, falſus redditur, nec eſt ei fides adhibenda.*

1321 *Teſtis*

1321 Teſtis fundans dictum ſuum ſuper exemplo falſo, dicitur falſus ſuper toto eius dicto.

1322 Circunſtantiæ per teſtem adductæ in cauſa ſcientiæ eius dicti, licèt non ſint circa factum principale, tamē cum per illas deueniatur ad veritatem, vel falſitatem facti principalis, eſt de eis idem indicandum, quod de facto principali.

1323 Teſtis, qui productus ad probandum poſſeſſionem in reddendo cauſam dicti ſui, dixit, quod ipſe ſtetit cum producente per tres annos in tali loco, dicitur falſus, ſi probetur, id non eſſe verum.

1324 Teſtis interrogatus de qualitate aeris, & ſimilibus, an deſinat valere eius depoſitio ſuper alijs, ſi ſuper eo non inuenitur dicere veritatem.

1325 Teſtis ſi dicat, ſe non eſſe inimicum partis litigantis cum producente, cum tamen eſſet, an valeat eius dictum.

1326 Falſitas teſtis, vbi eſt in redditione cauſæ, dicitur eſſe in dependentibus, & connexis negocio principali.

1327 Teſtis ſaluatur, ſi deponens ſuper aliquo facto interrogatus, quo tempore, reſpondit circa feſtum Natiuitatis Domini Noſtri, & tamen conſtat, quòd illud fuit factum de menſe Octobris præcedentis; quòd tamen reprobatur.

1328 Teſtis ſuper generalibus interrogatus, an ſit filius, an paterfamilias, reſpondit, ſe eſſe filiumfamilias, & tamen contrarium probatum ſit, non releuat hoc mendacium, quia non tangit negocium principale.

1329 Teſtis ſi dicat, quòd Seius vulnerauit Semproniū ipſo teſte præſente, qui poſteà interrogatus, vnde ſit, reſpondit Placentinus, & tamen reuera apparet, quòd eſt Florentinus, ſuſtinetur eius dictum.

1330 Teſtis ſi dicat, quòd talis non erat armatus, & tamen conſtat, quòd habebat haſtam ferream, non reprobatur.

1331 Teſtis ſi dicit aliquid factum præſente tali, & tali, & tamen plures alij interfuerunt, ſaluatur eius dictum.

1332 Teſtis inductus ad excuſandum reum dixit, quòd tali nocte dormiuit ſecum, & interrogatus, in qua parte cubilis, reſpondit, quòd in tali latere, quod tamen erat falſum, ſuſtinetur eius dictum.

1333 Teſtis interrogatus de nomine, parētella, vel parochia contrahentium, mendacium in his an vitiet eius dictum.

1334 Teſtis ſi deponit de contractu venditionis celebrato ſed non cognoſcit emptorem, non probat.

1335 Teſtes ſi dicant talē à tali in tali loco fuiſſe vulneratum, & occiſum cum enſe, & tamen conſtat per certiores probationes, quòd fuit occiſus cum runcha, an ſaluentur.

13,6 Teſtis dicens nuptias in matrimonio fuiſſe factas multum lautas, quæ tamen probantur fuiſſe parcæ, ſuſtinetur.

1338 Teſtis deponens ſuper aliquo facto ſi dicit, quòd etiam præſens aderat talis, qui tamen probatur non fuiſſe præſens, ſuſtinetur.

1338 Teſtis inductus ad probandum certum contractū, interrogatus, quare talis motus ſit ad concordandum partes, reſpondit, quòd neſcit, quia non fuit præſens dictæ concordiæ, & tamen probatur per inſtrumentum contrarium, quòd fuit præſens, tamen ſuſtinetur eius dictum.

1339 Teſtis deponens ſuper validitate teſtamenti ſi ſuper interrogatorijs partis aduerſæ dixit, quòd teſtator aperuit oculos, & tamen contrarium probetur, non dicitur omninò impertinens.

1340 Teſtis, qui fuit inductus ad probandum validitatem teſtamenti, & interrogatus, quis ex teſtibus eſſet proximior in dicto loco ipſi teſtatori, falſum depoſuit, an ſit audiendum ipſius dictum.

1341 Teſtis, qui dixit ab omnibus audiuiſſe certum quid, & tamen probatur, quòd quamplures de eo non fuerunt aliquid loquuti, an ſaluari poſſit.

1342 Teſtis examinatus ſuper negotio principali aliā interſerendo, putà, quòd ingreſſus eſt cameram, & vidit talem, & talem in lecto, et quòd vnus eorum aliquid dixit, alter uero teſtis dicit, quòd alter, qui erat in lecto aliquid dixit, an ſit contrarietas ſubſtantialis.

1343 Teſtis ſi dicit, quòd tota illa nocte non audiuit aliquid dictum per exiſtentes ſecum in lecto, & tàmen alter dicit, quòd vnus dixit alteri, & locutus quædam uerba, & quòd fuit ei reſponſum, an ſit contrarietas ſubſtantialis.

1344 Teſtes ſi dicant audiuiſſe aliquid à tali in tali loco, & tempore, & tamen conſtat, quòd ille talis eo tempore erat alibi, an ſuſtineri poſſint, ſi id non pertinet ad negocium principale.

1345 Teſtis ſi dicit, quòd non eſt colonus inquiſitorum, & poſtea dicit, quòd ſunt quatuor menſes introiuit colonus alterius eorum, an ſuſtineri poſſit.

1346 Teſtis ſi dicat primò ſuper capitulo, quòd in molēdino deficiebant quædam neceſſaria ad illud, poſteà dixit, quòd gubernauit ſemper dictum molendinum, & omnia ad illud pertinentia optimè, an poſſit ſaluari.

1347 Duo teſtes in cauſa matrimoniali, quorum vnus dicit, quòd talis iuit ad feneſtram ad loquendum cum tali, & ſola, poſteà deſcendit, alter autem dicit, quòd aſſociata per dictum teſtem, an conciliari poſſint, cum hoc ſit extraneum à negotio principali.

1348 Teſtes, quorum vnus dicebat, quòd Angela ſtetit in capite ſcalæ, quando audiuit verba contractus matrimonij, & alij dicebant, & præſertim ipſa Angela, quòd ipſa ſtetit ſuper podiolo, an ſaluari poſſint.

1350 Teſtis, qui dicit commodum ad eum non pertinere, & tamen contrarium probatur abundè, an ſuſtineri poſſit, & quomodo.

1351 Te-

1351 *Teſtis, qui dixit non tractari de ſe exonerando, & tamen tractabatur, an ſaluari poſſit.*

1352 *Teſtis, qui primò dixit in vno examine, ſe non fuiſſe filium B nec tentum, nec reputatū, etc. ſed quòd fuit partus ſuppoſititius, & poſteà in alio examine dixit contrarium, an ſit variatio conſiderabilis.*

1353 *Teſtes inducti ad probandum teſtamentum fuiſſe confectum, ſi conueniant ſuper inſtitutione hæredis, ſed diſcordent in legatis, ſed tamen de illis non agatur tunc, talis variatio non releuabit, tāquam extra negotium principale.*

1354 *Teſtes ſi dixerunt, ſe ſcire tale quid, vel pro certo ſcire, & interrogati in cauſa ſcientiæ dicant, quia audiuerunt à tali, tamen ſuſtinentur eorum dicta, vt non dicantur varia, aut contraria.*

1355 *Teſtis ſi deponant, ꝙ tales erant equeſtres, & tamen per alios conſtat, quòd erant pedeſtres, non poſſunt ſuſtineri.*

1356 *Teſtes ſuper ætate alicuius dicentes talem eſſe talis ætatis iudicio ſuo, non poſſunt dici falſi, licèt falſum dixerint.*

1357 *Teſtis vnus ſi dicat, quòd ipſe, & talis iuerunt ſimul ad talem locum, & ille examinatus dicat, ꝙ inuenit dictum teſtem ibi, hæc variatio vitiat eorum depoſitionem, ſi ſunt ſuſpecti.*

1358 *Teſtis vnus ſi dicat, ꝙ talis vnus ex litigantibus ſedebat in capite mēſæ, alter, quòd in parte inferiori, an dicantur varij.*

1359 *Teſtis ſi dicat, ſe vidiſſe Titium poſſidere, ſi tanquam ſuſpectus interrogetur, quis erat ſecum, quando illud vidit, & reſpondeat, quòd N. poſteà examinatus N. dicat, neminem interfuiſſe, primus teſtis redditur inutilis.*

1360 *Teſtis vnus ſi dicat, talem deſponſaſſe N. ſedētem, & alter ſtantem, non concordantur.*

1361 *Teſtis vnus ſi dicat, talem iuraſſe ſub imagine Crucifixi, alter ſub imagine Beatæ Mariæ, an concordentur.*

1362 *Teſtis ſi ſit falſus, aut varius in aliqua cohærentia rei, de qua quæritur, an concordari poſſit.*

1364 *Teſtis vnus ſi dicat, quòd Titius erat armatus tali genere armorum, alter, quòd non erat armatus aliquibus armis, ſaluantur, ſi de eo principaliter non contendatur.*

1365 *Teſtes inducti ſuper numeratione pecuniæ, ſi alter addat, quòd numeratis pecunijs, illæ fuerunt ponderatæ per vnum, alter per alium, an ſaluari poſſint.*

1366 *Teſtes examinati ad defenſam ſuper eo, quod reus occiſor fecit ad ſui defenſionem, ſi aliqui dicant, quòd percuſſit occiſorem in capite, aliqui in humeris, aliqui in renibus, an ſaluari poſſint.*

1367 *Per confeſſionem partis, contra quam agitur, vel eius anteceſſores, probatur bona fuiſſe in bonis.*

1368 *Bona ſi reperiantur eſſe penes filium, præſumuntur fuiſſe patris.*

1369 *Bona eſſe in bonis diſponentis probari non poteſt niſi etiam probetur identitas bonorum.*

1370 *Identitas bonorum probari non poteſt, niſi ſaltem exprimantur duo confines eorum; & vide nume. 1372. vbi afferuntur duæ declarationes ad hanc concluſionem.*

1371 *Confines non præſumuntur mutati.*

1373 *Confines ſi ſunt mutati, oportet teſtes deponere de antiquis, & modernis confinibus.*

1374 *In probandis confinibus prædiorum, ſi eſt aliqua dubietas inter antiquos, vel modernos, vel aliàs dubitatur de identitate, ſufficit ſemiplena probatio, & probatur per indicia, & coniecturas.*

QVAESTIO XII.

ANtequam autem aggrediar duodecimam quæſtionem, illud etiam ſub ſilentio prætereundū non eſt circa materiam probandę filiationis ad effectum, vt iure proximitatis actor cōſequi poſſit bona ſuppoſita fideicōmiſſo facto ad fauores familiæ, vel deſcendētium teſtatoris, quod filiatio, & proximitas huiuſmodi ſatis ſufficienter probata dicatur per exhibitionem inſtrumēti, vel alicuius publicæ ſcripturæ, in qua ſimpliciter etiam per verba enunciatiua nominetur aliquis filius alterius, putà A. filius B. ſiue ſimus in antiquis, ſiue etiam in tempore non antiquo, vt reſpōdit Pancir. conſ. 189. nu. 11. in fi. & plu. ſeq. per authoritates, & rationes per eum adductas; etiam cōtra tertiū in inſtrumento, vel ſcriptura non nominatum.

Circa igitur duodecimam quæſtionem principalem, illud pręmittendum eſt in primis, † ꝙ
aliud eſt rē fuiſſe in bonis alicuius, aliud, ꝙ
fuerit in dominio illius, vel quaſi. hæc n. plu
rimùm inter ſe differunt, maximè incipiendo
à primo. Qm̄ in bonis noſtris dicuntur
eſſe non ſolùm ea, quæ ſunt in dominio noſtro,
vel quaſi, ſed etiā ea, quę per nos quouis
modo poſſidentur, l. bonorum appellatio. §.
bonorum. ff. de verbo. ſignifi. & l. rē in bonis
noſtris. ff. de acquir. rer. dom. & ità ſignanter
tradit Alex. conſi. 177. nu. 6. vol. 6. quē etiam
in propoſito noſtro refert, & ſequitur in vna
Placent. de Dulcianis Dominus meus Alba
conſ. 6. nu. 8. & idē reſpondit Rolan. cōſ. 400.
nu. 2. & concordan. per eum ibi conſ. 48. vol.
2 3. nu. 15. Plus ergò † continet ſermo iſte, &
modus loquendi, ꝙ res ſit, vel fuerit in bonis
noſtris, q̃ in dominio noſtro, vel quaſi. Quin
3 & res in bonis noſtris † ēt dicitur eſſe, ſi ſit ſo
lùm ſub cuſtodia noſtra, vel ratione detentionis,
vt etiā uoluit Alex. vbi ſup. ſub nu. 12.

Conſiderandum eſt autem, quòd hæc diſputa-
tio ceſſat, vbi agitur de bonis, quæ non ſunt
4 trāſitoria ad hæredes, quia in illis † non po-
teſt per teſtatorem aliquod onus fideicom-
5 miſſi imponi, ſicut non poteſt † ea tranſmit-
tere ad ſuum hæredem, l. ſi vniuerſa. C. de le-
gat. & ea ſunt, quæ ponit Tiraq. in ſuo Saiſe-
to in 4. parte principa. per totū. quibus ego
6 addo iuriſdictionalia, † quia ea quoque non
ſunt tranſitoria ad hæredes ſui natura, niſi
aliud habeat earum conceſſio, vt infrà di-
cam.
7 Secundo præmitto, † quòd in propoſito no-
ſtro oportet actorem probare rem fuiſſe in
bonis teſtatoris, vel de dominio, ſecundum
caſus contingentiam, & neceſſitatem ad tē-
pus, ſeu tempore mortis teſtatoris, ſeu diſpo
nentis, Abbas vbi ſuprà. nu. 11. Menoch. cōſ.
207. num. 31. volu. 3. ità quòd non ſufficeret
probare de alio tempore, quia non infertur
8 de vno † ad aliud, quamuis aliàs ex præteri-
to præſumatur in pręſens, ità latè reſpondit
Alex. d. conſi. 179. col. 1. & 2. & ſeq. volum. 6. &
præſertim num. 13. Boe. deciſ. 42. num. 16. &
Rolan. conſi. 46. nu. 1 .. & 21. volu. 3. & ibi nu.
24. teſtatur de * communi, quod ex domi-
9 nio † de præterito non infertur, nec proba-
tur ad præſens, & ità reſpondit Crot. conſil.
34. num. 14. poſt alios per eum citatos, & de
quibus etiam per Felin. mox citandum, qui-
bus malè reſpondet ipſe, & illæ regulæ, de
qua in l. ſiue poſſidetis. C. de probatio. & ibi
* omnes not. quod olim dominus, etiam ho-
diè præſumitur dominus, niſi quod dicunt
oportere, id allegari. Sed certè hæc reſpon-
10 ſio nihil eſt: quia dubio procul qui agit † vt
dominus, ſemper allegabit eam, quia facit
pro ſe. & quòd non ſufficiat probare de do-
minio de præterito, niſi etiam probetur ad
tempus de præſenti, ſecundum * communē
opinionem, ſequendo Rolan. vbi ſuprà, te-
net Rota Lucen. deciſio. 54. numero 11. &
ſequent.
11 Contrariū igitur, † & melius cæteri tenue-
runt, ꝙ ex pręterito pręſumatur in præſens,
& ità expreſsè tenuit Bal. in rubr. col. 2. nu. 2.
ff. de rei vendica. dicens, ꝙ res, quæ ſemel fuit
mea, etiam hodiè præſumitur mea, & in do-
minio meo; idem dixerunt Ang. & Caſt. in l.
publicati. quæ eſt 2. nu. 7. C. de teſta. & hanc
partem tenuit Felin. in c. ſcribam. nu. 4. verſi.
ſed contrarium tenuit, &c. de præſumpt. vbi
ad hoc citat Innoc. But. Imo. & Abb. idē re-
ſpondit Rui. conſi. 14. nu. 4. & 10. vol. 4. Dec.
conſ. 425. ſub num. 3. & habetur etiam inter
conſ. criminal. diuerſorum conſi. 15. nu. 10.
vol. 2. & hāc concluſionem probat Alcia. de
præſumpt. reg. 2. præſumpt. 20.

12 Sunt tamen aliqui caſus, † in quibus pleri-
que Doctores conueniunt in hac materia.
quorum primus eſt, quando quærimus de
13 poſſeſſione: † ex præterito præſumitur in
præſens; & iſto caſu ſi hæc præſumptio affir-
matiua allegetur per poſſeſſorē, res eſt cla-
ra, quòd præſumatur ex præterito in præ-
ſens, alio ex aduerſo non probato, ſic enim
omnes concludunt in d. l. ſiue poſſidetis. &
præſertim Bart. & Bald. & in l. non ignorat.
C. ad exhiben. & abundè per Alciat. de præ-
ſumpt. in ſecunda reg. præſumpt. 21. vbi etiā
nu. 5. tangit, an idem ſit in ſucceſſore illius,
qui olim poſſidebat. Et hæc præſumptio
14 † clara eſt in rebus immobilibus, ſed in re-
bus mobilibus multi contradicunt, à qui-
bus tamen recedit Alciat. vbi ſuprà. nume-
ro ſexto.
15 Secundus caſus eſt, † quando hæc pręſum-
ptio affirmatiua allegatur per tertium, ſci-
licet, quòd ego hodiè poſſideam, quia aliàs
ego poſſidebā, & ego illud nego; & iſto caſu
Doctor. etiam ſunt concordes, quòd ceſſet
dicta præſumptio, etiā ſi ſimus in rebus mo-
bilibus, Felin. ubi ſuprà, & ità tenet Caſtren.
vbi ſuprà. Iſte tamen caſus limitatur primò,
16 † vt non procedat, quando ego habui cau-
ſam ab eo, qui allegat me poſſidere, Caſtren.
17 vbi ſuprà. Secundo limitatur, † quando ego
tempore motę litis poſſidebam, nam tunc
etiam præſumor hodiè poſſidere, quamuis
negem me poſſidere, ità etiam cōcludit Ca-
ſtren. in d. l. 2.
18 Tertius caſus eſt, † reſpectu dominij, quia ſi
ego allego me hodiè dominum, probando,
quòd aliàs eram dominus, certè præſumi-
tur pro me, quia ſi hęc pręſumptio habet lo-
cum in poſſeſſione, fortius procedit in do-
19 minio, † quòd difficilius amittitur, l. ſi quis.
§. clarum. ff. de acquiren. poſſeſſio. ità inquit
Caſtrē. vbi ſuprà, & iſto caſu procedit, quod
dicunt illi patres, oportere allegari hanc
pręſumptionem; id enim locū habet in eo,
qui dicit ſe dominum, quamuis, vt dixi, mul
20 ti contradicant. Eſt verum, † quòd etiam
aliqui intelligunt hunc caſum, ut procedat
ità demum, ſi dominium plenè probatum
ſit de pręterito, ſecus ſi fuiſſet probatum ſo-
lum pręſumptiuè, & ſemiplenè, putà per te-
ſtes de auditu auditus, vel per famam, & hu-
iuſmodi. ut concludit Appoſtilla. ad Alciat.
d. pręſumptione 20. in fi. Sed certè iſtud di-
21 ctum † falſum eſt, quia ſi ſimus in facto de
antiquo, tunc hęc probatio pro plena, & per-
fecta habetur, vt infrà demonſtrabo in ſeq.
principali q. ergò, &c.
22 Tertiò præmitto, quòd † vbi agitur contrà
hæredem, vel hæredem hæredis, & ſic contra
poſſiden-

poſſidentem pro hærede, vel pro poſſeſſore, regulariter ſufficit fideicommiſſario etiam vniuerſali probare bona fuiſſe in bonis diſponentis, ideſt, fuiſſe poſſeſſa per eum tempore mortis ſuæ, & ſic fuiſſe in eius hæreditate, ſi agatur de teſtatore, l. regulariter. & l. pro hærede. ff. de petit. hæredit. qui text. licèt loquantur in petitione hæreditatis, tamen etiam procedunt in fideicommiſſaria hære-
23 ditatis petitione, quę eſt † ad inſtar petitionis hæreditatis, vt etiam ſuprà tetigi, & ità reſpondit Natta conſi. 400. col. pen. in fin. & ſeq. & probat Marzar. de fideicom. q. 60. Menoch. conſi. 107. nu. 39. in 1. caſu, Alba d. côſ. 6. Et hęc concluſio eſt expedita, & nòn habet probabilem dubitationem, idem reſpondit Cepha. conſi. 368. num. 35. volu. 3. & Burſat. conſi. 268. nu. 4. & ſeq. vol. 3.

Quartò præmitto, quod multi tenuerunt, agentem contra tertium extraneum poſſeſſorem teneri probare, nedùm rem fuiſſe in bonis fideicommittentis, ſed etiam fuiſſe in eius dominio, vel quaſi tempore mortis teſtatoris, Burſat. conſi. 195. num. 13. aliàs ſuccumbit, vt reſpondit Bald. in conſi. 4. in cauſa Baſilij. vol. 4. vbi dicit, quod neſcit videre, quomodo extraneus poſſidens cum titulo poſſit conueniri à ſubſtituto pro rebus ſubiectis fideicommiſſo, niſi probet, quòd effectus fuerit Dominus, vel quaſi aliúndè, quàm ex ſola poſſeſſione. quia quod attinet ad rei vendicationem ſola poſſeſſio non ſufficit, l. nullo. C. de rei vendica. Aut agitur de actione ex teſtamento, & illa non datur contra tertium poſſeſſorem. & minus poteſt agi ex edicto Diui Adriani, nec hippothęcaria; qa vt ille ait, non competit pro re legata, per l. 1. C. commu. de lega. nec conditione ex l. ſi coloni. & minus officio iudicis, ſtante titulo poſſidentis. idem probat Caſtr. in conſi. 328. clarum eſt in iure. col. fin. in 2. parte. Ang. in conſi. 263. col. fi. Aret. conſi. 37. in fin. Aymo conſi. 61. nu. 6. & conſi. 316. col. fi. vbi tamen citat Bal. in duobus alijs locis, qui aliter loquitur. citat etiam Alex. in duobus cõſilijs. idem reſpondit etiam Biret. conſi. 59. col. 2. in fin. & ſeq. & plures concordan. per Burſat. conſi. 67. nu. 55. & in caſu, quo fideicommiſſarius vendidit rem ſubiectam fideicommiſſo, quod eius filius, qui venit ex fideicommiſſo antiquioris, teneatur probare de dominio, tenet abundè Bertazol. conſil. 107. in ciuilib. nu. 53. ſequendo Craue. vbi ſup. Roland. à Valle conſi. 81. num. 15. vol. 2. Natta d. conſ. 400. ſub nu. 7. verſ. ſin autem fideicommiſſarius. vol. 2. & probat Cepha. conſil. 386. nu. 35. vol. 3. dicens, quod fideicommiſſario agenti contra grauatum, ſeu hæredem grauati, vel cauſam habẽtem ab aliquo eorum, ſufficit probare, bona fuiſſe reperta in hæreditate teſtatoris, ſecus autem ſi agatur contra alium tertium, quia tunc dominium teſtatoris eſt probandum, Marza. tit. de fideicommiſ. quæſtio. 60. Roland. conſi. 46. num. 10. & ſequen. volu. 3. vbi citat Bald. Caſtren. Crauet. Natta vbi ſuprà, & Ioachim. Myſinger. & loquitur in poſſeſſore cum titulo. Etenim tertius poſſidens rem cum titulo, & bona fide, etiam ſi habuerit cauſam ab eò, qui conueniri poterat petitione hæreditatis, tamen contra eum probandum eſt de dominio, ut magiſtraliter teſtatur Rot. Bononien. deciſ. 35. vbi etiam abundè eam opinionem tuetur. & hanc partem, quod quando agitur contra tertium, oporteat probare dominium, ſequendo Roland. dict. conſi. 81. tenuit etiam Rot. Luca. deciſ. 64. nume. 32. Rolan. conſi. 26. num. 19. volu. 3. & conſi. 46. nu. 9. & ſeq. eod.

Contrarium tamen multi tenuerunt, vt infrà dicam, & eorum opinionem vidi quandoq; teneri in multis caſibus.

180 propriè. † voluit, ad probãdum quaſi poſ-
ſeſſionem ſeruitutis aquæ ducendæ ſufficere
probare vſum nemine contradicente.
Alij tamen, & in ſpecie Imo. in c. 1. de cau. poſſeſ.
& proprie. & alij, quos refert Ripa, & quorũ
opinionem receptiorem eſſe dicit in Rubr.
181 numero 26. eo. tit. † concludunt, ſubiectum
quaſi poſſeſſionis eſſe vſum ipſius iuris, qui
cauſatur à ſcientia, & patientia. & eſt clara
doctrina Bar. d. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin.
actuq; priua. & in d. l. 3. §. vnde vi. circa fin. ff.
de vi, & vi arma. & Bal. in c. contingit. nu. 2.
de reſti. ſpo. vbi concludit, quòd in incorpo-
ralibus poſſeſsio conſiſtit in duobus extre-
mis, in patientia alterius, & actu proprio, ad
182 differentiam † rerum corporalium, in qui-
bus poſſidentis non requiritur patientia ali-
cuius, Bal. in l. 1. num. 5. verſ. 4. oppono. C. de
ſerui. & aqua. Abb. in c. olim. il 3. nume. 8. de
183 reſtitutio. ſpoliato. & breuiter † iſta eſt
communis opinio in quaſi poſſeſſione iu-
riſdictionis acquirenda, quòd is, qui dicit
eam acquiſiuiſſe, teneatur probare ſe vſum
fuiſſe iuriſdictione ſciente, & patiente eo, ad
quem pertinebat eam quaſi poſſeſſioné tra-
dere, ità refert, & ſequitur Alex. conſi. 16. nu.
13. vol. iii. 5. & licèt ipſe in d. conſi. 94. col. 1.
vol. 5. videatur ſimpliciter dicere, quòd per
iuramẽtum fidelitatis acquiritur quaſi poſ-
ſeſſio, tamen poſteà ibi col. 3. determinat in-
ſuper ſciẽtiam, & patientiam aduerſarij ne-
ceſſariam eſſe. & probat Caſtren. conſilio
187. notandum eſt. numero 4. in 2. parte.
184 † dum concludit, quod ſi per 20. annos, &
vltrà clientulus tuus imperium exercuit ſciẽ
te ſuperiore, dicitur conſtitutus in quaſi poſ
ſeſſione iuriſdictionis.
Hinc reſpondit Alex. conſil. 1 8. nume. 8. vol. 1.
185 † quod ſine ſcientia, & patientia ſuperioris,
qui habet poteſtatem concedendi, non põt
acquiri illa quaſi poſſeſſio creandi notarios,
& Comites, conficiendi inſtrumenta, exercẽ
di iuriſdictionem, & huiuſmodi. talis enim
ſcientia, & patientia operatur commiſſioné,
vt in eiſdem terminis, quòd ſcientia, & patiẽ-
tia ſit omninò neceſſaria, probat Alex. conſ.
157. num. 10. & ſeq. volumine 2. vbi loquitur
186 in eo, qui erat per vicepoteſtatem, † & nego
tians in apotheca, magiſtro ſciente, vel nego
tia gerens in menſa nummularia, domino
ſciente, & patiẽte cenſetur præpoſitus, & in-
ſtitor, & obligat dominum, l. 1. §. ſcientiam.
ff. de tribut. Alex. conſ. 44. nume. 4. volum. 2.
187 Qua ratione † ſufficit, ꝙ teſtes in teſtamen-
to fuerint rogati ſciente & patiente teſtato-
re, vt teſtamentum valeat, Alex. conſi. 47. nu.
4. vol. eod. Et ab iſta tanquam veriore, & ſa-
niore non puto recedendum eſſe: præter id,
quòd etiam dici poteſt, ſaluãdo ſupradictos
Doct. quòd ipſi loquantur de acquiſitione
poſſeſſionis non plenę, ſed arbitriali tantũ, &
tunc verum eſt eorum opinio, aliàs ſecus.
188 † nam quaſi poſſeſſio dicitur acquiſita ha-
bita ex poteſtate, & voluntate concedentis,
ità declarat Aluaro. poſt Bal. in c. 1. in princ.
189 num. 6. de conſuet. rec. feu. † dicẽs, quòd in
his incorporalibus duplex cõſideratur poſ-
ſeſſio; vna, quæ conſiſtit in habitu, & hæc ac-
quiritur ex poteſtate conferendi, alia, quæ
conſiſtit in actu, & executione, & hæc operis
190 effectu acquiritur, & ibi etiam addit, † ꝙ in
iuriſdictione iure decimandi, & huiuſmodi,
quæ rebus corporalibus cohærent, poſſeſſio
191 traditur habitu per rei traditionem, † rei
corporalis autem acquiritur operis effectu,
inferendo, quòd per traditionem curtis ab
eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis,
acquiritur iuriſdictio, & ità eſt doctrina Bar.
in l. 3. in princ. ff. de acquir. poſs. vbi loquitur
192 in Caſtro vendito cum iuriſdictione, † ꝙ ca
pta poſſeſſione Caſtri dicitur etiã capta poſ-
ſeſſio iuriſdictionis, per illum actum factum
volente alio. & multa ſimilia ponit Rip. in
d. cap. cùm eccleſia Sutrina. nume. 52. & ſeq.

de can. poſſeſs. & proprietat. quòd per vnicum actum, & per vnicam ſolutionem iuncta ſcientia, & patientia aduerſarij acquiritur quaſi poſſeſſio in his incorporalibus, vt ſentit etiam Abb. in capit. in litteris. numero vigeſimo, de reſtitutio. ſpol. vbi dicit,
193 † quòd rerum corporalium traditione acquiritur quaſi poſſeſſio incorporalium cohærentium corporalibus, per Docto. in l. traditio. C. de pac. & Anto. de But. in cap. fin. numero vigeſimo, de cauſ. poſſeſs. & proprie.
194 † vbi concludit, quòd in iuriſdictione iam formata, capta poſſeſſione Caſtri, acquiritur quaſi poſſeſsio iuriſdictionis illius cohęrentis, aliàs autem requiritur exercitium aliquod, vt ibi per eum numero vigeſimo-
195 ſecundo, † dicens, quòd ad acquirendam quaſi poſſeſſionem iuris alicuius Caſtri requiritur exercitium aliquod illius iuris ſciẽte, & patiente eo, de cuius præiudicio agitur, & ſufficit exercitium alicuius particularis iuriſdictionis. Et iſtud eſt, quod Ruin. conſilio 193. numero quarto, volumine pri-
196 mo. dicit, † quòd ceſſio in his incorporalibus habetur pro traditione, & reſtitutione, Capic. deciſ. 121. numero nono, vbi loquitur in iure præſentandi, & eligendi, quòd ſolo habitu, verbo Iudicis pronunciantis quaſi poſſeſſio acquiritur, ad eam tamen habendam requiritur actus corporalis, vt per Caſſad. deciſ. ſeptima, numero decimo, de reſtit. ſpoliato. poſt Bal. in l. ſecunda, numero 80. idem tenet Bal. in l. licet. numero quarto, & ſequen. C. de acquiren. poſſeſs. vbi conclu-
197 dit, † quòd licèt per patientiam, vel alium titulum verum acquiratur mihi poſſeſſio in incorporalibus, tamen non dicitur mihi verè, & propriè tradita, niſi cum conſtituens patitur me vti: inferens ad iuriſdictionem, quòd habitu poteſt alicui competere, & non actu. & Bar. in quæſt. quadam incip. Mulier habens amplum patrimonium. nume-
198 ro octauo, concludit, † ꝙ in his, quæ ſunt iuris, patientia habetur pro traditione, per tex. in d. l. quoties. quæ eſt lex pen. ff. de ſeruit. & huiuſmodi traditio non dicitur vera, ſed tacita, quia modus eſt tacitus, ex quo reſultat quaſi poſſeſſio vera, tamen eſt ficta in modo tradendi, ſed vera in ſubſtantia poſſeſſionis, ſecundum Bal. in proem. feudor. in fin. prælud. numero vigeſimonono. quod eſt mirabile ſecundum ipſum. & in cap. cum contingit. numero primo, de reſtitu. ſpolia.
199 † quòd vera poſſeſſio quæratur ſine actu
200 corporeo. additque † impoſſibile eſſe ſubſtantiam poſſeſſionis transferri, niſi lex fingat actum corporeum. & Aegid. Bellam. conſilio decimo. col. decimatertia, verſi. cir-
201 ca tertium dubium. † concludit in iure eligendi, & conferendi, & alijs incorporalibus ſcientiam, & patientiam iunctam cum vſu, & exercitio haberi pro traditione, vel quaſi. & ante eum glo. & Ioan. Andr. in cap. ad decimas. de reſtitut. ſpo. in 6. ad fin. & in feudo loquitur ipſe Bal. in proe. feu. verſic. quarta diuiſio. nume. quadrageſimooctauo, vbi
202 † dicit, quod feudum licèt actu non conſiſtat in verbo, ſecus tamen eſt habitu, & feudi vſus ſine vlla poſſeſſione, vt in commodatario, depoſitario, & ſimil. per Bal. in capitulo primo. §. ſi quis de manſo. numero quinto, de controuer. inueſti. & Felin. in capitulo cum venerabilis. numero vigeſimo-
203 nono, de excep. † concludit, quod in his, quæ iuribus corporalibus cohærent, vt iure præſentandi, & huiuſmodi, ſtatim ſententia lata operatur, nec opus eſt traditione alia; & ſequitur Capic. deciſ. quinquageſimanona numero 44. & ſequen. Quod verum eſt, ſcilicèt quantum ad poſſeſſionem habitualem, & illius quaſi traditionem, vt ſuprà dixi.
204 Hinc eſt, † quòd beneficium habitu poteſt habere poteſtatem fori pœnitentialis, & ſic eſſe curatum, licèt non exerceat curam animarum, quia ipſo facto non habeat curam, ex eo, quod forte non habeat parochianos, per Cardinal. cõſilio quadrageſimooctauo, quidam nobilis. quem ſequitur Staphile. in tract. de gra. & expec. char. 46. columna pri-
205 ma. vbi † addit, quod in impetratione ſecundi beneficij debet fieri mentio de primo curato, eo modo. quamuis ille articulus ſit ſatis difficilis, & dubius inter Canoniſtas, vt latè per Afflict. in conſtitutione inconſutilem. numero quadrageſimoſeptimo, in nono notab. Felin. in cap. poſtulaſti. columna ſecunda, de reſcript. vbi concludit, non eſſe faciendam mẽtionem de curato habitu tantum, præſertim quoad affectum c. de multa. de præben.
206 † Verum eſt tamen, quòd ille, qui habet poſſeſſionem habitu, & non exercet, nihil
207 poſſidere uidetur, quia vt ille ait, † qui nihil agit, nihil poſſidet, ſecundum Bal. in dicto capitu. in principio, numero quarto, & octauo, & in cap. ſacramentum. numero decimoſeptimo, de conſuet. rect. feu. & Craue. conſilio vigeſimoquarto. in fin. vbi concludit, quòd ex non vſu non probatur præſcriptio. & Baldus conſilio 359. ſuper eo, quod quæritur. columna prima. verſiculo quædam verò procedunt à ſede. in prima
208 parte. dum † concludit, quòd circunſcripta obedientia populorum, Rex non poſſet dici regnare, l. ſecunda. §. ex actis. ff. de origin. iur.

gin. iur. Addit etiam Bal. in capitulo ſacra-
mentum. §. primo. in fi. & ibi Afflic. in vlti-
209 mis verbis. de conſuetud. rect. feu. † quòd
etiam per proceſſum contra contumacem
factum non acquiritur quaſi poſſeſſio iuriſ-
dictionis, per Innocen. in capitu. olim. de
reſti. ſpo. Imò plus Bal. ait conſilio 36. pro-
ponitur, quòd per commune Terdonæ. co-
lumna 1. verſi. item ille, qui facit. in ead. par.
210 prima. † qui facit, quod domino ſubtraha-
tur obedientia, quodammodò ſpoliat eum.
211 Et poteſt eſſe ratio, † quia virtus conſiſtit
in actu, & exercitio, non autem in habitu, vt
dicit tex. in c. 1. de ſacr. vnctio. & ponit Capi.
deci. 111. nume. 9. qui loquitur in iure præ-
ſentandi, & eligendi, vt habitu ſolo verbo
iudicis pronunciantis quaſi poſſeſſio acqui-
ratur, ad eam tamen habendam actu requi-
ratur actus corporalis, vt per Caſſado. deciſ.
ſeptima, num. 10. de reſtitu. ſpo. poſt Bal. in l.
2. num. 57. & 80. C. de ſeruit. & aqua. & cla-
riùs hoc firmat Paris de Puteo in tracta. de
ſindica. lib. 1. tracta. char. 373. cap. in officijs.
212 in principio. vbi † concludit, quod ad ac-
quirendam quaſi poſſeſſionem, tria requi-
runtur, electio, acceptatio, & ingreſſus of-
213 ficij, † quia iuriſdictionem ſemper debet
præcedere exercitium, & ibidem in fin. num.
214 7. allegat Bar. & Bal. † dicentes, quòd offi-
cialis, qui non adminiſtrat, nõ habetur pro
creato, nec prodeſt creatio, niſi ſit ſecuta ad-
miniſtratio. & probat Bal. cõſ. 508. tenor. nu
mero quinto, in quinta parte. dicens, quòd
officialis non dicitur quis, niſi ſit in poſſeſ-
ſione officij.
215 Nec enim † ſufficit officium in habitu, ſed
requiritur in habitu, & actu, vt ibi per eum.
216 † vnde quamuis electus officium ſeculare
poſſit adminiſtrare ſine alia confirmatione,
quia in his nõ requiritur confirmatio, Bar.
in l. penul. ff. de militar. teſta. & Felin. in cap.
ſignificauerunt. de iudic. nihilominus talis
ante exercitium non poterit unquàm dici
in quaſi poſſeſſione officij, vt dixi. & ità intel-
ligi debet Rot. deciſ. 207. licèt. iuxta addi-
tionẽ in fin. quæ ait, quòd iudex delegatus
habet iuriſdictionem ſuper perſonas etiam
non expreſſas, etiam ante litterarum præſen
tationem, & acceptationem, licèt non ha-
beat exercitium iuriſdictionis, niſi per ex-
preſſionem perſonarum, & litterarum præ-
ſentationem; quia debet intelligi in primo
caſu de iuriſdictione habitu, & in potentia
proxima, quę eſt infructuoſa, niſi ſecuto exer
citio, & nihil operatur. & ad hoc facit Socin.
in l. Publius. in princ. num 4. ff. de condit. &
217 demonſtratio. ubi † ait, quòd in iſtis officijs
ſecularibus tria conſiderantur, ſcilicet, de-
putatio, quæ fit per extractionem de burſa
communis, acceptatio, extractio, & exerci-
tium officij. Vnde inquit Archid. in capit. ſi
218 Apoſtolica. de præben. in 6. † quòd in ma-
teria ſtrictè interpretanda, lex loquens de
Eccleſia curata parochiali intelligi debet
eccleſia curata habitu, & actu, & vaſa vina-
ria dicuntur, in quibus eſt vinum actu, non
autem habitu, ut ibi per eum. & illud de ec-
cleſia, quæ non eſt curata actu, firmat etiam
Felin. in c. in noſtra. in 10. corrella. de reſcrip.
219 † dicens præterea non eſſe faciendam mcn-
tionem in litteris de cura animarum, cum
ſit tantùm curata habitu: idem ſi beneficiũ
ſit ſimplex, habens annexam eccleſiam cura-
tam. Sed contrarium tenet Afflic. in c. im-
perialem. in 16. quæſtione, nu. 18. de prohi.
feu. aliena. per Feder. quòd imò mentio be-
neficij curati verificatur in beneficio etiam
curato habitu tantùm. & huiuſmodi ratio-
nem ponit Bal. in l. ſed & mulieres. §. fin. ff. de
excuſ. tuto. quia eccleſia non dicitur cura-
ta, quæ eſt curata habitu, & non habet po-
pulum, nec curam in actu. quamuis Cano-
niſtæ teneant cõtrarium, vt ille ait, quia iſta
cura animarum eſt inſeparabilis. & Alexan.
conſilio 74. in principio, volumine quarto.
dicit, iura loquentia de eccleſijs collatis, vel
curatis, locum habere, & ſi tales ſint ſolo ha
bitu. idem firmat in conſilio ſequen. numero
4. & 5. eod. volumine 4.
220 Hinc eſt, † quòd cui denegatur exercitium,
multò magis & habitus dicitur denegatus,
per dictam rationem; & firmat Ant. de Ro-
ſe. in tract. de poteſ. Impe. & Pap. §. nec pro-
lixius. numero 7. & propterea etiam conclu
dit Abb. in cap. irrefragabili. numero 1. de
221 offi. ordi. † quòd iuriſdictio præſcripta ea-
tenus eſt penes præſcribentem, quatenus ip-
ſe eſt ſolicitus in ea exercenda. faciũt ea, quæ
ponit Alexan. conſilio 14. numero 24. volu-
222 lum. 5. † vbi loquendo de donatione Con-
ſtantini in eccleſiam collata, cõcludit, quòd
valuit, quia fuit quædam reſignatio cum ec-
cleſia, cuius iuriſdictionem haberet tempo-
ralem habitu, ſed exercitium erat penes Im-
223 peratorem. Qua ratione † Papa habitu,
& actu eſt ſuperior Imperatore. Eſt verum,
224 † quod regulariter, quoad materiam reci-
piendi appellationes, Imperator nõ ità ſub-
eſt eccleſiæ, quoad actuale exercitium, ut ab
eo appelletur ad Papam; per Felin. in capit.
nouit. numero tertio, in gloſſ. ſecunda. de
iud. poſt Abbat. & Barba. ibidem. Fateor
225 tamen, † quod aliquando idem operatur
potentia habitu, quod potẽtia in actu, quan
do ſcilicèt conuertitur in eodem ſubiecto, &
in eadem perſona, quæ poteſt exercere po-

 tentiam

tentiam etiam actu, vt per Put. in tracta.
ſindica. in cap. quidam fuit tortus. dum
226 concludit, quòd in officiali, †qui habet imperium, præſumitur metus, & terror
erga carceratum, licèt ille non ſit in tormentis, nec propè ea. negant tamen poteſtatem
habitu minorem eſſe, quàm exercitium, cap. paſtoralis. de reſcrip. Felin. in d. capit. nouit.
verſiculo, item glo. numero 3. qua ratione, vt pnto, Bal. l. quicunq;. numero 10. C. de ſen
227 tent. quæ ſine cer. ſol. char. penult. †conclu
dit, quod ciuitates Italiæ poſſunt ſibi conſtituere magiſtratus, qui iudicent inter ipſas, & earum ſubditos, dummodò hoc faciāt
cum auctoritate ſuperioris, qui ſit ſuperior
228 actu, & poteſtate. † Scio tamen dari caſus,
in quibus officium ſtatim quod confertur, ſortitur effectum ſuum, & ipſi quoq; officiales habent poteſtatem, etiam ſi quidquā nō exerceant, vt ſunt collectariæ, & ſubcollectariæ, & huiuſmodi officia, quæ in inuitum cō feruntur, ratione vtilitatis Reipublicæ, vt concludit Rot. deciſ. 207. licèt iuxta ordinationem. in no.
229 Concludo igitur † in propoſito noſtro, in
formanda quaſi poſſeſſione incorporalium, & ſignanter etiam iuriſdictionis poſſeſſione ſupradicta duo extrema, ſcilicèt ſcientiam, & patientiam, & exercituum, ſeu vſum con-
230 currere oportere: † in iam formata autem
ſatis crediderim diuerſum eſſe. nec eſt neceſſaria patientia eo caſu, quia habitu ſufficit tunc iuriſdictionem, ſeu eius quaſi poſſeſſionem extare; ità concludit expreſsè Bal. in cōſilio 367. venerabilis. num. 1. in 3. parte. dum concludit, quòd in incorporalibus ſemper in initio acquirendæ quaſi poſſeſſionis requiritur parientia aduerſarij, ſiue eius, ad quem prius illa iura ſpectabant, & ſine ea non acquiritur, per l. 2. C. de ſerui. & aqua. & l. 3. §. clarè. ff. de vſufruc. tit. generali, licèt poſteà in continuatione quaſi poſſeſſionis non requi-
231 ratur ſcientia, & patientia aliqua; † quia
initium poſſeſſionis eſt inſpiciendum, l. clām poſſidere. in princ. ff. de acqui. poſ. ſic & aliquis poteſt eſſe in quaſi poſſeſſione alicuius iuris, & tamen illud ius habere non pręſumitur, vt dicit Bar. in l. non nudis. in 2. lect. C. de proba. & facit text. in argum. in l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. ff. de acquir. poſ
232 ſeſs. † vbi habetur, quòd poſſeſſio retine
tur animo, licèt animo ſolo non acquiratur. Et hanc differentiam inter poſſeſſionem formatam, & formandam in his incorporalibus notat etiam Balbus in dicto tracta. præſcrip. in ſecunda parte, quartæ par. principa. numero decimoquinto, verſ. vltra
233 quos addit Aret. &c. vbi † dicit, quòd ſcien
tia, & patientia exigitur in ſeruitute formanda, ſecus in iam formata. & idem voluit in propoſito Alexan. conſilio decimoſexto, numero duodecimo, verſi. non obſtat id, quod notat Innocen. volumine quinto, dum vult, quòd in acquirenda quaſi poſſeſſione incorporalium patientia eſt neceſſaria, tanquam forma ad poſſeſſionem, ſecus in acquiſita ex diuturnitate temporis. Immò plus addit Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priua. quem refert, & ſequitur Alex. conſilio
234 50. num. 8. volumine 3. † quòd non ſufficit
probare, quòd per fundum tuum etiam mil le vicibus te ſciente, & patiente iuerim ad hoc, vt dicar acquiſiuiſſe quaſi poſſeſſionem iuris alicuiùs, putà ſeruitutis, viæ itineris, niſi etiam probetur, quòd ego iure meo id fecerim: quia aliàs poteſt eſſe, quòd tu paſſus fuiſti cauſa amicitiæ: & ſic vltra vſum, & patientiam, requiritur etiam, quòd iure ſuo fa
235 ctum ſit. † & hoc ex qualitate actuum com
prehendi poteſt, an quis vſus fuerit iure ſeruitutis, ſed vbi non apparet aliqua cauſa, ꝙ aliter vſus fuerim, utique intelligi debet, ꝙ vſus ſim iure ſeruitutis, ut inquit Alexand. conſilio 69. numero 4. volumine quinto. et
236 quòd ſcientia, † & patientia operetur con-
ſenſum, non autem ſola ſcientia, l. ſcientiam.
237 ff. ad leg. Aquiliam. † & vbi non eſt ſcientia,
ibi non poteſt eſſe patientia, & per conſequens nec quaſi poſſeſſio, ut concludit Grāmat. deciſ. quinquageſimonono, numero
238 vndecimo. † ut autem dicatur quis pati, &
conſequenter conſentire, oportet, quòd ſit talis, qui prohibere potuerit, & ſciuerit, quia aliàs non dicitur pati, ſi veriſimiliter pręui-
239 dere non potuit, † quia patientia eſt vir-
tus, cum qua mala æquo animo, ideſt, ſine perturbatione triſtitiæ toleramus: ità pulchrè declarat Soci. in c. cum contingat. de foro competen. nume. ſecundo, articulo quarto, columna prima. in fin. & columna ſecunda. in principio, & non minus clarè conſilio 187. volumine ſecundo. dum expreſsè concludit, quòd ad acquirendā quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis ad alterum pertinentis, requiritur eius ſcientia, & patientia, ideſt, conſenſus, ſecus ſi illa ſit patientia cauſata per impreſſionem, vt uoluntas coacta, quæ non habet, niſi conſenſum inuitum, non quæritur aduerſario quaſi poſſeſſio iuriſdictionis. addit ille numero vigeſimoſecūdo, quòd ſcientia, & patientia etiam cum præſentia non arguit conſenſum aliquem, quando ille non poterat actum impedire, per l. huius. ff. de pigno. actio. & not. in l. ſæpè. ff. de re iudica.
240 † Vnde tyrannus exercens iuriſdictionem

in ci-

240 ciuitate obſeſſa, nihil iuris acquirit, Bar. Caſtren. & alij in d.l. 1. in fi. C. de ſeruitu. & aqua. Caſtren. conſilio 444. in cauſa, quæ vertitur inter communnitatem. nu. 4. in 1. parte.
241 † violenta. n. quaſi poſſeſſio alicuius nō priuat poſſeſſione, ità But. conſ. 20. col. 4. Bal. tū
242 in l. 2. C. eo. tit. nu. 50. † concludit, quòd ſi quis facit homines alicuius loci confiteri, ꝙ ſint ſuæ iuriſdictionis, vel ab eis iuramentū fidelitatis ui exigit, acquirit ſibi quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, ſi tales homines poterant tradere quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, ſecus ſi non poterant, quia ſcilicet non erant liberi, ſed poſſidebantur per alium, per Inno. in c. cum inter. de reſtitu. ſpol. & l. ſi coloni. C. de agrico. & cēſi. lib. 11. & ità intelligit Inno. in c. dilectus. de capel. mona. & ꝓpterea Alex. conſ. 76. nume. 24. volumine. 5.
243 † concludit, quòd quaſi poſſeſſio iuriſdictionis ciuitatis eſt apud magiſtratum ciuitatis ibi exercentem iuriſdictionem, non autem apud populum. & iſtud dictum Alexan.
244 † procedit in ciuitate, vel loco, cuius ſciētia, & patiētia nihil tribuit iuris; quia nō habet iuriſdictionē, à qua ius cauſatur à ſcientia, & patientia alterius ius habentis, qua remota non poteſt dici acquiri quaſi poſſeſſio iuriſdictionis in exercente, ità concludit Abb. in c. fin. col. 7. verſ. ad quintum. de offic. Archid. dicens, quod ignorante eo, ad quem ius ſpectat, is, qui iura exercet, nihil acquiſiuit, per c. 1. de conſuet. & l. 1. & 2. C. de ſerui. & aqua. & Bal. etiam intelligi debet in ciuitate, quæ libenter obedit, quia ſi penes eam erat iuriſdictio, talis obedientia eſt ſcientia, & patientia, ſecus autem ſi per impreſſionem obediret. nā ſcientia, & patientia etiam cum præſentia non arguit conſenſum aliquem, quando ille non poteſt actum impedire, l. cuius. ff. de actio. & oblig. & ponunt Docto. in l. ſæpè. ff. de re iudica. & ità in terminis cōcludit Socin. conſ. 187. nume. 22. vol. 2. & ad hoc facit
245 Bal. in l. ſi de poſſeſſione. C. de probat. † dicens, quòd poſſeſſio depredatiua nihil prodeſt poſſeſſori, quia ille dicitur magis fuiſſe in poſſeſſione, quam poſſediſſe, ſecundum Oldra. conſi. 1. num. 13. Capic. deciſ. 55. nu. 1. & probat Abb. in c. conſtitutus. col. fin. verſ.
246 ad cōtrarium reſpondeo. de elect. vbi † concludit, quod malę fidei poſſeſſor nullum cōmodum poteſt habere, nec ſuffragium ſuum computari debet in numero aliorum, ſecundum Inno. in c. fin. eod. titu. quod dicit menti tenendum, & eum refert etiam, & ſequitur Io. Lupus in tracta. de liber. eccle. quæſtio. 6. numero 2.

Verum eſt, quod ſecundum Bal. d. conſil. 459. Apul. col. 4. ad fi. verſic. 9. probatur ſic. in 5.
247 parte. † multò fortius ſunt validæ iuriſdictiones, quæ procedunt a conſenſu, & obedientia ſpōtanea per l. ſi coloni. & l. litibus.
248 C. de agri. & cenſi. lib. 11. † nihil enim prohibet, ne quis ſe ſubmittere poſſit alij in prçiudicium ſuum, l. fi. C. de tranſact. ut ille ait, & etiam ſuprà diximus in 2. requiſito præ-
249 ſcriptionis, & poſſeſſionis. Et quod † huiuſmodi ſcientia, & patientia tàm reſpectu ipſorum ſubditorum, quàm reſpectu ſuperioris debeat eſſe libera, & abſoluta, non autem coacta, firmat Lucas de Penna in l. hac lege.
250 C. de aquæ duct. lib. 11. † dicens, quòd exactiones perſonales, & huiuſmodi, quæ fiunt à ſubditis ſemper potiùs præſumuntur fieri per metum, quàm ex dedita opera, per l. libenter. C. de agrico. & cenſo. lib. 11. & præſertim in maioribus petentibus à ruſticis. & ad hoc plur. concord. adducit Gramma. voto 12. numero 17. ideò Bal. in l. ſi uolens. C. de libera. cauſ. quem refert, & ſequitur Iaſ. in prælud. feudo. numero vigeſimoprimo, & in l. ſecunda numero quarto. C. de iur. emphy. & in addit. ad Bar. in l. prima. numero quar-
251 to. C. de confeſs. concludit, † quòd ſi Rex Franciæ faciat confiteri aliquam ciuitatem eſſe ſuam, & inde iurare fidelitatem à ciuibus, talis confeſſio, & iuramentum fidelitatis non tenebit; quod notat dicta additio contra Regem Carolum inuaſorem Regni Neapolitani. & ſupraſcriptos Docto. refert, & ſequitur Gramma. in d. voto 12. nume. 22. & ſeq. & Alex. conſ. 94. num. 2. & ſeq. vol. 5. cōcludit, quòd per receptionem iuramenti fidelitatis ab hominibus alicuius Caſtri, vel villæ, dicitur quis acquirere quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, per Bal. in d. l. 2. C. de ſerui. & aqua. intelligi debet, ut ſuprà diximus. id verum eſſe, ſi liberè, & non per impreſſionem iuramentum præſtitum ſit à populo li-
252 bero, † aliàs ſi populus ille erat ſubditus alteri Principi, utiq; per rebellionem non priuat dominium ſuū iure ſuo, nec quaſi poſſeſſione, niſi expelleret dominum de territorio, vel eum caperent, & in carcerē ponerent.
253 † quia ciuitas, vel alia vniuerſitas non pōt ſibi aſſumere rectorem perpetuum in prçiudicium Imperatoris, vel alterius Domini, ut ibi per ipſum nume. 3. & ità in propoſito, & terminis nōſtris concludit Soci. conſil. 187. num. 21. verſ. confirmatur iſta opinio. vol. 2.
254 † dicens, quòd per patientiam violentam non quæritur aduerſario quaſi poſſeſſio iu-
255 riſdictionis, † quia licèt habeat cōſenſum, ille tamen eſt meticuloſus, & non releuat, Bal. in rubrica. in fi. de controuer. inueſti. ubi concludit, quòd Prælatus ſi aliquem inueſti-
256 uit per metum, non tenet inueſtitura, † nā,

ut ille ait, quòd voluntas coacta ſit uolũtas,
procedit in rebus proprijs, nõ autem in ad-
miniſtratoribus, vt ibi per eum; & probat
Abb. poſt Ant. de But. in c. cum olim. il 3. nu-
257 mero 9. de reſti. ſpol. ubi † concludit, quòd
ſubditus, & obediens debet animo delibera-
to obediendi obedire tanquam ſuperiori. &
Bal. in l. decernimus. ſuprà allegata, num. 2.
258 C. de ſacroſanct. eccle. vbi † concludit, quòd
ſi Imperator malè adminiſtrantem patiatur
regere, & gubernare, nec poſsit eum expu-
gnare, quòd talis non propterea cenſetur ha
bere ſcientiam, & patientiam liberam Impe-
ratoris, & ſic talis patientia nihil ei proderit.
& iſtud eſt, quod Abb. dixit in c. cum eccleſia
Sutrina. nu. 14. & 17. de cauſ. poſſ. & proprie.
vbi firmat patientiam requiri non ſolùm di-
recti domini, ſed etiam ſubditorum, Ancha.
d. conſi. 142. col. pen. Meminiſſe autem opor
259 tet, † quòd non eſt parua diſſenſio inter Do
cto. in hoc videlicet, cuius ſcientia, & patien
tia requiratur. alij enim dicunt in acquiren-
da quaſi poſſeſsione incorporalium ſufficere
illius ſcientiam, & patientiam, qui ſit in poſ-
ſeſsione, Inno. in c. bonæ. num. 6. uer. ſed hoc
ipſo. quòd ſunt Canonici. de poſtu. præla. vbi
concludit, quod ſi dominus nõ poſsidet, nul
lum præiudicium poteſt ei inferri in poſſeſ-
ſione, Bal. in l. 1. num. 16, C. de ſerui. & aqua.
vbi concludit, quòd ſi dominus non poſsi-
det verè, vel interpretatiuè, ut quia per uim
eſt expulſus, tunc ſcientia, & patientia non
eſt neceſſaria in acquirẽda quaſi poſſeſsione
ſeruitutis alicui, quia cùm nullo modo poſ-
260 ſideat, † quòd non poteſt facere per verum,
& expreſſum conſenſum, non etiam poteſt
facere per tacitum, & ſic non poteſt quaſi
poſſeſsionem transferre. id quod Abb. vide-
tur admittere in c. in literis. nu. 18. verſi. ego
tamen reſpectu acquiſitionis poſſeſſionis pu
to ſciẽtiam ſuperioris non eſſe neceſſariam,
ſed illius tantùm, qui erat in poſſeſſione iu-
ris. de reſti. ſpol. & ità etiam reſpõdit Alex.
conſil. 94. nume. 5. verſ. ex hoc infertur. vol. 5.
dum dicit, quòd ſufficit patientia poſſeſſio-
nis, nec tunc curatur de patientia illius, ad
quẽ pertinet iuriſdictio de iure. & hanc opi-
nionem tenet Aegid. Bellam. conſ. 10. col. 14.
verſ. 3. quoties. vbi concludit, ꝙ ſi Dominus,
& proprietarius non eſt in poſſeſſione, nõ re-
quiritur eius ſcientia, ſed poſſeſſorũ patien-
tia tantùm ſufficit, ſecus ſi Dominus poſſi-
deat, vel nullus eſſet in poſſeſsione. Quod ta-
mẽ ego intelligo in eo, qui ſit in poſſeſsione,
vel quaſi iuſta, ſecus autẽ, ſi ui, clàm, vel pre-
cariò poſsideret, quia tunc eius ſcientia, &
patientia non ſufficeret ad formandũ quaſi
poſſeſsionem alterius, vt de tyranno poſſi-
dente loquitur Gramma. deciſ. 59. nu. 10. niſi
eius poſſeſsio eſſet formata per patientiam
Domini ſuperioris, vt ille ait.

Alij ſentiunt neceſſariã eſſe, & ſufficere patien-
tiam aduerſarij, l. quoties. la 2. ff. de ſerui. tit.
generali. & ibi Bar. Caſtren. conſi. 23. funda-
mentum. col. 2. in princ. in 2. par. vbi conclu-
261 dit, † quòd ſcientia, & patientia aduerſarij
præſumitur, ſi exercitium erat publicum, &
notorium in loco. & loquitur in quaſi poſ-
ſeſſione fodiendi venam argenteam, & hu-
iuſmodi. idem probat Afflict. deciſ. 282. poſt
262 Iaſ. conſi. 81. nu. 1. vol. 3. vbi † dicit, ſcientiã,
& patientiam aduerſarij eſſe quaſi poſſeſſio-
nem in his incorporalibus; & * communem
dicit Balb. in tracta. præſcript. in 1. memb. 2.
par. 4. par. principa. nu. 15. verſ. & hæc eſt ſin-
gularis limitat. vbi dicit, ꝙ in incorporali-
bus non eſt dare quaſi poſſeſſionem, niſi per
ſcientiam, & patientiam aduerſarij, & loqui-
tur in paſcuis, iuriſdictionibus, aquæducti-
263 bus, iure boſcandi, & huiuſmodi, † nec eſt
tunc neceſſaria ſcientia ſuperioris, quando
cauſa non tangit ipſum Principem, vt per
Alex. d. conſi. 6. nu. 4. verſi. item quia nõ præ-
ſcribitur hoc caſu contra Cæſarem, &c. vol.
1. Alijs autem, & pleriſque viſum eſt, patien-
tiam eſſe neceſſariam illius, ad quem perti-
net, l. pen. ff. de ſeruitu. l. 1. & 2. C. de ſerui. &
aqua. Alex. conſi. 23. nu. 3. volu. 5. Abb. in d. c.
264 bonæ. il 2. nu. 20. de poſtul. Prælat. vbi † ad-
dit, quòd ſi plurium intereſt, plurium etiam
requiritur ſcientia, & patientia, & ſic eius, à
quo pendet ius transferendi eam quaſi poſ-
ſeſſionem, argumen. l. 4. §. dare. ff. de vſufruct.
Bal. in l. 1. nu. 8. C. vti poſſide. & clariùs in d. l.
2. nu. 18. C. de ſeruitu. & aqua. vbi concludit,
quod talis eſſe debet ſciens, qui habeat po-
teſtatem quaſi tradẽdi, & vt ille ſtatim ſubij-
cit, requiritur ſcientia, & patiẽtia ipſorum,
quorum auctoritas requiritur in quaſi poſ-
ſeſſione tradenda, vel inueſtienda, per text. in
l. pupil. ff. de acquir. poſſ. non autem eorum,
qui ſi illud ius vellent tradere, non poſſent,
vel aliquid opitulari, ità declarat Alex. conſ.
82. in fin. volu. 3. dicens, quod ad hoc, vt quis
poſſit adipiſci quaſi poſſeſſionem alicuius
iuris incorporalis, oportet, ꝙ probet ſe exer-
cuiſſe ſciente, & patiente eo, qui ius habet in
illo iure, aliàs autem oportet, ꝙ vſus fuerit
ſciente, & patiẽte ſuperiore, vel magiſtratu,
qui præeſt illi territorio, vbi hoc ius exerce-
tur, per Bar. in l. ſi publicanus. §. in vectigali-
bus. ff. de publican. Innoc. in c. bonæ. il 2. de
poſtul. Præla. in c. olim. il 3. de reſti. ſpo. & cũ
alijs cõcordan. de quibus per eum, qui loq-
tur ad excludendum probationẽ quaſi poſ-
ſeſſionis iuris percipiendi obedientias, & fa-
ciendi

ciendi bnlleras.idem probat Soci. conſ.187.
nu.21.vol.2. vbi ait,ſcientiam, & patiẽtiam
illius neceſſariam eſſe, de cuius præiudicio
agitur,& qui ſit,vel pręſumatur eſſe in quaſi
poſſeſſione,& allegat Inno.Ancha. & Floria.
265 † addit Grãmat.d.deciſ.59.nu.10. neceſſa-
riam eſſe ſcientiam, & patientiam Dñi, licèt
abſentis,vel eiecti,per Bart.in l.1.§. denique.
ff.de aqu.pluu.arcen.& in l.1.in 3.lectu.C.de
ſerui.& aqua.Et idem latiùs firmat Soc.in d.
c.cũ contingat.in 7.artic. col.2. de foro cõp.
266 † vbi concludit in præſcribẽda iuriſdictio-
ne,uel Imperio mero,vel mixto, requiri ſciẽ-
tiam,& patientiam ſuperioris,vel inferioris,
cui illud competit,quia ſcientia, & patiẽtia
illius ſolius requiritur, de cuius præiudicio
tractatnr.& clariùs idem firmat in 5.articu.
267 col.2.verſi.1.conſiderari debet. † dicens, ꝙ
ſuperior in hoc caſu dicitur is,ad quẽ perti-
net locus ex natura loci,de cuius iuriſdictio
nis quaſi poſſeſſione,vel pſcriptione tractat,
puta,in Regno, vel Principatu alicuius, cu-
ius totum ſolum in eius poteſtate conſiſtit,
ſine quo ſolo pręſcriptio, nel quaſi poſſeſſio
non poteſt procedere. Vnde, vt ille ait in d.
artic. col.1. ſi volo quærere mihi iuriſdictio-
nem,quã alius habet, ità vt poſſim eam tan-
quam dñs vendere, vel in feudum cõcedere,
vtiq; eius ſcientia,& patiẽtia requiritnr.Idẽ
ſi volo quærere merum Imperium ex ſubie-
ctione,& iuriſdictione, ac exercitio, licèt lõ-
gum tempns requiratur, qnia ſubditi mu-
tant ſtatum. idem etiam dicendũ erit in ca-
268 ſu, quem ipſe ponit in 4.artic. † in eo, qui
ędificat vnum populum in ſolo alieno,vt ibi
exerceat omnia iuriſdictionalia, quia p hu-
inſmodi ſolam occupationẽ, & exercitium
iuriſdictionis qnæritur iuriſdictio, vt fece-
runt Veneti; ſubdens, ꝙ requiritur ſemper
ſcientia& patientia ſuperioris,illius ſcilicet,
qui poſſit expreſsè concedere, & transferre
iuriſdictionem huiuſmodi in eam acquirẽ-
tem;& propterea ſi ſunt plures,qni habeant
quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis eiuſdem,
& qnis velit eã ſibi qnęrere,requiritur ſcien-
tia,& patiẽtia ſuperioris, ſeu illius, de cuius
præiudicio agitur neceſſariò. & clariùs in 6.
269 artic. † vbi quærit in quos, ſeu cõtra quos
iuriſdictio quæri poſſit,& concludit,ꝙ con-
tra quemcunque inferiorem, ſiue ſit domi-
nus,ſiue aliàs habens iuriſdictionẽ, ſiue vni-
uerſitas,ſiue populus. imò & cõtra Impera-
torem,& Papam,dummodò non ſit talis iu-
riſdictio, per quam videatur quis velle præ-
ſcribere, ꝙ ſit acephalus, prout etiã firmat
Bal.conſi.439.Apulus.col.3.verſi.12. arguo.
270 in 3.par.vbi † concludit, ꝙ impoſsibile eſt,
ꝙ præſcribatur ſuperioritas ſuperioritatis,
271 † qa ſupra ſupremam poteſtatem non eſt
aſcenſus.Idem firmat Soci.conſ.187.nu.21.
verſi.5.& vlti.vol.2.vbi concludit, ꝙ ad acq-
rendũ quaſi poſſeſsionem iuriſdictionis re-
quiritur ſcientia,& patientia illius,de cuius
pręiudicio agitur. Idẽ expreſsè firmat Bal.
conſi.367.venerabilis.nu.1.& clariùs conſil.
272 370.verba reſcripti.nu.1.in 3. par. † dicẽs,
ꝙ in præſcriptione vectigalium requiritur
ſcientia eius,ad quem pertinẽt,per l.2. C.de
273 ſerui.& aqua. † vnde ſubijcit requiri ſcien-
tiam & patiẽtiam eorum tantum, quorum
ius tangitur,& non aliorum,per Innoc. in c.
bonę.de poſtula.Pręlat.Idẽ habetur clarè in
addi.ad Bart.in l.1.§. deniq; nu.4.ff.de aqua
plu.arcẽ.& ideò dum Bal.in d.c.bonę.nu.25.
274 & ſeq.de poſtula.Pręla. † dicit, ꝙ in pręſcri-
benda iuriſdictione non eſt neceſſaria ſcien-
tia,& patientia populi, ſed donatarij Impe-
ratoris,intelligi debet de eo populo, qui nõ
habet iuriſdictionem, ſecus autẽ, ſi eſſemus
in populo libero,& vniuerſitate,q̃ facit pro-
uinciam, cuius officiales non indigent con-
firmatione ſuperioris, vt ſuprà vidimus. &
ità loquitur Alex.cõſi.16.nu.19.& ſeq.vol.5.
Et facit tex. ĩ l.1. in fi.ff.de ſeru.ruſt.pręd.ibi,
Talis debet eſſe ſciẽs. ſequitur Petrus de An
cha.conſil.142.col.pen.verſi. non obſtat d.l.
275 ſeruitutes.vbi † cõcludit, ꝙ in præſcriben-
da iuriſdictione, tria ſunt conſideranda in-
ter cætera; actus ſuperioris ſciẽtis, & patien-
tis,ſuperiorem autem appellat, ad qnem p-
tinet ille locus. Idem ſi ſit lis,& agatur inter
alios,quàm cum ipſo Principe, ſecũdũ Alex.
276 conſ.127.viſo tit.in prin.vol.1. † vbi loqui-
tur in quaſi poſſeſsione exigendi vectigalia,
ſeu datium,ꝙ vltra exercitiũ, ideſt, ex actio-
nem diutinam,& immemorabilis temporis,
nihilominus probãda ſit ſcientia; & patien-
tia officialis,ad quem ſpectabat curia loci.&
clariùs firmat Bal.d.conſi.466.ſi pater. in 4.
par.vbi ait,ſcientiam, & patientiam Princi-
pis,vel eius locum tenentis neceſſariam eſſe;
& Bar.in l.ſi publicanus. §.fi.ff.de publica. &
Spec.in titu.de cau.poſ.& proprie.§.qa verò.
verſi.ſed quid de colligentibus podagium.&
ità tenet Anto. de But.in d. c. in litteris. nu.
277 15.de reſtit. ſpo. † vbi hoc modo interpre-
tatur d. l. quoties.quę eſt l.pen.ff.de ſeruitu.
refert etiã Abb.in ſua q.Titius clericus. quę
eſt 4.in ordine.num.9.verſi. ſed contra hanc
communem opinionem. Idem firmat Bar.
in conſil.189.nume.11.vbi ait, quod in ha-
benda quaſi poſſeſsione iuriſdictionis illius
patientiam eſſe neceſſariam, qui habet vni-
uerſalem iuriſdictionem, nec alterius ſcien-
tiam,& patientiam ſufficere,& in l.fi.nu.4.ff.
vti poſside. idem repetit; & eſt * communis
opinio,

opinio,ſecundum Alex.conſi.16.nu.8.verſi.
ſed nec etiã probatur dicta ciuilitas.volu.5.
* & eam etiam * cõmunem dicit Rip.in rubr.
nu.25.verſi.3.fuit opinio.de cauſ.poſſ.& pro
prie.& idẽ in proprijs terminis tenuit Iaco.
de ſancto Georgio in tract.feu.in verſi.cum
mero,& mixto imperio.nu.23.vbi dicit,ꝙ in
iſtis incorporalibus non poteſt exerceri poſ-
ſeſſio, niſi data ſcientia,& patientia ſuperio-
ris.& ratio manifeſta eſt in promptu, quam
278 ponit Bar.in d.conſi.189.num.9.† quia ſi
poſſidens non ſit dominus, uel non habeat
cauſam à dño, nõ habet ius tranferẽdi qua-
ſi poſſeſſionem, argumento l.qui vniuerſas.
§.fina.ff.de acqui.poſ.Quamuis enim is poſ-
ſeſſor dñi voluntate effectus ſit, non ideò ta-
men talem poſſeſſorem conſtituere poteſt,
279 ignorante dno, † cùm ſolum in manibus
ſuperioris iuriſdictioni, & impio renunciari
poſſit,l.1.§.& cum placuiſſet.ff.de orig.iur.l.
pen.ff.de offic.præſi.quod & probat Hẽrich.
de Boue.in ſuis ſingula.tit.de iuriſdic.& im-
280 pe.nu.6, vbi cõcludit, † ꝙ non poteſt quis
renunciare iuriſdictioni,niſi in manibus ſu-
periorum, poteſt tñ benè renunciare quaſi
poſſeſsioni iuriſdictionis,per Innocẽ.in c.in
dubijs.de renũc.& Bar.in l.ſi quis vi.§.diffe-
rentia.ff.de acquir.poſſ.Qua de re Io.Con-
281 ſtan.ſuper cõſtit.Reg.char.454.col.2.† cõ-
cludit,ꝙ etiam notarius non põt renuncia-
re officio ſibi cõceſſo, niſi in manibus ſupe-
rioris,& eo conſentiente, per l.legatus.ff.de
offic.pręſi.c.admonet.& c.quod in dubijs.de
renuncia.& plut.concordan.de quibus per
eum. Et generale eſt, ꝙ renunciatio facta in
manibus non ſui iudicis nõ valet, vt firmat
Iacobi.de ſancto Georgio in tract.feudo.in
verbo, & vniuerſalis.num.11.& hoc probat
Bal.in l.Barbarius.in 1.lect.in fi.de offi.præ-
282 ſi.o.† loquens in Imperatore,ꝙ non põt re-
nunciare Imperio in manibus electorũ, quia
non ſunt eius ſuperiores,ſed tñ in manibus
Papæ, cum & is ſolus poſsit eum deponere,
ſeu deſtituere abſq; generali cõcilio,ex cauſa
tamen nõ leui,ſed pro maximis criminibus,
qui ſtatum Chriſtianum perturbarẽt, & ad
eum confirmatio pertinet,vt firmat Præpo.
in c.lex eſt.in princ.2.diſtinct.
283 † Papa aũt, quia non habet aliquem mor-
talem ſuperiorem, benè põt renunciare Pa-
patui in manibus ſuis proprijs, & probatur,
284 in c.1.vbi Francus.de renuncia.in 6.† vbi
idem dicit eſſe in Cardinalibus, qui nõ poſ-
ſunt renunciare Cardinalatui, niſi in mani-
bus Papę ſuſcipientis ipſam renunciationẽ,
& ꝙ officium publicum non poſſit quis à ſe
abdicare per priuatam renunciationẽ,pro-
batur in l.legatus.ff.de offi.pręſid.Abb.poſt.
glo.in c.quod Dei.nu.4.de ſtatu.mona.& ità
285 etiã firmat Bar.in d.conſi.189.nu.9.† ꝙ ne-
que tacitè,neq; expreſsè põt Comes habens
iuriſdictionem alteri cedere, quia ſolùm po-
teſt renunciare in manibus ſuperioris.

Et quod iuriſdictio quemadmodum non põt
haberi,niſi ab ipſo ſuperiore, ità etiam non
poſsit qui eam habet à ſe abdicare, niſi re-
nũciãdo in manibus ſuperioris,firmat Bart.
in d.l.ſi quis vi.§.differentia.in fi.ff.de acqui.
poſ.& pro hoc Ancha.in reg.ſine poſſeſsio-
ne.char.vlti.col.1.verſi.ſubſequenter quęro,
vtrùm quis poſsit à ſe abdicare iſtam quaſi
poſſeſsionem iuriſdictionis renũciando.de
reg.iur.in 6.allegat l.penul.ff.de offic.præfe.
vrb.& c.admonet.& c.ꝙ in dubijs.de renun-
cia.in 6.
286 Verum eſt,† ꝙ põt quis ſine ſuperiore poſ-
ſeſsionem iuriſdictionis renũciare,vt firmat
Bar.in d.§.dĩa.per Inno.in d.c.quod in du-
287 bijs.& eum ſequitur Ancha.vbi ſ. † & ſic
ſtat differentia inter ipſam iuriſdictionẽ, &
poſſeſsionem ipſam; prout & tenuit Rota,
quę loquitur in beneficialibus, deciſ.306.ſi
288 actor.in no.† vbi habetur, ꝙ in profanis,
& iuribus corporalibus renunciatio tenet
abſque ſuperioris auctoritate, ſecus verò in
beneficialibus.& hoc eſt,quod dixit Bart.in
d.conſi.189.vbi reſpondit per vſum iuriſdi-
ctionis in homines liberos, & in Comites, q
erant in quaſi poſſeſsione iuriſdictionis ex
priuilegio,ciuitas illa exercens iuriſdictionẽ
nõ acquiſiuit quaſi poſſeſsionẽ iuriſdictio-
nis ex patiẽtia tñ ipſorum, qui ẽt ſi expreſsè
voluiſſent,non potuiſſent concedere,per ra-
tionem ſupradictam.quamuis Roma.conſ.
494.intelligat eam in iuriſdictione compe-
tente alicui officiali, quia tunc eam nõ põt,
niſi in manibus ſuperioris à ſe abdicare. Sed
iſta reſtrictio non videtur iuridica,cùm non
habeat rationem diuerſitatis inter caſum,
& caſum.

Et pro cõfirmatione huius opinionis, ꝙ ſupe-
rioris ſcientia,& patientia ſit neceſſaria, ad-
do Bal.in c.1.in princip.nu.2.qualiter olim
289 feudum alie.pot.vbi † concludit,ꝙ vbi eſt
ſuperioritas, ibi debet adeſſe auctoritas, qa
aliquid fieri in rebus alienis,& c.l.fin.in fi.C.
de pact.qñ.ſ.ius, qđ quis habet in re,eſt ſup-
poſitum,& ſubiectum ſeruituti,& obſequio
tñ, vt ibi per eum; prout eſt in caſu noſtro.
290 † nam cum, vt ſuprà dixi, ſuperior poſsit
ſupprimere omnem iuriſdictionẽ,ideò quaſi
poſſeſsio huiuſmodi põt pro libito ſui volũ-
tate infringi.idem firmat Aegid.Bellame.d.
conſi.10.col.19.verſi.2.ratio principalis.vbi
loquitur in quaſi poſſeſsione iuris eligendi,
pręſentandi,& conferendi, quòd ſcientia, &

patientia

patientia illius requiratur, cuius principa-
liter intereſt,ſciam, & patientiam neceſſariá
eſſe.& idem voluit in conſi.3.col.fin.verſi. ad
primũ tñ veniens.vbi dicit,ꝙ iura,quę dicũt
in incorporalibus patientiam pro patiẽtia
haberi, intelligi debent de patiẽtia illorum,
qui contendunt illud ius habere. & firmat
Balb. in præallegato tractat. præſcript. in 6.
291 memb.nu.22.2. par. 3. par. principa.† vbi
firmat,ꝙ in præſcribẽdis regalibus,putà iu-
riſdictionalibus,pedagijs,& id genus, requi-
ritur ſcientia, & patientia ſuperioris; & ità
etiam intelligit Alex.conſi.23.nu.2.vol.5.vbi
loquendo in iuriſdictione concludit, ꝙ req-
ritur ſcia,& patientia illius, ad quem illa ꝑ-
tinet,& Bar.in l.1.§.hoc interdicto.ff.de itin.
actuq; priua.& Doc.in l.imperium.maximè
Iaſ.nu.11. verſi. circa pręcedentẽ materiá. &
Vallaſcus nu.75.in 9.limit.poſt de ſancto Se-
uerino q.15.& Bar.in l.1.§. deniq;. ff. de qua
plu.arcend.arguendo ab incorporalibus ad
iuriſdictionem plenè defendunt eá pręſcribi
non poſſe;quia nec poſſideri pôt abſq; ſupe-
rioris patientia. & ità etiam firmat Abb. d.
conſi.18.col.pen.in 2.par.

Nec obſtat,quòd Innoc.Bald. & alij ſupradicti
ſentiunt ſufficere poſſeſſoris ſciam, quia alij
diſsẽtiũt,vt ſuprà dixi,maximè Bart.& Cun.
quos refert,& ſequitur Caſt.in d.l.1.nu.6.C.
de ſeru.& aqu.vbi cõcludũt,falsũ eſſe,ꝙ poſ-
292 ſeſſoris patiẽtia ſufficit; † inferentes ad ty-
rãnum,quod eius patientia, nihil proſit vo-
lenti acquirere quaſi poſſeſſionẽ iuriſdictio-
nis in aliquo loco per ipſum tyrãnũ obſeſſo.
Et hoc inconuincibili argu. tuetur Bart. ibi
nu.7.videlicet,ꝙ illius patiẽtia, qui poſſidet
ui, clã, vel precario, nihil prodeſt,nec aliquẽ
conſtituere pôt in quaſi poſſeſſione.id quod
meram veritatẽ eſſe fatetur Caſt. ibidem. &
dicta per Alex.d.cõſi.94.vol.5. vt in iure ſub-
ſiſtant,intelligi debent de poſſeſſore,qui ha-
beat ius à ſuperiore cũ facultate trãsferẽdi,
prout ſentit ipſemet d.conſi.16. nu.8. & ſeq.
eo.vol.pro Cõitate Regij cõtra Dños de Ca-
293 noſſa,† vbi poſſeſſorem intelligit illum,qui
habeat ius transferendi, propter cõem opi-
nionẽ,quam ipſe mox ſubijcit, de qua ſuprà
dictum eſt.& ſequitur Soci.conſi.187.nu.21.
294 verſ.5.& vlt.vol.2. † vbi dicit,neceſſariá eſſe
ſciam,& patientiá illius,qui lædi pôt.& pro-
bat Abb.d.conſ.18.col.pen.in 2.part.vbi di-
cit,patiẽtiam dñi in iſtis incorporalibus eſſe
quaſi poſſeſſionem,nec aliter haberi poſſe.&
ſentit Caſt.l.ſi quis diuturno.nu.4.ff.ſi ſerui.
295 vendi. † dum concludit, ꝙ ſi tu habeas ius
colligẽdi pedagia in aliquo territorio fortè
ex cõceſſione Principis,& ego ſciente, & pa-
tiente te præſcribo,acquiro ius colligendi.

Non obſtat 2.opinio, quia intelligitur de ad-
uerſario ius habente, prout dicit Lap. in al-
296 lega.ſua 85.viſis oĩbus.col.2.vbi † cõcludit
pro ciuitate Tudertina, ꝙ ex quo ꝑ tm̃ tpis
ſpatium, cuius initij memoria non extabat
in contrarium d. ciuitas exercuerat iuriſdi-
ctionem,tanquã libera,& exempta, ſciẽte &
patiẽte aduerſario Dño,ſ.eccleſia Romana,
cuius erat iuriſdictio, per donationem Cõ-
ſtantini,non pôt eccleſia prętẽdere aliquam
iuriſdictionẽ in dicta ciuitate, vt ibi per eũ;
& meliùs per Bar.in d.conſi.189.ad fi.vbi lo-
quitur in ſimili caſu,& per eundem in l.ſi pu
297 blicanus.§.fi. nu.1.ff.de publica. vbi † con-
cludit,ꝙ in præſcribendo vectigalia requiri-
tur ſcia priuati, ſi ad eum ius pertinet, aut
ſuperioris, vel eius, cui hoc commiſſum eſt,
aliàs non dicetur præſcribens fuiſſe in quaſi
poſſeſſione, quia aduerſarij ſcia nõ interue-
nit.& clariùs idem firmat Bal.in d. cõſi.439.
298 Apulus.col.6.nu.4.in 3.par.vbi † cõcludit,
ꝙ requiritur ſcia, & patientia ſuperioris in
præſcribendo imperio mero,& ſuperiorẽ in-
quit appello eũ, ad quem pertinet territo-
rium,& locus ex natura loci,quia ſi ſit in ſo-
lo alieno,putà in aliquo Regno, requiritur
conſenſus Regis,vel Reginæ,vt ille ait. & idẽ
299 firmat ibi col.3.verſ.xj.arguo ibi,item † qđ
alienum eſt vnuſquiſq; ſcit ad ſe non perti-
nere;totum.n.ſolum Regni eſt Regis, ꝑ tex.
in l.1.§.cum vrbẽ.ff.de offi.præfect.vrb.idẽq;
300 firmat Alex.d.cõſ.16.nu.13.& 18.vol.5.† di-
cens, ꝙ ad probandum quaſi poſſeſſionẽ iu-
riſdictionis per vſum,& exercitium, requiri-
tur,ꝙ qui dicit acquiſiuiſſe eã,probet, exer-
cuiſſe iuriſdictionem ſciente & patiente illo,
qui prius erat ĩ quaſi poſſeſſione iuriſdictio-
nis,ſeu Imperatore,vel illo,ad quẽ ſpectabat
iuriſdictio,& ſic illo,qui poterat illam quaſi
poſſeſſionem tradere,& transferre.& Abb.in
c.tm̃.col.pen.verſi.ad 5.de offic.Archid.con-
cludit,ꝙ in huiuſmodi incorporalibus exigi
tur ſcientia & patiẽtia ex parte eius,cui pre-
iudicatur:verbi gratia,Epiſcopi,ſi agitur de
acquiſitione iurium epiſcopalium. & ꝙ in-
telligatur de ſcia,& patiẽtia illius, ad quem
pertinet iuriſdictio, firmat Bald. conſil.270.
verba reſcripti.nu.1.in 3.par.& Bar.d.conſi.
189.nu.5.Ancha.conſi.142.& Alex.d.cõſ.16.
vol.5.& Soci.conſ.187.nu.21.verſi.& vlt. vol.
301 2. † Ità vt non ſufficiat ſcia,& patientia vi-
cegerentis, ut infrà dicemus in verſic. his ſic
302 præmiſſis.† certum eſt.n.ꝙ huiuſmodi pa-
tiẽtia proculdubio requiritur in interdicto
retinendæ,de quo per Bar.in l.fin.nu.4.ff.vtĩ
poſſide.de aqua quotidiana,et ęſtiua.ꝑ Bar.
in l.1.§.perinde.ff.eod.tit.de aqua quotidia.
& æſtiua.ſed ẽt in adipiſcendæ,vt dicit Inno.

in d.

in d.c.dilectus.nu.2.verſic.ſed opponitur. de
capel.mona.& Afflict.deciſ.67. per totũ. vbi
ẽt loqtur poſt Bal.in uti poſſidetis; poſt Bal.
in d.c.bonæ.il 2. de poſtu. prela. ſed ẽt in in-
terdicto recuperãde, per Bar. in d.l.3.§. vnde
ui.circa fi.ff.de ui,& vi armata.& Bal.i d.l. 2.
in xj.oppoſ.C.de ſeru.& aqua.poſt Inno. i d.
c.cum eccleſia.verſi.item requiritur ẽt,quan
303 do agitur recuperandæ † nam cum agitur
interdicto recuperandæ, poſſeſſionis neceſſe
habet deiectus probare ſe poſſediſſe, vt i iſtis
incorporalibus concludit Bar.in d.l.1.§.hoc
interdicto.in fi.ff.de itin.actuq; priua.per d.
l.3.§.vnde vi.ff.de ui,& vi arma.& ita reſpon-
304 dit Abb.in conſi 23.nu.2. in 2. par. † qa il-
lud remedium datur pro eo, quod deiectus
305 poſſidebat. † & in interdicto retinendæ,qa
requirit poſſeſſionem, uel quaſi, ex quo da-
tur poſſidenti,neceſſe eſt, ꝙ probetur ſcia,&
patientia aduerſarij, cum aliter haberi non
poſſit illa quaſi poſſeſſio, inquit Bart.niet in
d.§.hoc interdicto.nu.10. Et iſta ratio aper-
tiſſimè cõcludit in omnibus remedijs, in q-
bus agitur de poſſeſſione,uel quaſi. Et ꝙ at-
306 tinet † ad modum probãdi per teſtes, ꝙ qs
poſſederit, uel quaſi aliquod ius incorpora-
le; quòd non ſufficiat, vt dixi, ſi dicant, ſe ui-
diſſe poſſidere iuriſdictionem, qa poſſeſſio,
vel quaſi in incorporalibus non probatur p
teſtem dicentẽ, ſe uidiſſe talem poſſidere, ut
concludit Nellus de ſancto Gemin. in tract.
de teſti.nu.132.& clarius Alex. cõſi.148.nu.
4.uol.1, dum concludit, ꝙ teſtes deponentes
ſuper his, quę ſunt iuris, uel de eo, ꝙ ſolo ſen
ſu corporeo non percipitur, dñt ẽt non in-
terrogati reddere rõnem, alias nõ ſufficit di-
307 ctum eorũ. Quamuis † aliàs Bal.conſ.112.
viſis teſtibus.in n.in 4.par.in antiqs, conclu-
dat, ꝙ in his, quæ ſunt difficilis probationis,
putà, in probanda ætate, admittatur teſtis
deponẽs de viſu, vel iudicio ſuo; & illud cõſi.
Alex.refert,& ſequitur Boſſ. de oppoſ.cõtra
teſtes.nu.73.& cõcordan.plu.ibi citat, & ibi
videri poſſent exempla,& nu.ſeq.& plu.ſeq.&
in ſpecie de teſte deponẽte ſuper iuriſdictio-
ne,vel de ſeruitute,& hmõi firmat Bal. in l.1.
in fi.C.de ſecund. tab. contra Bar.in l.1. in fi.
308 ff.de aucto.tuto.ubi † concludit, ꝙ ſi teſtis
dicat, Scio, qa ſcio, non probat, niſi ſpecificet
309 p quem ſenſum ſenſerit, † qa ſenſus qñque
pro itellectu accipitur, & ideò talis ratio eſt
310 incerta, † qa quod pluribus modis exponi-
tur, eius veritas ignoratur. qua rõne ſi ẽt di-
cat ſe ſcire talem eſſe in quaſi poſſeſſione iu-
riſdictionis, adhuc non probat quaſi poſ-
ſeſſionẽ, niſi rõnem reddat, vt p Bal.c.fi.in ti.
311 de iura.calum.dum † concludit, ꝙ verbum
Scio, eſt uerbũ ęquiuocum, qa pluribus mo-
dis ſcire poſſumus; ſ.ſm ſcripturas, ſm præ-
312 ſentiam, & ſm vehementẽ opinionem. † &
ideò teſtis dicens ſe ſcire Titiũ occiſum fuiſ-
ſe a Seio, nõ probat, niſi dicat, hoc eſſe verũ,
313 † quia veritas nihil eſt aliud, q̃ res viſu pce-
pta, & memoria retenta, uel adæquatio rei
ad intellectum, ſm Philoſophum, Alex.cõſi.
314 56.nu.4.volu.4.id qđ † non cadit in his in-
corporalibus, qa immediatẽ ſenſu corporeo
non percipiuntur, ut ſ. dixi. idem cum addi-
tur de probanda fama, vel notorio, vt con-
cludit Alex.conſi.2.nu.1.uol.4.& conſi.123.
nu.3.uol.7.idẽ in teſte deponente, ꝙ res fuit
vẽdita ꝓ tãto pretio, per rõnem prędictã, ut
315 per eundem in conſi.117.nu.7.vol.eo.† idẽ
ſi teſtes deponant in criminalibus, qa ẽt nõ
interrogati debent reddere rõnem dicti ſui,
Alex.conſi.15.nu.6.vol.1.pulchrè Iaſ.in ma-
teria falſi teſtamenti conſ.62. in princ.vol.1.
316 & Craue.conſi.2.nu.5. † & ibi addit, idẽ in
probanda negatiua; & in probãdo aliquem
eſſe bonæ, vel malæ famæ; Natta cõſi.96.col.
317 fi. † Idem in probando, ꝙ aliquis fuerit ne-
gligens, uel diligens; teſtes.n.deſuper depo-
nentes debent rõnem reddere, ẽt non inter-
rogati; Orian.in c.qm contra.in uerb.depo-
318 ſitiones.in fi.de proba. † Idem ſi dicat, talẽ
poſſediſſe fundum ut uaſallum, vel ſi depõ-
nant de negatiua, Alex. conſi.136. uolum.1.
319 † quemadmodum ẽt ſi agatur de proban-
da minori ætate alicuius, ẽt ſi diceret ſe ſci-
re, quia recordatur de die natiuitatis eius,
Alex.conſi.51.col.2.uol.eo.& conſi.21.nu.5.
vol.eo.& regulariter ꝙ in his, quæ iudicio ra
tionis percipiuntur, debeãt reddere rõnem,
probat ipſemet conſi.133.vol.7. Idem ſi di-
cat, Titius ſtipulatus eſt, vel delegauit, per
eum conſi.173.eo.
320 † Ratio ẽt iſta de viſu, quæ eſt ſimul iuncta
in eadem ſtructura uerborũ cum dicto te-
ſtium nõ eſt plena,& clara ad veritatem, di-
321 cti.& ratio † teſtium debet eſſe clara, con-
cludens, & non procedere p difficultates in-
tellectus, ut dicit Bal. in d.l.conuenticulam.
nu.6.C.de epiſ.& cler.Feli.in c. cum cauſam.
322 il 1.col.3.verſi.fallit 2.de teſti. ubi † inqt, ꝙ
dictum teſtis debet eſſe ità clarum, ut non
oporteat ſuper eo diſputari. Addit Bal. in c.
323 fi. nu.15.de offi.deleg. † ꝙ in quolibet teſte
324 requiritur ſenſus, & intellectus; † intelle-
ctus aũt eſt oculus aiæ diſcernens uerũ a fal-
ſo,& prius uerum, deinde falſum.& hoc eſt,
quod ipſemet uoluit in d.l. conuenticulam.
nu.6.ubi dicit, ꝙ debet deponere per cauſas
in ſuis caſibus cadentes; uerbi gratia, ſi de-
ponũt ſuper dominio, uel pręſcriptione, ut
ibi per eum. pro quo facit, quod ipſe ponit
325 in l.preſbyteros.nu.14.C.eo.tit. † dũ uult, ꝙ
ſi teſti-

ſi teſtimonium probatorium non requirat
cauſam, ſi teſtis nõ ſit interrogatus de cau-
ſa ſciẽ in his, quę ſunt facti ſenſibilis, quæ q-
dem intenſiuè comprehendũtur, putà, ꝙ qs
offenderit alium ad ſui defenſionem, ſufficit
enim tunc, ꝙ teſtis dicat, ſe illud vidiſſe, vt ꝑ
Corn. conſi. 134. nu. 5. vol. 3. Dec. conſ. 458. &
in eo teſte, qui dicit aliquem furioſum, pru-
dentem, vel imprudẽtem, quia probat, ſi di-
cit, quia vidit eius geſta, vt per eundem cõſi.
85. nu. 5. volu. 2. vel ẽt ſi nullã ſui rõnem red-
dat, vt ille ait conſ. 21. nu. 3. vol. eo. licèt in fu
rioſo contradicat Ang. in authen. vt cùm de
326 appellat. cogno. nu. 10. † dicens, ꝙ furor vi-
327 ſu percipitur, † & ꝙ teſtis probat dicẽs ali-
quem vidiſſe furentẽ, vel furioſum. Sed con-
trarium eſt verius in probãdo aliquẽ furio-
ſum, vel mutum, vel tractatũ filiationis, aut
matrimonij, Rui. cõſ. 52. nu. 5. vol. 5. ſicut vbi
328 teſtes de notorio deponerent, † quia in no-
torio non eſt neceſſe, ꝙ reddatur ratio cauſę
viſus, quia ſufficit de veritate notorij, de quo
nõ dubitatur ꝑ aliquem ſani capitis, & ꝙ in
populo hoc teneatur, tanquam verba ſniẽ.
329 † licèt. n. notorium in ſui origine requirat
viſum, tñ in ſuo proceſſu commẽdatur me-
330 moriæ apud aĩo videntes, † & ſic mortui
331 faciunt fidem viuentibus. † & ideò põt ali-
quis iurare notorium eſſe, & ꝙ tñ non vidit,
Bal. in c. fi. in fi. de iur. calum. vbi exẽplificat
de Cæſare triumphante Romæ in ſtatu Se-
natus, Troia capta, Chriſto humanato, Pau
lo prædicãte, & hmõi: põt. n. quis iurare prę-
dicta ſe ſcire, & vera eſſe, quamuis Frãcus in
c. cõſuluit. nu. 3. de appella. latè diſſentiat, ꝙ
imò ſuꝑ notorio teneat teſtis reddere cau-
ſam, ẽt nõ interrogatus. Idẽ ſuper dominio,
ſocietate, vel ꝙ quis ſit hæres, Caſt. conſil. 73.
332 col. 2. in 2. par. ſecus tñ eſt, vt inquit Bal. † ſi
deponat ſuper his, quæ iuris ſunt, quia tunc
rõnem debet reddere iunctã cum ſenſu cor-
poreo, aliàs non valet eius dictum, & deficit
probatio, Caſt. conſil. 165. viſis, & põderatis.
nu. 2. in 2. par. Barba. conſ. 3. nu. 17. vol. 2. nã
333 ſm Bal. in d. l. ſolam. col. 1. & ſeq. † vbi req-
ritur iudicium intellectus ſupra ſenſum nõ
creditur teſti, niſi rõnem concludentem ap-
plicet ex ſenſu, cùm ea non poſſint videri, vel
ſentiri directè, vt in probando adulterio, vel
aliquẽ ebrium, aut furioſum, qui præſumi-
tur ex eo, ꝙ quis proijcit lapides, Bald. in l. ſi
cũ dotem. §. ſi maritus. ſub nu. 2. ff. ſolu. mat.
Item in probando aliquem fratrẽ alterius,
vel conſanguineum, pulchrè Dec. conſi. 524.
col. 1. quia in his plurimùm intellectus labo
rat, licèt in facto conſiſtant, non tñ ſe aĩo of-
ferunt, niſi per diuerſa media, circa quę poſ-
ſunt teſtes de facili decipi, & ideò dnt redde-
re rõnem manifeſtam, aliàs dictum ipſorum
dicetur potiùs iudicium, q̃ teſtimonium. &
idem ſentit Bal. in l. data opera. nu. 45. C. qui
accuſa. non poſ. dũ concludit, ꝙ ſi teſtis uult
probare, ꝙ aliquis habeat ſeruitutẽ, vel diſci
plinã, uel uitium, ut ꝙ ſit ſobrius, prodigus,
uel furioſus, quæ quidem ſunt paſſiones
animi radicatæ, & innxæ intrinſecùs, debet
aſſignare rõnem, quę hoc inferat neceſſariò,
qa eſt teſtimonium induſtriale; ſecus in his,
quæ patent ſubiecto ſenſus, ut ꝙ Seius Sem-
pronium offenderit ad ſui defenſionem, uel
non, tñ probatur, ſi cauſæ tendentes ad hoc
exprimantur, non obſtante, ꝙ mox teſtis di-
cat, ſe credere, ꝙ Seius occiderit Semproniũ
ad ſui defenſionem, ſm Alex. conſi. 76. col. fi.
334 uol. 1. † Item licèt bonitas, uel malitia ſa-
poris percipiatur iudicio intellectus, tñ quia
guſtus eſt proxima cauſa illius iudicij, credi-
tur teſti dicenti vinum bonum eſſe, quia gu-
ſtauit, quia non ſumus in his, quę ſenſu per-
cipi non poſſunt, niſi per cauſas valdè remo
tas, ut concludit Alex. cõſi. 109. col. fi. eo. vol.
335 Sic & in probanda † negligentia alicuius
oportet, ꝙ teſtes deponãt de aliquibus acti-
bus, ex quibus ea colligitur per intellectum;
quia negligentia nõ eſt aliquid formatum,
quod ſenſu percipiatur viſus, vel auditus, vel
alio ſenſu corporeo, nec illius eſſentia, ut cõ-
cludit Bar. conſi. 102. nu. 2. chariſſime dñe. ſi-
cut cùm agitur de probando aliquem eſſe,
uel non eſſe ſanum mente, Corn. coſi. 26. nu.
21. uol. 4. Idem ſi teſtis dicat, ſe uidiſſe aliquẽ
mortuum, uel ꝙ talis erat clericus, non pro-
bat, niſi adijciat rationem, ſm Bal. in d. c. cũ
cauſam. il 1. nu. 28. & 32. de teſti. & rationem
ponit Bal. in d. l. data opera. nu. 63. C. qui ac-
336 cuſa. non poſſ. vbi † concludit, ꝙ inuiſibi-
337 lia probantur per ea, quæ videntur, † & in-
corporalia probantur per ea, quæ audiun-
tur. & probat idem Bal. in rub. nu. 8. & ſeq. C.
ſi ex fal. inſtru. vbi concludit, ꝙ de inuiſibili-
bus teſtis non poteſt rationem reddere, niſi
conſecutiuè, vt vidi filium furioſum, vidi a-
ctus eius ſignificantes furorem, vidi Seium
dñm, vidi actus eius dominium ſignificãtes
aliàs dominij conſecutiuos, ſicut eſt longiſ-
ſima poſſeſſio, vel executiuos, ſicut eſt domi-
niũ, & præeſſe rei colonos, & ſubditos, ſicut
obedire, & tractari ipſum ut dñm. quod ſi te
ſtis in conditione furtiua uidit Titium fura-
tum fuiſſe cappã Sempronij probat dñium
per viſum ex vitio, & præſumptione legis, ma
gis quam ratione viſibilis materiæ. Additq́;
338 † quòd ſi teſtis dicat, vidi talem dicentem
verba diſplicibilia, non probat diſplicentiã,
quia non eſt intellectus inquantum intelle-
ctus, quia diſplicentia, vel complacentia eſt
ſita

ſita in voluntate, & intellectu, ut eſt odium,
339 vel amor.† ſunt autem, ut ille ait, incorporalia quædā abſtracta, ut obligationes, quędam concreta, vt dominia, & ſeruitutes. prima non poſſunt ſenſu viſus ſolùm probari directè, vel indirectè: alia autem poſſunt indirectè, ꝑ dictum Apoſtoli dicētis, ꝙ inuiſibilia cognoſcuntur per ea, quæ videntur, quia ſunt immediatè coniuncta cum ſenſu viſus.
340 Hinc eſt, † quòd ſi teſtis dicat, Vidi Titium equum, vel nauem habere, non probat dominium, ſed ſolùm detentionem, ſecundum Bar. in d. l. 1. C. de nau. Tyberi. lib. 11. Idem di
341 cit Alex. conſi. 21. nu. 5. vol. 1. † ſi agatur de probanda minori ętate alicuius, quia teſtes debent rationem concludentem reddere. & idem ſi teſtes dicant incendium factum culpa, & defectu alicuius: debent enim rationē concludētem dicti ſui aſſignare per alterum ex ſenſibus corporeis: Alex. conſ. 74. nu. 8. vol. 6. idem, ut ille ait, ſi dicat iudicio meo. Idem ſi teſtes deponant per verba iuris, prout eſt Stipulatio, niſi deponant de interrogatione præcedente, & reſpōſione ſubſequuta, Alex.
342 conſ. 76. in princ. eo. uol. † ſecus, ut ille ait, ſi deponant per verba, quæ adaptantur ad quid facti, putà, ꝙ Titius promiſſit decem Seio, vel ꝙ vidit talem iudicem; ſic ſecundū Are: idem ipſe reſpondit conſil. 159. nu. 6. eo. vol. in teſte deponente, ꝙ cōtrafacientes mercantias, tenētur denunçiare, ut quia niſi deponat de actibus facti, ꝙ mercatores teneātur denūciare, quia iſtud eſt iuris, quemadmodū in ſtipulatione, & fideiuſsione. ſequitur Capic. deciſ. 159. nu. 36. & iſtud eſt, quod Bar. ſentit in l. is, qui. 6. diuus. ff. de tuto. & cu-
343 rato. datis ab his. dū † dicit, quod in probanda aliqua animi qualitate, verbi gratia, dementem, uel furioſum, teſtis debet deponere ſuper his per actus exteriores, quos vidit, etiam non interrogatus de cauſa ſcientię. & probat Nellus de ſancto Gemi. in d. ſuo
344 tract. nu. 133. & ſeq. † dicens, ꝙ ſuper incorporalibus non cadit viſio corporalis, & pro-
345 ꝑtereà † ſi teſtis dicat, ſe vidiſſe talem dn̄m nō probat dominium illius, niſi aliud dicat.
346 † idem ſi aſſerat vidiſſe talem dementē, vel furioſum, niſi de actibus deponāt, per quos qlibet diſcretus ità iudicaret, verbi gratia, quia fatuè loquitur, & abſq; propoſito, vel deridenda per vicos loquebatur, vel lapides proijciebat, vel quia non habebat memoriā ordinatam, vel non habebat conſtantiam ordinatam, vt latè per Alex. conſi. 86. nu. 10.
347 & ſeq. vol. 2. † Item, vt ille ait, non cadunt directe, & vniformiter in ſenſum viſus, quia cōſiſtunt in iudicio rectę rōnis, & plus habēt rōnis, q̄ ſenſationis, vnde quilibet pōt de facili decipi, ſicut & cū teſtis aſſirmaret, ſe ſcire, ꝙ talis eſt obligatus Sēpronio, vel habet bona hippothecata: neq;.n. ex hoc probaretur obligatio, vel hippotheca, niſi etiam nō interrogatus deponat de cauſis, à quibus fama traxit originem, Alex. conſ. 2. nu. 17. vol.
348 7. † Idem etiam putauerim in probādo, ꝙ poſſeſſio vacua tradita fuerit, cum diffi cilè probari poſſit, Alex. conſi. 11. nu. 2. vol. 4. qa vt ille ait, oportet probare, ꝙ ille, q tradidit,
349 ſolus poſſideret.† Idem in criminalibus, vt cōcludit Alex. cōſi. 15. col. 3. verſi. & ſunt duo
350 teſtes. uol. 1. † Idem in probādo valore rei, quia non pōt uideri, nec tangi, Bal. cōſ. 392. ego pręſuppono. in 2. par. niſi res ſit talis, cuius ualor hominibus ſit cognitus, ut frumētū, & hmōi, ſm ipſum in l. ſolam. C. de teſti.
351 † idem crediderim in probando contractū ſimulatum, cum difficile ſit probare ſimulationem, inquit Bal. conſil. 18. punctus quæſtionis uertentis coram uenerabili viro. col. 2. in 2. par. vbi addit, ꝙ teſtes, qui non deponunt de forma inſtrumenti, non poſſunt deponere de ſimulatione. Idem in probanda
352 † negligētia, niſi deponant de cauſa ſciæ ꝑ actus corporeos, non ualet, quia de ſe nō eſt quid, quod ſenſu corporeo percipiatur immediatè, ut per Pari. de Put. in ſuo tract. ſindica. in libello contra poteſtatem. c. 9. nu. 3.
353 Sed ſic eſt, † ꝙ iuriſdictio ſolo ſenſu corporis non percipitur, ſed eſt de his, quæ nō modico diſcurſu, & miniſterio intellectus indigent, ergò ſolo ſenſu corporis nō probatur, nec eius exercitium, niſi exprimantur aliqui
354 actus iuriſdictionales: † quia iuriſdictio, & dn̄ium æquiparantur, l. qui furore. ff. de ſtatu homi. & ſm Bar. quem cęteri ſequuntur, in l. 1. nu. 15. ff. de iuriſdict. omn. iud. In pro-
355 bando aūt dn̄io † nō ſufficit teſtimonium de viſu, ſm Bal. in d. l. ſolam. col. 1. C. de teſti. quemadmodum reſpondit Bart. conſil. 110. quidam Maſſiolus. lib. 1. quem refert, & ſequtur Alex. conſ. 109. ad fi. uol. 1. dum cōcludit, ꝙ quædam ſunt, quæ ſenſu corporeo immediatè percipi nō poſſunt, niſi ꝑ cauſas ualdè remotas, uerbi gratia, ꝙ aliquis ſit dn̄s talis fundi, oportet. n. ꝙ viderit eum acquirere tit. aliquo habili ad transferendum dn̄ium, & ꝙ lōgo tpe poſſederit, & in his oportet, ꝙ teſtis limitatè reddat, & exprimat cauſam ex his, quæ ſenſu corporeo ēt percipiūtur, ēt
356 non interrogatus. † quædā ſunt, quæ licèt iudicio intellectus percipiantur, tn̄ ex cauſis propinquis, & immediatè habentur, nec indigēt lōgo diſcurſu intellectus, & in his ſufficit, ꝙ teſtis reddat cauſam per ſenſum corporis, licèt non exprimat particulariter ea, quæ percepit per ſenſum; uerbi gratia, ꝙ vinū ſit

nū ſit

nũ ſit boni, vel mali ſaporis; ſufficit enim ꝙ
dicat, quia guſtauit, vt ſ. dixi, q̃a guſtus eſt
propria, & immediata cauſa bonitatis, uel
malitiæ ſaporis; quam tñ certum eſt percipi
357 iudicio intellectus. Idem, ꝙ quis fecerit † ad
ſui defenſionem, quia proxima cauſa iſtius
iudicij eſt viſus, Neuiza. conſ. 78. nu. 31. idem
cõcludit Alex. cõſ. 136. col. 3. verſ. quinimmò
358 dato, ꝙ nõ interrogatur. eo. uol. 1. † vbi lo-
quitur in teſtibus deponentibus, an quis ſit
dñs feudi, an quis poſſideat rem tanquã va-
ſallus, ſeu feudatarius, vel an res ꝑtineat ad
eum tanquam feudũ hmõi, ꝙ ex quo ſumus
in his, quæ immediatè ſenſu corporis non
percipiuntur debent teſtes, etiam non inter-
rogati, rationem concludentem reddere; ver
bi gratia, quòd fuerunt præſentes inueſtitu-
ræ de ea re factæ, per traditionem annuli, vel
bireti impoſitionem, vel quòd vidit eum ſpa
tio triginta annorum poſſidere rẽ, & feudũ,
& præſtare ſeruitium perſonale dño petenti,
& recipienti, vt ille ait, nu. 10. in teſte deponẽ-
te de conſuetudine, de præſcriptione, vel ali-
quid eſſe notorium, vel famam ità ſe habere;
prout de notorio ẽt loquitur Bal. in Authẽ-
tica at qui ſemel. nu. 12. C. quomodo, & qñ
359 ind. † dicens, ꝙ notorium eſt ſententia po-
360 puli; † propterea teſtes deponentes de no-
torio debent rationem reddere, ꝙ populus
ità pro certo tenet, & habet pro certo, vero,
361 & indubitato. † Idem in teſte deponente, ꝙ
filius poſſederit rem tãquam hæreditariam,
quia debet dicere, quod primũ vidit patrẽ,
362 deinde filium poſſidere, † quia teſtis, qui ha
ber ſcientiam iuris, & facti, probat etiam ea,
quæ iuris ſunt; ità cõcludit Bal. conſi. 295. ſu
per 1. puncto. col. 3. verſi. item dico. in 4. par.
per tex. in l. 1. in princ. ff. de vẽtr. inſpic. & l. 1.
in fi. ff. de verbo. obligat. & ad prædicta facit
etiam, quæ ponit Felin. in c. cũ Ioannes. nu.
363 4. de fid. inſtrum. † dicens, ꝙ teſtes deponẽ
tes contra inſtrumentum debent aſſignare
rationem dicti ſui etiam non interrogati, ẽt
ſi deponant ſuper tali negotio, ſuper quo a-
364 liàs non tenerentur, niſi interrogati. † Et in
criminalibus etiam teſtes tenentur reddere
rõnem dicti ſui etiam nõ interrogati, Alexã.
365 conſi. 72. nu. 9. vol. 1. † Item ad probandum
aliquem eſſe hæredem patris non ſufficit, ꝙ
teſtis dicat, quia vidit, & audiuit, Corn. conſ.
366 18. col. 2. vol. 1. † Item ad probãdum, quod
res eſt feudalis, neceſſe eſt, quod teſtes dicant
rationem concludentem, putà, quia inter-
fuerunt inueſtituræ, vel quia viderunt talem
rem poſſidere tanquam feudalem, & pro ea
preſtari ſeruitium, & ſimilia, vt latè cõcludit
367 Afflic. deciſ. 277. nu. 4. & ſeq. † Item ſi teſtes
dicant aliquem fuiſſe priuatum poſſeſſione,
non probant cauſam huiuſmodi, niſi reddãt
368 cauſam ſcientiæ, † quia poſſeſsio retinetur
in animo, qui non videtur, Corn. conſil. 329.
369 col. pen. in fi. † Item ad probandum aliquẽ
eſſe bonæ, vel malæ famæ, vt per Nat. conſil.
370 96. in fin. † Item ꝙ quis ſit ſanæ mentis, ne-
que. n. directè probari poteſt per teſtẽ, quia
non cadit directè in ſenſum teſtis, Bal. in l. in
371 eo. in fin. ff. de teſta. † vbi concludit propte-
reà, ꝙ tabellionis aſſertio in teſtamento, ꝙ
teſtatur ſit ſanæ mentis, & intellectus non
probat ſanitatem mentis, quia non percipi-
tur viſu, uel auditu, ſed iudicio rationis, vn-
de illa uerba, non habent vim teſtimonij, ſed
ſolùm cõformant ſe cum legis præſumptio-
ne. Item ſi teſtis dicat ſe ſcire, quòd Titius oc
372 cidit Seium ad ſui defenſionem, † itẽ in pro-
bando negligentiam, vel negatiuam, item fa
mam, item dñium, item furorem, vel demen-
tiam, item intereſſe, item aliquem infamem,
item contra inſtrumenta, late per Iaſ. in l. cũ
hi. §. vult igitur. col. 1. & ſeq. ff. de tranſact. &
373 ibi num. 3. † addit, ꝙ non ſufficit in redden
da ratione, ꝙ teſtis dicat vera eſſe contenta
in capitulo, quia vidit, & audiuit, niſi aliter
374 ſpecificaret. † Item in probando ẽt animo
deliberato, vel animi qualitate non ſtatur te
ſtis aſſertioni, niſi deponat de exterioribus,
ex quibus talis qualitas detegatur, per Blãc.
375 in l. fin. nu. 58. ff. de quæſtio. † Idem in pro-
bando bona eſſe feudalia, quod etiam non
interrogatus teſtis debet rationem reddere,
376 Rolan. à Valle. conſ. 82. nu. 33. vol. 2. † idem
in probando aliquem fuiſſe negligentem, vel
377 negligentiam, Rui. conſi. 12. vol. 5. † idem ẽt
in probando valore rei immobilis, vt per Ca
gnol. in l. 2. nu. 236. C. de reſcinden. vendit. &
ad probandum ſocietatem, vt ſuprà dixi. er-
378 gò idem dicendum eſt † in probanda iuriſ-
dictione, & conſequenter in probando exer-
379 citio iuriſdictionis. † nam exigere pedagiũ,
quando caſus attulerit eſt iuriſdictio, & fru-
ctus, & acceſſio illius iuriſdictionis, ſecundũ
Bal. conſil. 278. col. 3. in 2. par. & conſequen-
ter eius exercitium, iſta ſunt ſimul & ſemel
380 probanda; † & quamuis exercitium in fa-
cto conſiſtat, nihilominus non cognoſcitur
eius qualitas, niſi exprimatur per teſtem, in
hoc enim vertitur iudicium intellectus, &
perſpicax inſpectio ad cognoſcendum, quo-
modo illud exercitium fuerit magis iuriſdi-
ctionis, quàm alicuius gradus imperij meri,
vel mixti. Qua rõne Lranfran. in ſua pract.
ciui. c. qm̃ contra. in verſi. teſtium depoſitio-
381 nes. num. 30. † concludit, ꝙ teſtis ſi dicat,
tale Caſtrum habere imperium, & interro-
gatus, quomodo ſciat, debet dicere, quia vi-
dit officialem dicti loci decapitare vnum in

dicto loco. & ad hoc facit Zaſi. cõſi. 11. col. 2.
382 in fi. & col. ſeq. vol. 2. † vbi cõcludit, ꝙ ſi te-
ſtes dicant, ꝙ vbi aliqs in tali loco deliquit,
punitur ꝑ magiſtratũ illius loci, & ꝙ qui hñt
ibi domiciliũ nemini alij, q̃ dicto magiſtra-
tui ſubiecti ſunt, probatur, ꝙ talis locus eſt
de territorio talis oppidi. & ꝑ eundẽ cõſ. 16.
nu. 2. uol. co. Et in his, niſi reddat rationẽ nõ
interrogatus, non probat, in alijs aũt nõ te-
netur reddere rõnẽ dicti ſui, niſi prius ꝑ iu-
dicẽ interrogatus, alioquin reputatur uer-
boſus, ità rñdit in terminis probandi, ꝙ lo-
cus ſit de iuriſdictione, & territorio alicuius,
Bal. conſi. 154. thema proponitur. vt ſ̃, col. 3.
383 in 2. par. † & in terminis teſtium deponẽtiũ
de dñio, territorio, diſtrictu, iure decimãdi,
& alijs, quæ potiùs ratione, q̃ ſenſu ꝑcipiun-
tur, ſi nõ reddiderint rationẽ dicti ſui, ꝙ ſnia
deſuper lata ſit nulla, firmat ipſe in l. fin. in 1.
lect. in fi. C. de ſen. quæ ſine cer. quant. profer.
aliàs dictũ hmõi teſtis iudicium magis, q̃ te-
ſtimonium iudicari debet, quia tranſcendit
notiſſimos terminos offi cij teſtis, ex his, quę
ponit Bal. in locis ſuprà allegatis, & in l. pen.
col. fi. nu. 14. C. de ſen. quæ ſine cer. quãt. pro-
fer. ubi dicit, ꝙ ſnia lata ſuper dictis teſtium,
qui non reddiderunt cauſam dicti ſui, nõ va-
lebit, ſi redditio cauſæ erat de ſubſtantia, ut
in dñio, territorio, diſtrictu, & hmõi, quæ, ut
dixi, ratione magis, q̃ ſenſu percipiuntur,
quod refert, & ſequitur Feli. in c. cũ cauſam.
384 col. 3. in prin. de teſti. Et ratio eſt, † quia niſi
teſtis reddat rationem dicti ſui, non põt in-
telligi, an habuerit notitiam eorum, de qui-
bus deponit. & probat idem Fel. in c. cũ con-
tingat. num. 5. & ſeq. de reſcript. ubi firmat,
385 † ꝙ aliquis dicitur habere notitiã alicuius
materiæ, q cognoſcit eius ſubiectũ, & quoſ-
cunque effectus, & proprietates ipſius; infe-
rens ad teſtem inductum ſuper probãda fa-
ma, uel notorio, aut poſſeſſione, ꝙ interro-
getur, quid ſit fama, notorium, ſeu poſſeſſio,
debet deponere taliter, ꝙ ſciatur, eũ cogno-
ſcere proprietatem, & effectus famę, notorij,
& poſſeſſionis, aliàs nõ ꝓbabit. & propterea
386 dixit Alex. conſ. 80. in fi. vol. 4. † ꝙ quamuis
cauſa ſit cognoſcenda ſummariè &c. & idem
habeat liberum arbitrium procedẽdi de iu-
re, & de facto, nihilominus teſti non redden-
ti rationem, uel non bonam, fides adhiben-
387 da non eſt. † nec refert, ꝙ exercitium iuriſ-
dictionis differat ab ipſa iuriſdictione, ſicut
poſſeſſio, uel quaſi exercitij iuriſdictionis à
quaſi poſſeſſione ipſius iuriſdictionis, ut fir-
mat additio quædã ad Bal. in l. 2. nu. 7. C. de
388 ſerui. & aqua. † quia dico vtroq; caſu nihi-
lominus teſtem dicti ſui rationem reddere
debere, ut ſtatim dixi, quia ſemper non mo-
dicus diſcurſus intellectus requiritur.
Hinc eſt, ꝙ Corn. conſi. 123. col. 2. verſic. ad uer-
389 tendum eſt. vol. 1. † reſpondit, in probando
territorio non ſufficere, ꝙ teſtis dicat talem
locum eſſe de territorió illius, niſi etiã dicat,
quomodo illud ſciat. & clariùs hoc firmat
Bal. in l. data opera. nu. 43. C. qui accuſa. non
poſſ. uerſic. ſuper ſitu cadit teſtimonium, de
quo ſuprà in 1. art. diximus. ubi concludit, ꝙ
teſtes inducti ſuꝑ territorio, uel iuriſdictio-
ne dẽt reddere rationẽ ꝑ cauſas in facto cõ-
ſiſtẽtes, quia. ſ. exercere viderunt iuriſdictio-
nem, alij per furcarum erectionem, alij ꝑ ca-
pturam maleſactorum, vel aliorũ actuum,
quibus demonſtratur exercitiũ iuriſdictio-
nis. hæc. n. ut ille ait in l. 1. nu. 16. C. de fructi.
390 & lit. expen. † & banna, & condemnationes
ſunt fructus iuriſdictionum, de quibus per
Inno. in c. dilectus. nu. 5. uerſi. qualis aũt poſ-
ſeſſio. de capel. mona. ubi dicit, ꝙ edicta pu-
blica per ciuitatem, uel caſtrum emiſſa ſunt
actus iuriſdictionales, quamuis nullus in ea
incidat, & quamuis non conſtet, ꝙ talia edi-
cta, uel ſtatuta, & hmõi habuerint effectum,
tñ dicitur acquiſita iuriſdictio in oẽs de vni-
uerſitate, Alba cõſ. 64. nu. 9. & ſeq. & ibi nu. 4.
391 & plu. ſeq. † addit, quod iuriſdictionis qua-
ſi poſſeſſio ẽt probatur per inſtrumenta an-
tiqua, in quibus dicitur tales eſſe homines
talis, item per gratias factas ibidem nu. 14.
& alijs diuerſis modis, ut ibi per eum, item ꝑ
collectarum impoſitionem, ſecundum Al-
be. de Roſa. in l. fin. nume. 9. ff. de iuriſdictio.
392 omn. iudic. † impoſitio enim eſt actus iu-
riſdictionis, Alexand. conſil. 78. nume. 8.
393 uolum. 6. † nam caſtrum, uel uilla dicitur
eſſe de iuriſdictione illius loci, cum quo ſu-
bit onera, Bald. in dict. l. data opera. nume.
43. C. qui accuſa. non poſſunt. in l. 3. C. de
natu. libe. Alexan. conſil. 44. ad fin. uolu. 1.
394 & conſil. 35. colum. 2. uolum. 4. † Item
395 actus decimãdi, † & viſitatio tempore leta-
niarum, cognitio damnorum datorum, &
delictorum, ſecundum Bald. conſi. 226. nu. 4.
in ſecunda parte. Item per exactionem ga-
bellarum, quę quidem arguit imperium, So-
ci. conſi. 187. nume. 3. uolum. 2. & ibi nu. 15.
concludit, quòd exactio gabellarum pro-
bat quaſi poſſeſſionem iuriſdictionis, c. licèt
396 cauſam. de probat. † & ſi impeditur exi-
gere dicitur ſpoliari quaſi poſſeſſione, ſe-
cundum Bald. ibi & Specul. in titu. de reſtit.
ſpoliat. §. nunc dicamus. uerſicu. ſed ſi ali-
397 quis. † Item iuriſdictionis generalis quaſi
poſſeſſio probatur per actus generales, pu-
tà, generale proclama, & huiuſmodi, ſecun-
dũ Bal. in l. 2. nu. 48. in fi. C. de ſerui. & aqua.
addit ipſe in c. cũ cauſam. il 1. nu. 20. de teſti.
quòd exer-

ꝙ exercitiũ iuriſdictionis eſt quaſi poſſeſſio.
an aũt ſit neceſſe probare, ꝙ bãnis fuerit pa-
ritũ, dixi ſ̃. Itẽ probat quaſi poſſeſſio iuriſdi-
ctionis per iuramentũ fidelitatis, Alex.conſ.
94. in prin.vol.5. Alba, vbi ſ̃.d.cõſi.64. nu.13.
398 † & quaſi poſſeſſio iuriſdictionis probatur
ꝑ inſtrumentũ antiquum iuramenti fideli-
tatis, ut ꝑ Soci.d.conſ.187.nu.12.poſt Bal.in
l.2.nu.4.uerſ. ſed nunquid cõſules mercato-
399 rum.C.qũo,& qñ iud. † Et hoc quidẽ pro-
cedit, niſi alius ſit in poſſeſſione, quia tũc cũ
hoĩes ab eo poſſideantur, uel quaſi, licèt iu-
rent fidelitatem alteri, nõ priuant eum poſ-
ſeſſione ſua, ità Brun.conſ.29.col.4.verſ.libe-
400 rum. † Itẽ per condemnationẽ malefacto-
rũ, ſiue in ære, ſiue in perſona, & punitiones
dãnorum datorũ; Soci.ubi ſ̃. nu.19. vbi ad-
dit, ꝙ iſti actus non ſolent cõcedi iure ami-
citiæ, uel vicinitatis, ſed cẽſentur exerceri iu-
re proprio, & iuriſdictione. Itẽ per membri
abſciſſionem, uel fuſtigationem, quæ quidẽ
ſunt actus meri imperij, ſm eundẽ Albe. in l.
2.nu.4.C.de off.eius. probabitur meri impe
rij exercitiũ. Itẽ per electionẽ ꝑtãtis, ſeu offi-
cialis iuſtitiæ, uel habẽtis exigere uectigalia,
& impoſitiones onerum, item proclamata,
& facere cuſtodire arces, & fortalitia; ſunt.n.
hæc iuriſdictiones, per Rui.conſi.2.nu.4.vol.
401 4.& Brun.conſi.68.in princ.vbi † cõcludit,
ꝙ præcepta emanata ab aliquo probãt na-
turalẽ, & actualem quaſi poſſeſſionẽ iuriſdi-
ctionis, quẽadmodum ẽt, ut ille ait, per ap-
pellationẽ ad eius curiam, & ſupplicationẽ
porrectam. & ꝙ ꝑ deputationẽ Prætoris in
Caſtro quæratur quaſi poſſeſſio iuriſdictio-
nis, ſi deputatio ſit facta de præſenti, probat
Brun.conſi.20.col.4.in prin.intelligendo tñ,
ut ĩ.dicemus, qñ.ſ.paritum eſt. Item per im-
poſitiones collectarũ oſtenditur iuriſdictio-
nis exercitium, Alex.cõſ.78.nu.9. vol.6. ſicut
ẽt actus cuſtodiendi, ne damna dentur, de-
notant dñium iuriſdictionis, & ſuperiorita-
402 tis, ut dixi, † cùm ad Dños terrarũ, & Ca-
ſtrorum pertineat cuſtodes deputare, ne ali
quando damna inferantur, Alex. conſil.88.
num.20.uerſi. præterea ille actus cuſtodien-
403 di, &c.uol.5. † Item ſi teſtes dicerent, ꝙ ter-
ra iſta poſſidetur tanquam ſuper territorio
talis caſtri, ut formaliter inquit Alex. ibi nu.
404 34. † quia deponendo de territorio depo-
405 nit de iuriſdictione. † Item collecta eſt im-
poſitio, & exactio, quia dicitur eſſe de rega-
libus, per Pet.de Vbal. in tract.collectarum,
406 nu.31.per tex.in c.1.quæ ſint rega. † ſubie-
ctio enim probatur per ſolutionem colle-
407 ctarum, Bal.in l.ſolet.ff.de offi.proconſ. † &
actus publicationis bonorũ delinquẽtium
eſt meri imperij, ſm Roma.conſi.59. num.2.
408 † & excõicare, ac conſiliũ particulare con-
gregare, quò ad Epiſcopum, ſunt actus mi-
xti imperij in ſpiritualibus, Abb. in c. tranſ-
miſſę.nu.4.de electio.& clariùs Inno. in c.li-
cèt cauſam.nu.9.de probatio.uerſic. ſed op-
409 pones mihi ex illis uerbis. † concludit, qđ
iuriſdictionis exercitium tam in criminali-
bus, quàm in ciuilibus probetur per cogni-
tionem cauſarum criminalium, & ciuilium,
& per punitionem delinquentium, uel ex eo,
ꝙ quis Dñs uocatur, & ut talis à ſubditis ho
noratur, qui occurrunt illius nuncijs, & mã-
datis ſuis obediunt, etiã extra iudicium, itẽ
per cautionem fideiuſſoriam, exactionem,
ne ſubditi ad illicita prorumpant, ut ibi per
eum. Item ex perceptione pœnarum proba-
tur quaſi poſſeſſio iuriſdictionis, ſm Bart.in
410 l.fi. ff.ſol. mat. † quemadmodum ex perce-
ptione fructuum fundi, uel penſionis ex lo-
catione domus probatur illius fundi, & do-
minus poſſeſſio; ſequitur Paris de Put. in tra-
411 cta.ſindica. c.iuriſdictio. nu.20. † ubi etiã
addit pariter ẽt probari quaſi poſſeſſionem
iuriſdictionis ex bannimentis factis ꝑ poſ-
ſeſſorem caſtri, ꝑ Imo.in d.c. dilectus. de ca-
pel.mona. Item per uexillum iuſtitiæ delatũ
in publicũ probatur ẽt iuriſdictionis exer-
citium; item per famã habentem originẽ ex
uerisſimilitudinibus, q̃a facit aliqualẽ ꝓba-
tionem, ut ibi per eum; item per mulctas, &
cõfiſcationes, & hmõi fructus iuriſdictio-
nales, de quibus per Moder. Pariſien. ſuper
conſuet.Pariſien.§.1.in gl.1.nu.51.& nu.53.
412 † vbi ẽt quærit, an virtus honorifica dica-
413 tur fructus iuriſdictionis. Vnde † de hmõi
actibus teſtes iſti deponere dñt ad proban-
dum iuriſdictionis exercitium, prout clarè
uoluit Spec.in tit.de teſti.verſ.ſed quęro, qua
liter teſtificabitur cœcus, uel uidens ſuper
iuriſdictione.& concludit, ꝙ vidẽs debet di-
cere, Ego uidi, & audiui, ꝙ fuit datus libel-
lus, item uidi, ꝙ in tali uilla de mãdato talis
dñi præconizatum fuit tale quid, & uidi, &
audiui, quod paritum fuit, & per alia id ge-
nus, de quibus per eum, & Bald. in d. l. da-
ta opera. nume. 43. C. qui accuſa.non poſſ.
ubi dicit, quòd teſtis interrogatus ſuper
territorio, uel iuriſdictione debet reddere
rationem, quia vidit eam exercere; verbi
gratia, quia vidit commune Peruſij ibi fur-
cas erigere, malefactores capere, homines
talis loci citatos cõparere, mandatis obedi-
414 re, tam in faciendo, q̃ in nõ faciendo; † ſub-
dens, ꝙ vbi agitur de probãda iuriſdictione
in gñe, ſufficit teſtimonium diuerſorum in
ſpecie, vt quia vnus vidit exoculare, alter vi-
dit ſuſpẽdere, uel quia uidit talẽ ſe pro Dño
gerere longo tꝑe. idem dicit Old. cõſ.279. in

415 propoſitione.nu.8.dum † cõcludit, ꝙ ſi te-
ſtis dicat vidiſſe reddere ius, non per hoc di-
citur iudicare, quia iſte terminus Ius hoc ca
ſu ponitur pro eo, qđ procedit à iudice iu-
dicialiter decernẽte, & ſic pro ſimplici facto.
416 † additq;, non eſſe neceſſe in probando vſu
iuriſdictionis deuenire ad indiuidua, videli-
cet articulare, aut probare inter quos fuerit
redditũ ius, & quale ius, videlicet, an fuerit
ſn̄ia definitiua, uel interlocutoria, uerùm in
ſcriptis, vel ſine, aut ſuper qua rc, & an fuerit
actus uolũtariæ, uel cõtentioſæ iuriſdictio-
nis, de quibus, ut ille ait, & ſi poſſit à teſtibus
quæri, præſertim cu ſunt ſuſpecti, tñ fatuum
eſt dicere, ꝙ dn̄t articulari, alioquin res ad
execrabilem circuitũ deduceretur. addit tñ
ille nu. 5. in fi. cum plu. ſeq. ꝙ ſufficit articulũ
dicere, ꝙ redditum fuit ius per prætorẽ talẽ,
nec eſt neceſſe exprimere nomen reddentis
ius, qa ſufficit deducere vſum iuriſdictionis,
quiſquis ille ſit, qui exercuit, dummodò tñ
nomine talis Eccleſiæ, uel dñi hoc fecerit, ut
ille ait nu.7. unde ſatis eſt, nt ẽt ille ait, ꝙ ali-
417 qui actus iuriſdictionis deducãtur. † & nul
li actus magis conueniunt iuriſdictioni, q̃
ius reddere inter cõtrahentes, & delinquen-
418 tes, per l.1. & ti. ff. de iuriſdict. om. iud. † vn-
de ſi teſtes dicant redditũ fuiſſe ius, hoc non
eſt iudicare, quia non ponitur hoc loco ius
pro iuſtitia, ſed pro re, quę procedit a iudice
iudicialiter decernente, etiam ſi nunquam
decernat: quemadmodum cùm teſtes dicũt,
Vidi talẽ ſedere, uel equitare, uel audiui ta-
lem cantare, & hmôi, & hũc modũm articu-
landi, & probandi iuriſdictionem, ſequendo
Oldr. vbi ſ. admittit Afflict. in c. 1. nu.46. de
capi. qui curi. vendi. & modũ probandi talẽ
locum eſſe de iuriſdictione, ſeu territorio, de
quo per Bald. in d.l. data opa. ſequitur Alex.
419 conſ.43. in fi. uol.1. ubi cõcludit, † ꝙ teſtes
debent reddere rationẽ ſuper iuriſdictione
ad probãdum, ꝙ talis locus ſit de territorio
alterius; uerbi gratia, quia viderunt ibi fur-
cas erigi per talẽ, uel ibi capi malefactores,
420 vel hoies illius loci obedire ipſi. † furcæ.n.
ſunt in ſignum meri imperij, Bal. in l.1.§. ini-
tium. ff. de eden. Afflict. in c.1. nu.32. de capi.
421 qui curi. uendi. † quemadmodũ ẽt dicimus
in probanda conſuetudine, qa teſtes dn̄t de-
ponere rationẽ dicti ſui ẽt non interrogati,
422 † qa effectus conſuetudinis cõſiſtit in iure,
ſicut dñium, inqt Bart. in l. de quibus. col.9.
uerſi. ſed quid ſi teſtes. ff. de legib. Dec. conſi.
423 215. & conſi.539. † & teſtes ſuper negligen-
tia deponẽtes rationẽ dicti quoq; dicti eorũ
dn̄t reddere, ẽt non interrogati, Dec. in c. ſi
autẽ. nu. 5. de reſcrip. idem de teſtibus depo
nẽtib' de legitimatione ponit Alex. cõſ. 69.
nu.1. uol.2. idẽ in teſtibus deponentibus de
publica ſcia alicuius rei geſtæ, quia nõ pro-
bant, niſi reddant rationẽ appropriatam ꝑ
ſenſum corporis, Bal. conſi.229. viſa accuſa-
tione. nu.3. in 1. par. idem dicunt Doct. in te-
ſtibus ſuper notorio deponentibus, ꝙ non
probant, niſi reddant rationẽ, ẽt non inter-
rogati, Abb. & moder. pręſertim Dec. in c. cõ
ſuluit. de appel. & de teſtibus ſuper negligẽ-
tia deponentibus, idẽ firmat Dec. in c. ſi aũt.
de reſcrip. nu. 5. & de ſupradictis caſibus nedũ
dũ tenentur teſtes reddere rõnẽ dicti ſui ẽt
non interrogati, ſed ẽt non interrogati tem-
424 pus exprimere dn̄t; † qa realiter qũ tempus
eſt de ſubſtantia, teſtes dn̄t deponere de eo,
ẽt nõ interrogati, ut per Feli. in c. ex tenore.
425 nu.3. de teſti. † Quod aũt dixi de negatiua,
procedit, niſi illud factum negatiuũ facilè ſit
teſtibus cognitũ, ſm Feli. in c.3. loco. nu.5. de
probat. & ità loquitur Dec. conſi.649. nu.6.
qui concludit, ꝙ teſtes dicentes, talem non
exigere uectigalia, ex quo ipſi pertranſiue-
runt, & non ſoluerunt, non probant hãc ne-
gatiuam, niſi reddant rationẽ concludentẽ,
426 ẽt non interrogati. † Itẽ ubi agitur de pro-
bando ualore rei, dñio, territorio, diſtrictu,
iuriſdictione, iure decimandi, præſcriptio-
ne, tenore, & forma ſupplicationis, clericatu
alicuius, & ſimilibus obiectis, in quibus non
eſt aliquid uiſibile, nec ſenſibile, aut tangibi-
le, ſed ſolùm intelligibile, ut concludit Felin.
in c. cum cauſam. nu.3. verſ. & pro hac fallen
tia. de teſti. quia tunc aſſignandæ ſunt cauſę
427 facti, ex quibus conſtet teſtem ſcire. † Et
ibi ſubijcit, ꝙ ſn̄ia ſuper probationibus te-
ſtium, qui non reddũt rationem dicti ſui in
his, in quibus tenentur, ẽt non interrogati,
428 eſt nulla. † Et in probanda amicitia, & ini-
micitia, ut concludit Grãmat. deciſ.34. nu.
25. idem in his, quę conſiſtunt in aĩo, Imo. in
l. ſi paterfamilias. nu.6. ff. de hæred. inſtituẽ.
Itẽ in probanda infamia requiritur, ꝙ teſtes
deponant in cauſa ſciæ ẽt non interrogati,
aliàs non probant, per Inno. in c. cum opor-
teat. nu.5. & ſeq. de accuſa. ubi addit modũ
429 probandi. † idem etiam in probãdo, ꝙ ali-
qs probauerit plenè, uel ſemiplenè aliquid,
430 † quia ut Saly. ait in l. admonendi. num.7.
ff. de iureiur. probatio conſiſtit in intelle-
ctu, nec tangi, aut videri põt. Qua ratione
in his, & ſimilibus exiſtimo non valere dictũ
teſtis aſſerẽtis, ſe credere, niſi rationẽ quoq;
legitimã credulitatis adijciat; quicqd Caſ-
431 ſado. deciſ.2. nu.2. de dol. & contum. † dicat
in probando nõ tuto acceſſu ſufficere, ꝙ te-
ſtes dicant credere impoſſibile eſſe talẽ locũ
non eſſe tutum. & ſi Rot. deciſ.693. not. ali-
quoties. in antiq. ità ſeruari atteſtetur. Itẽ in
proban-

probãda falſitate, uel aliquid eſſe falſum; q̃a
falſum non cadit in ſenſu directo teſtis, nec
cognoſcitur ab intellectu, niſi p accidens, q̃a
nihil eſt, Bal. in c. fi. nu. 14. & ſeq. de offi. deleg.
propterea rationẽ quoq; reddere debet, & ſi
non ſit interrogatus. prout ẽt idem puto in
probanda ignorantia, quia ea non cadit in
ſenſum, vt p Bal. in c. licèt cauſam. nu. 37. de
proba. & in c. congregato. in fi. de electio. Itẽ
in probando totũ, uel quaſi totũ populum,
q̃a id nõ põt facilè ſenſu percipi, Corne. cõſ.
224. nu. 17. uol. 4. Qua de re Oria. in ſua prac.
ciui. in verb. teſtium depoſitiones. nume. 22.
concludit, q̃ ſi teſtis dicat, Egò ſcio, q̃ p̃tãs
Cremonæ habet iuriſdictionẽ in tali territo
rio, nõ probat, niſi deponat de actibus iuriſ-
dictionalibus ẽt nõ iterrogatus. Et p ſigna
432 iuriſdictionis pbatur ẽt iuriſdictio, † ſicut
per altare, & campanile probatur locũ eſſe
religioſum, p Fede. de Sen. cõſ. 111. q. talis eſt.
433 in prin. † Et per inſignia Doctoratus repre
434 ſentatur quaſi poſſeſſio doctoratus; † ſicut
per hoc, q̃ quis ſit in Epiſcopali ſede, reputa
435 tur quaſi poſſeſſio Epiſcopatus, † & per lo-
cum aſſignatum in capitulo, & ſtallum aſſi-
gnatum in choro quaſi poſſeſſio Canonica-
tus reputatur, ſm Bal. in d. l. 2. nu. 8. & ſeq. C.
436 de ſerui. & aqua. † Signa aũt iuriſdictionis
iterum erunt tribunal paratũ ad reddendũ
ius, & erectio furcarum, & hmõi, p quæ acq-
ritur, & retinetur iuriſdictio, ſm Rip. in c. cũ
eccleſia Sutrina. nu. 636. de cau. poſſ. & pro-
prie. Et ſic ſatis manifeſtè cõſtat iuriſdictio-
nem, & illius exercitium probari debere per
actus proportionabiles inferentes, & deno-
tantes iuriſdictionẽ. Si fortè. n. probaretur
M. Ant. feciſſe hoies d. Caſtri cõfiteri, q̃ ſunt
eius uaſalli, & ſub ſua iuriſdictiõe, uel ẽt ab-
iurare, & renũciare prioris Dñi iuriſdictio-
nẽ, utiq; ſatis nõ diceretur acquiſiuiſſe qua-
ſi poſſeſſionẽ iuriſdictionis, quia iſta nõ ſunt
actus iuriſdictionales, nec per hæc ipſe dice-
retur iuriſdictiones exercuiſſe, inquit Inno.
in d. c. dilectus. nu. 5. de capel. mona. niſi hæc
facta fuerint, ſcientibus, & patiẽtibus his, q
tradẽdi facultatem habuerint, ſm Bal. in d.
l. 2. nu. 50. uerſ. ſed quid ſi facit hoies cõfite-
ri. & ità intelligi dñt gl. Ang. & Inno. in l. ſer-
uitutes. ff. de ſeruit. urba. prædio. dum dicũt,
q̃ iuriſdictionis quaſi poſſeſſio probatur p
exercitium illius. & meliùs ipſemet Bal. in d.
437 l. 2. nu. 8. † concludit, q̃ quædam eſt quaſi
poſſeſſio incorporalium, quę reperitur in iu
re perſonarum, quædã, quę reperitur in iure
rerum, quædã, quæ in actibus hoium, ut eſt
quaſi poſſeſſio iuris eligendi, & iuris pręſen-
tandi, & ſimiliter quædam, quæ reperitur ſi-
mul in iure perſonarum, & iure rerum, & in
actibus hoium, vt eſt quaſi poſſeſſio iuriſdi-
ctionis, quia cõcernunt perſonas ſubiectas,
& territorium tanquam iuriſdictioni ſubie-
ctum, concernit & actus hominũ; uerbi gra-
tia, in ſententijs ferẽdis, decretis interponẽ-
dis, & ſimilibus actibus. Et ſic ſm Bald. iſta
quaſi poſſeſſio repreſentatur per ſigna, & a-
438 ctus, ut ille ait: † propterea deponens ſup
iuriſdictione debet deponere de actibus iu-
riſdictionalibus, quia in his non eſt tãta cer
titudo, prout in alijs, quæ directè vidẽtur, &
ſic non põt directa, & immediata ratio p ſen
ſum corporeum haberi, ſed comprehẽdun-
tur dictamine intellectus, & rationis tanquã
quoddã abſtractum non concretũ ſenſibus,
ſm Bal. in l. ſolam. col. 2. in princ. C. de teſti. &
in c. cum cauſam. nu. 19. de teſti. addentem,
q̃ ſi teſtis dicat, Semproniũ fuiſſe furioſum,
& ebrium, quia uidit, nõ probat, quia debet
neceſſariò deponere ſubſtãtialia iſtius acci-
dentis, quæ nõ percipiuntur vnico momen-
to, ſed quodam diſcurſu, & ex multitudine
actuum, conſideratione quadam adiuncta
intellectus iudicium cõferens. idem ante eũ
439 tenuit Oldra. conſ. 179. nu. 3. † dicẽs, q̃ ar-
ticuli, & dicta teſtium debent cõtinere tale
factũ, q̃ aliquo ſenſu corporis ualeat cõpre-
hendi mediatè, uel immediatè ex facto, p q̃
illud percipitur, putà, q̃ aliquis ſit furioſus,
fortis, uel aliter uerboſus; iſta. n. ſenſu corpo
440 reo nõ percipiũtur, † ſed ex actibus extrin-
ſecis, quos quis facit, & qui põt ſenſu corpo
ris apprehẽdi, talis iudicatur, per l. is, qui. ff.
de tuto. & cur. dat. ab his. & l. quidam. ff. de
condi. inſtit. & l. 2. C. de his, qui ueniam ętа.
imp. & c. litteris. & c. ex ſeruitijs. de pręſump.
& idem eſſe ait Bal. ubi ſup. in teſte ſuper iu-
riſdictione interrogato, q̃ ſi dicat, uera eſſe,
q̃a uidit, non probat, quia quãuis per exer-
citiũ iuriſdictionis probetur quaſi poſſeſſio
iuriſdictionis, & cęterorũ, quę cõſiſtũt in api
cibus iuris, tñ ſi de eis nõ deponat q̃ in facto
conſiſtunt non probat quia hæc incorpora-
lia ſenſu viſus non percipiũtur, nõ obſtãte,
q̃ quaſi poſſeſſio probari poſſit per uiſum.
ſicut & quaſi poſſeſſio dñij, ut ibi per eum,
quod quidẽ ipſe admittit ſaltẽ, qñ teſtis fuit
interrogatus in cauſa ſciẽtæ; quia, vt ille ait
441 nu. 20. † ſi teſtis interrogatus ſuper iuriſ-
dictione dicit, vera eſſe, quia vidit, probat, ex
eo, quia exercitium iuriſdictionis eſt quaſi
442 poſſeſſio, † ſed poſſeſſio probatur non ſolũ
p expreſſam rõnem viſus, ſed ẽt per tacitam,
putà, q̃a teſtis non eſt interrogatus. vnde idẽ
eſt dicere, Vidi talẽ in quaſi poſſeſſione iuriſ-
dictionis, quod dicere, Vidi talem in quaſi
poſſeſſione dñij; nam vtroq; caſu probabit
poſſeſſionẽ, ſed non ius, quamuis dñium nõ

443 poſſideatur, vel quaſi. † nam dictum teſtis
eſt interpretādum ex æquo, & bono, ideò in-
telligitur de materiali, & ſuperficiali dñatu,
444 & nō de dñio definitiuo, † qa, vt ipſe dicit,
teſtis non loquitur tanquā Philoſophus, vel
magnus litteratus, ſed tanquā mediocriter
445 intelligens; † alias.n.directum dñium pro-
batur p cauſas, quibus acqriru r, & eo ēt mo
do utile dñium; putà ſi teſtis dicat, Vidi Ti-
tiū ſe gerere pro dño talis fundi, ideſt, vidi, ꝙ
poſſedit tāto tempore 30. vel 40. annorum.
Quia ex poſſeſſione hmōi de neceſſitate infer-
tur dñium, & hoc, qn̄ dñium non intētatur
vt cauſa poſſeſſionis, ſed poſſeſſio intētatur
cauſa dñij, alias non probat p viſum dnium,
ſm Bal. ubi ſ. faciunt ea, quæ ponit ipſe Bal.
in ſua q. de ſchiſmate poſita poſt rub. C. ſi qs
aliquem teſta. prohibu. nu. 9. uerſi. porrò cū
de conſenſu. ubi concludit, ꝙ licèt cōſenſus
facti termino claudatur, tñ cum de ipſo loq-
nitur, ius ſignificamus, quia quoddā iuris ha
bere debet. Et gñaliter ipſemet in d. l. ea qui-
dem. nu. 4. verſ. ſed quæro, quę ſint uerba ius
ſignificantia. C. ſi manci. ità fue. alie. firmat,
ꝙ uerba, quæ ſignificant dniū, actionem, vel
obligationem, ſignificāt ius, ut ibi per eum.
446 Eſt verum, † quod ſi teſtes dicerent in pro-
banda quaſi poſſeſſione iuriſdictionis ordi-
nariæ, qđ ſibi præcipiebat nomine pretoris
per talem deputatum in d. Caſtro ſufficeret.
quia admittitur depoſitio teſtis deponētis,
ſe vidiſſe talem poſſidere nomine talis abſq;
eo, ꝙ quidquā aliud ſubijciat. Alex. conſ. 94.
nu. 10. uol. 2. Dec. conſi. 49. nu. 12. vbi cōclu-
dit, ꝙ præſcriptio, ſiue conſuetudo exigendi
pedagia probatur pertinere ad aliquē, ſi te-
ſtes dicant, ꝙ agentes pro tali exigunt peda-
gium ab euntibus, & redeuntibus ab annis
duobus 4. & 10. in tali loco, & ꝙ ita fuit, &
eſt verum, publicū, &c. & ꝙ ipſi perſoluerunt
tranſeundo illuc, &c. Et ſi conſtaret de præ-
ceptis factis p nuncium huic teſti, præſume-
retur, ꝙ nuncius de cōmiſſione prætoris id
feciſſet. & per eundē conſi. 123. nu. 3. co. vol.
l. 2. & l. ſeruus uetante colono. C. de noxa.
actio. non aūt per modum exercēdi iuriſdi-
ctionē, quæ quidē eſt iuris publici, l. 1. §. ius
publicum. ff. de inſt. & iur. Prætereà quāuis
poſſeſſio, uel quaſi iuriſdictionis retineatur
non ſolū p ſe ipſum iuriſdictionē exercentē,
ſed ēt per miniſtros, illud tñ uerum, & de pla
no procedit, dummodò illi noie noſtro iuri-
ſdictionalia exerceant, & imperium, ut dicit
Ang. i l. vſusfruct'. §. acquirit. ff. de uſufruct.
Itē dummodò nuncius executionē aliquā fece
rit de mādato, uel ratihabitione ipſius prę-
toris, cuius noie, & mandato dicit teſtis, ꝙ
ſibi præcipiebatur; nec creditur teſti, ꝙ noie
447 prætoris præciperetur, † ſicut non ſtatur
dicto teſtis dicētis, ſe poſſidere noie talis, niſi
conſtat de mandato, & ratihabitione illius,
quòd non probet eius poſſeſſionē, vt p Alex.
conſi. 110. nu. 2. vol. 1. & conſ. 88. nu. 31. in fi.
& ſeq. uol. 5. dicens, quòd apprehēſio poſſeſ-
ſionis nomine alterius facta non releuat, ni-
ſi probetur mādatum illius, uel ratihabitio
448 ſubſecuta; & † ibi addit, ꝙ eſt neceſſe, quòd
t pe ratihabitionis ille, qui apprehendit poſ-
ſeſſionem noie alieno adhuc poſſideat, alias
nihil agit; oportet. n. quòd res ſit integra. &
quamuis ipſemet ibidē nu. 32. dicat ſm Bal.
quòd imò ſi quis noie meo apprehēdit poſ-
ſeſſionē fuit expulſus, & poſtea ego ratū ha-
beo, iſta ratificatio mihi prodeſt, ut poſſim
agere recuperandæ, declararando l. bonorū.
ff. rem rat. habe. procedere in eo, qui ſciebat
tēpus decurrere, & nō ratificauit, quia vide-
tur renunciare. & ità intelligi debet Aret. in
l. 1. nu. 3. ff. ſol. mat. vbi Ripa nu. 109. dum lo-
quitur in probanda poſſeſſione iſtorum no-
biliū. quorū agri coluntur, & fructus tradū-
tur eorū nuncijs noie ipſorum, & tñ non cō-
ſtat, quod illi nuncij ſiut, quòd poſſunt dñi
ipſi hoc factū qñcunq; ratum habere, & nō
eſt neceſſe probare, quòd ille eſſet nūcius, vel
mandatarius eorum, per tex. in c. ad audien-
tiā. de præſcrip. ſed in illo text. conſtabat eos
eſſe tales, & hoc ibi non negatur. Verū eſt, ꝙ
Ruin. conſ. 122. nu. 11. uol. 5. cōcludit, ꝙ ſi qs
dicat talē ſoluiſſe Epiſcopo Bononiēſi, pro-
bat eū, cui facta eſt ſolutio, fuiſſe Epiſcopū.
& idē ſi teſtis deponit de facto alicuius tanq̄
maſſarij, ut ibi p eum. Nihilominus prima
opinio uerior eſt, ut latiùs per eundē Alex.
conſi. 167. col. 1. uol. 6. nu. 2. ubi concludit, ꝙ
ſi quis tanq̄ negotiorū geſtor dicat, ꝙ ade-
ptus eſt poſſeſſionē noie talis, tñ nō dicetur
ei acquiſita poſſeſſio, niſi ratificatio facta ſit
ante ratificatam poſſeſſionē per ipſum nego
tiorū geſtorē: & idē ſubijcit nu. 9. in teſte di-
cēte, ſe iuiſſe ad metendū blada noie talis in
449 tali fundo. Et pōt eſſe ratio; † qa iſte depo
nit ad ſui exonerationē, & cōmodū, quo ca-
ſu non probat, Bar. in l. deferre. ff. de iur. fiſc.
Quòd aūt ità ſit, patet, qa cùm dicat ſe poſ-
ſidere noie alieno, fortè uult euitare iudiciū,
ꝙ poſſet cōtra eum moueri ad recuperandā
poſſeſſionē, & fructus pceptos; prout dicit
450 Alex. cōſ. 32. nu. 5. uol. 6. † in eo, qui tanquā
mādatarius, & procurator fecit aliquē actū,
ꝙ niſi oſtendat mandatū obligatur, ut ipſe
fatet ſequitur Thomas Grāmat. uoto 15. in
princ. & concor. allegat Carre. in ſua pract.
crimi. l. obſeruare. nu. 162. verſic. idem credi-
tur ſoli mandatario. Et poteſt eſſe ratio in
451 caſu Alexan. † quia teſtis deponit de facto
proprio,

proprio, quo caſu ei plenè creditur, Alex. in
l.1.§.1.nu.10.ff.ſi ex noxa.cau.aga. Quemad-
modum de portitore, ſeu Brentatore, ꝙ eis
credatur, licèt tractent de ſe exonerando, fir-
mat Curt. Iun. in tract.de teſtib. conclu. 38.
nu.81.& Alex. d.conſi.88.ſequitur Rui.cóſil.
59.num. 6. vol.1. dicens, ꝙ teſtis deponat de
mandato ſibi facto. Addo etiam, ꝙ non ſuf-
ficit probari, quòd ei præcipiebatur, vel etiã
alijs de vniuerſitate, niſi etiã probetur, quod
illis mandatis paruerint, vt ſuprà diximus.
Rurſus teſtis nõ probat eum, de quo loquitur,
fuiſſe Prætorem, prout eſt neceſſe, vt firmat
452 Corn.conſ.144.nu.9.vol.4. † vbi concludit
in teſte dicente ſindicos talia feciſſe, vel dixiſ
ſe, ꝙ non probet eos fuiſſe, vel eſſe ſindicos,
quia ſindicatus non percipitur ſenſu corpo-
ris, per ea, quæ ſuprà dicta ſunt. & probat
Bal.in d.c.cum cauſam.nu.32.de teſti. vbi lo-
quitur de teſte dicente, ſe vidiſſe talem cleri-
cum, quòd per hoc non probatur eius cleri-
catus. & ita firmat Guid. Pap.conſ.74.nu.5.
loquens in terminis probãdi aliquem locũ-
tenẽtem fuiſſe. idem firmat Corn. conſ.329.
col.pen.in princ. vol.1. dicens, quod ad pro-
bandum poſſeſſionem Titij nõ ſufficit, quod
teſtes dicant, Vidi talem, qui dicebatur fa-
ctor Titij colligere fructus, quia nõ probãt,
quod ille eſſet factor illius. quãuis Soci. iun.
cóſ.135.nu.24. vol.2. velit poſſeſſionem pro-
bari per teſtes, qui debeant vidiſſe talem fun
dũ arari, ſeminari, & laborari nomine meo,
& ad mei inſtantiam, per glo.& Docto.in l.3.
C. fin.regund. licèt non conſtet de mandato.
453 benè verum eſt, † ꝙ ſi ego locaui fundum
Titio, & probatur, ꝙ ipſe tanquam meus co
lonus diu fundum coluit, probatur poſſeſſio
mea, Bar. in l.ad probationem. C. loca. Feli.
in c. inter dilectos.nu.8. de fid. inſtru.
454 † Dubium eſt autem, an vnicus teſtis ſuffi-
ciat ad dictum effectũ; quia multi tenuerunt
negatiuam, & quòd minus probant, ſi ſint
mille ſingulares, quàm vnus, Alex.conſil.82.
nu.4. vol.4. & per eum latè in conſ.72. vol. 1.
& per Dec. in c. licèt cauſam.nu.16. & ſeq.de
probatio.poſt Abba.latè cóſ.42. per totum,
in 1.par.& nedùm illi, qui ſunt ſingulares nõ
probãt, ſed nec etiam qui poſſunt eſſe ſingu-
lares, Corn. conſ.252.nu.18.vol.2.& propte-
455 reà concludit Alex.cóſ.116.vol.1. † ꝙ teſtes
variantes, ſeu diſcordantes, dato, quòd ali-
quo modo poſſent reduci ad concordiam,
talis concordia non debet fieri, vt probent;
& loquitur in teſtibus varijs in tempore, &
loco, licèt quoad locum modica ſit ibi va-
456 rietas. † Sufficit autem, ꝙ teſtes ſint concor
des, quo ad effectum, licèt nõ in verbis, Alex.
457 conſ.118.in prin.eo.vol. † Verum eſt, ꝙ illa
opinio no. procedit in probando aliquo in
genere, vt in probanda iuriſdictione; teſtes
.n. ſingulares admittuntur, ut pulchrè per
Caſtren.conſ.4.4 in cauſa, quæ vertitur.col.
fin.nu.5.in 1. par. Sed de his ſuo loco aptio-
re diximus.
458 Oportet autem, † ꝙ teſtis, qui deponeret de
præceptis factis per prætorem alicuius Ca-
ſtri, vel loci, vt concludat hanc poſſeſſionem,
vel quaſi iuriſdictionis, ꝙ deponat, quid ei
præciperetur, vt ſciamus, quam ſpeciem iu-
riſdictionis exercuerit.
Et oportet, quod etiam dicant, aut aliundè cõ
ſtet, ꝙ præcipienti obedierit; quod tñ eſt
omnino neceſſariũ ad hoc, vt probetur exer-
citium iuriſdictionis. Quod ſi etiam teſtes
dicerent, ſe cognouiſſe prætores deputatos
ab ipſis articulatis, adhuc non probarent:
quia & ſi per prætorem, ſeu officialem depu-
tatum iuriſdictionis quaſi poſſeſſio retinea-
tur, ut firmat Paul.de Caſtr.conſi.159.nu.4.
in fi. & d. conſil.4.4. in cauſa, quæ vertitur.
col.3.in 1.par.ea tñ quaſi poſſeſſio non acqui
ritur, niſi etiam conſtet paritum fuiſſe præ-
tori prædicto tanquã prætori deputato per
articulatos, ut ſtatim dixi. & ita intelligi de-
bet Brun. d. conſ.20.col.4.in princ.& Rui.d.
cóſ.1.vol.4. de quibus ſupra memini, qui ibi
enumerant actus iuriſdictionales. Nec præ-
dictis obſtat, ꝙ Alex. conſ.16.nu.21.in fi.vol.
5.dicat, teſtes probare longæuam quaſi poſ-
ſeſſionem iuriſdictionis deponendo, quod ta
les milites per ſe, & anteceſſores ſuos ſemper
fuerunt in quaſi poſſeſſione talis Caſtri, vel
villæ, & eius territorij, & iuriſdictionis à tãto
tempore, & citrà, quòd in cõtrarium memo-
459 ria non extat, † & quod ità fuit, & eſt publi
ca vox, & fama, quæ ſufficere debet in iſtis an
tiquis; reſpondetur.n. ꝙ Alexan. intelligit, ꝙ
probatur fama ſuper eo, ſuper quo depo-
nunt, non autem probant teſtes iuriſdictio-
nis quaſi poſſeſſionem. Hactenus de quaſi
poſſeſſione incorporali.
460 † Ad ſecundum dubium videtur prima fa-
cie concludendum, ſufficere vnicum teſtem,
461 † vt in interdicto quorum bonorum, quod
eſt poſſeſſorium, determinat Bar.in l.1.nu.7.
C. quorum bono. quem multi ſecuti ſunt.
Veruntamen cæteri crebriore calculo con-
trarium tenuerunt, ut in poſſeſſorio quo-
cunque, ſaltem reſpectu prædicti extremi,
ideſt, poſſeſſionis ex parte actoris, ſeu eius au
thoris, eſt bona glo.in d.l.1. C. quorum bo-
norum.& de * cõmuni, quòd ſemiplena pro-
batio non ſufficiat per vnicum teſtem, & ꝙ
ab ea non ſit recedendum in iudicando, &
conſulendo, fidem facit Rolan. conſilio 50.
ad finem, numero 2. pro qua opinione facit

* com-

462 * * communis concluſio, † quæ habet, ꝙ
463 in remedio reintegrandæ, † quod quidem
poſſeſſorium eſt, plena probatio neceſſaria
ſit, de qua fidē facit Achil. vbi ſuprà nu.489.
& hanc partem tenet etiam Surdus conſ.73.
nu. 35. in fi. & ſeq. vbi alios plures concor-
dan. citat.
464 Scio tamen † miram eſſe varietatem ſuper
hoc arriculo inter maiores noſtros. quorū
opiniones refert abundè Contardus in l.
1. in rationibus decidendi, C. ſi de momen-
tanea poſſeſſione. Et quamuis multi conati
ſint hūc nodum fœdere diſtinctionis diſſol-
uere, vtrùm agatur ſummariſſimo poſſeſſó-
rio, & tunc vera ſit opinio Bar. in d.l.1. ſi ve-
rò agatur de plenario poſſeſſorio, procedat
hæc poſterior ſententia: quam defendere co-
natus eſt Menoch. in d.15. remed. recip. poſſ.
nu. 413. vbi plures concordan. ad hoc citat,
& in quæſtionibus ſuis arbitrarijs caſu 72. in
fi. & eam diſtinctionem ſecutus eſt Achil. vbi
ſuprà num.488. ea tamen opinio adhuc pa-
cifica non eſt: quod ſentiens Contardus, vbi
ſuprà, tandem ſcopulum vitare volens, totū
negocium remiſſit iudicis arbitrio, nu.23. &
iterùm Achil. vbi ſupra, ſequendo dictam di-
ſtinctionem, voluit, quòd in hoc interdicto
ſufficiat ſemiplena probatio per vnicum te-
ſtem; ex eo, quod agitur de ſummarijſſimo
poſſeſſorio, quod aliud poſſeſſorium plena-
465 riū poſt ſe expectat; quo nihil ineptius: †cū
verius ſit ſummarijſſimum illud eſſe tandiù,
quādiù vterq; contendit poſſidere, & dubiū
eſt, ne partes veniant ad arma; Caſtren. conſ.
3. in 2. par. ad quem omnes recurrunt.
Vnde omni in caſu negari non poteſt, quin q.
iſta ſit valdè dubia, Bar. in l. in ambiguo. ff.
366 de reb. dub. † ergò contra actorem pronun
ciandum eſt; quia paria ſunt non probare, &
clarè non probare, Rolan. vbi ſuprà.
367 † Veruntamen retenta etiā opinione Bar.
in d.l.1. quod ſufficiat ſemiplena probatio
per vnicum teſtem, ea tamen ſic ſanè acci-
pienda eſt, vt procedat ità demùm, ſi teſtis
ſit omni exceptione maior, aliàs ſecus; ità
poſt concordantes per eum citatos, in termi
nis concludit Rolan. vbi ſuprà, in fine, Achil.
468 vbi ſuprà, nu.497. † vbi addit, oportere, hāc
qualitatem etiam capitulari, & probari de-
bere; id quod etiam in terminis probat Sur-
dus d. conſ.73. nu.38. in fi. & ſeq. & ibi nu.40.
469 † addit, non poſſe agi de iuramento ſupple-
tiuo, maximè, quia agitur de pacto alieno,
& notabili ſecundum qualitatū perſonarū.
470 Circa aūt tertium dubium † pertinens ad
471 ſingularitatem plurium teſtium, † dico, ꝙ
ſi agatur de probanda poſſeſſione in genere,
ſcilicet Titium poſſediſſe bona, de quibus a-
gitur, tunc ſufficeret probatio iſta facta per
472 teſtes ſingulares, † quia ſingularitas nō eſt
diuerſificatiua, vel alteratiua, ſed adminicu-
latiua, ità docuit glo. in l. ob carmen. §.1. ff. de
teſti. Sed quia iſtud dictum eſt in ſe periculo-
ſum, breuiter, vt oia plana fiant, libet ſum-
marim hanc materiam percurrere, eam ad
duo membra principalia reducendo, alterū
473 erit † in cognoſcendo ſingularitatem ad-
miniculatiuam à diuerſificatiua, & obſtati-
ua: alterum erit circa concordiam talium,
quænā ſit conciliabilis, & quæ non. Quan-
tum igitur ad primum, dico, quòd vulgaris
eſt, & trita materia ſingularitatis teſtiū, ſed
malè, iudicio meo, hactenùs per Doctores
tractata, imò in eo mirè variatum eſt inter
Docto. vtriuſq; cenſuræ. adeò etiam vt pau-
ci ſint, qui ſibi ipſis conſliterint. propter qđ
hic expedit eam in breue compendium redi-
gere his paucis quæſtionibus. Prima erit,
474 † quid ſit ſingularitas. Secunda, quotu-
475 plex ſit. † Tertia, qui dicantur teſtes ſingu-
476 lares. Quarta, † an teſtes in dubio præſumā
tur, & iudicandi ſint conteſtes, vt probent.
477 † Quinta, qui ſint effectus ſingularitatis
478 teſtium. † Sexta eſt, in qua de exemplis, &
caſibus omnifariam tractantibus agitur, in
quibus ſingularitas obſtet, vel non.
479 Circa primam quæſtionē † breuiter dico,
quòd ſingularitas idem eſt, quod vnitas, in-
480 quit Bal. conſ.406. num.1. in 1. par. † hinc di
cimus aliquod dictum ſingulare eſſe, quan-
do alibi non reperitur, & non fuit ab alio, ꝗ
ab vno dictum, licèt id notabile quoque ſit,
quamuis ea pauca ſint, vel nulla, ſi credimus
481 Catoni Sacc. qui dixit, † ꝙ qui dicit tex. aut
gl. ſingularem eſſe, & non reperiri alibi, is exu
482 berat memoriam Mithridatis, † qui vigin-
ti duas linguas callebat, quibus præerat, vel
483 Themiſtoclis, † qui obliuionis artem quæ-
rebat, ut refert, & ſequitur Iaſ. in §. ex malefi-
484 cijs. nu.38. inſti. de actio. † Idem eſt ergo di-
cere, aliquem eſſe ſingularem, quod dicere ſo
lum eſſe, vt eſt tex. iuncta glo. in c. tam litte-
ris. quòd eſt tertium, in princ. in uerbo. ſoli,
qđ glo. exponit, i. ſingulares, de teſti. Et ideò
dixit Bal. in l. iuriſiurandi. nu. 4. uerſ. deinde
485 nota rationem, † quare teſtibus ſingularib.
non creditur. C. de teſti. ꝙ teſtibus ſingulari-
bus non creditur, quia ibi non eſt numerus
teſtium, qui omni iure diuino, & humano
486 deſideratur, † & ideò probant tantum mil-
le, quantum unus, poſt Spec. per eum citat.
487 † Imò quandoque minus probant plures,
quàm unus. ut in teſtibus Diuæ Suſannæ, vt
ibi per eum, & infrà dicam in 5. quæſt. verſic.
pro hac parte in primis. & in primo effectu,
& uerſi. contrariam ſententiam. Imò idem
dicen-

dicendũ eſt in alia ſingularitate, putà diuer-
ſificatiua, Silua.conſi.36.nu.9.in fi.
488 Quò ad ſecundam quęſtionem † breuiter
aliqui dicunt, duplicem eſſe ſingularitatem,
vnam ſcilicet, obſtatiuam, alteram admini-
culatiuam, vt concludit Barbat.cõſ.27.col.
7. circa med.verſi.non obſtant,&c.uol.3.Ri-
minal.iun.conſ.7.num.102.Æmilia.Ferret.
conſ.20.nu.5.idem tenuit Curt.iun.in tract.
de teſti.concluſio.46.& ſequitur Silua. conſi.
36.num.10.in fi.& ſeq.
Alij verò receptiore calculo tradunt, tres eſſe
ſpecies ſingularitatis teſtium. vnam ſcilicet,
obſtatiuam, ſiue aduerſatiuam, ſecunda ad-
miniculatiuam, ſiue coadiuuatiuam, tertiã
diuerſificatiuam, ut tradit Bal.in c.licèt cau
ſam.nu.11.in princ.de probat. dum conclu-
dit, quòd quandoque eſt ſingularitas cum
contrarietate, ut quando vnus contradicit
multis, quandoq; cum actuum diuerſitate,
vt ſi unus dicit de vno contractu, alius de a-
lio, qñ adeſt ſingularitas, ſed dictum unius
adiuuat dictum alterius, putà, vnus de con-
feſſione, alter de veritate, ſicut priuata ſcri-
489 ptura cõfeſſionis cum teſte de veritate, † &
dicit, ꝙ hoc tertio caſu vnus teſtis non facit
vacillare fidem alterius, imò adminiculatur,
quia utrunq; poteſt eſſe verum, & veriſimile.
idem probat Caccialup.in l.admonendi.nu.
125.ff.de iureiuran.& Cępo.in ciuilibus, cõſ.
3.nu.9. Craue.conſ.267.col. 1. quem ſolũ re-
fert, & ſequitur Rot. Peruſi.deciſ.9.nu.10. &
de prima exemplum eſt in teſtibus cõtra Di-
uam Suſannam adductis, de quibus Daniel
cap.13.& per glo. in c.nihilominus.3. quæſt.
contra Bal.poſt glo.in l.teſtium.C. de teſti.&
latiùs per Rot.Peruſi.d.deciſ.9.nu.11.& hæc
differt à tertia, quia hic actus nõ erat itera-
bilis, quia vnicum adulterium commiſſum
dicebatur per illos teſtes, qui propterea falſi
dicebantur ratione loci, quia vnus dicebat
ſub prino, alter ſub ſchino, ꝙ impoſſibile
erat per rerum naturam, uno & eodem tem-
pore, & loco. In ſecunda autem actus præ-
ſumptio eſt iterabilis, vt ſi unus deponat de
mutuo facto in vno loco, & tẽpore, alter de
alio mutuo alio loco, & tempore, niſi quis di
cat unicum mutuum tantùm factum, quia
tunc hæc ſingularitas diuerſificatiua ſupe-
rat contrarietatem, & neutri ſtaretur, aliàs
ſaluatur teſtis à falſitate, & vnum tantũ pro-
batur mutuum, quia quilibet probat ſemi-
plenè. ſed quia incertum eſt, quod fuerit pe-
titum, nõ iudicatur ſuper aliquo, vt per Rot.
Peruſi.vbi ſuprà, nu. 12. et in tertia ſingula-
ritate procedit primus effectus, de quo infrà
490 In 5.quæſt. Et ſumma rei † hęc eſt, ꝙ ubi ſin-
gularitas eſt obſtatiua, tunc nulli creditur,
quia falſi, in ſecunda autem fit coniũctio te-
ſtium ad probandum, in tertia verò licet te-
ſtes non reputentur falſi, tamen non coniun
guntur ad aliquem gradum plenæ, vel ſemi-
plenæ probationis, quia agitur de facto ite-
rabili, induciťq; vnicum actum tantum, vt
ſupra d. num.12.
491 Circa tertiam quæſtionem † dico, ꝙ teſtes
illi omnes dicuntur ſingulares, qui non poſ-
ſunt in ſuis depoſitionibus ſimul iungi ad
probãdum id, quod vnuſquiſq; deponit, ità
cõcludit Bal. in l.de quibus.nu.37.ff.de legi.
492 † vbi addit, quòd ſingularitatem inducũt
decem prædicamenta, de quibus ibi per cũſ
nam ſi in aliquo eorum teſtes diſcrepant, ſin
gulares redduntur. Et hæc concluſio ſic ac-
cipienda eſt, reſpectu. ſobiecti, ſeu ſubiecti,
ſuper quo deponunt teſtes, quia deponunt
ſuper diuerſis factis, ità ꝙ quilibet eſt ſingu-
gularis in dicto ſuo, quia aliàs ſemper teſtes
eſſent, & ſunt ſingulares omnes reſpectu ſen-
ſus percipiendi id, ſuper quo deponunt, etiã
ſi ſit idem per omnia reſpectu obiecti, & ſub-
iecti, ſuper quo deponũt, tamen reſpectu ſen-
ſus quilibet ſemper eſt ſingularis, qa ſenſus,
per quem ego percepi id, de quo depono, nõ
eſt ſuus ſenſus, ſed meus, & tuus eſt tuus, nõ
meus, vt cõcludit Abb.in c.bonæ memoriæ.
il 1.num.7.de elect. ſed dicuntur conteſtes,
quoad obiectum, ſuper quo deponunt, qñ
idẽ deponit vnus, quod alius, ſicut ſunt ſin-
gulares, qñ vnus deponit vnum factum, & a-
lius aliud diuerſum, vel quia ſunt diuerſi in
ſubſtantialibus, tempore, loco, &c. & cõpro-
bat Abb. vbi ſup. & ante eum idem probat
Imo.in c.licèt ex quadam. col.2. poſt mediũ.
de teſti.& in c.cùm oporteat.nu.34. de accu-
ſat. & in teſtibus etiam adminiculatiuis, qñ
ſunt ſingulares in pluribus ſpeciebus proba
tionum, uel iudiciorum, ità ꝙ nõ plenè vnũ-
quodq; probatur, imo etiam ſi vnum ſit ple-
nè probatum per vnum teſtem de viſu, tñdit
Alex.conſ.13.nu.19.& in fi. vol.1. & ſequẽdo
Bal. & concordan. per eum citatos in mate-
ria probandi aliquem feciſſe contractũ vſu-
rarium contra teſtes ſingulares, ꝙ non pro-
bant, Rolan.conſ.95.nu.18.vol.4. de quo di-
cam infrà in 5. quæſtione in 2. declaratione.
493 Sed in contrarium facit, † quia ſi vnus te-
ſtis deponit de certo actu adiecto tempore,
& alius deponat de eodem actu, non tamen
recordatur de tempore, præſumuntur con-
teſtes, Afflict. deciſ.372. num.8.
494 † Quarta quæſtio non modicam habet cõ
tradictionem; aliqui enim dixerunt teſtes in
dubio cõteſtes præſumi, Caſtrenſ. conſ. 116.
in fi.& conſ.142.col.2.in fi.in 2.parte.& inter
conſilia criminalia cõſ.48.nu.49.vol.2. Alex.
conſi.47.

conſ.47.col.2.vol.2. quem refert, & ſequitur
Alba conſ.25.nu.8.idem reſpondit Alex. cóſ.
4.num.7.vol.6.& conſ.185.nu.2. vol.7. Aret.
conſ.56,col.3.Soci.cóſi.114.col.4.vol.1. quos
refert,& ſequitur Craue.conſ.151.nu.15.vbi
dicit hanc opinioné plus ſibi placere, repro-
bata alia opinione Dec. conſ.650.nu.8.Bur-
ſat.conſ.23.num.23.idem probat Bal.in l.de
495 quibus.nu.38.in fin.ff.de legi. † dicens,q́ ſi
teſtes congrua interpretatione verborũ poſ-
ſunt interpretari eſſe concordes, non præſu-
muntur ſingulares,dummodò tamen inter-
pretatio fiat abſq; verborum ſuppletione, &
dixi etiam in meo tractatu de concordia te-
ſtium. Et hæc etiam fuit ſentétia Ioan.Andr.
in c.qualiter,& quando.il 2.col. 3. poſt med.
de accuſat. dicens, quòd ſi vnus teſtis depo-
nés de fama dicit audiuiſſe à certis perſonis
loco,& tempore,& alius teſtis dicit audiuiſſe
ab alijs, & diuerſo loco,& tempore, deinde
dicat,& etiam in alijs locis,& temporibus,&
ab alijs perſonis,tunc per hanc adiectionem
generalem iudex præſumit cum alio ſeu alijs
teſtibus concordare, argumento c.cum tu.
de teſti. idem cócludit Albe. in l. ob carmen.
§.fin.num.9.de teſti.dicens,quòd ſi agitur de
probando teſtamentum fuiſſe factum per ta
lem,& minus ſeptem teſtibus fuiſſent exami-
nati, qui omnes idem dicunt, ſed quilibet
de ſeipſo, & nemo nominat, nec excludit a-
lios, tamen præſumuntur conteſtes. & ideò
ſi duo teſtes dicant,ſe non eſſe præſentes tali
inſtrumento, licèt quilibet de ſe ipſo dicat,
tñ pręſumuntur conteſtes,& inſtrumentum
reprobatur, niſi per alios teſtes adiuuetur;
ita Bar. in l.1. §. fin.nu.8.ff. quemadmodum
teſta. aper. licet Doctores in c.cum Ioan. de
fid.inſtrum.non ſatis cóueniant, Feli.ibi nu.
49.Et quòd teſtes in dubio præſumantur có
teſtes,Gramma.in ciuil.conſi.79.nu.10.Et q́
præſumantur cóteſtes,etiam ſi vnus dicat de
ſe tantũ,probat poſt plures concordan. Bur-
496 ſat.conſ.88.nu.28.& conſ.99.nu.4.†q́ præ-
ſumantur conteſtes, quando ſe nominant.
497 † Alij tamen contrariũ expreſsè tenuerũt,
quòd imò nedum teſtes,qui apertè ſunt ſin-
gulares, ſed etiã qui poſſunt eſſe ſingulares,
iudicãdi ſũt ſingulares, & tales in dubio pręſumũtur, quia vnuſquiſq; poteſt intelligi de
actu diuerſo,quia.ſ.agatur de actu reiterabi
li diuerſo loco, & tempore: ità Bar.in l. Cel-
ſus.in fi.ff. de vſucap. & Bal. in l. teſtium.col.
8. C. de teſti.& in l.1.nu.6. C. de edic. diui A-
dria.tollé.& in c. bonæ. il 1.ſub nu.9.de elect.
loquens,quando vnus teſtis non recordatur
de alio, Corn. cóſ.130.col.1.& conſi.250.nu.
1. loquens in probata poſſeſſione,vol.1. & in
pluribus alijs conſilijs libro 3. de quibus per
Craue.vbi ſuprà, & pulchrè conſ.252.nu.18.
vol.2.per Bal.in d.l.1.& cóſi.100.nu.7.& ſeq.
eod. & conſi.87.nu.15. vol.3.& conſi.55.nu.
3.vol.4. Aret.conſ.95.col.4.verſi.conſuetudo
autem. Alex.conſ.32.nu.3.vol.1. Loſred.cóſi.
43.nu.9.& plur.etiam citat Riminal.iun.cóſ.
498 52.nu.39. Et pro hac parte facit,† quia te-
ſtes debent neceſſariò concludere, vt in pro-
poſito Abb.in d.c.bonæ. il 1. num.7.de elect.
499 Hęc tamen contronerſia†videtur,quòd ſic
poſſit conciliari. nam aut ſumus in caſu, in
quo tempus,vel locus eſt de ſubſtantia, & de
eo quæritur principaliter de certo tempore,
vel loco, & huiuſmodi, & tunc niſi præcisè,
& expreſsè in eo conueniant,dicuntur ſingu
lares,& ideò in dubio ſunt iudicandi, etiam
ſi vnus dicat præcisè non recordari;& ſic ꝓ-
cedat ſecũda opinio. Si autem non ageretur
de probatione certi temporis, & tũc proce-
dat prima opinio; & ità reperio reſpondiſſe
Rui.conſ.35.nu.5.vol.4.& hæc cócordia fuit
Bar.in l.ob carmen. §. fin.ff. de teſti. qui poſt
500 Oldrad. loquitur in propoſito,†quòd aliud eſt
probare poſſeſſionem in genere,in qua tem-
pus non deſideratur, aliud probare præſcri-
ptionem, de qua ipſe loquitur in d.l. Celſus.
& ità communiter practicatur,ut inquit Al-
be.in d.l.ob carmen.nu.8. & Archid.in c. ni-
hilominus.3. quæſt.9.nu.2.in princ. vbi poſt
Odofre.in d.l.ob carmé.§.fi.in fi.ponit exem
plum in eo, qui uolebat probare poſſeſſioné
decem annorum, & unus teſtis dicebat eum
poſſediſſe per triginta annos,alius per vigin-
ti,alius per decem;ſunt enim iſti teſtes ſingu
lares in dictis ſuis,& ideò non probant.& ꝓ-
bat Ancha.conſ.277.ſub nu. 6. qui intelligit
iſtud exemplũ,quando pars intendebat pro-
bare poſſeſſionem decem annorũ, & primus
teſtis deponit de certis annis, & aliꝰ de alijs.
& hęc concordia probatur per Rui.conſ.35.
nu.15.uol.4.dicentem, quòd teſtes, qui poſ-
ſunt eſſe ſingulares, & poſſunt eſſe conteſtes
in dubio ſunt iudicandi ut ſingulares,quan-
do deponunt de tempore,quod eſt de ſubſtã
tia,ſecus in cæteris.
501 Capio quintam quæſtionem,† in qua bre-
uiter dico ultra alios effectus, de quibus in-
frà in declarationibus ſeptimi effectus, pri-
mum eſſe effectum,quem ſuprà tetigi in 6.q.
in princ. quòd teſtes ſingulares regulariter
non iunguntur ad probandum id, de quo a-
gitur. & iſte caſus,& regula probatur in d. c.
bonę. il primo, quod eſt vigeſimum quartũ,
ibi. Singuli tamen eſſent in ſuo dicto ſingu-
lares, &c. de elect.ubi eſt caſus, quòd in ele-
502 ctione Archidia.†teſtes illi,qui dicebant,ſe
nó fuiſſe citatos,reprobantur tanquam ſin-
gulares,& in c.cum dilectus.vbi Abb.num.3.
eod.

eod. tit. & idẽ in c. licèt cauſam. quòd eſt no-
num. de probat. ubi gloſſ. * & communiter
Docto. ibi, Et quidam alij in ſuo dicto ſingu
lares. & in c. tam litteris. quòd eſt 35. de teſti.
in verbo Soli. & ibi glo. & rationem poſui ſu-
prà in 1. quæſt.
503 Et ideo † tantùm probant mille, quantum
vnus, inquit Bal. in d. l. iuriſiurãdi. nu. 4. C. de
teſti. poſt Spec. per eum citatum in fi. Spec.
in tit. de teſti. §. nunc videndum. verſ. ſi autẽ
ſemiplenè. & concordan. per Rolan. conſ. 32.
num. 18. vol. 2. & concordan. per Rot. Peruſi.
deciſ. 9. nu. 7. & ſeq. & concord. per Roland.
conſi. 50. nu. 5. vol. 4. & concordan. per Alex.
conſi. 21. num. 2. vol. 4. Et hæc concluſio in-
telligitur, vt procedat ſolùm in teſtibus ſin-
gularibus, uel obſtatiuè, uel diuerſificatiuè,
ut in d. deciſ. 9. nu. 13. Et in obſtatiua res nõ
habet dubium, quòd procedit d. deciſ. quan
do obſtatiua eſt in aliquo ex illis decem præ-
dicamẽtis, de quibus in l. de quibus. per Bal.
ff. de legi. ut concludit Cæpo. conſ. 3. nu. 9. in
ciuilibus. Imò etiam in adminiculatiua, &
504 & diuerſificatiua; verbi gratia, † contra in-
quiſitum de maleficio pro indicijs ad tortu-
ram inducitur fuga, confeſſio ipſius malefi-
cij, inimicitia, fama, ſed aliquod eorum per-
505 fectè non probatur in ſua ſpecie, † & ideò ẽt
ſi eſſent mille teſtes ſuper huiuſmodi ſingu-
lares non probarent etiam ſemiplenè, Ioan.
506 de Anan. cõſ. 7. nu. 27. Et quòd teſtes † ſin-
gulares non iungantur ad effectũ plenæ pro-
bationis, quia quilibet actus, de quo depo-
nunt eſt imperfectè probatus, nec etiam fa-
cit quilibet ſemiplenam probationem, quan
do ſunt ſuper probationibus non commiſ-
ſibiliter, & ſic adminiculatiuis, alias ſecus,
507 Alex. conſ. 21. nu. 6. vol. 4. † operatur tamẽ
ſingularitas teſtis, vt ſi adſit ſemiplena pro-
batio, putà, unius teſtis de ueritate, quòd il-
le ſemiplenam faciat probationem, quæ ſi
adſit alius teſtis de confeſſione, qui de iure
ciuili non facit etiam ſemiplenam probatio-
nem, quòd tamen poterit iuramentum de-
ferri ſuppletiuũ, quia pro iſta parte eſt plus,
quàm ſemiplenè probatum, ut ibi per eum,
508 nu. 4. † Et de vno teſte de veritate, vno de
confeſſione parte abſente, quòd ſolùm pro-
bent ſemiplenè, ſecundum veriorem opinio-
nem contra Gozad. tenet Craue conſ. 73. ſub
509 nu. 34. † licèt ipſe addat, quòd vnus de ue-
ritate, unus de cõfeſſione, unus de fama ple-
nè probarent, & ibi nu. 35. in fi. addit, quòd
dictum Bal. vbi ſuprà, procedit, niſi aliud iu
dici videatur, & in teſtibus ſingularibus nõ
conuenientibus in eundem rei finem, ꝙ nun
dicatur quis aliquem teſtem habere, Calca.
conſ. 19. nu. 11. uerſ. in contrariũ eſt ueritas,

510 † Et hæc concluſio eò magis vera eſt in cri-
minalibus, ut per Dec. cõſ. 189. nu. 8. & Clar.
in §. falſum. in uerſic. ſubornans autem te-
ſtes, &c. Et quòd teſtes ſingulares etiam ſin-
gularitate nõ obſtatiua, ſed diuerſificatiua
511 non probẽt, † quia ubi eſt ſingularitas, ibi
eſt varietas, Crau. cõſ. quadrageſimoprimo,
num. 7. per Bal. vbi ſuprà. Et de diuerſificati-
ua ſingularitate intelligi debet Dec. cõſ. 31
in fi. & Rolan. cõſ. 32. nu. 16. & plur. ſeq. vol. 2.
loquens in ſingularitate obſtatiua. & quòd
diuerſificatiua noceat, Riminal. iu. conſult.
nu. 17. uol. 4.
512 Verum eſt, † ꝙ ſi cum ſingularitate adſint
alia adminicula, tunc non habet locum iſte
effectus, Burſat. conſilio 27. colum. 7. circa
med. uolumine 3.
513 Secũdus effectus eſt, † quòd ſi teſtes plures
ſuper aliquo crimine probando inducãtur
contra aliquem, & illi ſingulares ſint, tamen
eum reddunt infamem infamia facti, ſ. apud
graues uiros, ut de teſtibus contra uſurariũ
Bal. in l. 1. in 8. quęſt. C. de teſta. quem ad hoc
refert, & ſequitur Dida. uaria. reſol. lib. 3. c. 5.
nu. 5. in princ.
514 Tertius ſit effectus, † ut licèt teſtes ſingu-
lares forſan faciãt ſemiplenam probationẽ,
ut infrà dicemus in 6. declar. non ideò tñ ſit
locus iuramento ſuppletiuo, ut poſt Bal. cõ-
cludit Dec. conſi. 463. nu. 11. Et rationẽ eam
eſſe puto, quia tñ probant mille, quantum
unus, de qua ſuprà diximus in primo effe-
515 ctu. † nam cautela eſt, ut qui uult facere
examinari teſtes prius eos interroget, an cõ-
cordent, aliàs melius eſt unum tantum face-
re examinari, Cæpo. cautel. 152. Sis cautus.
Sed iſte effectus debet intelligi in ſingulari-
tate obſtatiua, ſecus autem in adminicula-
tiua, ut ſi extat unus teſtis de veritate, alter
de confeſſione, per Alex. conſ. 21. nu. 4. vol. 4.
vt ſuprà dixi in d. 1. caſu, & probat hoc etiam
exemplum Calca. conſ. 19. ſub num. 11. verſ.
516 in contrarium eſt ueritas, † quia unus alte-
ri adminiculatur. licèt aliqui contradicant,
ut infrà in 9. declaratio. Et pro iſto effectu,
& in probanda ſcientia alicuius, Curt. iun.
conſ. 64. nu. 8. quod ſufficiant teſtes ſingula-
res. quod tñ omninò non probo, per Corn.
517 conſi. 153. nu. 4. uol. 4. † Et teſtes ſingulares
licèt non probent, tamen ex illis iudex poſſet
ad credulitatem deduci, & ad plenam proba
tionem, Caſtren. & poſt eum Soci. conſ. 262.
nu. 62. vol. 2. Sed contrà, quod imò locus ſit
iuramento ſuppletiuo, ut ſi unus teſtis de-
ponit de veritate, alter de confeſſione; & quia
ſingularitas tendit ad eundem finem, licèt
per diuerſa media, poſt Bal. Feli. in c. ſi cau-
tio. num. 85. in fi. de fide inſtrum.

518 Quar-

536 Decimustertius eſt effectus,† quia ſi plures
teſtes, licèt ſingulares, probant plenè, ergò
vnus ſemiplene probabit, vt per Bar. & alios
* * communiter in l.admouendi.ff. de iur. iur.
& ſic poterit eſſe locus iuramẽto ſuppletiuo,
ſi ageretur de actu facto parte præſente, &
acceptante, vt in ſpecie probat Pariſ. conſil.
120.nu.7. vol.1. reprobata opinione Gozad.
537 Decimusquartus effectus eſt † circa materiam
inugendi hanc probationem, vbi eſſet
imperfecta cum alia ſemiplena probatione,
vt latè per Pariſ.conſ.57.vol.1.

Decimusquintus effectus eſt valdè notabilis,
538 † quòd teſtes ſingulares in actibus particu
laribus iungantur, ut probent quodlibet ge
nus, à quo actus particulares huiuſmodi de-
539 ſcendunt,† quia per ſingulas ſpecies proba
tur genus, & hoc tã in ciuilibus, quàm in cri-
minalibus, vt eſt glo. celebris in l. ob carmẽ.
* §.fin. ff.de teſti. quæ eſt* communiter appro-
bata, Gramma.deciſ. vlt.nu.8. & ſeq.& idem
teſtatur Bero. conſ.9.nu.10. vol.2. & cõſ.94.
nu.13.vol.3. & abundè Inno.in c.qualiter, &
qñ.il 2.de accuſat. vbi diuerſimode exempli-
ficat, & Hoſtien. Ancha.ibi nu.35.& cõſ.277.
num.5.& ſeq. Iaco.Butriga.in l.Ariani.C.de
hæreti.Bar.in d.§.1.Io. Andr.in d.c.qualiter,
& quando.col.3.circa med.ſequitur Abb. in
c.cum dilectus.nu.4.de elect. vbi dicit dictam
glo.eſſe ſingularem, & refert Inno.& Io.And.
idem tenentes, vbi ſuprà, & dicit per hoc li-
mitari regulam in contrarium, de qua ſuprà
in 1.effectu, & conſi.88.num.1.in fi.in 2.par.
idem probat Henric. Boich. in d.c. qualiter,
& quando.nu.16.& ſeq. vbi etiã refert Spec.
idem tenentem, quod & Inno. vbi ſuprà. Feli.
in c.licèt cauſam.col.4.in 7. notab. ſub nu.6.
& d.glo.& Inno.Butriga. vbi ſuprà, & Pau.de
Leaza. idem tenentem refert, & ſequitur, &
* * communiter practicari teſtatur, quãdo de
tempore non eſt quæſtio, Albe.in d.l.ob car-
men.§.fin.nu.7.& ſeq.& Inno. etiam refert, &
ſequitur Archid. in d. c. nihilominus.3.q.9.
nu.2.in prin.& in fi.dicti cap. ut ſupra etiam
retuli in 4.q. idem probat Bal.in d.§. fin. vbi
vltra Inno. Butriga.Spec.Io. And.& Archid.
citat & Cyn. in l.2.ſub nu.23. C. quæ ſit lon-
ga cõſuc.& Iaco.de Aret. idem tenentes. Bal.
in l.actor.nu.4. C. de probat.& in l.1. C. qui
* nu.tute.& cõſ.406.in 1.par.& de * communi
cum d. gl. reſtatur, & ſequitur Fulgoſ.in d.§.
fin. ad fin.& multos concordan. etiã pro iſta
parte refert Io.de Ana.conſi.127.col.1.& ſe-
quitur conſil.1.nu.61.& ſeq. vbi etiam dicit
hãc opinionem veriorem. idem tenuit Saly.
in l.quicunq;. C. de hæret. Craue. conſil.73.
& conſ.78.nu.6.& pro iſta parte Gabriel.tit.
de teſtib.concluſio.2.nume.18.& ſeq. addu-
cit Curt. Socin. Calca. Zaſ. Grat. Corn. &
Soci. Iun. ultra Iaſo. Butriga. Iaco. de Aren.
Cyn. Pet. Bar. Bald. Fulgo. Ang. Alex.& Dec.
& tandem nu.20.in fin. dicit hanc eſſe magis
** ** communem opinionem. & Io.de Anan.
de quo per eum nu.40. & ſeq. Addo inquam
Cæpo.in ciuil.conſi.3. num.9. Appoſtilla. ad
Zanchi. col.105.& ſeq.de hęreti.c.13.Burſat.
conſ.7.Hippoly.conſ.1.nu.41.Burſat.conſ.7.
* nu.8.& ſeq.& conſ.33.nu.25.vbi de* communi.
& abundãtiſſime ſuper omnes nouiſſimè
Riminal.iu.cõſ.85.inter conſ. criminalia di-
uerſorum vol.2.& conſi.57.vol.1. in fi.dicit,
ſecundum hanc opinionem fuiſſe iudicatũ
poſt Guid. Pap.de quo per eum. & ſic hacte-
nus habemus 42. auctoritates pro iſta par-
te, inter quas ſunt ſex, vel ſeptem, qui de
* * communi teſtantur. & meritò hoc vidẽtur
dixiſſe, poſt quam pro iſta parte tot etiã gra-
uiſſimi patres concurrunt. Idem tenuit Ca-
ſtren.conſ.113.in 1.par. Calde.conſ.5. tit.de
teſti.& Pariſ.conſ.2.nu.88.& ſeq.vol.4.& hãc
* partem * cõmunẽ dixit, & ſequutus eſt Imo.
in c.cum oporteat.nu.34.in prin.de accuſat.
& ibi nu.38. addit, quòd durum eſſet ab hac
opinione in practica recedere, vt ibi per cũ,
& repetit in l.inter pares. ſub num.2. ad fi.ff.
de re iudica. propter auctoritatẽ Accur. In-
no. Spec. & Io. And. ut ille ait, qui tamen lo-
quitur per verbum, Fuiſſe. idem reſpondit
540 Rui. conſi.35.nu.6.vol.4.† dicens, ꝙ teſtes
ſingulares ſufficiunt, quando agitur de pro-
bando aliquem fuiſſe in loco generali, putà
in ciuitate, ſequendo glo. in d. l. ob carmen.
541 & ſequaces. & pro iſta concluſione, † & ad
probandum aliquem vſurarium, ꝙ ſufficiant
* teſtes ſingulares, eſt * communis opinio, de
qua per Lamberteng. ſuper ſtatuto de con-
tract.mulie.col.341.nu.15.& in probãdo ali-
* quo in genere de* communi nu.18.& in pro-
bando aliquem eſſe infamem nu.19. iuriſdi-
ctionem nu.20.cõſuetudinem nu.22. quem
hæreticum nu.24. quòd quis per duos dies
ſteterit in tali loco nu.31. quod quis ſit mi-
542 natus alij; † quoniam minę probantur per
teſtes ſingulares, Gramma. deciſ.5.nu.14.in
543 fi.& ſeq.† & in crimine hæreſis, vel læſæ ma-
ieſtatis probandæ Gigas de crimin. læſæ ma-
ieſt.lib.2.tit.quomodo, & per quos, &c. q.8.

Pro veritate iſtius concluſionis antiqui addu-
cebant l. ſi arbiter.ff. de probat.& l.1.§. hoc
interdicto.ff. de itin. actuq; priua. Sed alij, &
benè, reſpondẽt, vt per Albe.in d.l.ob carmẽ.
§. fi. ſub nu.7.ff. de teſti. exponendo uerbum
Teſtes, id eſt, conteſtes.

Secundo Henri.Boich.in d.c.qualiter, & quan-
do.il 2.ſub nu.16. de accuſat. adducit tex.in
d.l.ſi arbiter.& l.in ſumma.§. item Labeo.ff.

544 de aqu.plu.arcen.ſic inducendo, † quia ibi
dr̃, ꝙ qui vult agere actione aquæ pluuiæ ar-
cẽdæ debet probare, ꝙ opus eſt factũ à tẽpo-
re, quo extat memoria, & ſic ſi teſtis dicat
hoc eſſe uerum, & in cauſa ſciẽtiæ ſint ſingu-
lares, quia unus dicit, ſe uidiſſe talẽ, à quo au
diuit, ꝙ talis fecit tale opus, & alius dicit, ſe
vidiſſe alium, & ſic de alijs, tñ probant.
Tertiò adducitur tex. in l. qui ſententiam. ff. de
pœn. ibi, Aut ſua cõfeſſione, & teſtes in vnum
conſpirãtes cõcordanteſq; rei finem, &c. ſic
ad propoſitũ cõteſtes iſti ſingulares licèt in
particularibus, tamen conueniunt in vnum
rei finem, ſcilicèt generis probationem.
Adducitur ẽt ea rõ, quã ſæpè monit Bal. in locis
545 ſuprà citatis, † ꝙ per ſpẽs, de quibus teſtes
ſingulares deponũt probatur genus, & quia
genus repreſentat in qualibet ſpecie. & hãc
ronẽ, ſiue magis has rões extollit Riminal.
iun. d. conſ. 7. nu. 27. & ſeq. Sed iudicio meo
546 nihil faciunt, † quia genus non poteſt pro-
batum dici per imperfectè probatas ſpecies,
nec poteſt repreſentari per ſpeciem imperfe-
547 ctè probatam, † quia paria ſunt nõ proba-
re, & imperfectè probare, & dr̃ vnaquæq; im-
perfectè probata ſpecies, quia nõ habet, niſi
548 vnicum teſtẽ, † cum duo requirantur in oĩ
negocio, c. in omni. de teſti. & infrà dicemus
549 Alia, & ſecũda adducitur rõ; † quia mate-
ria ꝓbationis nõ eſt anguſtãda, l. Ariani. C. de
hæret. Inno. in c. cũ oporteat. nu. 38. de accuſ.
Contrariam ſentẽtiam, ꝙ imò teſtes ſingulares
loco, & tẽpore, &c. nõ poſſint iũgi nedũ in ali
quo particulari ꝓbãdo, ut ꝑ Rolã. d. cõſ. 32.
nu. 19. vol. 2. Sed nec ẽt ad probãdũ aliquid
in genere, tenuit gl. in c. nihilomin⁹. in vlt. gl.
550 in fin. 3. q. 9. † vbi dicit, ꝙ ſi ego volo proba-
re ſolutionẽ decimæ, & probo ꝑ teſtes, quo-
rum unus dicit de ſolutione tritici, alter de
ſolutione hordei, & hmõi, nõ probatur per
551 conteſtes hæc ſolutio decimæ; † & minus ſi
volo probare, ꝙ talis mulier tali hora com-
miſit adulteriũ, & unus dicit in uno loco, a-
lius in alio, ut de teſtib. Diuæ Suſannæ, de q-
bus Daniel c. 13. & per Io. de Turrecrema. in
d. c. nihilominus. 3. q. 9. col. 2. & ẽt per glo. in l.
teſtiũ. C. de teſti. tñ nõ probãt, q̃a magis de-
552 ponũt de pluribus adulterijs, † quia rõne di
uerſitatis tẽporis, vel loci dicñtur plura adul
teria per ſimilitudinẽ. & trãſit ẽt Archid. cũ
d. gl. Nec valet ſolutio Henric. Boich. in d. c.
qualiter, & qñ. il 2. nu. 17. in fi. de accuſ. ꝙ rõ
eſt, q̃a teſtes ſunt ſingulares in eo, qđ princi-
paliter ꝓbari debebat. ſ. ſolutio decimæ, nõ
ſic aũt eſt in eo, q̃ dicit ſe poſſidiſſe decimã. &
probat ꝑ teſtes ſingulares eodẽ modo, quo
ſuprà. Q̃m non eſt dr̃ia inter hæc exempla,
553 † imò ſemper eadẽ eſt rõ, tã in eo, qui vult
probare ſolutionem. niſi dicamus, ꝙ ſolutio
decimæ ſit nõ genus, ſed quid ſpeciale, & par
ticulare. Idem tenuit gl. in c. tam litteris. in
verbo, ſoli. de teſti. loquẽs in probandis impe
dimẽtis matrimonij. & quæ exempla ſuprà
in cõtrarium citata, quod ad probandũ ali-
quem vſurarium non ſufficiunt teſtes ſingu-
lares, Lãberteng. ſuper d. ſtatuto de cõtract.
* mulie. col. 341. num. 16. ibi etiam de* cõi. & ꝙ
teſtes ad probãdum aliquid in genere non
probẽt, tenuerũt Gofred. Hoſtien. Bal. But.
Abb. Barbar. Alex. Iaſ. Dec. Ripa, Marſi. quos
refert ibidẽ nu. 17. & in probãdo aliquẽ hære
ticũ nu. 16. iuriſdictionẽ nu. 21. cõſuetudinẽ
* nu. 23. ubi de* communi, hæreticum nu. 25.
* vbi pariter de* communi.
Hãc partẽ in effectu tenuit Innoc. in d. c. quali-
554 ter, & qũ. il 2. de accuſat. † dum relata opi-
nione, quã ſuprà diximus pro parte affirma-
tiua, ponit ſecũdã opinionem, nec eã repro-
bat, ergò vr̃ eam tenere, gl. vulgata in l. qui fi-
lium. ff. ad Treb. Dec. in l. cũm fundus. §. ſeruũ
tuum. nu. 8. & ſeq. ff. ſi cert. peta. licèt Hippo.
Riminal. ubi ſuprà conetur eam ſaluare, &
malè, & itã Inno. ad hoc citat Hoſtiẽ. in ſum-
ma tit. de teſti. §. q̃ diuerſitas. uerſ. q̃d ſi agat.
& Inno. in d. c. cũ oporteat. nu. 33. in fi. de ac-
cuſat. & apertiùs hãc partẽ tenet idẽ Inno. in
c. licèt ex quadã. de teſti. dicẽs, ꝙ ſi volo pro-
bare iuriſdictionẽ, uel ſeruitutẽ, et un⁹ teſtis
dicit de vno actu, & alius de alio, inq̃t ille tu-
tiùs credimus dicẽdũ, ꝙ duo debeãt eſſe cõ-
teſtes in ꝑſonis, & tẽpore, alias erũt ſingula-
res. idẽ tenuit Rayne. de quo per Albe. in d. l.
ob carmẽ. §. fi. col. 2. ff. de teſti. Bal. in l. iuriſiu
555 rãdi. nu. 4. C. de teſti. † dicẽs, ꝙ teſtib⁹ ſingu-
laribus nulla fides eſt adhibẽda, & multò cla
riùs in c. licèt cauſam. de probat. nu. 11. uerſ.
556 adde, & eſt notatu dignũ, † ꝙ in probatione
actus generalis, putã iuriſdictionis teſtes ſin
gulares nihil probãt, per illum tex. quẽ dicit
eſſe meliorẽ, q̃ alibi. Inno. in c. cũ cãm. nu. 9.
557 in prin. de teſti. † dicens, quod ubi teſtes di-
uerſificãt in tẽpore, vel loco, nõ valet eorũ di
558 ctum, qñ actus eſt iterabilis, † ſi aũt nõ eſſet
iterabilis, tũc eſſent cõtrarij. Hãc partem te-
nuit Hoſtiẽ. ubi ſuprà, vbi ẽt citat Gofred. &
Hoſtiẽ. ubi ſup. ſic refert Imo. ubi ſup. nu. 37.
in fi. hãc partẽ tenuit ẽt Cyn. in l. 2. in 3. q. C.
q̃ ſit lõga conſuet. in exẽplo cõſuetudinis, &
Pau. de Leaz. quos refert Imo. vbi ſup. nu. 38.
idẽ tenet Imo. in l. inter pares. nu. 4. circa prin.
ff. de re iud. & nu. 2. ad fi. dicẽs, hãc opinionẽ
de iure verã eſſe. idẽ à ptè reprobata opinio-
ne cõtraria, tenuit Ant. de Bur. in d. c. cum
oporteat. num. 7. de quo ẽt meminit Imo.
nu. 37. idẽ Abb. cõſ. 42. in 1. par. Alex. cõſ. 100.
nu. 5. & conſ. 72. uol. 1. & cõſ. 175. vol. 2. & cõſ.
3. uol. 4.

ſ.uolum.4. Iaſ.in repetit.l.admonendi. ff. de
iureiu. & conſ.154.col.fin. vol.2. & conſi.81.
vol.3. Dec.in d.c.licet cauſam.nu.17. de pro-
bat. Saly. in l.teſtium. C. de teſti. Purpura.
in l.1.ff.ſi cert pet. Modern. Hiſpa.in c.per vè
ſtras.de donat.inter vi.& uxo.Boe.deciſ.342.
Pariſ.conſi.2.nu.86.vol.4. vbi etiam citat Ar
chid. Oldra. Io. de Anan. & Hippo.& etiã in
materia hæreſis, Symmanc. de hæret. tit. 37.
nu.5.& ſeq.vbi ad fin.addit, contrariam opi-
nionem veriorem eſſe. Arnaldi eo. tracta. q.
** 34.& hanc opinionem magis** communem
refert, & ſequitur Io. de Ana.conſ.127.col.1.
& ſeq.Locat.in tract.de hęre.in verbo Teſtes,
* nume.6.& de* communi indifferenter, Clar.
in ſua praxi.crim.§.fin.q.53. verſ. dixi etiam.
* Burſat.cõſ.96.nu.14. ubi etiam de* cõi. & ſic
hactenus habemus triginta auctoritates; &
* multos de * cõi atteſtantes Dida. varia. re-
ſolut.cap. 3. nu.5. lib.1. vbi etiam refert Ap-
poſtilla. ad Alexan. quòd hanc partem te-
nuit.

Pro hac parte in primis allegatur, q̃ regulari-
ter in omni negocio, tam de iure diuino in
ueteri Teſtamẽto Deuter. cap.19. dum dici-
tur ibi, Nõ ſtabit unus teſtis cõtra aliquem:
559 & in lege Euangelica, † qua cauetur, quòd
in ore duorum, uel trium ſtet omne uerbũ,
regiſtrata in c. in omni. quod eſt quartũ, de
teſti.& in c.cùm eſſes.de teſti. quàm humano
ciuili, l.vbi numerus.ff.de teſti.l.ſolam.& l.iu
riſiurandi.C. eod.& cõtra ſingulares pro re-
gula iure canonico id ſtatutum eſt, c. bonæ.
il 1.& c.cum dilecti. de elect. & c.tam litteris.
& c. licèt cauſam. de teſti. Ergò niſi aliundè
hæc regulà limitata appareat; prout nõ ap
paret in præſenti ſpecie, illi ſtandum eſt, ex
gl.ſingulare in l. omnis definitio. ff. de regul.
iur.& hoc fundamentum tangit Imo. in d.l.
inter partes. nu. 2. ad fin. cum enim iſti teſtes
ſingulares in loco, uel tempore, & huiuſmo-
di præſupponantur, utique pro uno reputã-
tur, ut inquit Bal.in d.l.iuriſiurandi.num.4.
dicens, quòd teſtibus ſingularibus non cre-
ditur, quia ibi nõ eſt numerus teſtium, & tã-
560 tum ualent mille, quantum unus; † & ali-
quando minus, q̃n inuicem cõtrariantur. Et
561 hæc † concluſio intãtum uera eſt, q̃ ut mul
ti dicunt, non poteſt Papa ſtatuere, q̃ uni te-
ſti credatur, ut habetur in addit. ad Bal. vbi
562 ſuprà. † & ſaltem nòn valeret conſtitutio
Epiſcopi, q̃ credatur teſtibus ſingularibus,
vt poſt multos concordantes per eum cita-
tos, firmat Did. uariar. reſolut. lib. 1. cap. 3.
ſub numero 5.

Secũdò pro hac parte citatur tex. in c. licèt cau
563 ſam. de probat. † ubi agitur de probandis
quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, & tamẽ reij-
ciuntur teſtes ſingulares. Eſt verum, q̃ mul-
ti conati ſunt pro reſponſione dicere, q̃ te-
ſtes non conueniebãt in iuriſdictione, ſed v-
nus de actibus iuriſdictionalibus, alius de a-
ctibus meri imperij, alius de actibus mixti
564 imperij, † quia de una ſpecie ad aliam non
infertur, Bar.in l.1. §. ſi quis hoc interdicto.
ff.de itin. actuq; priua. ut poſt alios probat
Felin.d. capitu. licèt cauſam.numero ſexto.
in fi.

Sed hæc ſolutio diuinat, vt conſiderat Dec.ibi-
dem ſuprà citatus. nec in contrarium rele-
uat, quod primò dicebat Riminal. d. conſ.7.
nu.116. & ſeq. quòd imò non diuinat, ubi di
cit, q̃ teſtes Fauẽtinorũ multi erant in dicto
ſuo ſingulares, & ſic in teſtimonio erãt ſingu
lares, quia unus dicebat unum, alius aliud,
quod non fuiſſet; ſi oẽs de iuriſdictione ſim-
plici dixiſſent, uel oẽs de imperio mero, vel de
mixto; q̃m facilè reſpondetur tribus modis.
Et primò, quòd cũ teſtis dicat eos fuiſſe ſin-
gulares in dicto, & ſic abſolutè loquatur, ità
poteſt accipi hæc ſingularitas, licèt in eadem
ſpecie deponerent teſtes, uel omnes de iuris-
dictione, &c. neq; etiam ſi omnes de actibus
diuerſis loco, & tẽpore ſinguli depoſuiſſent,
deſiiſſent dici ſingulares, cum ſemper Doct.
etiam tenentes affirmatiuã pro teſtibus ſin-
gularibus, q̃ probẽt, ſemper admittãt adeſſe
ſingularitatẽ. quæcũq; ergò ſit ſingularitas,
& de quauis loquatur ille tex. prout põt lo-
qui de una & eadẽ ſpecie, & ſic de ſingularita
565 te teſtiũ in eadẽ ſpecie, † ex quo generaliter
loquitur, l.1.§.& generaliter. ff. de lega. præſtã
dis. ſemper uerum erit dicere, teſtes eſſe ſin-
gulares in dicto ſuo rõne actuum diuerſorũ,
& diuerſitatis loci, & temporis; quã ſemper
præſupponũt in hac cõcluſ. Docto. Ergò pa-
tet, q̃ eſſet diuinare, q̃ ille tex. in vna magis,
quàm in alia loquatur ſingularitate.

Secũdò dico, q̃ ibi agebatur ſup iuriſdictione,
honore, & diſtrictu, & ſic ẽt ſup mero, & mix-
to imperio, l. pupill°. §. territoriũ. ff. de uerb.
ſignific. Feli.in c. Rodulphus. de reſcrip. & ue-
riſimile eſt ex dictis teſtib. ſingulares ſaltem
duos cõueniſſe, uel in iuriſdictionis ſimplicis
actib°, ſed tñ diuerſis, uel meri, aut mixti im-
perij. niſi dicamus tres tm̃ teſtes fuiſſe ſingu-
lares; quod ẽt aliã implicaret diuinationem
ad illũ tex. de quo etiam dicam infrà in 2. de-
clarat. uerſi. ueruntamen.

Tertiò rñdetur, aduertẽdũ eſſe, q̃ ibi nõ poſſeſ-
ſeſſorio tm̃ agebatur, põderãdo illum tex. in
566 prin. † ibi, Super honore, iuriſdictione, & di-
567 ſtrictu, quæ proprietatem denotant, † quia
aliud eſt res, aliud poſſeſſio rei, l. naturaliter.
§. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſsio.
Barto. in l. ſecunda §. fina. ff. uti poſſide. &

ſic ibi lis erat de iuriſdictione in nniuerſo.
568 † ſed ſic eſt, quòd ubi agitur de iuriſdictio-
ne, & unus dicit, quòd vidit talem decapita-
ri, & alius, quòd vidit alium fuſtigari, vtique
Docto. tenentes affirmatiuā, volūt probatā
eſſe iuriſdictionem, ſecus ſi ageretur de poſ-
569 ſeſſione, vel quaſi iuriſdictionis, † quia tunc
procedit, quod dicitur, quantum poſſeſſum,
tantùm præſcriptum, Bar. in d. §. hoc interdi
cto. & ita in ſpecie declarat Imo. in d. l. inter
pares. nu. 2. in fi. ff. de re iudica. & nu. ſequen.
570 † vbi facit differentiam inter ius proprieta
tis, & ius quaſi poſſeſſionis, ut ſi de primo a-
garur, utiq; qui habet titulum, & probat de
vno actu, probat de omnibus, aliàs ſecus, &
ante eum Io. And. in d. c. qualiter, & qñ. il 2.
571 col. 3. poſt prin. verſi. & idem, † quod hic di-
cunt, intelligitur etiam ſi quis vult probare
iuriſdictionem in loco, de quo agitur, & in
cauſa ſcientiæ vnus dicit de vno tempore, &
perſona, quòd vidit eum ſuſpendere, alius de
alia perſona, & tempore, quòd vidit exocula-
ri, alius, ꝙ vidit, quod cognouit de cauſa, ſeu
reddidit ius inter talem, & talē die, vel annis,
& ſic de alijs, &c. Imo. in c. cum oporteat. nu.
33. eo. tit. de accuſat. uerſ. & per prædicta vi-
detur, ꝙ aliquis vult probare iuriſdictionem
per eum exercitatam in tali loco, &c. & nu.
36. apertiùs.

Non etiam obſtat alia, quam ſubtilem, & pro-
priam rationem citat Riminal. iun. d. cōſ. 7.
nu. 117. vol. 1. dum dicit, quòd in illo tex. nō
dicitur, ꝙ illi teſtes ſingulares nō probarēt,
imò uerius contrarium ibi dicitur, in verſic.
ex præmiſſis igitur &c. dū dicit ſumm. Pōt.
ꝙ teſtes Fauentini probabant, ſed nō tantū,
quantum Rauennatenſes, ſed hæc ſubtilitas
potuit prætermitti, quia cauillatio mera eſt,
& gl. Ceruotina cōtraria tex. quæ ſic deſtrui-
tur. Papa enim ibi dicit, ꝙ Fauentini plures
teſtes induxerunt, ſed quòd tñ vix ex illis ſex
remanſerunt concordes, quia alij ſibimet in
ſerie ſui teſtimonij contradicebant, & quidā
alij in dicto ſuo ſingulares, ecce ꝙ clarè Papa
oſtendit, ꝙ illi teſtes ſingulares non proba-
bant, quia erant ſingulares, & nō erant con-
cordes, & alij inter ſe pugnabant, & ſic non
erant de numero cōcordium illi ſingulares,
nec illi contrarij, cum excludātur expreſsè à
cōcordibus. & quod ſequitur, ꝙ teſtes Rauē
natenſes erant numero plures, ſatis cōuenit
præcedētibus reſpectu cōcordium, ſex. n. erāt
concordes, dicit ille tex. ſed Rauēnatēſes erāt
plures, nō dixit addita ratione ad cōtrarios
inter ſe, nec ad ſingulares, quia illi iam fue-
rant excluſi per Papam.

Tertiò pro hac parte adducitur tex. in c. bone. il
1. & c. cū dilectus. de elec. vbi in materia ele-
ctionis, quæ genus eſt, audiūtur teſtes ſingu-
lares. Non obſtat, ꝙ aliqui dicant, quòd ibi
agebatur de electione certæ perſonę, & ſic de
electione particulari, vt per Riminal. Iun. in
d. conſi. 7. num. 123. & ſeq. quoniam hæc ſolu
tio nihil eſt, nec tollit, quin propterea electio
generaliter poſſit ꝓbari ex diuerſis actibus,
licèt de certa perſona ageretur, ſi uera eſſet
dicta opinio, & concluſio affirmatiua, vt de
commotione, & tractatu certæ perſonæ in
Principem, Ancha. conſ. 277. nu. 5. in fi. & ſeq.

Quartò allegatur tex. in c. tā litteris. in verbo,
572 ſolis teſtibus. de teſti. Non obſtat, † quod
illud uerbum Solis intelligi debet, id eſt, ſine
ratione loquentibus, prout quandoque ex-
ponitur in iure noſtro apud glo. in d. l. ſolū.
C. de teſti. Quoniam hæc reſponſio diuinat
ad illum tex. quòd illi teſtes ſine ratione lo-
cuti ſint etiam interrogati, prout requiri-
tur, ſecundum d. glo. ergò, &c. Et inſuper gl.
ibi exponit Soli, id eſt, ſingulares, & illa* com
muniter tenetur, & ſatis eſt, quòd eo modo
poteſt intelligi ille tex. vt admittit Abb. ibi-
dem, licèt Riminal. iun. d. conſ. 7. nume. 119.
dicat, primam ſibi magis placere, quia ille
tex. non dixit illos teſtes ſingulares, prout di
xit in d. c. licèt cauſam. quia hoc nihil refert,
573 † ex quo paria ſunt dicere, teſtes ſolos, vel
ſingulares, ſecundum glo. vbi ſuprà. ergò alia
ſolutio ad illum tex. quærenda erat.

Quintò pro hac opinione negatiua contra te-
ſtes ſingulares adducitur tex. in c. nihilomi-
574 nus. 3. q. 9. † vbi habetur, quòd voces eorū,
qui ex diuerſitate loci, vel temporis apparēt
ſimul non interfuiſſe in negotio, & actu, de
quo deponunt, non audiuntur. Nec obſtat,
quòd multi dicunt, quòd ibi agebatur de a-
ctu, in quo tempus erat de ſubſtantia, ut per
Imo. in c. cùm oporteat. ſub nu. 33. de accu-
ſat. Riminal. iu. d. conſi. 7. nu. 124. Quia reue
ra hæc eſt aperta mera diuinatio, quia ſen-
ſus iſte ex aliquo uerbo illius tex. non poteſt
575 colligi, ergò, &c. l. illam. C. de collat. † Præte-
reà ille tex. fuiſſet de indubitabili ſecundum
iſtam diuinationem, contra l. ancillæ. C. de
576 fur. Et inſuper eſt conſiderandum, † ꝙ qñ
tempus non eſt de ſubſtantia, teſtes ſingula-
res audiuntur, quando poſſunt in eodem tē-
pore cōuenire, licèt de diuerſis etiam tempo
ribus deponant; v. g. ſi vnus dicit de vno tē-
pore, & alius de alio adiecta clauſula, Et alijs
etiam varijs temporibus, & alius dicit, ſe nō
recordari de tempore; ità concludit Inno. in
c. cauſam, quæ. nu. 9. de teſti. & But. in c. cū o-
porteat. & ibidē Imo. nu. 34. de accuſ. & ante
eos Io. And. in d. c. qualiter, & quando. il 2.
colum. 3. in fin. verſ. item in præſenti caſu. eo.
titulo, & infra dicam in concordia teſtium.

ſecus

577 † ſecus autem, ſi ſimpliciter vnus deponit
de vno actu ſub genere contento, & de vno
tempore, vel loco, alius de alio actu, & diuer-
ſo loco, & tempore; neq; enim hoc caſu fieri
poteſt, vt concordentur, etiam ſi agâtur de
probãda poſſeſſione alicuius in exemplo tra
dito per glo. in d. l. ob carmen. §. fin. ff. de teſti.
578 † niſi aliunde probetur initium poſſeſſio-
nis eius, tunc eo probato teſtes iſti ſingula-
res continuationem probabunt, quæ etiam
præſumitur; ità conſiderat Albe. ibi nume. 8.
verſi. ſed reſpondeo, quòd poſſeſſio præſumi-
tur continuata, ſi probetur initiata, ſed hic
non probatur plenè initiata, &c. & verſi. opi
nio etiam Paul. de Leaza. qui tenet glo. ſatis
placet, ſuppoſitò, quòd ſit probatum initiũ
actus, de quo quæritur, putà, poſſeſſionis iu-
riſdictionis, perceptionis decimæ, & ſimiliũ,
579 inquit ille. † Et quòd teſtes ſingulares etiã
in actibus ad probandum poſſeſſionem tan-
quam ſingulares ſingularitate diuerſificati-
ua non probent, eſt tex. in c. licèt cauſam. §.
quamquam. in verbo, Et quidam alij ſint in
dicto ſui teſtimonij ſingulares. de probat.
* vbi gl. & * omnes notant. c. bonæ. il 1. de ele-
ctio. cum alijs concordantibus in locis com-
munibus, vt ſuprà tetigi abundè. quidquid
580 Cæpo. conſi. 3. in fi. conetur perſuadere, † quòd
teſtes ſingulares ſi ſint perſonæ nobiles, pro-
bant. ſed malè, per tex. in l. qui falsò, aut va-
ria. ff. de teſti. & concordan. de quibus per
Alex. conſ. 94. nu. 2. vol. 6. vbi addit, quod nõ
581 etiam probant ſemiplenè, † niſi fortè, vt in-
quit Crane. conſ. 182. ſub nu. 13. ageretur de
modico præiudicio, quia tunc teſtes ſingula
res probant, & conſidero, quòd teſtes in d. c.
licèt cauſam. erant inducti ad probandum
iuriſdictionem, honorem, & caſtrum pertine
re ad commune, & deponebãt, quòd aliqua
ſeruitia à quinquaginta annis citrà percepe
rat, & ſic erant inducti ad probandum præ-
ſcriptionem, & poſſeſſionem, & tamen, quia
ſingulares erant, nõ probabãt, & ità illũ tex.
põderat in propoſito Ripa in l. ſi conſtante.
nũ. 17. ff. ſolu. matri. & idem ſentit etiam Bal.
582 in rub. nu. 2. de contro. inueſti. † dum con-
cludit per illum text. quòd propter varieta-
tem teſtimonij nulla fides adhibetur teſtib.
ſingularibus, non conuenientibus in eundẽ
583 rei finem. † licèt enim teſtes deponerent de
actibus, qui ſinguli tendunt ad probationẽ
poſſeſſionis, & ſic ad eundem finem intẽtio-
nis aduerſarij, tamen ex quo deponunt de a-
ctibus, qui ratione temporis ſunt diuerſi, nõ
ijdem, quia alius eſt actus, quẽ vidit vnus, a-
lius, quem vidit alius, vtiq; iſti teſtes dicun-
tur ſingulares ſingularitate diuerſificatiua
in diuerſitate factorum, & ſic non probant,
ſicuti ſi eſſent ſingulares ſingularitate obſta-
tiua. hos enim caſus æquiperat poſt alios
Rip. in l. admonendi. nu. 205. verſ. ſed quid in
ſingularibus ſingularitate diuerſificatiua fa
ctorum. ff. de iureiur. Et ideò, vt ille ibi ſubij-
cit nu. 207. & ſeq. vbi agitur de probando ali
quẽ feciſſe miracula, & vnus deponit de uno
actu conſuetudinario, alius de alio, vtiq; iſti
non cõiunguntur; quælibet enim probatio
tendit ad diuerſa facta, ut ille ait, ſecus ſi tẽ-
584 derent ad probationem eiuſdem facti. † &
in terminis quòd in probanda poſſeſſione te
ſtes ſingulares non probent, reſpondit Abb.
& Cor. quos refert, & ſequitur Ripa in l. ſi cõ
ſtante. nu. 17. ff. ſolut. matri. per tex. in d. c. li-
cèt cauſam. quicquid, ut ille ait, dixerit in cõ
trarium glo. & Bar. in d. l. ob carmen. ff. §. fi. ff.
de teſti.
584 Et ſi fortè ſubtilizando, † licèt extra pro-
poſitum, obijceretur, aduertẽdum eſſe, quòd in
iure noſtro non habemus, niſi duas ſpecies
ſingularitatis teſtium, obſtatiuam ſcilicet, &
& adminiculatiuam, vt in ſpecie uoluit Bal.
in rub. nu. 2. de controuer. inueſti. quicquid
Ripa, & alij moder. in d. l. admonendi. & Cra-
ue. de antiqui. tẽpo. char. 150. addant, & ter-
tiam. ſ. diuerſificatiuam tãquam ſpeciem ſe-
paratam. & hãc Cæpo. conſ. 3. nu. 9. appellat
ſubalternam. inquit enim triplicem dari ſin-
gularitatem, unam. ſ. obſtatiuam, ut in teſti-
bus Suſannæ de actu nõ reiterato deponen-
tibus, aliam ſubalternam, quæ ſub vno gene
re vniuerſali comprehenditur, vt de proban
do aliquo in genere, putà iuriſdictione, poſ-
ſeſſione, & huiuſmodi, & vnus teſtis deponit
de vno actu, alius de alio. tertia eſt admini-
culatiua, quia unus teſtis deponit de verita-
te, alter de ſama, alter de confeſſione, vnus
enim alteri adminiculatur. & iſtæ duæ vlti-
mæ ſpecies non reprobantur à lege. Sed hæc
tertia ſpecies diuerſificatiua in actu reitera-
to, ſeu reiterabili non eſt uera, nec commu
nis, vt ſtatim dicã, & ideò periculoſa eſt Mil-
lei cõſideratio in ſua praxi. crimi. char. 181.
586 nu. 16. & ſeq. † dum concludit, quòd vbi agi
tur de delicto probãdo, quod non eſt reite-
rabile, putà homicidium, & ſtuprum, prout
in illo exemplo Suſannæ, de quo habetur in
c. nos. §. Daniel. 2. q. 7. tunc teſtes ſingulares
in loco, uel tempore non probarent; ſecus
aũt in probãdo actu reiterabili, de quo teſtes
ſunt uarij in loco, uel tẽpore, & quæſtio eſt de
certo tpe, vel loco, qa tunc teſtes nõ dñr cõ-
trarij, ſi modò diuerſitas, & reiteratio pro-
betur. nam, vt patet in illo exẽplo Suſannę,
illud ſtuprum erat reiterabile, tamen teſtes
fuerũt habiti pro falſis, ob varietatem loci,
587 cũ ea in effectu ſit obſtatiua; † teſtes enim

Kk 3 diuer-

diuerſificantes factum,quod non eſt, niſi v-
num,de quo agitur,dicuntur ſe inuicem eli-
dere,vt fatetur Ripa,ubi ſuprà, & conſentit
588 Craue,in loco allegato,nu.7.†dicens,ꝙ te-
ſtes deponentes ſuper vno mutuo, & depo-
nentes de diuerſis actibus,& diuerſis locis,&
tpe,dicuntur contrarij,& idē dicitur de his,
quod de ſingularibus ſingularitate obſtati-
ua,& nullo modo coniungũtur,quia depo-
nunt de diuerſis mutuis,& tamen nō eſt,niſi
unum,& hmōi,ut ibi per eum nu.4.& ſeq.&
iſtud eſt,quod uoluit ēt Alex.conſi.21.nu.5.
vol.4.dum concludit,ꝙ teſtes deponentes ſu
per actu nō reiterabili, ideſt,ut declarat Cra
ue.qui non eſt reiteratus, tractatu de antiq.
temporis char.150.col.2. uerſic. ſed aduerte
etiam. tunc ſi ſunt ſingulares non probant,
nec coniunguntur, quia unus alteri repu-
gnat,& ſic nullus probat. verum eſt, ꝙ illud
exemplum,quod proponit Craue.d.nu.7.de
mutuo,ꝙ non fuit,niſi unum,& tñ teſtes vi-
dentur deponere de pluribus ratione diuer-
ſitatis locorum, & tēporum, nimirùm ſi nō
dicantur plenè,nec ſemiplenè probare.ratio
eſt,quia ſunt ad inuicem cōtrarij, quia cum
ego dicam vnum tm̃ fuiſſe mutuum,& teſtis
dicat,id fuiſſe tali loco, & tpe, alius autē di-
cat,ꝙ imò fuit alio loco,& tpe, vtique patet
ad ſenſum,quod ſunt contrarij, & incidunt
in falſum,niſi pars dixiſſet pluries mutuaſſe:
tum quia vnum ſolum mutuum petijt,& in-
certum eſt, quodnam fuerit in iudicium de-
ductum, tunc benè ſaluantur à falſitate, &
ità declarat Sali.in l. teſtium. nu.15. de teſti.
q.8.& etiam Bal.in d.rub. nu.2. de cōtro. in-
589 ueſti. † dum concludit, ꝙ teſtes non cōfe-
rentes in eundem rei finem,dicuntur ſingu-
lares taliter,ꝙ qui eos producit,non dicitur
habere aliquem teſtem,glo.magiſtralis in d.
l.ob carmen.§.fi.in glo. fin.ff.de teſti.dicens,
ꝙ in teſtibus uarietas locorum,vt fuit in te-
ſtibus contra Suſannam, & Danielem, item
varietas tpis conſideratur,& damnatur, qñ
agitur,& quæritur nedum de unico actu,ſed
ēt de certo tpe actus celebrati,aliàs ſecus.vn
de ſi quæratur ſimpliciter; an ego poſſede-
rim, & vnus teſtis dicat, Vidi eum poſſidere
de tali anno, alius aũt de alio anno, & ſic de
cœteris, vtiq; eorum teſtimonium ualet, qa
vt inquit glo. hîc ſolum quæritur, an poſſe-
derim,& in hoc oēs teſtes conueniunt;ſecus
aũt,ſi eſſet quæſtio,an illo, vel illo tpe poſſe-
* derim, vt d. glo. * cōiter approbari teſtatur
Corn.conſi.185.nu.4.vol.3.& Alex.conſi.72.
nu. .in princ.uol.1.& Io.de Ani.conſil.127.
* nu.15. dicentes,dictam glo. * cōiter appro-
batam,licet Craue. cōſ.73.nu.32.dicat,hoc
fuiſſe originale dictum Iaco. de Are. in l. te-

590 ſtium.C.de teſti.†quod qñ agitur de probā
do quid in genere teſtes ſingulares in actib.
in probanda poſſeſſione, uel iuriſdictione,
probāt, & d.gl.ſequitur Iac.de Aret. & Bar.
in d.§.fin.dicens, ꝙ quando agitur de probā
do poſſeſſionem ſimpliciter non limitatam
ad certum tempus uarietas teſtium in tem-
pore non obſtat.& eos refert, & ſequitur de
Sancto Seueri. in l.admonēdi. nu.105.& ſeq.
ff.de iureiuran.poſt Bal.dicens, illam glo. eſ-
ſe mirabilem,& ibi addit nu.109.& ſeq. poſt
591 Imo.†ꝙ teſtes ſingulares in actibus poſſeſ-
ſorijs probāt,putà ſi unus dicit,ꝙ uidit col-
ligere granum, alius, ꝙ uidit colligere fabā,
quia dicuntur cōcurrere in probatione poſ-
ſeſſionis,uel ſimplicis, uel quaſi poſſeſſionis
decimandi, uel iuriſdictionis, diſcordant ēt
in cauſa remota ſciæ,ideſt,in cauſa cauſæ,tñ
concordant in cauſa immediata,quæ perci-
pitur ſenſu corporeo, & dicitur iſta ſingula-
ritas aduminiculatiua,quæ non nocet,ſ.prout
è conuerſo obſtatiua,& diuerſificatiua,de q
bus per eum nu.125.& per prius nu.118. cũ
plur.ſeq. ibi diſcurrendo uarias teſtium ſin-
592 gularitates, † concludit inter cœtera, ꝙ ſi
teſtes ſimpliciter deponant de aliquo facto
in genere,tunc diuerſitas in tpe, loco, cauſa
ſciæ,modo ſciendi, & hmōi, non reddit pro-
priè eos ſingulares, & generaliter concludit
ipſe hanc concluſionē gl. procedere in quo-
cunque generali, uel qualitate aliqua in ge-
nere probanda,putà,in probanda hæreſi, ēt
ſi teſtes ſint ſingulares in actibus, & articu-
lis,ſm Bal.in l.actor.C.de proba. quod dicit
593 eſſe notandum ſummopere, † quia ex vni-
co actu uidetur quis probari hæreticus, itē
in probando furore,item in probanda infa-
mia,uel aliquem uſurarium,uel perceptione
decimarum,uel præſcriptione ſeruitutis,itē
in probādo memoriā extare, uel irregulari-
tate, uel cōſuetudine,hæreditatis aditione,
teſtes ſingulares in actibus tñ probabunt.
Idem in probandis nuptijs,uel genere, & hu
iuſmodi.idem ſequitur Alex.conſi.13. in fin.
uol.7. loquens in probando inhoneſta vita,
uel adulterio, licèt unus teſtis deponat de
una re inhoneſta,alius de alia,per glo.in d.§.
* final. quam dicit * communiter approbari,
594 †quēadmodum teſtes ſingulares probant,
quando agitur de probando aliquem fuiſſe
in loco generali,putà in ciuitate, Rui.conſi.
595 35.nu.6.uolu.4. † ſic ēt teſtes ſingulares in
tpe deponentes de verbis diffamatorijs pro-
latis per aliquem probāt, quia eſt actus rei-
terabilis,Craue.conſi.78.col.1.& 2.& etiam
in probando aliquem hæreticum,ſeruitutē,
iuriſdictionem, conſpirationem, uel com-
motionem, & ſimilia, Hippo.de Marſilijs in
conſil.

conſil.primo. vbi latè de hac materia ſingu-
laritatis teſtium, & ibi addit numero 71.
596 † quòd teſtes ſingulares probant, ſi ſint no
biles, vbi aliàs non probarent. & latè etiam
prædicta comprobat Corn.cõſ.34. volum.2.
597 † dicens, teſtes nõ dici ſingulares, ſi tendũt
598 ad vnum finem, † vel quãdo eorum dictum
eſt eadem veritas, & in actibus ſucceſſiuis, vt
in probando aliquem eſſe vſuratium mani-
feſtum, decimam recollectam, famam, poſſeſ
ſionem, & aliquod vniuerſale & in probãdo
aliquem eſſe infamem, Bal.in l.1. C. de teſta.
Bar.in d.l.ob carmen.Bal.in l.de quibus.nu.
37.& 39.ff.de legi.& latè hanc concluſionem
generaliter in probando aliquo in genere, fir
mat Ancha.conſ.277. Gemi.conſ.217.col.2.
Calde.conſ.5.de teſti.Alex.conſ.10.& conſil.
141.col.2.vol.1. & in multis alijs conſilijs per
* eum relatis, vbi teſtatur de* cõmuni, Craue.
conſ.83.col.8.& ſeq. Aret.cõſ.42.col.2. Ang.
cõſ.233.col.3.Guid. Pap.deciſ.544.Soci.cõſ.
295.col.3.vol.2. Boe.deciſ.23.col.14.& deciſ.
239. Bero.in c.licèt cauſam.nu.40.de proba.
* vbi etiam teſtatur de* communi, Alba cõſi.
25.nu.1.Boſſ.in tit.de confeſ. per tortur. nu.
4.& in probando aliquem eſſe hæreticum,
pulchrè Inno.in c.qualiter, & quando.il 2.&
in c. cũ oporteat. de accuſat.& apertiùs Bal.
in l.1. C. qui num.tute. ſe excuſant. ſequitur
Dec.cõſ.448.nu.8.& in l.furioſum.nu. 30. C.
qui teſtam.face.poſſ. Rui.cõſ.68.nu.8.vol.1.
Iaſ.in l.admonendi. in 2.lect.nu.256.ff.de iu-
* reiuran.& de* communi teſtatur etiam Feli.
in c. licèt ex quadam. in 2.limitat.de teſti. &
Hippo.d.conſ.1.nu.27. Zanchi. in tracta. de
hæreti.cap.13.nu.6.& Grammat. deciſ.107.
nu.9.& in materia hæreſis, Bal. in l.actor.nu.
4.C.de probat.Zille.conſ.105.nu.5.& hæc o-
* pinio maximè in materia hæreſis eſt* com-
munis, & ab ea non videtur recedendum in
iudicando, & conſulendo; quam etiam pri-
mo loco tenuit Bal.in l.2.C.de hæret. & in d.
l.ob carmen.ff.de teſti.Sali.in l.Ariani. & in l.
quicunq;.C.eo.tit.de hæreti.Bal.in c.cũ om-
nes.nu.28.de conſtitu.Ana.in c.1.eo. tit. de
hęre.Imo.in c.cũ oporteat.de accuſat.Corn.
conſ.91.vol.1.& conſ.134. eod. vol.& cõſ.34.
uol.2.Rolã.à Valle cõſ.83.nu.43.vol.2. Crot.
cõſ. 106. & idem teſtatur Symma. hoc eo.tit.
de teſti. ſingu.nume.11. quando.ſ. agitur in
genere de probãdo aliquem eſſe hæreticum;
ſecus autẽ ubi ageretur de aliqua ſpecie hæ-
reſis probanda cõtra aliquem, vt ibi per eos.
599 † in tantùm quòd hæreticus imputatus in
genere de hæreſi, & conuictus per teſtes ſin-
gulares in ſpeciebus, & in negatiua perſiſtẽs
poterit, tanquam impœnitens damnari, tan-
quam conuictus, & tradi ſeculari curiæ, per
Rot.deciſ.1.eo.tit.in antiquis, Clar. & Sym-
ma.vbi ſuprà, ſecus autem ſi errorem ſuum
velit recognoſcere, & illũ abiurare, quia tunc
miſericorditer cum eo agendũ erit, & recipiẽ
dus ſub gremio ſanctæ matris eccleſiæ, ut eſt
600 tex.in c.ad abolendam.extra de hæret. † ſic
etiam in probanda poſſeſſione alicuius decẽ
annorum ſi unus teſtis dicat, ꝙ vidit eum
poſſidere per triginta annos, alius per vigin-
ti, alius per decem, dummodò non variet in
initio poſſeſſionis probabunt poſſeſſionem
decem annorum, ut firmat Alex. cõſ.64.nu.
3.& 11.uol.2.Imò idem dicendum, ſi variãt
in initio poſſeſſionis, quòd plꝰ eſt, dicit Rui.
conſ.67.num.6.& ſeq.vol.1. diuerſimodè in-
terpretando dictum Archid. in c. nihilomi-
601 nus. 3. q. 9. † Idem firmat vbi ſuprà Alexã.
in materia probãdi quantitatem intereſſe,
vel damnorum, vel valoris rei, quòd teſtes ſin
gulares in ſummis, & quantitatibus dicãtur
conuenire in minori ſumma, niſi ex ſingula-
ritate appareat teſtes loqui de diuerſis nego
tijs, verbi gratia, ut ille ait nume. 12. ſi unus
teſtis dicat, quòd centum mutuauit Sẽpro-
nio, & alter dicat de uiginti: quod ultimum
probat Ange.in l. ex facto. §. 1. in princ.ff. de
vulga.& pupil.& Alex.in l.inter pares.ff.de re
judica. Idem in probãda falſitate firmat Fe-
lin.in c.cum Ioannes.nume.49.de fid.inſtru.
Item in moribus, & qualitate perſonę, Bal.
in c.cum omnes.num.26.& ſeq.de conſtitut.
Item in probãdo aliquem uſurarium, uel hę
reticum, niſi etiam agatur de certo tẽpore,
per eundem cõſ.103.col.2. in princ.uol.eod.
Item in probãda aditione hæreditatis, Ca-
ſtren.cõſ.113. contra ſuperius adducta.in 1.
par. in probanda iuriſdictione quòd teſtes
ſingulares in actibus probent, tenet Caſtrẽ.
cõſ.444.in cauſa, quæ uertitur.num.5. in ea.
1. par. Idem in probanda præſcriptione ra-
tione plurium ſolutionum factarum per de-
cem annos, quòd teſtes ſingulares in ſolutio
nibus diuerſorum annorum probent, Ca-
ſtren.cõſ.51. in cauſa ſpectabilium DD. Co-
mitum de Arco. col.2.in 2. par. Item in pro-
bando mulierem ab alio fuiſſe cognitã, Grã-
ma.deciſ.107.in fi.Item in probandis minis,
per eũdem deciſ.5.nu. 15. Item probatio in-
honeſtæ uitæ, Bal.in cõſ.98.in 4. par. Item in
probanda poſſeſſione ſi unus deponat, ꝙ ta-
lis collegit tres corbes frumenti, alius, quòd
decem, Ang. in d.l.ex facto.§.1.ff. de vulga.&
pupil. item ad probandum inſtigationem,
Ang. conſ.233. Item in probanda cõfeſſione
debiti præſumpta voluntate teſtatoris, item
in probando ſtupro, item in probãda fama,
item in probanda vita alicuius, latè firmat
Craue. conſ.73.nu.32.cum plur.ſeq. vbi ad-
dit

dit idem in probãdo aliquem fęnerari ſolitũ,
modò nõ agatur de probando actu alicuius
temporis, & idem ſi agatur de probando ſtu
pro, uel aliquem eſſe virum vſurariũ, uel ali-
quem eſſe hæreticum, blaſphematorem, a-
leatorem, & huiuſmodi. licèt enim teſtes in
probatione actuum particulariũ, qui ſunt
de genere ſint ſingulares, putà, quia vnus de-
ponit de uno mutuo, alius de alio, & unus
deponit de uno articulo hęreſis, aliꝰ de alio,
tñ probant in genere illũ eſſe uſurarium, uel
hæreticum, glo. & Iaco. But. in l. Ariani. C. de
hæret. quem refert Alex. d. conſi. 72. nume. 2.
uolum. 1. vbi addit etiam Inno. Spec. Pan. de
602 Eleaza. & Bald. † & ibi addit idem tenere
Docto. in probanda conſuetudine, ea ratio-
ne, quia ſufficit, ut teſtes dicantur cõcordes,
ꝙ concurrant, & concordent in eundem rei
603 finem † idem firmat Bal. in l. 1. C. qui nu-
me. tute. loquens in probando aliquem hæ-
reticũ, ꝙ ſufficit, ſi unus teſtis dicat, ꝙ audi-
uit eum dicentem, Non credo in unũ Deũ;
& alter teſtis dicat, ꝙ eum audiuit dicẽtem,
Nõ credo in Eccleſiam Catholicam, ſunt. n.
conteſtes in genere, ideò probant eũ eſſe hæ-
604 *reticum. † Et hæc eſt * cõmunis opinio, ꝙ
in probanda poſſeſſione in genere, cõfeſſio-
ne, hæreſi, iuriſdictione, celebratione miſſæ,
electione ſepulturæ teſtes ſingulares in lo-
co, & tpe probant, qñ tempus, uel locus non
eſt de ſubſtantia, Roland. à Valle, qui plures
concordantes citat ẽt in conſil. 81. nu. 48. &
ſeq. uol. 2. & idem ait in actu reiterabili, ſm
multos, quos ipſe citat ibi nu. 45. licèt cõtra
eos ſtent Alex. & Crane. quos ipſe ẽt refert.
& hoc putat de plano procedere, quando cũ
teſtibus ſingularibus concurrunt aliæ præ-
ſumptiones, & coniecturæ, ut in caſu ſuo vi-
dere eſt. Et ꝙ ubi agitur de probando aliqd
in genere, non autẽ de probando actum ali-
quem certi tpis ſufficiant teſtes ſingulares,
putà, in probando aliquem eſſe vſurariũ, vel
confeſſionem alicuius delicti, vel ſtuprum, &
huiuſmodi, probat Crane. conſ. 73. nu. 32. &
605 ſeq. † Idem addit in probanda natiuitate
alicuius, ſeu eius vita, putà, quia vnus depo-
nit de vno ſigno natiuitatis, alius de alio, &
in fama probãda, & idem latè firmat in ma-
teria probãdi aliquem eſſe hæreticum, Zan-
chi. in tract. de heret. c. 13. & in addit. ad eũ;
606 † ſecus aũt ſi ageretur de probando aliquẽ
607 particularem defectum, vt ibi per eũ. † Sic
etiã teſtes ſingulares ſufficiunt in probando
aliquem fuiſſe in aliquo loco generali, putà,
608 in ciuitate, Ruin. conſi. 35. nu. 6. vol. 4. † Et
etiam indicia probata per teſtes ſingulares
ſufficiunt ad torturam, Gramma. deciſ. 34.
609 nu. 30. † Et iterũm teſtes teſtamentarij di-
centes ſe non interfuiſſe teſtamento, de quo
quæritur, non poſſunt hoc in loco argui de
ſingularitate, ut per Menoch. de qq. arbitra.
610 lib. 2. caſu 105. ſub nu. 9. † Itẽ in probando
aliquem furioſum, licèt vnus teſtis deponat
de furore iam annis vigintiquinque, & alius
iam annis viginti, & ſic diſcordent in tpe, tñ
probant, quia ille, qui deponit de certo tpe,
non negat de alio, & quin prius furere cœpe
rit, vt per Ruin. d. conſi. 67. nu. 6. & ſeq. vol. 1.
& ibi nu. 8. addit idem eſſe, ſi ſint ſingulares
611 in actibus furoris, † item ꝙ in probando
diffamationem in genere de aliquo delicto,
612 † vel in probãda poſſeſſione in genere, putà,
ꝙ talis poſſederit fundum, & teſtes deponũt
de diuerſis actibus poſſeſſorijs, & idẽ in qua-
ſi poſſeſſione iuriſdictionis probanda, vel in
probando crimine in genere, vel ſtupro, vel
aliquem infamem, uel hæreticum, teſtes ſin-
gulares probent, latè confirmat Crane. cõſi.
613 78. nu. 6. & latiùs conſi. 73. nu. 34. † vbi di-
* * cit in effectu hanc eſſe magis * * cõem opi-
nionem, ꝙ teſtes ſingulares admittantur ad
probandum quid in genere; licèt, vt ille ait,
Dec. in c. licèt cauſam. de proba. cõtrarium
dixerit, ſed vt inquit Crane. nõ allegat Dec.
tot auctores, & ipſe etiam tenuit cõtrarium
cõſi. 650. & Crane. d. conſ. 78. circa probãdũ
aliquem vſurarium manifeſtum, uel proban
dum aliquem infamem, vel vſum iuriſdictio-
nis, & huiuſmodi, ꝙ teſtes ſingulares probẽt,
latè refert, & ſequitur Dida. lib. 3. c. 3. nu. 5.
varia. reſolut. & latiſſimè damnando Alex.
d. conſ. 72. vol. 1. ꝙ in probãdo aliquo in gene-
re, putà, mulierẽ impudicè viuere, vel in pro-
bando ſtupro, vel impudicitia, vel poſſeſſio-
ne, ꝙ ſufficiant teſtes ſingulares, licèt vnus
* vnum deponat, alius aliud. ſecũdum * com-
munem opinionẽ firmat Alba conſi. 25. col.
614 1. & 2. & ibi nu. 5. & ſeq. † addit idem eſſe in
probanda fama, vel notorio. & latè Crane.
conſi. 267. vol. 2. vbi loquens in depoſitario,
qui confeſſus fuerat depoſitum qualificatũ,
& eius cõfeſſio probabatur per plures teſtes
ſingulares in locis, & temporibus, cõcludit,
615 ꝙ legitimè probant de eadem; † et conclu-
dit, ꝙ triplex eſt ſingularitas, vna. ſ. obſtati-
ua, alia diuerſificatiua, alia adminiculatiua.
Prima obſtatiua, & in iſta teſtes deponentes
ſingulares in loco, vel tpe dicuntur contra-
rij, & non iungũtur, vt in teſtibus Suſannæ,
ibi enim agebatur de vno crimine tñ adul-
terij, quia illi ſenes non dicebant pluries vi-
diſſe eam in adulterio, & tñ quia vnus dice-
bat vidiſſe eam ſub prino, alius ſub ſchino,
dicuntur contrarij ex variatione loci.
Secunda aũt ſingularitas eſt in actu reitera-
616 bili, † putà, actor proponit mutuum de de-
cem,

cem, teſtes dicunt, vnus de mutuo facto in
vico, alius de mutuo in platea, iſto caſu te-
ſtes iſti non dicuntur contrarij, quia nó de-
ponunt de eodem mutuo, ſed de diuerſis di-
617 cuntur deponere, † ideò non iunguntur,
quia iudex ignorat, ꝙ, & quale mutuum pe-
titum ſit; & iſto caſu procedit, quod dicitur
quòd probát tantùm mille, quantùm vnus.
Tertia aũt ſingularitas cumulatiua, ſiue ad-
miniculatiua eſt, qñ nulla eſt repugnantia,
nec factorum diuerſitas, vt in exemplo ſu-
618 prà primo loco propoſito per Craue. † &
iſto caſu teſtes, qui non loquuntur de plu-
ribus mutuis, ſeu depoſitis, ſed de pluribus
confeſſionibus eiuſdem mutui, & depoſi-
619 ti vnus adiuuat alium. † Et in probando
ſtupro, ꝙ teſtes ſingulares probent, & in vita
inhoneſta probanda, probat Bal. conſi. 207.
quia dicta Dña Paganoſſa. in 4. par. ſequitur
Crauet. conſi. 73. ſub nu. 33. & latè etiã pro-
bat hanc concluſionem Hippol. conſi. 1. nu.
620 54. & plur. ſeq. † vbi concludit, ꝙ ſingula-
ritas teſtium non nocet, qñ concordant re-
ſpectu finis, nec varietas in actibus, vel tpe di
uerſificat in ſubſtantia, putà, in probãda iu-
riſdictione, ſeruitute, vel aliquo ĩ genere, aut
aliquo integrali, vt ibi latè per eum. Sic & ad
probandum rem aliquam eſſe emphyteoti-
cam ex diuturna ſolutione, licèt vnus teſtis
deponat de una ſolutione à diuerſa perſo-
na, & diuerſo tpe, & alij de alijs, tñ non dicũ-
tur ſingulares ſingularitate obſtatiua, ſed
adminiculatiua, ut reſpondit Syluan. conſil.
57. nu. 34. quia intentio agentis non eſt pro-
bare unam ſolutionem penſionis in ſpecie,
& ẽt in teſtibus de confeſſione deponẽtibus,
licèt enim ſint in tpe, uel loco ſingulares, tñ
probár, quia de una tñ particulari ſolutio-
ne non quæritur, latè per Soci. iun. conſi. 90.
621 nu. 7. cum plur. ſeq. vol. 2. & ibi nu. 15. † ad-
dit, teſtes nunquam dici poſſe ſingulares, ſi
de actu reiterabili deponunt.
622 Nec ẽt teſtes in fama, † & cõi opinione pro
banda poſſunt dici ſingulares, Curt. iu. cõſi.
64. nu. 7. Nec ẽt in probando aliquem hære-
ticũ, & ſimilibus caſibus, latè per Boe. deci.
342. & Bal. d. conſi. 394. col. 2. in 2. par. vbi idẽ
dicit in probando aliquem vſurarium, licèt
id, quod vulgò factum eſt videatur eſſe no-
torium, & manifeſtum, vt in eo, qui palã fœ-
* * neratur, & de magis * * cõi teſtatur Cra-
ue. conſ. 73. num. 32. & ſeq. & conſ. 78. ſaltem
quo ad ſemiplenam probationem, d. cõſ. 73.
nu. 35. poſt Abb. conſ. 81. col. 1. in 2. par. & la-
* tè de * cõi poſt Craue. ubi ſup. teſtatur Di-
da. variar. reſolut. lib. 3. c. 3. præſertim nu. 5.
623 † Præter id, ꝙ iudex pót teſtibus ſingulari-
bus fidem adhibere, ut per Socin. conſi. 262.
624 num. 112. vol. 2. † Et quidem eò magis vera
ſunt, vbi agitur de probanda aliqua re mo-
dici præiudicij, tũc enim eò magis teſtes ſin-
gulares admittuntur, Crauet. conſ. 182. ſub
625 nu. 15. † & ẽt vbi agitur de aliquo negotio
continuato, ideſt, ꝙ habet tractus ſucceſſi-
uos, non aũt ſit inſtantaneum, vel momen-
taneum, vt firmat de ſan. Seueri. in d. l. admo
nendi. nu. 103. & ſeq. & ſuprà fuerũt adducta
varia exempla, putà, guerræ, nuptiarũ, præ-
ſcriptionis, irregularitatis, vſurariæ praui-
tatis, vel aliquem hæreticum continuatum,
& huiuſmodi; iſtis enim, & omnibus alijs ſu-
pracitatis caſibus dici põt, licèt teſtes ſint
ſingulares in effectu, quãtùm ſit reſpectu ſin
gularium actuum in aliquo ex decem præ-
dicamentis, de quibus paſſim per Docto. tũ
quia iſti oẽs actus tendunt ad eundem finẽ,
& vnus non ſe opponit cum alio, & ſic dicun
tur ſingulares ſingularitate adminiculati-
ua, quæ quidem non nocet, ſed prodeſt ad
effectum probationis perfectæ, ſi non ſin-
gulis actibus, ſaltem de illo generali facto,
de quo quæritur, ꝑ ea, quæ ſuprà dicta ſunt.
* * & hanc concluſionem magis * * commu-
nem, & veriorem eſſe teſtatur Craue. in dict.
tract. de antiq. tẽpo. char. 151. nu. 11. per to-
tum, & nu. ſeq. vbi citat pleraq; exempla ſu-
626 pra relata: † præter id, ꝙ in dubio teſtes præ
ſumantur conteſtes, Alba ubi ſuprà nu. 8.
Põt tñ reſponderi duobus modis; primò, con-
trariam ſniam veriorem eſſe, vltra tex. in d. c.
627 licèt cauſam. † ꝙ in actibus in gñe probã-
dis ẽt reiterabilibus, dummodò nó ſint cõ-
tinuatiui, ꝙ teſtes ſingulares non probent,
firmat expreſsè glo. in c. nihilominus. in glo.
3. 3. quæſt. 9. & ibi eam ſequuntur Archid. &
alij loquentes in probãdo adulterio, vel alio
quocunq; crimine reiterabili nó continua-
tiuo. ſi enim vnus teſtis deponat de adulte-
rio facto heri, vel in alio loco, vtiq; iſti teſtes
non coniunguntur, quia diſcordãt in loco,
vel tpe, prout in teſtibus Suſannæ, qui inten
debant deponere de adulterio eadem hora
commiſſo, & non cõueniebant in loco. & ra-
tio eſt, quia licèt adulterium hodiernum ſit
ſimile cum adulterio heſterna die facto; tñ
quia vnum non eſt pars alterius, in effectu
628 ſunt diuerſa. † addit glo. ibi ad fin. idem eſſe
in probanda irregularitate. nam ſi vnus te-
ſtis deponat de celebratione miſſæ, alter de
celebratione veſperarum, vel in probatione
poſſeſſionis decimarum, quòd vnus dicat de
perceptione tritici, alter de ſolutione faba-
rum, vtique iſti non conueniunt, ſed dicun-
tur omninò ſingulares.
629 Qua de re Docto. apertè concludunt, † ꝙ
ad probãdum aliquem eſſe hæreticum, vſu-
rarium,

rarium, homicidam, ſanctum, & huiuſmodi,
illi non probant, ſi ſunt ſingulares, etiam quod
agatur de probãdo aliquid in genere, vt latè
concludit Hippo. Marſ. d. conſ. 129. nu. 7. &
plur. ſeq. Et in probanda cõfeſſione, quod teſtes
ſingulares in loco, vel tempore non probent,
tenent Alex. Afflict. & Craue. quos refert ẽt
Rolan. à Valle conſ. 82. num. 20. volu. 2. & eſt
630 * * communis opinio, † ità vt teſtes ſingu-
lares de confeſſione deponentes, ẽt ſi multi
ſint, non probent etiã ſemiplenè, Alcia. conſ.
3. nume. 6. & ſeq. Cepha. conſ. 163. nu. 23. Af-
flict. deciſ. 364. in princ. ubi reprobat Caſtr.
contradicentem, Maran. in ſuo Specu. tit. de
confeſſio. nu. 13. idem Alciat. conſ. 314. nu. 4.
631 † Idem in probanda quaſi poſſeſſione fi-
liationis, Alex. conſi. 74. nu. 1. uer. fortiùs di-
co. uolu. 2.
Et rationem huius theoricæ, & cõcluſionis po-
632 nit Bal. conſ. 394. nu. 5. & 8. in 2. par. † dicẽs,
quod teſtes ſingulares non probant certum, &
determinatum factũ, quia vno ſenſu, & vno
633 ſpiritu continetur, † & ille teſtis eſt ſingu-
laris, q deponit de eo, quod ipſe vnicus, & ſo-
lus ſcit, & alius neſcit, vel ſi ſcit non deponit
634 de eodem; † & ideò licèt in gñe concordẽt
in idem deponendo de aliquo in genere, pu-
tà, quia teſtes dicunt omnes talem eſſe hære-
ticum, vel vſurarium, licèt ſm aliquos pro-
bent, quia cõſonant in eundem reſ ſinem, ẽt
quod vnus in cauſa ſciæ dicat, qa audiuit eũ ne-
gãtem incarnationem, alius reſurrectionẽ,
alij tñ contradicunt, quod iſti non probant ge-
635 nus, † quia genus repreſentatur per ſpeciẽ,
636 ſed in ſpecie iſti non concordãt, † quia ſpe-
cies non probatur, niſi per teſtes cõprehen-
dentes notitiam rei eodem ſenſu, eodem lo-
co, eodẽ tpe, ſine aliqua differentia, ergò, &c.
637 † & teſtes ſingulares dicuntur ratione di-
uerſitatis facti, ſuper quo deponunt, per
Corn. conſi. 238. nu. 7. vol. 4.
Et latiſſimè hanc partem defendit Abb. conſil.
638 42. per totum in 1. par. † dicens, hanc eſſe
* † cõmunem regulam, quod teſtes non probant,
niſi ſimul eodem tempore id, ſuper quo de-
639 ponunt, uiderint, vel audiuerint, † & quod ab
hac regula excipiuntur facta indiuidua, pu-
tà, circa miſſæ celebrationis probationẽ, vel
ſucceſſiua, putà, ad probationẽ alicuius fa-
cti, quod vnus vidit poſt alium per foramẽ, & quod
in regula ſtat probatio poſſeſſionis iuriſdi-
ctionis decimarum, aliquem eſſe hæreticũ,
famæ, rumoris, cõſuetudinis, & huiuſmodi,
contra glo. in d. l. ob carmen. per text. in c. ni-
hilominus. 3. q. 9. & latius ibi p eum. Et ideò
rectè concluſit Barto. in d. l. ob carmen. ff. de
640 teſti. † quod licèt teſtes ſingulares probẽt ali-
quam poſſeſſionẽ in genere, non tñ probant
poſſeſſionem alicuius temporis, vt ẽt reſpõ-
dit Rui. conſ. 95. nu. 19. volu. 3. & latè in ma-
teria probandi aliquem eſſe hæreticũ, Boe.
deciſ. 342. Et hæc concluſio non habet du-
bium, vbi agitur de ſingularitate teſtiũ ob-
ſtatiua, ut in teſtibus Suſannę, vel vbi agitur
de aliquo particulari facto probãdo, vel ſpe
cie alicuius generis probanda, & in crimine
hæreſis, Archid. in c. officium. nu. 8. de hære.
in 6. vbi ẽt Io. And. & Geminia. & Franc. Bal.
conſi. 394. nu. 9. in 2. par. Alex. conſ. 72. vol. 1.
Dec. in c. licèt ex quadam. nu. 7. de proba. vbi
refert etiam But. Sali. & Hoſtien. ità tenere,
Boe. deciſ. 242. nu. 1 in fi. Clar. in §. fin. nu. 55.
lib. 5. recep. ſenten. vbi atteſtatur de magis
641 * * * * communi opinione. † & ratio eſt,
qa in cauſa graui teſtes ſingulares non pro-
642 bant, Dec. conſ. 133. col. pen. in fi. & ſeq. † ſic
& teſtes, quorum unus deponit de enume-
ratione, alter de confeſſione, non probant
tanquam ſingulares, Felin. in c. licèt ex qua-
dam. col. 3. nu. 2. de teſti. Et teſtes dicentes, ſe
hoc tñ ſcire, & non plus, ibidem poſt Bal. in
643 l. cum antiquitas. nu. 5. C. de teſta. † Item ſi
vnus teſtis dicat venditionem, vel contractũ
factum pro decem, alius pro quinque; neq;
ènim coniunguntur, vt cõcordent etiam in
minore ſumma, ſed ſingulares dicuntur, Af-
644 flict. deciſ. 71. nu. 6. † Et in confeſſione pro-
banda, quod non audiantur teſtes ſingulares, li-
cèt in dubio præſumantur concordes, Ca-
ſtren. conſ. 48. nu. 41. & ſeq. inter conſ. crimi.
645 lib. 2. † & abundè in probanda conſuetu-
dine vſuraria, homicida, fornicario, hæreti-
co, luſore, blaſphematore, poſſeſſore, & hu-
iuſmodi, Alexan. conſi. 72. vol. 1. Iaſ. conſ. 78.
* vol. 3. & de * communi teſtatur Alex. conſ. 13.
nu. 24. uol. 7. Dec. in c. licèt cauſam. de pro-
* bat. & aliàs etiam de * communi atteſtãtes
refert Clar. in ſua praxi. crimi. §. fin. q. 53. col.
646 53. ubi varia exempla ponit. et licèt † aliàs
teſtes ſingulares probent, vbi agitur de leui
præiudicio, Abb. in conſ. 81. col. 1. in 2. par.
& per Rot. Bono. deciſ. 62. nu. 8.
Secus autem ſi eſſemus in actu continuatiuo,
647 † vt probanda irregularitate propriè, ce-
lebratione miſſæ facta per excõmmunica-
tum. nam ſi vnus teſtis deponit de fine eiuſ-
dem miſſæ, alter de princ. vel in probanda
præſcriptione, vel in probando adulterio, &
vnus vidit poſt alium per foramen aliquos
fornicari, vel in probando teſtamento cele-
brato; tunc enim iſti conueniunt ad probã-
dum vnum, & idem factum, licèt deponant
de diuerſis actibus eiuſdem negotij, vt con-
cludit d. glo. & hoc eſt ratione connexitatis,
nimirùm ſi hoc caſu iſti teſtes probãt, prout
hanc limitationẽ approbat Alex. d. conſ. 72.
nu. 4.

648 nu.4. ad fi.† In probando aliquem hæreti-
cum non ſufficit, ꝙ vnus dicat audiuiſſe, ꝙ
negabat Chriſtum natum ex Virgine, alius
aũt, quod dixit Chriſtum non aſcendiſſe in
Cœlum, ſm Ant.de But.in c. cum oporteat.
de accuſat. quem ſequitur Alex. d. conſ.72.
nu.13.uerſi.2.præſuppono. uolu.1. vbi con-
649 cludit, † ꝙ aliud eſt probare uſum iuriſdi-
ctionis, ꝙ eſt quid vniuerſale, aliud, quando
tractatur de probãdo cauſas, ex quibus re-
ſultat multiplicatio alicuius rei, quia illo ca
ſu teſtes ſingulares non probant, vt in pro-
bando aliquem feciſſe miracula, & vnus te-
ſtis deponit de illuminatione cæci, alius, ꝙ
ſanauit claudũ, tunc iſti teſtes non probant,
ſm Archid. & Inno. quod & probat Ripa in
d.l.admonendi. nu.202. ff. de iureiuran. per
650 Inno.& Feli.per eum citatum.† & ratio eſt,
ut ille ait, quia quælibet probatio tendit ad
diuerſa, idem in dicto exemplo in probando
aliquem hæreticum, & idem ait ipſe in pro-
bando aliquem homicidam, ſecundũ Anto.
de But.vbi ſup.vel vſurariũ, ſm Fede. de Sen.
& Lauren. de Rodulph. qui teſtatur, ita vi-
diſſe practicari, de quo per Alexã. ubi ſuprà.
nu.7. & teſtes deponunt de diuerſis actibus;
iſti enim teſtes potius inferunt multiplica-
tionem actuum, q̃ ꝙ probent vnum totum.
651 Quã de re † Anto.de But.in c.licèt ex qua-
dam.de teſti.cõcludit, ꝙ ſi vnus teſtis depo-
nit de vna confeſſione, alius de alia, iſti teſtes
dicuntur ſingulares, & iungi nõ poſſunt ad
integrandum probationem, cum concord.
per Hippol. in ſua praxi criminali in §. dili-
652 genter.nu.10.† Et pariter ſi vnus teſtis de-
ponat de fama in vna parte ciuitatis, & ali⁹
in alia parte nõ iunguntur, vt etiam ipſe re
653 ſpondit conſ.1. nu.67. † ſic & vbi ego peto
decem, & induco vnum teſtem, qui dicit, ꝙ
ea mihi debes ex cauſa mutui, alius dicit, ꝙ
fuiſti confeſſus, licèt iſti dicantur cõcordes
in iure, quia dicunt obligationem eſſe, di-
ſcordant tñ in facto, & ſic ſunt ſingulares, &
non probant, Felin. in d.c. licèt ex quadam.
654 ſub num.2.de teſti. † & ratio eſt, quia vnus
deponit de viſu, alter de auditu, & ſic diſcor-
dant in ſenſu, & ſenſato, ut ibi per eum.
655 Et propterea † Alex.in d. conſi.72. num.4.
vol.1.concludit, ꝙ etiam quando agitur de
probando aliquid in genere non ſufficiunt
teſtes ſingulares, ſm Hoſtien. & Goffre.exẽ-
plificantes in probãda quaſi poſſeſſione iu-
riſdictionis decimandi, per gloſſ.in d.c. nihi-
656 lominus . † & ꝙ eadẽ ratio militat in pro-
bando aliquid in gñe, quę in probãdo nego-
cio ſpeciale, vel actu particularẽ, in quo ne-
ceſſa io duo teſtes requiruntur, l.vbi nume-
rus.ff.de teſti.c.in omni negotio.extra eodẽ.
657 † quia in ore duorum, vel trium ſtat omne
verbum, c.cum eſſes. de teſta. & tñ hoc mo-
do qlibet eſt vnicus, & ſingularis in cauſa, &
dicto, ad hoc allegat Inno.Ioan.And. Ricar.
Malum.& Bal.& Alex. reſpõdit ad ſaluandũ
quendã, qui inquiſitus erat, ꝙ erat blaſphe-
mator, & dilapidator bonorum eccleſiæ. &
ſupradicta exempla, ultra Alex. refert, licèt
corruptè alleget, & ſeqtur Io.de Ami. d. cõ-
ſi.127.col.1. loquẽs ipſe in adulterio aliquo
particulari probando, vel ẽt aliquem in ge-
nere adulterum, vel vſurarium, vel Petrum
fuiſſe ſanctum, & ibi addit, ꝙ iſta opinio eſt
** magis ** cõis, ꝙ ſ. etiam qñ agitur de pro-
bando aliquo, vel quid in genere, teſtes ſin-
gulares minimè probant; ea ratione, quia
dicta teſtium huiuſmodi, & cauſæ magis in-
ferunt multiplicationem delicti, q̃ ꝙ probẽt
vnũ totum; idemq́; firmat in probanda iu-
riſdictione, & quaſi poſſeſſione pedagij, & hu
iuſmodi, latè Iaſ.cõſ.81.ſub nu.5.verſi. item
omnes dicti teſtes ſunt ſingulares in dictis
ſuis, &c.uol.3.dicens, hoc procedere, ẽt ſi eſ-
ſent mille teſtes, licèt quęſtio ſit dubia in ꝓ-
banda poſſeſſione, tñ hæc 2.pars videtur eſſe
verior, quando teſtes ſunt ſingulares in acti-
bus remotis, vel ſui natura non poſſeſſorijs,
vt latè probat Rot.Bononien.concluſio.62.
nu.2. & in probanda additione hæreditatis,
ſm Bal. licèt alij ẽt cõtrarium in hoc tenue-
rint. & eam opinionem latè defendit Dec. in
d.c.licèt cauſam.num.17.verſi.ſed de hoc tñ
videtur tex. hic. & ibi etiam adducit Bal. ibi
ſic notaurem illum tex. quòd actus in gene-
re nõ probatur per teſtes ſingulares in acti-
bus particularibus, & ibi ſequitur Alex. ubi
ſuprà, & ꝑ illud de pluribus indiciis, de quo
658 infrà dicemus in 7.dub.† Item in proban-
do aliquem ſanæ mentis teſtes ſingulares in
tꝑe non probant, Ruin.d.conſi.67. col.pen.
659 vol.1.† Item in probanda conſuetudine, ꝙ
teſtes ſingulares in actibus non probẽt, fir-
mat Ripa in d.l.admonendi.nu.208.ꝑ Cyn.
660 & Ro.per eum citatos. † Item ꝙ in probã-
do aliquem vſurarium non ſufficiant teſtes
661 ſingulares de actibus, † licèt ex hmõi teſti-
ficatione oriat infamia facti aduerſus vſu-
rarium ex multitudine teſtificantiũ, firmat
poſt Abb.Alex.Dida.lib.3.c.3.num.4. in fi.&
662 ſeq.variar.reſolu. † & ibi addit, ꝙ ſm cõem
opinionem, non valeret ẽt conſtitutio Epi-
ſcopi, ꝙ crimen vſuræ poſſet probari ꝑ teſtes
ſingulares, quia eſſet contraria diſpoſitioni
iuris cõis, niſi fortè ageretur de probãdo in
genere aliquem fuiſſe uſurarium manifeſtũ,
& publicum; tunc enim teſtes ſingulares in
actibus probant, vt ille ait, quia licèt in acti-
bus particularibus ſint ſingulares, & eos nõ
legiti-

legitimè probent, quantùm ad effectum, vt
ferri poſſit ſnia, & dari iudicium ſuper illis
particularibus actibus, tñ ſecus eſt, quãtùm
ad effectum infamiæ, & hmôi, vtiq; non poſ-
ſunt iſti teſtes cõiungi ad effectũ plenæ pro-
bationis, ſed ſolum ſemiplenè diceretur pro-
batum, per ea, quę ponit Alex. d. conſ. 20. nu.
663 4. uol. 4. † dicẽs, ꝙ ſi vnus teſtis deponit de
ueritate actus, alius deponit de confeſſione,
iſti teſtes non poſſunt coniungi ad plenam
probationem, quia confeſſio ſemiplenè pro-
batur, ſed quia vna probatio non repugnat
alteri remanebit ſemiplenè probatum; vt ẽt
infrà dicemus in ſeq. dub. & ſic datur caſus,
ꝙ vna probatio non adminiculatur. alteri
ad plenã probationẽ, nec ẽt erit obſtatiua.
Quod procedit, etiam ſi poſſent eſſe ſingulares,
664 † non minus enim damnarentur teſtes, qui
verè ſingulares ſunt, quã illi, qui poſſunt eſſe
ſingulares, ſecũdum Bal. in l. fin. nu. 34. C. de
edic. diui. Adria. tollen. poſt Bar. in l. Celſus.
665 col. pen. ad fi. ff. de vſucapio. † loquentes in
teſtibus ſuper præſcriptione deponentibus,
ꝙ niſi concordent apertè in poſſeſſione eiuſ-
dem temporis nõ probabũt præſcriptionẽ.
& generaliter hanc concluſionem poſt Bald.
ubi ſuprà, ſequitur Cor. conſi. 282. nu. 18. vol.
666 2. Alex. conſi. 82. nu. 3. uol. 1. † Et ratio iſtius
concluſionis ea eſt, quia probatio debet de
neceſſitate concludere, l. non hoc. C. unde le-
gi. c. in pręſentia. de probat. Bal. conſ. 445. ſu-
667 per prædictis. in 2. par. † dicens propterea,
ꝙ dicta teſtium obſcura, & neceſſariò nõ cõ-
cludentia non probant, loquens in materia
probandi adulterium, Alex. conſ. 110. nu. 2.
668 vol. 1. † vbi per dictam rationem cõcludit
quòd indefinita in dictis teſtium non æqui-
pollet uniuerſali. & pro iſta cõcluſione plu-
res cõcordan. allegat ipſe conſ. 20. nu. 9. vol.
4. idem reſpondit Corn. conſ. 78. nu. 7. uol. 3.
Et iſtam cõcluſionem, ꝙ nedum teſtes ſingu
lares, ſed etiam qui poſſunt eſſe ſingulares
non probẽt, ultra Bal. ubi ſuprà, firmat etiã
Io. de Anu. d. cõſ. 127. nu. 16. & ſeq. ubi etiam
refert Ant. de But. & Alexã. & dat exemplum
Archid. in d. c. nihilominus. de pręſcriptione
probanda, in qua unus deponebat de præ-
ſcriptione triginta annorum, alius de uigin-
ti, alius de decem, ꝙ niſi appareat omnes cõ
uenire in eodem initio non probat. de quo
etiam latius per Alex. conſi. 64. uol. 2. & licèt
Rui. d. conſ. 67. nu. 6. & ſeq. uol. 1. poſt Bal. dã-
nare uideatur Archid. in d. exemplo, & malè,
tamen ibidem col. penul. concludit apertè, ꝙ
quando inter teſtes reſultat, uel reſultare po
teſt ſingularitas in tempore, & circa tempus
de quo teſtificantur, non probant, quia non
669 ſunt conteſtes, per Bar. in d. l. Celſus. † Et
ideò ego non puto veram contrariam cõclu
ſionem, quæ habet, ꝙ in dubio debeat fieri
interpretatio, quòd teſtes præſumantur cõ-
teſtes, ſi cõgrua interpretatione hoc fieri po
teſt, de qua per de San. Seueri. in d. l. admonẽ
di. nu. 117. ubi citat Inno. & Spec. ff. de iureiu.
& per Crauet. qui ſolum Alex. citat d. conſil.
670 78. num. 9. † & loquitur Craue. in teſtibus.
quorum alter de tempore deponebat, & de
loco loci, alter uerò nihil dixit de utroque.
671 † Item de teſtibus, quorum alter dicebat,
ſe non benè recordari de tẽpore, uel de loco,
ſed quòd credit fuiſſe factum de mẽſe Maij,
quod tamẽ dicantur cõcordes, idem ſubij-
cit Craue. ſi de conteſtibus non recordãtur,
nec de verbis formalibus, ut ibi per eum,
672 † quod ego non puto; quoniam teſtes licèt
non teneantur deponere de die, tñ tenentur
reſpondere de menſe, glo. in d. c. nihilominus.
673 in fi. glo. 3. 3. q. 9. † Verum eſt, ꝙ ſi non re-
cordantur de tempore, non ideò tamen mi-
nus probant, Archid. ibi ad fi. & quòd non
probent, ſequitur Bal. vbi ſuprà. reſpondit
674 etiam Corn. conſ. 78. nu. 7. vol. 3. † ubi igi-
tur eſt ſingularitas, ibi eſt uarietas, & unitas,
675 quia quilibet eſt ſolus, † et contra ius diui-
uum, & humanũ eſt, quòd vni ſoli credatur,
ut probat Craue. d. conſil. 41. nu. 7. loquens
676 in teſtibus ſingularibus de actibus, † & ibi
addit, ꝙ teſtes ſingulares dicuntur teſtes la-
cerati, quia ſingularitas teſtium diuidit, & la
677 cerat teſtimonium, † ex quo omne diuiſum
dicitur laceratum. & latius, ac magiſtraliter
Docto. in c. licèt cauſam. de probatio. per illũ
tex. vbi cõcludunt, ꝙ teſtes ſingulares, etiam
ſi eſſent mille nõ probarent, imò minus pro-
bant plures, quàm unus, & refert, & ſequitur
Alex. conſi. 11. nu. 3. & ſeq. vol. 4. loquẽs in te-
ſtibus Suſannę, qui erant ſingulares reſpectu
loci. & ꝙ plures teſtes minus probent, quàm
vnus, generaliter cõcludit poſt plu. concor-
dan. per eum allegatos, Dec. conſ. 189. nu. 8.
Et quando teſtes ſunt ſingulares, ꝙ non plus
valeant mille, quã unus, plures concord. etiã
allegat Alex. conſi. 21. nu. 2. vol. 4.
678 Et in iſtis † teſtibus ſingularibus non habet
locum regula, quorũ ſingula nõ proſunt, &c.
ideóq; firmat Ripa in d. l. admonendi. nu. 204.
ff. de iureiu. dicens, ꝙ teſtes ſi non ſunt cõcor
des in omnibus pędicamẽtis, de quibus per
Bal. in l. teſtiũ. C. de teſti. & in l. de quibus. ff.
de legi. nu. 37. & ſeq. ſed ſint ſingulares ſingu
laritate obſtatiua, quia ſcilicet deponãt in
vno & eodem facto, tamen diſcordant in ali-
quibus ex decem prædicamentis, de quibus
ſuprà per de ſancto Seueri. in d. l. admonen-
di. nu. 124. poſt Bal. latiſſimè in d. l. de quibus.
ff. de leg. & in d. l. teſtium. C. de teſti. & latiùs
in l. da-

in l.data opa.C.qui accuſa.non poſſ.de quo
etiam per eundem de San. Seueri. vbi ſuprà
num. 130.puta in loco,vel tpe, vt in teſtibus
Suſannæ,ſcilicet tempus, & locus eſt de ſub-
ſtantia,quia de eo eſt controuerſia, aliàs ſe-
cus eſſet dicendum, vt cũ quæritur de pro-
miſſione de vendẽdo,& non cõtenditur prę-
cisè de tpe, vt inquit Roma. conſil.30. nu.2.
679 Q̃ na de re, † ſi vnus teſtis dicit teſtm̃ fuiſſe
680 reuocatum de vno tpe,& alius de alio,† vel
ſi vnus dicit aliquid factum de die, alius in-
ter diem,& noctem,iſti dicuntur ſingulares,
& contrarij,Iaſ.conſ.131.nu.2.vol.1.& ſic nõ
681 probant,vt ille concludit:†idem ſi vnus te-
ſtis dicit aliquod dictum fuiſſe in eius præ-
ſentia,& Titij, & ꝙ idem fuit repetitũ poſteà
q̃ ſuperuenit Sẽpronius, & Sẽpronius dicit,
ꝙ ſuperuenit vnà cũ dicto Titio, vt ibi ꝑ eũ.
682 † & certa minima dr̃ia imaginẽ habet cõ-
trarietatis,inquit Bald.in d.l.de quibus.ſub
nu.38.maximè in diuerſitate factorum, vt s̃
683 dixi, & tunc utiq; nõ probãt. † Q̃ na de re,
ſi vnus teſtis deponat de vna quãtitate pre-
cij vẽditionis, alter de alia, iſti dicerẽtur cõ-
trarij,ſeu varij,& ſingulares. idẽ ſi vnus pre-
tiũ neſciret,& nõ ꝓbaret, Roma.vbi s̃ nu.3.
Si tñ priorem affirmatiuam opinionem pro te
ſtibus ſingularibus teneamus tãquàm ma-
iore numero authoritatum fulcitã demptis
his,qui ſibi parùm cõſtiterũt, quia his parũ
videtur deferendũ,l.qui falsò,aut varia.ff.de
teſti.& probat Rimi.iu.d.conſ.7.nu.124.vol.
1.ea tñ ſanè intelligenda eſt, & declaranda.
684 Primò,vt nõ ꝓcedat,†qñ tp̃s eſt de ſubſtã-
tia ad probãdũ;tũc.n.teſtibus in tpe varian-
tibus nulla fides eſt adhibẽda; ità ſe ipsã de-
clarat gl.in d.l.ob carmẽ.§.fi.ff.de teſti.Odo-
fre.Bar.& alij ibi. Lofred.cõſ.27.col.2. Crau.
cõſ.9.Alex.cõſ.3.col. pen. vol. 4. ꝑinde eſt.n.
ac ſi de particulari facto agereť hoc caſu, &
685 cõſ.100. nu. 5. vol.1.†& hęc declaratio acci
piẽda eſt,vt vera ſit, primò,ſi agatur de pro-
batione certi temporis, vt ſi volo probare
me poſſediſſe per 10.annos,& vnus teſtis di-
cit me poſſediſſe per triginta,vnus per vigin
686 ti,vnus per decem; † neque enim in mate-
ria teſtium in maiore ſumma cõtinetur mi-
nor,ità concludit Archid.in c.nihilominus.
nu.2.3.q.9. vbi dicit, hoc tenuiſſe etiã Odo-
fred.in d.c. fi. Verùm aliter loquitur ipſe, vt
687 infrà dicam. Et iſtud, † quod dixi,eo magis
procedit, ſi ageretur de probanda præſcri-
ptione, quæ initium, & finem temporis re-
688 quirit. Et idem etiam † reſpectu loci; nam
ſi ſtatutum puniat eum, qui iuerit de tali
loco vſque ad talem locum, & duo teſtes de-
ponunt, quod talis iuit à tali loco vſque ad
dimidiam talis loci, & alij duo de alia dimi-
dia deponant, vtique non iunguntur iſti te-
ſtes ad probandum acceſſionem huiuſmo-
di;quia proximi ſolùm viderũt principium,
alij nõ niſi finẽ, Bal.in l.2.nu.13. C.quor. ap-
pellat.nõ recip.& in ſtatuto puniẽte vniuer-
ſitatem, quæ bãnitum ꝑ biduũ ibi commo-
rantẽ non cepit, ꝙ non ſufficit probare mo-
rã illius ꝑ duos dies in gñe, vbi certi dies ex-
primuntur, Lambertẽg. ſuper dicto ſtatuto
de contract.mulie. col.348. num.31. & ſeq.
689 Scđo dicta† declaratio ĩtelligi dẽt,ſi ẽt aga
tur de probãdo actu ad certũ tempus reſtri-
cto, vt ſi agať de ſpolio; nã debeo probare,ꝙ
qñ fui ſpoliatꝰ,ego poſſidebã,l.1. §. iterdictũ
aũt hoc.ff.de ui,& ui arma.ità Io.And.in d.c.
qualiter,& qñ.il 2.col.9.de accuſa. & ità loq-
tur Odofr.in d.l.ob carmẽ.§.fi. i fi.ff.de teſti.
dicẽs, ꝙ ſi itẽdo ꝓbare,ꝙ certo tpe poſſedi,
tũc nõ ſufficeret,ſi vnus teſtis ſimpliciter di-
cat,ꝙ poſſedi ꝑ decẽ annos,alius ꝑ nouẽ,aliꝰ
ꝑ octo,& ſic deſcẽdẽdo,vt ibi ꝑ eũ.Et hęc in-
telligẽtia differt à priore,qa ibi agiť de quãti
tate tpis, hic de initio tpis tñ,& ſic de facto
limitato ad certũ tẽpus,vt ẽt ꝑ Bat.in d.§.fi.
690 Tertiò ĩtelligi†dẽt dicta declaratio,primò,
vt ꝓcedat,ẽt ſi agať de certo tpe,ſed tñ ſuffi-
cit ꝓbare verè,vel p̃ſumptiuè illud factũ ad
illud certũ tp̃s limitatũ,nõ tñ oĩmodè limi-
tato ad diẽ,vel horã,vt ſi agať interdicto reti
nẽdæ.idẽ ſi ꝓbarẽ me poſſidiſſe tpe motæ li-
tis,& ꝓbo ꝑ teſtes,quorũ vnus dicit, ꝙ poſ-
ſedi ꝑ decẽ annos,vnꝰ ꝑ nouẽ, & ſic deſcẽdẽ-
do, certè ꝓbať ꝑ iſtos teſtes de tpe ſingula-
res,ꝙ poſſidebã eo tpe,ità cõcludit Odofre.
691 in d.§.fi.in fi.†p̃ſumiť.n. continuatio facta
poſſeſſionis,l.ſiue poſſidetis.C.de ꝓbat.neq;
enĩ iſti teſtes ꝓpterea poſſunt dici ſingula-
res,vt ille ait,intelligendo tñ, vt infrà dicam
in verſ.uẽruntñ hęc declaratio. in 2.declara.
692 Et quę diximus de tpe. † idẽ quoq; inten-
dimus in loco,q ſit de ſubſtãtia facti, vt erat
in teſtibus contra Diuã Suſannã, de quibus
s̃ diximus in 1. q. & ĩ alijs hmõi p̃dicamẽtis.
693 Secũdò † declaratur ſupradicta concluſio
affirmatiua fauẽs admodùm teſtibus ſingu-
laribus, vt procedat ità demũ, ſi agatur de
probando aliquo toto, & vniuerſali, cuius
quęlibet pars infert illud totũ, ſecus ſi ex il-
la probatione inferatur actuum multiplica
tio potius,q̃ identitas illius totius, ita con-
cludit Imo.in c.cùm oporteat.nu.26. de ac-
cuſat. exemplificans de primo caſu in iure
694 decimarum.†quia ſi vnus teſtis dicat,ꝙ vi-
dit colligi decimã grani,alius vini, alius hor
dei,& hmõi, probant quaſi poſſeſſionẽ iuris
decimãdi:& in iuriſdictione,ſi vnus deponit
de actu meri imperij,vnus de actu mixti im-
perij, unus de actu ſimplicis iuriſdictionis;

probatur enim quaſi poſſeſſio iuriſdictio-
nis.& in probãda poſſeſſione mea certi præ-
dij, ſi vnus teſtis dicit, ꝙ vidit me colligere
triticum, alius hordeum, & hmôi, de quo p
glo.in d.l.ob carmen.§.fin.ff.de teſti. itá con-
cludit Imo.in l.inter pares.nu.4. ff.de re iud.
De 2. autẽ caſu exemplificatur, vt ſi agatur
de probando aliquẽ feciſſe miracula,& vnus
teſtis deponit de vno miraculo,ſcilicet,ꝙ ſa-
nauit claudum, alius de alio, vel aliquẽ ho-
micidam, & vnus dicit de vno homicidio,
alius de alio,vt per Imo.in d.c. cũ oporteat.
nu.37.in princ.magis enim hęc inferũt mul-
tiplicationẽ actuum illius totius; vt etiã in
probando adulterio,de quo per glo.in c. ni-
hilominus.3. q.9.& faciunt, quæ infrà dice-
mus in 4.declarat. Et hoc eſt,quod voluit ẽt
Rolan.conſ.95.nu.18.vol.4.dicens,ꝙ ſi con-
tra aliquẽ inquiratur generaliter, ꝙ ſit vſu-
rarius, teſtes ſingulares affirmãtes illud eſſe
verum,ſed in cauſa ſcientiæ circa particula-
ria ſunt diſcordes,puta, quia vnus deponit
de vno actu, alius de alio,ſcilicet, quia fecit
ſecum vſurã,& quilibet ſic dicit de ſe ipſo, &
in ſpecie deponit, ſed in gñe oẽs cõueniunt,
& probant,ſecus ſi agatur de probando cer-
tos actus eſſe vſurarios; & ita ẽt expreſsè cõ-
ciliãdo has opiniones, firmat Lamberteng.
ſuper ſtatuto de contract.mulie.col.346.nu.
26.& plur.ſeq.& ibi nu. 29.addit, hãc diſtin-
ctionem procedere ẽt in criminalibus. & ſic
* poſſet ſaluari opinio illa,quam* cõem dicit
negatiuam contra teſtes,Senat. Pedemont.
deciſ.72.col.fi.vt ibi per eum. & ſic in 1.caſu
poſſunt ſaluari Doct. qui dicũt teſtes dicen-
tes ſe ſoluiſſe vſuras eſſe idoneos, de quibus
per eundem Rolan.conſ.98.nu.4.eo. volu.&
in confeſſione probanda infrà in 3.caſu.
Veruntamen hæc declaratio, & diſtinctio non
eſt vera, & etiam eſt imperfecta. Primũ pro-
batur ſic;quia exempla primi caſus nõ ſunt
vera, nõ probato actu perfecte poſſeſſionis,
vel quaſi decimandi, vel iuriſdictionis, aut
prædij,de quibus ſuprà, vt cõcludit Albe. in
695 d.§.fi.nu.8. Et ratio eſt,† quia aliud eſt con-
tinuare poſſeſſionem, prout poſſunt inferre
actus prædicti ſeparatim probati eo modo
per teſtes ſingulares,qui cõueniunt cum iu-
696 re cõi,† quia poſſeſſio ſimul plenè probata
præſumitur continuata,vt ibi per eũ. Aliud
697 † probare initium poſſeſſionis ad effectum
eam reintegrandi, vel manutenẽdi in inter-
dicto retinendæ,per reg.tex.& ibi Bar. in l.1.
§.hoc interdicto.ff.de itin.actuq; priua.tan-
tùm enim pręſcriptum, quãtum poſſeſſum,
vt ſuprà diximus,verſ.2. pro hac parte facit.
& ita debet accipi exemplum Odofre.in d.§.
698 fi.vt dixi ſuprà verſi.3.intelligi debet. † nec
eſt verum, ꝙ aliàs actus decimandi granum
inferat illum eſſe in quaſi poſſeſſione deci-
mandi omnes fructus,& fieri poteſt,quod is
habeat ius decimãdi oẽs fructus, & fieri po-
teſt,quod is habeat ius decimandi granum,
& non cæteros fructus,qui non omnes ſunt
eiuſdem generis,& idem in exercitio iuriſdi-
ctionalium, vt ſignanter tradit Barto. d.§.
699 hoc interdicto, † niſi habeat titulũ omni-
modæ iuriſdictionis meri,& mixti imperij,&c.
quia tunc per exercitiũ iuriſdictionis in vno
700 actu retinetur in toto.† & idẽ in probando
quaſi poſſeſſionẽ exigẽdi vectigalia ab oib⁹
ſufficit probare,ꝙ ab aliquibus exegit,Bart.
in l.licitatio.§.cortum.ff.de publica. & ſi exe-
git de aliquibus rebus, conſeruat tunc ius
exigẽdi de alijs rebus.Bar.in l.ſi publican⁹.§.
fi.in fi.ff.eo.probato igitur vno actu ſupradi
ctorũ iuriũ per vnum teſtẽ,& de alio per aliũ
circũſcripto initio plene probato,& tit.vtiq;
non diceretur probata quaſi poſſeſſio illius
vniuerſalis iuris, quia probatio cuiuslibet
actus eſt imperfecta. Et hæc conſideratio ſu-
mitur ex Hieronymo de Mõte q.14. nu.8. &
19.dum concludit, ꝙ teſtes ſingulares pro-
bant, qñ deponunt de eadẽ ſpecie, ꝙ genus
ſubalternũ põt appellari, vt ſi vnus teſtis di-
cit aliquẽ hæreticũ, qa negauit purgatoriũ,
alius,quia negauit ſuffragia mortuorum,&
hmôi ad hanc ſectã pertinẽtia; ſecus ſi vnus
deponit de hac ſecta, alius de alia, qa ex his
reſultãnt plura facta diuiſim,& pariter,Sym
manc.tit.27. in h. in tract.de hæreſi, & nu.8.
Si aũt deponũt de rebus annexis, ſeu affini-
bus,& quæ tẽdunt ad eundẽ finẽ, tñ faciunt
ſemiplenã probationẽ, vt infrà dicemus in
6.declaratio. Et idẽ probat Bero.cõſ.30. nu.
17.vol.2.dicens, quod quãdo agitur de pro-
bando aliquo in genere, quod tamen cau-
ſam habet ſucceſſiuam,vt poſſeſſio alicuius,
& vita inhoneſta,probant, aliàs ſecus.
Et prædicta comprobãtur per Soci. conſ. 117.
nu.3.& ſeq.vol.1.vbi cõcludit ſequendo Bar.
in d. §. hoc interdicto. ꝙ vbi aliquis exercet
aliquem actum alicuius ſpeciei iuriſdictio-
nis, vel exigit pedagium de certis rebus, tũc
illa quaſi poſſeſſio,& præſcriptio benè exten
ditur ad alios caſus eiuſdem ſpeciei, ſed non
ad actus alterius ſpeciei.
Præterea nõ video, quare magis ſit multiplica-
tio actuum in ſecundo caſu in probãdo ali-
quem Sanctum, adulterum, homicidam, &
huiuſmodi, quam in primo caſu. hæc enim
exẽpla talia quoq; ſunt, quæ eodem modo,
quo in primo caſu, deberent plenè probari.
701 Quòd verò † ad ſecundum pertinet de
imperfectione dictæ diſtinctionis, id etiam
patet, quia ſunt etiam infraſcripti caſus
particu-

particulares ſpecialiter probandi, qui poſſunt etiam per teſtes ſingulares probari, vt in actibus continuatis, & tractum ſucceſſiuum habentibus, vt in adulterio, vel fabricatione falſæ monetæ, quia vnus teſtis poſt aliũ videre potuit per rimulã, celebratione miſſæ, Chriſti crucifixione, & ſimilibus, de q̃bus ĩ dicemus, & probat Symmac. in tract. de hæreſi, tit.37.nu.4. exemplificando in ſacrificio miſſæ, poſt Feli. in c. licèt ex quadã. de teſti. & gl. in c. nihilominus. 3.q.9. & ĩ dicam in vlt. declara. verſ. veruntñ hoc ſm membrũ.

702 Tertia eſt declaratio† dictę cõcluſionis affirmatiuę pro teſtib⁹ ſingularibus, ſeu diſtinctio, ꝙ imò ꝓcedat, ſi agat de modico, aliàs ſecus, vt tenuit Rot. Bonon. deciſ.9. p totũ.

Iſta tamen declaratio, & diſtinctio apertè contradicit d. concluſioni, & laborat eodem morbo imperfectionis, quo præcedens.

703 Quarta affert declaratio, †ſeu diſtinctio, vt d. opinio affirmatiua procedat, ſi teſtes ſunt multũ digni, aliàs ſecus, vt cõcludit Hippol. cõſ.1. & in ſua praxi, §. diligẽter. nu.17. & probat Cępo. cõſ.3. in fi. in ciuil. vbi cõcludit, ꝙ licèt teſtes ſint ſingulares, tñ ſi sũt ità notabiles, ꝙ inducãt iudicẽ ad fidẽ idubitatã, nõ dẽt curare de iſta ſingularitate, licèt qdã ꝓterui cõtrariũ credãt, citando ad hoc Caſt.

704 ità dicentẽ. †ſicẽt teſtiũ pluralitas ſupplet defectũ pſonarũ teſtiũ, vt ibi p eum; q loquit in caſu probãdę cõfeſſionis: & faciunt, quę ſ̃ dixim⁹ in 6. effectu, & latè probat Silua. cõſ. 36.nu.9. & ſeq. vt ibi cõcludit in duobus teſtib⁹ de cofeſſione ſingularibus, ꝙ pòt iudex fidẽ adhibere, & cõcordãtes pro Cępo. citat. & qñ teſtes sũt nobiles, & multũ digni, ꝙ hęc concluſio vera ſit, latè ꝓbat Hippo. ſingu.114. vulgatu, & tritũ eſt apud oẽs, ꝙ teſtes ſingulares nõ ꝓbãt. Crau. cõſ.267.nu.6. vol.2. Sil. cõſ.51. ſub nu.2. & ſeq. Curt. iu. cõſ.178. col.1. Imò ẽt poſſet vni teſti credere eo ĩ caſu, ſi vera eſt deciſio Rimi. in l.2. in vlt. not. in fi. C. de edẽ. quẽ refert, & ſeqtur Silua nupt. lib.5. nu. 123. Soci. iu. cõſ.32. nu.19. vol.2. Qđ tñ non puto verũ, p tex. in l. iuriſiurãdi. C. de teſti. & q̃a in omni negotio requiruntur duo teſtes, vt ſ̃ diximus, verſi. ꝓ hac parte in materia ꝓbationis ſimulationis cõtractus. Dec. cõſ.463. nu.24. Et ità debet intelligi Soci. cõſ.11. nu.6.

705 vol.3. † dũ cõcludit poſt Caſt. ꝙ iudex ex arbitrio ſuo, ſi ſibi videt, poterit adhibere fidẽ teſtibus ſingularibus, & ẽt nõ credere teſtibus concludentibus, & plur. concordã. quos refert, & ſequitur Craue. cõſi.73. nu.55. verſ. fortius vol ait Pau. de Caſt. in l. Lucius &c.

706 Hæc tamen declaratio, † & diſtinctio non recipitur, & nimis vaga eſt, & generalis.

707 Quinta dat declaratio, † ſiue diſtinctio, vt ſæpè dicta opinio affirmatiua ꝓ teſtibus ſingularibus ꝓcedat ità demũ, ſi cũ teſtimonio ſingulariũ teſtiũ cõcurrerẽt aliquę alię coniecturę, vel pręſumptiones, puta, multitudo teſtiũ, & ſeu ẽt alia præſumptio, aliàs ſecus, vt poſt Alex. & Appoſtilla. ad eũ, probat Dida. varia. reſo. li.3. c.3. nu.5. loq̃ns ĩ probãdo vſurario. & hanc declaratione adiuuat Cepha. conſ.141. nu.12. & in propoſito Cępo. conſ.3. col. pen. loquẽs in vno teſte de veritate matrimonij, & octo de confeſſione, licẽt ſingularib⁹ loco, & tpe, & teſtibus de fama. & de hãc declaratione ẽt ſuprà dixi in 5. effectu. & hãc declarationẽ probat poſt Caſt. & Ancha. Craue. conſ.73. nu.36. vbi ſic limitãt deciſionẽ Bal. de qua ſuprà in 1. effectu, & ꝙ tñ probãt mille, quantũ vnus, vt nõ procedat, quando concurrunt aliæ coniecturæ.

708 Veruntñ hęc declaratio, † & diſtĩctio nimis vaga, & generalis eſt, apta etiam ad particulares diſpoſitiones, nedũ ad genus aliquod probãdũ, & * cõiter nõ admittit, vt ĩ diceni⁹.

709 Sexta elicitur declaratio, † ſeu diſtinctio ex Cępo. d. cõſ.3. col. pen. ſub nu.9. verſ. ſed dubiũ eſt, qualiter fidẽ faciant. vt 1. opinio affirmariua ꝓcedat ſaltẽ ad effectũ adminiculãdi ꝓbationẽ deſu pfactã, ità vt ſaltẽ faciat ſemiplenã ꝓbationẽ; loquẽs, vt dixi, in probãda cõfeſſione extraiudiciali, & parti abſenti facta; ꝙ & probat Symmac. in tract. de hęre. tit.17. nu.4. dicẽs, ꝙ teſtes deponentes de rebus affinibus, & conexis, & quæ ad eundẽ finẽ tendũt, nõ faciũt plus quã dimidiam, ſeu ſemiplenã probationẽ. non erit tñ locus iuramento ſuppletiuo, vt ſuprà diximus in 3. effectu. & ꝙ faciãt ſemiplenam probationẽ, tenent Bal. Corn. & Calca. quos refert, & ſequitur Craue. d. conſ.74. nume.35. verſ. quia imò. licèt alij multi ſolùm loquãtur de præſumptione, vt ſuprà dixi in 5. effectu.

710 Iſta tñ declaratio, † & diſtĩctio nõ eſt bona ad propoſitũ, quia hic agitur de plena probatione facienda, præter id, ꝙ de iure canonico eſt indubitata cõcluſio Cępo. & de iure ciuili eſt valdè dubia; imò de iure canonico plenè probarẽt, Rot. Peruſ. deciſ.9. nu.15.

711 Septimò declaratur † hæc concluſio affirmatiua, vt teſtes ſingulares ſolum ſufficiant ad inquirendum, ſed non ad condemnandum, vt ſuprà dixi in 4. effectu, per Pariſ. conſil.2. nu.92. vol.4.

Pariter hæc diſtinctio, & declaratio pugnat cũ dicta concluſione, imò eam deſtruit. Et hæc declaratio eſt indubitata, quia ſi ſufficit ad cõdemnandum teſtimoniũ teſtium ſingulariũ, vt dicit d. cõcluſio, fortiùs ad inq̃rendũ.

712 Octaua declaratio datur† ſupradictę concluſioni, vt quod dicũt Doctores, teſtes ſingula-

gulares ſufficere ad probandum aliquid in genere, ſic accipiatur, & procedat ſolú, quò ad alium effectum, q̄ puniendi, putà ad excipiendum circa delictum, puta, ad excipiendum de adulterio quoad dotis priuationē, vel de alio crimine ad diminuendú fidem teſtis, non aũt ad condemnandum, quia tunc in ſpecie dicitur tractari, ità declarat Clar. in §. fi. q. 53. uerſ. ego aliquando cogitabam. & faciunt, quæ ſuprà diximus in 7. effectu.

713 Sed certè hæc opinio, † & diſtinctio nõ eſt vera, & eſt glo. ceruotina contraria tex. ideſt dictæ concluſioni affirmatiuæ, quę loquitur de probatione plena, & ad effectum iudicãdi, & condẽnandi, ut ſuprà diximus in multis alijs declarationibus.

bat Gramma.deciſ.60.nu.7.verſi.2. conſideranda erit longinquitas temporis, &c.& nu.
14.& ſeq.& infrà dicam in 7.q. in 8. exemplo.
& etiam in 9.quòd ſi tempus eſſet de ſubſtan
tia, & ageretur de actu non reiterabili, & inſtantaneo, vt homicidium, ſecundum Bal.in
d.l.de quibus. ſub num. 8.ff.de leg. vel mors
alicuius, ut per Felin.de quo infrà, vbi addit,
idem in actu ſententiæ, & teſtes varij eſſent,
in eo utiq; impoſſibile eſſet eos concordare,
inquit Bal.in 1.conſtitu. C.§.quibus.num.3.
prout etiam diximus de ſeptimo prædicamẽ
879 to circa locum, ut ibi in fi. † & ideò cautela
eſt, vt pars aduerſa, contra quam teſtes producti ſunt, faciat, quòd iudex interroget par
tem producentẽ, an actus, de quo quæritur,
fuerit tantùm ſemel geſtus, quia ſi confiteatur de vnitate actus, non erit elaborandum
circa concordiam, quia manifeſta erit diſcor
dia inſanabilis, vt poſt Spec.concludit Felin.
in c.cum tu. colum.quarta poſt prin.uerſi.&
ad hũc primum modum.de teſti.Grammat.
inter ciuilia conſilio 39. ſub nume. decimotertio. & addit.ad Capel. Tholoſa.deciſ.309.
880 † & huic interrogationi pars tenetur reſpõ
dere, Caſtren. conſilio 420. columna ſecunda. in ſecunda parte. De hoc tamen aliquid
infrà dicemus in 4. quæſt. in ſexto exemplo.
& hanc concluſionem probat etiam Bal.in l.
Lucius. in 1. lect. numero 6. ff. de infam. Et
ità etiam debet intelligi Socin. iun. conſilio
trigeſimoprimo, numero quinto, & 23. in fi.
881 & ſequẽ.volum.2.† dum concludit in caſu,
quo agebatur de probando matrimoniũ, ꝙ

 fuit

fuit per maritum contractum, non referre,
quòd teſtes dicant, illud fuiſſe contractum
circa feſtum Natiuitatis, & tamen fuerat
factum de menſe octobris, quia, vt ille ait,
de tempore non agebatur principaliter. Et
quòd teſtes poſſint ſaluari, quando actus eſt
reiterabilis, Riminal. conſilio 537. numero
ſexto, & ſequen. vide etiam exemplum infrà
in quarta quæſtione, exemplo vndecimo. Et
882 ideò † ſi teſtes deponant venditionem fa-
ctam fuiſſe, licèt de tempore non recorden-
tur, ſufficit, Roma. conſilio 30. & pro iſta de-
claratione, vbi teſtes deponũt de copula car
nali inter aliquos certo loco, & tempore, &
multi in alio loco, & tempore Capel. Tholo-
ſa. vbi ſuprà.
883 Regulariter † autem tempus, & locus in
teſte non ſunt de ſubſtantia, niſi de hoc prin
cipaliter agatur, ſed ſufficit conſtare de con
tractu, vel actu geſto, niſi ſimus in perſonis
ſuſpectis, laté inter conſilia matrimon. conſi
lio 49. numero quadrageſimooctauo. & ſe-
quen. & tunc etiam modica contrarietas in
hora vitiat, ibidem numero quadrageſimo-
quinto, in quinta contrarietate. Sed contra
hoc vltimum, ſi unus de mane, alter de ſero,
Socin. conſilio nonageſimoquarto. in fin. vo-
lumine primo.
884 Erit etiam aduertendum, † quòd ſi agatur
de negotio probando, quod ſuperioribus mẽſi-
bus, vel annis contigit nõ facilè teſtes poterũt
de die præciſa recordari, aliàs dicerentur ſu-
ſpecti de falſo, vt ĩ dicam in 8. q. & probat ſi-
gnanter Bal. in l. actor. col. 2. C. de probat.
885 Naturaliter ergò loquendo † in tempore
eſt valdè conſiderabilis diſcordia, licèt mi-
raculosè ſcriptum ſit plures ſanctos Patres
viſos fuiſſe eodem die ſummo mane in plu-
ribus locis, ut per Boerium deciſ. 165. nu-
mero octauo.
886 Quòd ſi tempus † non ſit de ſubſtantia,
tunc nihil intereſſet diſcordia teſtium in tẽ-
pore, dum tamen ſint concordes in reliquis,
verbi gratia, ſi teſtes dicant tale quid factum
fuiſſe hora audientiæ iudicis, ſed vnus dicit
de mane, alter de ſero, Soci. conſil. 94. col. 4.
in fi. vol. 1.
x. prædicamẽti exempl.
887 Decimum eſt prædicamentum, † quod Si-
tus appellatur, ſecundùm Bal. in d. l. de qui-
bus. numero 38. ff. de legi. Qui tamen dicit
ut plurimùm iſtud prædicamentum conue-
nire cum prædicamento loci, tamen vltra lo
cum denotat quandam loci differẽtiam, pu-
tà ſurſum, deorſum, ante, retrò, dextrorſum,
ſiniſtrorſum, ſecundùm Philoſo. in libro 1.
de Cęlo. & etiam poſſunt aſſignari plura exẽ-
pla ultra ea, quæ poſui in ſeptimo prædica-
888 mento. Quorum primum † ponit Bal. vbi
ſuprà, verſ. vnus teſtis dicit agrum eſſe in vna
parte territorij, alter dicit eſſe in alia parte:
neque enim iſti concordantur, ut ibi per eũ.
889 Secundum ſit exemplum, † vt ſi duo teſtes
deponentes, quòd aliquis ſecum dormiuit
in eodem cubili, & alter dicit, N. dormiuit
in medio cubilis, alter autem dicit, quòd eſ-
ſet ab vno latere. Iſti enim teſtes diſcordare
videntur, & ideò coacti ſunt componere cũ
fiſco, vt inquit Gramma. deciſ. quadrageſi-
motertio. in princip.
890 Tertiũ ſit exemplũ, † in omnibus illis qua-
litatibus ſitus, quas ſuprà dixi cum Bal. vt ſi
vnus dicit aliquid factum ſurſum, alter de-
orſum, vel vnus ante, alter poſt, vel vnus in
parte dextra, alter in ſiniſtra.
891 Quartum ſit exemplum, † vbi unus teſtis
dicit aliquem fuiſſe percuſſum in pede, alter
in facie, vnus in fronte, alter in manu, vnus
in fronte, alter retrò per ceruicem, Bal. in l.
teſtium. ſub num. 15. C. de teſti. ſecus ſi vnus
deponeret de percuſſione in vna parte ca-
pitis, alter de parte capitis, non dicitur va-
rius, quia hoc non eſt de ſubſtantia, vt ibi
per eum.
892 Circa vndecimum prædicamẽtum † de gra
* du, id probant * communiter Canoniſtę, ut
per Ioan. de Turrecrem. in c. nihilominus. 3.
893 quæſt. 9. col. 2. in princ. † nam ſi in quęſtio.
matrimonij, uel ſucceſſionis agatur de pa-
rentela probanda, utrique patet teſtes con-
cordare in eodem gradu, alias &c. c. de paren
tela. 35. quæſt. 6.
894 Quò verò † ad 12. prædicamentum perti-
nens ad uerba formalia, res eſt etiam clara,
& expedita, quòd non concordant, ut cõclu-
dit Ant. de But. in c. mihi. in princip. verſic. quod
tamen intellige. de uerbo. ſignific. Iaſ. in l. 2.
nu. 18. C. de ſecund. tab. id quod tamen cla-
rè declarat poſt concordan. per eum citatos
Grammat. inter ciuilia conſi. 50. num. 41. in
895 fi. & ſeq. † Et hæc concluſio procedit, quan
do quæſtio eſt ſuper formalitate uerborum,
alias ſecus; putà, quia fuiſſent teſtes interro-
gati ſuper uerborum formalitate, ut conclu
dit Riminal. cõſi. 549. nu. 8. & ſeq. uol. 3. quia
in dubio non uidentur ſuper hoc inducti, ut
ibi per eum. Verum eſt, quòd conſi. 544. nu.
11. uol. eo. dicit, teſtes debere eſſe concordes
896 etiam in cortice verborum. † & ideò ſi vnus
& idem teſtis dicit circa ſubſtantiam uerbo-
rum modò unum, & modò aliud, tunc ſalua
ri non poteſt, quia tractatur de probatione
verborum formalium, Riminal. conſil. 129.
nu. 25. in fi. vol. 5. & etiam dicemus in 7. q. in
897 7. declaratio. † licèt aliàs idẽ ſit dicere vnũ
ſolidũ, quod duodecim denarios, Iaſ. cõſ. 31. in
898 fi. vol. 1. † Et ideò ſi unus teſtis dicit teſtato
rem

rem dixiſſe, Talis hæres eſto, & alter, quòd dixit, Titium hæredem inſtituo, non poteſt ſententia ferri pro Titio, Butr. vbi ſuprà,
899 † vel ſi dicat vnus, quòd Sempronius mutuauit Caio vnum ſcutum, alter, quòd mutuauit ſex libras, Barbar. conſilio 88. co-
900 lumna ſecunda, uolum. 4. † Sed hæc concluſio non eſt vera. quia licèt teſtis interrogatus ſuper uerborum formalitate dicat, & poſteà in interrogatorijs variet, tamen probat, Riminal. conſil. 549. num. 10.
901 Decimumtertium prædicamentum eſt † in perſona, ſeu perſonis, quod traditur in d. l.
902 aut facta. ff. de pœn. † Et in hoc ſi teſtes variant concordari non poſſunt. verbi gratia, ſi vnus dicit talia verba venimnt dicta Sempronio, alter autem dicit, quòd fuerunt dicta Seio, Alexand. conſil. 186. colum. penul.
903 in fi. uolumine ſeptimo. † Et ideò ſi vnus teſtis dicat tale quid factum à patre, alter autem à filio, vel vnus à domino, alter à ſeruo, vtique diſconueniunt, Bal. in d. l. de quibus. ſub numero trigeſimoſeptimo. ff. de legi. licèt ipſe ponat hoc exemplum ſub ſub-
904 ſtantia. † Et ideò ſi plures teſtes dicant tali tempore Titium poſſediſſe talem fundum vnà cum patre, vel filio ſuo tanquam ſuum, & plures alij dicant, quòd eodem tempore Sempronius dictum prædium poſſedit, utique ſunt penitus contrarij, Ancha. conſilio 296. ad fi. & in diuerſitate perſonarum ſunt plura exempla, ut ſuprà prima quæſtione.
905 verſiculo ſecundo modo. † Idem ſi teſtes ſint ſingulares in conteſtibus, quia unus aliquos, alius alios nominat, Bal. in l. teſtium. numero decimotertio. C. de teſti. de quo tamen dicam infrà in quarta quæſtione in primo exéplo, & videnda ſunt exempla ibi duodecimum, & vigeſimumſextum, & omninò in decimoquinto exemplo. vnde teſtis di-
906 cens † eoutractum non fuiſſe factum cum Seio, non dicitur falſus, ſi fuit factus cum Seio, & Sempronio, Bal. conſilio 57. num. 7. in fi. in prima parte.
907 In tertia quæſtione, † an teſtis in ſe ipſo cõtrarius apparens ſit reconciliandus; breuiter hæc quæſtio quinque habet capita, primum eſt, an ſit reconciliandus, ut ſaluetur à falſitate. Secundum, an etiam probet. Tertium, in quibus caſibus debeat, & poſſit reconciliari. Quartum eſt caput, quid agendum ſit, quando conciliationi locus nõ eſt. Quintum eſt, quomodo cognoſci poſſit, an teſtis in ſe ipſo varius, vel contrarius ſit, taliter quòd non poſſit conciliari.
908 Quò ad primum, † Docto. omnes videntur vnanimiter concludere pro affirmatiua, vt patet per Alexan. in d. l. inter ſtipulantem. §. primo, columna quarta. verſiculo ſi quis tamen uelit, &c. ff. de verborum obligatio. vbi ſcilicet contrarietas non eſt euidens, &
* de * communi teſtatur Alexand. conſil. 190.
909 numero primo, uolumine 7. † Quamuis maior narietas ſit unius teſtis in ſe ipſo, quã
910 inter plures, ut infrà dicam, † niſi manifeſtè ſibi ipſi contradicat, quia tunc non conciliatur, etiam ut ſaluetur à contrarietate, Alexand. conſilio 20. numero 3. volumine 4.
911 † Et quòd concilietur, ut ſaluetur à contrarietate, Bar. in l. non ſolùm. §. ſed ut probari. ſub numero 3. ff. de ope. no. nunciat. per c. cum tu. de teſti. dummodò non ſit manifeſta contrarietas, quia illa non eſt concilia-
912 bilis quoquomodo. In tantum † quòd ſi dixit unum extra iudicium, & contrarium, uel diuerſum in iudicio, tamen non poteſt ſaluari à pœna falſi, ſecundum Bar. in l. eos.
913 ad finem. ff. de falſ. † cuius opinio ſaltem
* * communiter tenetur, ſi primum dictum fuit iuratum, aliàs ſecus. nam ſi non ſit iuratum, uel coram iudice, dummodò validè, aliud eſſet, latè Roland. conſilio 4. uolum.
914 primo. Iudex enim, † quando vtrumque dictum eſt iuratum teſtis, reperitur inter duo iuramenta, vt ibi per eum, numero nono, &
915 ſequen. † Et an poſſit ſe iuuare teſtis in ſecundo dicto, dicendo, quòd notarius non ſcripſit uerum in primo dicto, uide Boſſi. titulo de falſis, numero decimoſexto. & Clar. in §. fin. quæſtio. 53. in quinto caſu. Et hæc
916 † concluſio in tantum uera eſt, quòd aperta falſitas dictum teſtis inficit, etiam ſi ſit circa aliqua acceſſoria, ut per Rolan. ubi ſuprà numero vndecimo, de quo etiam dice-
917 mus infrà in vltima quæſtione. † & ſicut omni conatu quærenda eſt conciliatio inter plures teſtes, ità etiam in uno, & eodem vario, & contrario, Cuma. conſilio 90. colum-
918 na 2. † licèt iſta ſit maior narietas, vel contrarietas, ut etiam infrà dicam. Quò fit, ut à Gramma. ſit cauendum dicto conſilio 39. *
numero 8. in crimina. qui dixit, teſtem uarium in ſe ipſo non eſſe conciliandum.
919 Circa ſecundum, † ſi uera eſſet ea concluſio, quam multi tenent, quòd in conciliandis duobus teſtibus, concordia audiatur ſolùm, ut euitent periurium, non autem ut probent, quam multi tenent, de quo infrà in ſequen. quæſtio. in princip. utique res eſſet expedita multò magis contra unum, &
920 eundem teſtem, † quia maior eſt nariatio, & contrarietas unius in ſe ipſo, quàm pluriũ inter ſe, Ruin. conſilio 149. numero vigeſimooctauo, uolumine quinto. Alexand. conſilio 190. numero primo, uolumine ſeptimo, per l. nam ad ea. ff. de conditio. & demonſtra.

nam in pluribus hoc non eſt tam abſurdum
921 † quia natura hominis eſt facilis ad diſſen-
tiendum, lege item ſi unus. §. fin. ff. de arbit.
& conſiderat Alexand. in dicta l. inter ſtipu-
lantem. §. 1. columna quarta. ff. de verbo. ob-
ligatio. & facit text. in l. 1. C. de furt. quem
ad hoc citat Alexand. vbi ſuprà, & facit me-
lius tex. in l. qui falsò, aut varia. ff. de teſti.
922 † vbi varians, aut falſum dicens, nedum
923 non probat, ſed etiam punitur. † Et hæc
quidem uidentur ſatis aperta, vbi eſſemus
in manifeſta contrarietate, prout loquitur
dicta l. qui falsò, aut varia. & ità declarat
etiam Alexan. in d. lege inter ſtipulantem. §.
primo. columna 3. in princi. ff. de verborum
obligatio. & ante eum apertè Bal. in l. ſed &
ſi poſſeſſori. §. ſed & ſi rerũ. ff. de iureiuran. &
in prima conſti. C. §. quibus. numero tertio.
924 † Sed quòd in uno, & eodem teſte non fiat
concordia, ut probet, etiam quòd contra-
rietas non ſit euidens, probat Alexand. con-
ſilio quadrageſimotertio, numero decimo-
quinto, volumine quarto, & dicto conſilio
190. nume. primo, uolumine ſeptimo, & ibi
925 numero 2. † idem ſubijcit in inſtrumento.
926 † Et teſtis in ſe ipſo varius, vel contrarius
ſolùm ſaluatur à contrarietate, ut euitet fal
ſum, ſed non ut probet, reſpondit Ruin. di-
cto conſilio 149. numero vigeſimooctauo,
in fi. & ſequen. volumine quinto, & concor-
dan. per Achill. Perſonal. in tracta. adipi-
927 ſcen. poſſeſſio. numero 132. verſiculo, † &
hæc concluſio, & in vno, & eodem teſte in re-
bus, inſtrumentis, & ſcripturis, vna, vel plu-
ribus, quod quantum fieri poſſit, concordia
fieri debeat, Gramma. inter ciui. conſilio 50.
numero trigeſimoquinto, & plurib. ſequen.
928 † Et quod varietas in eodem teſte ſit tan-
tæ importantiæ, quòd nullo modo poſſit
pronunciari pro illa parte, pro qua ſtat di-
cta uarietas, Hippo. ſingu. 103. in princip.
929 † Imò & teſtis poteſt propterea torqueri,
ut ibi per eum, & hanc partem, quòd non
fiat reconciliatio eiuſdem teſtis, Grammat.
qui concordan. citat, conſilio 33. numero 8.
in criminal. & concordan. per Burſat. conſil.
35. numero trigeſimoſeptimo, & ſequenti,
930 † vbi concludit, quòd teſtis varius in ſe ip-
931 ſo nũquam reducitur ad concordiam. † Et
iſta eſt communis opinio, ut teſtis licèt
manifeſtè ſibi ipſi non cõtradicat, dummo-
dò tamen ſit ſibi ipſi contrarius, licèt poſſit
aliquo modo conciliari, tamen non ad effe-
ctum, ut probet, conciliari debet, ut reſpon-
dit Alexand. in dicto conſil. 10. numero 3. vo-
lumine quarto. exemplificando, ut infrà in
octauo exemplo. & idem ante eum probat
Bald. conſil. 314. in ſecunda parte.

932 Nihilominus crebriore † calculo Docto.
tenent in hoc puncto concordiam fieri in
vno, & eodem teſte, etiam ad effectum pro-
bandi, Alexand. in d. §. 1. columna quarta,
poſt princip. Et hæc fuit ſententia Bart. &
Bal. quam refert, & non eſt auſus impugna-
re Areti. conſilio 83. colum. penult. uerſicu.
933 præterea interrogatus. & † ſic tenendo
eam opinionem, quod etiam in pluribus te-
ſtibus contrarietas uitanda ſit, ut probent,
de qua in ſequen. quæſtio. hanc partem poſt
plur. concordan. per eum citatos, probat Fe-
lin. in d. capitu. cum tu. in princip. in prima
concluſio. de teſti. & ante eum abũdè etiam,
& apertè probat Alexand. conſil. 133. nume-
ro 2. verſiculo præterea plus uidentur uelle
Docto. &c. volumine primo. Et hæc eadem
934 ſententia adiuuatur † ex eo, quòd Docto.
admittunt conciliationem fieri debere aſſer
tionum partis principalis, ne vna probatio
alteri contradicat, ſed vtraque ſuſtineatur,
ut in poſitionibus, & ſimilibus concludit
poſt concordan. per eum citatos, Felin. in
dict. c. cum tu. columna tertia, de teſti. Et
pro iſta parte ſtat etiam Bar. in l. eos. ff. de
falſis. prout etiam de inſtrumento dicunt
Docto. de quibus per Alexand. conſilio 190.
uolumine 7.
935 Verumtamen † prima opinio mihi iuſtior
videtur, quia non video, quid poſſit elici ad
probandum ex vnico dicto teſtis tantùm,
prout hic loquimur, lege vbi numerus. ff. de
teſti. c. in omni. eo. l. iuriſiurandi. C. eo. & fa-
ciunt, quæ infra dicam in ſequen. quæſtione.
936 † Sed ea accipienda eſt, ut etiam ſuprà te-
tigi, quando ſcilicet contrarietas eſt certa,
& manifeſta, ſecus ſi præſumpta, vel appa-
rens, Perſona. vbi ſuprà numero 132. in fi.
Et contra ſupradictam rationem facit; quia
937 videmus in teſte, qui ſi circa extrinſeca, nõ
autem circa factum principale, & ſubſtan-
tialia deponit falſum, is punitur de falſo, ſal-
tem extraordinariè, Clar. in §. falſum. uerſi.
ſed quid ſi teſtis. & tamen probat, per eun-
dem in §. fin. quæſtione 53. verſiculo ſcias ta-
men. & infrà dicam in 6. quæſtio. in 2. con-
938 cluſione. † Et omni in caſu, ubi diſcordia
in ſe eſt patens, prima opinio non videtur
ſpernenda, per ea, quæ ſuprà dixi.

Ad tertium caput iſtius tertiæ quæſtionis di-
939 co † in primis breuiter, quòd quilibet te-
ſtis ſicut de iure non præſumitur ſibi ipſi cõ-
trarius, & falſus, ut probat Bal. in d. l. de
quibus. in prima lect. columna fin. verſiculo
ſed quid ſi dicit. ff. de legi. & probat ſuſtinen-
do teſtem, Dec. conſilio 100. colum. penult.
verſic. ſecundo dicitur. & ibidem multa dicit
pro ſaluando teſte in ſeipſo, & ab aliorum

contra-

contrarietate id etiam intelligi, & interpretari debet, vt non dicatur falſus, contrarius,
940 aut varius, quantùm fieri poſſit, † dummodo tamen varietas non ſit patens, ſeu manifeſta, ſeu talis ſit varietas expreſſa, quæ ſapiat apertam falſitatem, quia tunc nedũ nõ probaret, ſed etiam eſſet de falſo puniendus, dicta l. qui falſò, aut varia. ff. de teſti. Bart. in lege eos. ff. de falſis. quem ſic intelligit Alexan. in l. inter ſtipulantem. §. primo. col. 4. in princ. ff. de verb. obligat. & conſ. 43.
941 nu. 15. vol. 4. † dum concludit, ꝙ teſtis contrarius ſibi ipſi nunquam ad concordiam reducitur, ſaltem ut probet. Et hanc cõcluſionem probat etiam Fel. in d. c. cum tu. in ptin.
942 de teſti. † Si igitur dictum teſtis ſit ita apertum, & clarum, ꝙ ſaluari non poſſit, tũc eius dicta non ſunt gloſſanda, inquit Bal. in c. cũ
943 dilectus. de conſue. nu. 18. † alias aut ſi aliqua interpretatione, vel declaratione iuridica ſaluari poſſit, tunc non poterit dici falſus, varius, vel contrarius in effectu, ut per Bal.
944 cõſ. 323. nu. 2. in 4. par. † quia falſum nõ dr̃, ꝙ habet in ſe aliquid ueritatis, Caſtren. cõſi. 420. nu. 4. in 1. par. & vtrunq; dictum Bal. & Caſtrẽ. probat Grãmat. uot. 26. nu. 11. & ſeq. & abundè pro ſaluatione teſtium per aliquã interpretationẽ, uel intelligentiam iuridicã, tradit Boſ. tit. de falſ. nu. 155. & plur. ſeq. qn-
945 imò addit † Aret. conſ. 385. nu. 1. ꝙ regulariter teſtes reducuntur ad concordiã, ſi fieri poteſt, per glo. 4. q. 3. §. inter. verſi. ſi teſtes. &
* in c. in noſtra. de teſti. & dicit hanc eſſe* communem opinionẽ, etiam ſi de difficili ad concordiam reduci poſſent, tñ reducantur etiã fingendo, ut inquit Fel in. in d. c. cum tu. col. 4. in princ. de teſti. quod an ſit perpetuũ, dicam infrà in ſeq. quæſtione in quinto exem-
946 plo. † Oportet tamen, quòd interpretatio
947 ſit congrua uerbis teſtium, † quod ſi eſſet interpretatio ſuppletiua, tunc benè ſaluarentur teſtes à falſo, ſed non probarent, ità concludit Bal. in d. l. de quibus. numero 38. in ff. de legi. de quo etiam infra dicam in ſeq.
948 q. in princ. † quòd tamen ultimum non tenet Ang. conſ. 43. nu. 35. vol. 4. loquens etiam
949 in ſuppletione, ut probent, † & quod nõ debent cauilloſè interpretari, ſed adiuuari, ſed debent in dubio ſuppleri, quantum fieri po-
950 teſt, ut probent. † quod debet intelligi, niſi eſſet aperta & inſanabilis, ut ſuprà dixi. idẽ probat Dec. d. conſi. 100. loquens in ſuppletiua interpretatione. idem conſ. 272. de quo dicam in 22. exemplo, & ſequen. Et etiam dicam in ſexto exemplo, & etiam infrà dicam in 1. quæſtio. in ſecundo membro, verſiculo veruntamen, &c.
951 Eſt autem hæc concluſio † intelligenda in varietate, ſeu cõtrarietate, quæ ſit circa ſub-
952 ſtantialia, † aliàs ſecus, tunc enim non eſſet elaborandum ſuper conciliatione, vt infrà dicam in tertio exemplo, & latius in ſeptima quæſtione. Idem ſi contrarietas ſit per errorem, ut in quarto exemplo, vel nemini ſit nociua, ut in quinto. Et eſt etiam declaranda hæc concluſio, ut non procedat, quando incontinẽti teſtis variaret a primo dicto, Gramma. conſilio 33. numero ſecundo, &
953 ſequen. in crimina. & ſic in variatione, † ſecus in falſitate.
954 † Rurſus eſt etiam aduertendum circa iſtam concluſionem, quod licèt Docto. multi, maximè Alexand. conſilio quinquageſimotertio, ad fin. volumine primo, velint, quòd varietas teſtium, ſeu contrarietas ita demum noceat, ſi ſit circa ſubſtantialia, tamen multi etiam tenent, imò etiam contrarietatem vitiare, ſi ſit circa accidentalia, pro ut contigit in teſtibus contra Suſannam, quorum vnus dicebat ſtuprum commiſſum ſub ſchino, alter ſub prino, vt tamen iſtæ arbores non faciebant ad ſubſtantiam rei, ità Alcia. conſil. 155. numero ſeptimo, vbi proptereà intelligit Alexan. ubi ſuprà, & cõcordan. in accidentalibus, & extrinſecis penitus extraneis, aliàs enim de eis idem iudicandum, quod de ſubſtantialibus, ut ibi per eum.
955 Circa quartũ caput † breuiter dico, quòd in cauſa ciuili teſtis apertè inconciliabilis ſolùm mittitur ad partes, in cauſa verò criminali torquetur, ut ſciatur, quodnam ipſius dictum ſit verum, & punitur etiam de falſo, Bar. in l. eos. in princip. C. de falſis. Boſ. tit. de tortu. teſti. & Clar. in d. §. falſum. verſi. ſcias tamen.
956 Sed punctus ſtat † in quinto capite, videlicet cognoſcere in quibus caſibus poſſit, uel non dici, teſtes non eſſe in caſu conciliationis, & concordiæ, an verò manifeſtæ repugnantię in ſe ipſo, in vno, & eodem teſte. nam licèt Boſ. vbi ſuprà numero 156. dicat, quòd teſtis dictum inquantum fieri poteſt, & debet declarari, intelligi, & concordari, diſtinguendo, & limitando, & ſupplendo eius dictum ex natura, & qualitate rei in concernentibus ſubſtantiam negotij, & ad euitandam falſitatem in dictis teſtium, uerba eorum poſſunt impropriſſimè accipi, & quibuſcunque modis leges ſe inuicem concordantur, eiſdem & teſtes, ut pulchrè per Riminal. conſilio quinquageſimotertio, & numero 11. et ſequen. loquentem in uno, & eodem teſte concordando, & infrà etiam dicam in ſeq. q. & idem quoq; in concordia ſcripturarum inter ſe, uel inter ſcripturas, &

teſtes: fieri enim debet etiam per ſubauditos intellectus, uel diſtinctiones; per eũdem Riminal. qui cõcordan. citat conſ. 56. nu. 6. vol. eo. tamen ex hoc non ſumus certi, quando id fieri poſſit, & debeat cõcordia huiuſmodi.

Et propterea ſubijcienda ſunt aliqua exempla, per quę hęc cõcluſio dilucidabitur, ultra ea, quæ ſatis obſcurè ponit Alex. cõſ. 190. vol. 7. & latiùs Dec. cõſ. 100. & Rui. cõſ. 149. uol. 5.

957 Primum itaq; eſt exemplum, † quod ponit Alex. conſ. 185. nu. 4. & ſeq. vol. 7. in teſte, qui dicit, ꝙ iam ſunt tot anni, vel circà, quòd Titius fuit confeſſus tale quid, poſteà interrogatus de tempore, & loco, dixit ſe nõ recordari, qđ intelligi, & concordari debeat duobus modis. Primò, ꝙ non recordatur de his duobus ſimul, ſ. tempore, & loco. Secundò, ꝙ non recordatur aliter, quam ut ſuprà dixit, per Albe. de quo infrà dicam in ſeq. exemplo.

958 Et ratio eſt, † quia & ſi tempus ſit prædicamentum inhabilitãs, ubi uariatio, uel diſcordia eſt in eo, ut ſupra dixi, in 9. prædicamento, tamen debet dictum teſtis interpretari, ne videatur variare in tempore, per Bal. in l. Labeo. ff. de ſuppellect. lega.

959 Secundum exemplum, † ſi primò dicit, ſe ſcire tale quid, deinde ſuper interrogatorijs dicat, ſe credere id, quod dixit, certè cẽſetur à primo dicto recedere, Abb. in c. inquiſitionis. §. quæſiuiſſe. num. 3. de accuſat. & ſic non probaret, quia non reddit dicti ſui cauſam ſufficientem, niſi reddat ſufficientem rationem credulitatis, Albe. in l. ob carmen. §. fin. in fi. ff. de teſti.

960 Tertium ſit exemplum, † quod tradit Albe. in l. non ſolùm. §. dato. ff. de iureiur. dicens, ꝙ ſi teſtis à principio examinis ſui dixit maleficium fuiſſe cõmiſſum pręſente Titio, & Seio, poſteà interrogatus, qui fuerunt præſentes, dicat, ꝙ nullus fuit præſens, intelligitur dictum huiuſmodi, ſ. exceptis prædictis, refert, & ſequitur Alex. d. conſi. 185. nu. 4. in fi. uol. 7.

961 & conſ. 190. nu. 5. eo. † & facit ſimile de teſtatore, qui filiam inſtituit, & poſt eam nepotem ex ea, ſi dicta filia ſine filijs deceſſiſſet; nã intelligitur, ſi ſine alijs filijs, & ſine filijs maſculis, Bal. conſ. 254 in 1. parte, in princip.

962 Quartum exemplũ, † ſi teſtis dixit, ſe uidiſſe Titium per certum tẽpus poſſidere ſemper, & poſtea dicit, ꝙ aliquãdo fuit abſens, tñ ſaluatur eo modo, quo infrà dicam in 4. quęſt. in 33. exemplo.

963 Quintum ſit exemplum, † ſi modò unum dicit, modo aliud circa ſubſtantialia negotij principalis, tunc nõ probat, Ruin. conſ. 149. num. 23. vol. 5. & hoc exemplum pertinet ad ſeq. quæſt.

964 Sextũ, † ſi primò dixit, ſe nõ recordari, & poſteà dixit, ſe recordari: neq;. n. propterea varius, aut falſus dici põt, Natta cõſ. 537. nu. 25.

965 Septimum exemplũ erit, † qñ teſtis nulliter depoſuit, puta, quia contrarietas, quam depoſuit eſt circa omnino impertinẽtia, vel nõ ſubſtantialia, ut abũde probat Grãma. deci. 43. Natta conſ. 56. & ante eos Ana. late cõſ. 76. & ibidem Appoſtilla. qñ aũt dicamur verſari in tali uarietate, infrà dicã in 7. q. Bero. conſ. 201. col. pen. vol. 3. & pulchrè per varia exempla notanda Dec. conſ. 100. nu. 4. col. 2. Boſſi. tit. de falſis nu. 159. & latius infrà dicã in 7. quæſt. in 2. concluſio.

966 Octauum ſit exẽplum, † qñ teſtes deponũt ſuper homicidio alicuius, & unus dicit talẽ fuiſſe occiſum per talem cum ligone, alius cũ claua, alius cum enſe, tamẽ iſti teſtes probãt homicidium, quia probatio concludit ex oĩ capite, per Craue. conſi. 147. col. 1. in fi.

967 Nonum ſit exemplum, † qñ teſtis per errorem variauit, uel contradixit ueritati, Bal. in l. ſi ex falſis. circa finem. C. de trãſac. de quo tamen infrà dicemus in 7. q. in 1. concluſio. in 5. declarat.

968 Decimum exemplum † in teſte, qui primò dixit A. confeſſum fuiſſe B. ad interrogationem C. vt uenderet dicto B. certum prædiũ, pro tali pretio, & poſteà dixit ſuper interrogatorijs, ꝙ dicta confeſſio fuit facta ad inſtãtiam d. B. hæc. n. contrarietas, & ſeu varietas non eſt cõciliabilis ad effectum, ut teſtis probet, Alex. conſilio 2. in princ. & nume. 2. in fi. uolumine 4.

969 Vndecimum erit exẽplum, † qñ dictum teſtis nemini eſt nociuum, tunc nõ videtur eſſe elaborandum circa eius conciliationem, de quo infrà in 7. quæſt. in 7. declarat.

970 Duodecimum ſit exẽplum, † ſi teſtis primò dixit uno tẽpore, ꝙ tale quid nõ fuit factum, nec fieri potuiſſet, quin ipſe vidiſſet, & alio tempore examinatus dixit fuiſſe factũ. Nã ſi illud, quod fuit factum, durauit per octo, uel decem dies, ſaluatur vtrunq; dictũ Riminal. Iun. conſi. 53. nu. 12. uerſi. quibus ſic præmiſſis. & num. 15. vol. 1.

971 Decimumtertium exemplum erit, † ubi cõtrarietas incõciliabilis ſit modica, Grãma. d. deci. 43. nu. 6. & latius infrà dicã in ſeq. & 7. q.

972 de ueritate iſtius exẽpli. † & eadem rõne ſuſtinentur teſtes, ſi unus dicit de uno anno, & alius de alio anno, & die, Alex. conſ. 5. nu. 10. uol. 1. & infra dicam in 5. q. in 3. conciliatio. & latius in 7. q. in 3. declarat.

973 Decimumquartum, † teſtis, qui dicit primò, quod vidit tale quid, & poſteà dicit, quòd audiuit dici aliquid, detrahit primo dicto, Riminal. conſilio 52. numero decimoſexto, uol. 1.

Decimum-

974 Decimumquintum exẽplum † eſt in agrimenſore, qui ſemel vt teſtis depoſuit ſuper menſura petiæ terræ facta vno tempore, & qui poſtea fecit aliam menſurationẽ, diuerſam tamen, ſed diuerſo tempore, & cũ omiſſione partis eiuſdem petiæ terræ, vt reſpondit Alex.conſi.133.col.1.vol.1.

975 Decimumſextum exemplum ſit, † ſi teſtis dixit, ꝙ antequàm appropinquarent ad feneſtrã fuit præmonitus à B. vt ad verba, quæ dicturus erat, animaduerteret, deinde in 2. examine dicit, ꝙ dictus B. cępit ipſum teſtẽ per manum, & duxit illum prope feneſtram per dimidium brachij, vel per brachium, & ibi illum pręmonuit, vt ſuprà, Rui.conſ.149. nume.27.ad fi.volum.5. vbi impugnat hanc varietatem.

976 Decimumſeptimum ſit exemplum † in teſte, qui examinatus in palatio poteſtatis dixit aliquid factum in palatio Epiſcopi, & deinde interrogatus, in quo loco illud fuerit factum, dixit in hoc palatio; ſaluatur enim teſtis, vt non dicatur contrarius: quia ſecundum dictũ debet intelligi in hoc palatio, referendo illud verbum, Hoc ad oculum intellectus, vt concludit Bar.in l.1. in princ.nu.3. per illum text.ff.de ope.no. nuncia. ſequitur Roma.conſi.391.nu.6.

977 Decimumoctauum exemplum ſit, † quando teſtis eſt ſuſpectus de falſo, & interrogatus reperitur varius in colore perſonæ, bireto, veſtibus, & huiuſmodi, Rui.d.conſil.149. nu.28.vol.5.

978 Decimumnonum exemplum † ſit in teſte, qui dicit, Sempronium eſſe debitorem Martini in centũ, & interrogatus in cauſa ſcientiæ, reſpondit, quia tali die promiſit quinquaginta, & tali die 100. certè intelligitur iſte teſtis de centum computatis, ſeu repetitis illis quinquaginta, ſecundum Abb. in c. cum tu.nu.3.ad fin.de teſti. ſequitur ibidem Felin.col.4. circa med.

979 Vigeſimũ exẽplum, † vbi teſtis dicit hodiè vnum, & cras aliud, & ſic ſibi ipſi non cõſtat, de quo latè per Aret.conſi.71.nu.1. & col.2. ad fi. etiam ſi non ſuper ſubſtãtialibus, vt ibi per eum, etiam ſi per verbum credere, & ſit factum proprium, Alex.conſi.45.nu.5.vol.2.

980 Vigeſimũprimũ ſit exẽplũ † in teſte, q dicit primò, hoc eſſe, quantũ ipſe ſcit, & tamẽ poſteà ſuper interrogatorijs alia ſubijcit, & tamen ſaluatur iſte teſtis, ꝙ illud verbũ, Quantum ipſe ſcit, nõ ſtat taxatiuè, Alex.cõſ.190. nu.9.volu.7. vel ſi ſtat taxatiuè referri debet ad infra dicta per eũ, vel tertiò, ꝙ ſtatim potuit dictum ſuum corrigere; ſi antè dixiſſet, ſe hoc ſcire videlicet; tũc illa dictio Videlicet ſtat reſtrictiuè, & limitatiuè, Aret.conſil.83. col. pen. circa med. & aliqua dicam infrà in 4.q.in 1.exemplo, & infrà in 16.exemplo.

981 Vigeſimumſecundum exemplum, † vbi teſtis in 2.examine plus dixit, q̃ fecit in primo, dummodò non ſit contrarium omninò primo, vt per Gramma.inter ciuil. conſi.50.nu.
982 30.in fi.& plur. ſeq. † poteſt enim teſtis hodiè recordari de eo, quod heri non recordabatur, vt ibi per eum.

983 Vigeſimumtertium exemplum eſt † in teſte, qui primò dixit, ꝙ molendino quædam deficiebãt, & deinde dixit, ꝙ gubernauit dictum molendinum, & omnia aderant ad illud pertinentia: neque enim hoc caſu poteſt ſaluari iſte teſtis, Aret.conſi.53.col.penul. in princ.verſi.non obſtat, ꝙ Clemens.

984 Vigeſimumquartum exemplum, † ſi teſtis primo dixit, ſe neſcire, & deinde dixit, ſe credere, tunc non ſuſtinetur, Aret.conſ.71.nu.1. maximè ſi partẽ alloquutus ſit, Bald.in rub. nu.5.de controuerſ.inueſtit. ſi autem eſſet in eodem examine, tunc dubium eſt, cui dicto ſtandum ſit, inter conſi.matrimo. conſil.49. nu.46.& ſeq.

985 Vigeſimumquintum exemplum, † ſi teſtis examinatus ſuper contractu vẽditionis depoſuit venditionem factam fuiſſe, ſed ꝙ non cognoſcebat, nec cognoſcit emptorem, & is eſt mortuus, deĩde iterùm examinatus dixit, ꝙ venditio fuit facta tali; neque enim ſaluari poteſt teſtis ab hac expreſſa contrarietate. Alex.conſi.183.nu.8.& ſeq.vol.6.

986 Vigeſimumſextum ſit exemplum, † ſi dixit, ſe hoc tãtùm ſcire, & poſteà aliquid plus dixit: nam tunc dicitur falſus, Bart.in l.cos. in fi.ff.de falſis. & latiùs Capra conſ.75.nu.4. & ſic intelligi debent, quæ dixi in 21. exẽplo.

987 Vigeſimumſeptimum exemplum eſt, † vbi teſtis in vno examine ſuper pretio venditionis examinatus dixit de vno pretio, & iterũ in alio examine dicit de alio, Alex.d.cõſ.183. nu.10.vol.6.

988 Vigeſimumoctauum exemplum eſt † in teſte, qui dicit clauſulam codicillarem fuiſſe per teſtatorem expreſſam, deinde dixit fuiſſe expreſſam per notarium, & ꝙ fuit notarius, qui hoc dixit, intelligitur, vt ſaluetur teſtis,
989 † ꝙ dicta per notarium intelligantur dicta per partem, Neuiza.conſi.80.num.26. in fin. & ſequen.

990 Vigeſimumnonum ſit exemplum † in teſte, qui dixit N. non fuiſſe, nec eſſe tentum, cognitũ, nec reputatũ pro filio legitimo, &c. D.B. inter homines, qui habebãt notitiam, & cognitionem dictorum B. & eius vxoris, ſed fuiſſe, & eſſe ſuppoſitum, & ꝙ certiſſimè ſcit d. N. non fuiſſe filium, &c. & deinde repetitus dixit, ꝙ veritas eſt, ꝙ D.B. tenebat d.

N.pro

N.pro eius filio, & quod etiam ab alijs commu-
niter tenebatur; poteſt enim hic teſtis ſalua-
ri, ſecundum Dec.conſi.142.nu.4.in fi.& ſeq.
quod intelligatur ſcilicet primum dictū, quoad
tractationem, & reputationem coniuncto-
rum, & ſecundum quò ad tractatum B. &
maximè vt ſic primum dictum generale re-
ſtrictum ſit per ſecundum per viam declara-
tionis. quę quidem interpretatio dura eſt ex
cōcluſionibus, quas infrà ſubijciam in ſeq.
q.& aliqua dixi in 21.exemplo ſupra.

991 Trigeſimum exemplum eſt † in teſte, qui di-
cit equum ſanum, vel morboſum, poſtquam
fuit reſtitutus per duos dies cum dimidio,
& alij dicunt per quatuor, vel ſex dies, tunc
primus, q videtur limitatiuè depoſuiſſe, red-
ditur falſus, ita reſpondit Alex. conſil. 153.
nu.2.vol.7.& faciunt, quæ ſupra dixi in 2.q.
in 9.præd camento.

992 Trigeſimumprimum exemplum eſt † in te-
ſte, qui vnum firmauit, & poſtea interroga-
tus dixit, quod poſſet etiam aliter res ſe habe-
re, &c. quod tamē probet, ſi aliud fuerit, nec di-
catur contrarius, Rimin.conſi.549.col.3.in
993 prin.vol.3. † ſicut etiam dixit, quod nullus alius
fuit præſens, quia vidiſſet, ſi fuiſſet, & poſteà
dicit, quod poſſet eſſe, quod alius fuerit præſens, per
ea, quæ dixi in ſeq.q.in prin.in 1.concluſio.

994 Trigeſimumunſecundum exemplum † in te-
ſte, qui primò dixit affirmatiue viuu, deinde
dixit ſe credere cōtrariū, Alex. in l.q bona.§.
ſi quis ſtipulationis. & ſeq. ff. damn.infect.

995 Trigeſimumtertium exemplum, † ſi teſtis
dicit nō audiuiſſe talem clamare, deinde di-
cit, quod non clamauit, debet ſaluari, quod nō cla-
mauit, quod ipſe ſcilicet audiuerit, per ea, quæ
dicam in ſeq.q.25.exemplo.

996 Trigeſimumquartum exemplum, † vbi te-
ſtis in prin. dicit de viſu, & in fine de auditu,
quod dictum de auditu debet referri ad vltimò
dicta, ne videatur ſibi ipſi contrariari, Dec.
conſ.272.col.2.& Rui.conſ.54.num.4.vol.4.

997 † Idem ſi dixit pro certo ſcire, quæ tamen
per veram certitudinem ſciri non poſſunt,
Gozad. conſ.13. num.38. & facit exemplum
28. ſuprà.

998 Trigeſimumquintum exemplum † in teſte,
qui primò dixit, ſe ſcire tale quid, poſtea di-
xit, ſe neſcire: intelligi enim debet, niſi vt ſu-
999 prà dixit, Dec. ubi ſuprà. † & idem ſi dixit,
ſe affinem, & poſteà negat, Neuiza. conſi.48.
1000 nu.7. † Et ideò nō videtur verum, quod
dixit Cepha.conſi.98.nu.36.& ſeq.de teſte, q
dixit primò, quod vidit deſignare ędificium, de-
inde dixit, quod reſpiciebat ædificia: neq; enim
hæc contraria ſunt; & iſtud exemplum pro-
bat Grammat.conſ.33.nu.1.in crimina.

1001 Trigeſimumſextum exemplum, † vbi te-
ſtis dixit ſuper capitulo ſe neſcire contenta
in eo, niſi quædam pauca, deinde ſuper capi-
tulo generali de uoce, & fama, quod capitulata
vera ſunt, reſpondit, verum eſſe, Abb. in c. cū
cauſam.nu.4.de teſti.

1002 Trigeſimumſeptimū exemplum ſit, † vbi
vnus teſtis dicit, quod notarius ſcripſit inſtru-
mentum in medio folio, & alter teſtis dixit,
quod ſcripſit in quinterno, vtrunq; enim fieri
potuit, primò ſcriptura in folio, deinde in
quinterno, Bal.conſ.302.nu.7.in 5.par.

1003 Trigeſimumoctauum exemplum † in te-
ſte, qui in eadem cauſa examinatus dixit pri
mò, ſuper articulo affirmatiuo ætatis, quod ta-
lis eſt ætatis annorum 27.& ipſe etiā reſpon-
dit affirmatiuè, & poſtea ſuper articulo ne-
gatiuo partis aduerſæ dixit, quod eadem perſo-
na eſt ætatis annorum 25. uel 28. & ipſe re-
ſpōdit ſe nihil ſcire, certè ſaluatur ille teſtis,
quia ex quo primo dixit affirmatiue rectè,
ſuper contrario potuit dicere negatiue, ità
reſpondit Bar.in conſ.82. nu.7.

1004 Trigeſimumnonum exemplum † in teſte,
qui primo dixit, ſe non eſſe colonum produ-
centis, poſteà dixit, quod ſunt quatuor menſes,
quod intrauit eius colonus, vt infrà dicam in 7.
q.exemplo 26.

1005 Quadrageſimum exemplum, † ſi teſtis
dixit aliquid audiuiſſe dici, poſtea in cauſa
ſcientiæ dixit, quia uidit, ſaluatur, per Hip-
po.ſingula.418.

1006 Quadrageſimumprimum, † ſi dixit ali-
quid factum præſente Titio, & poſteà ſuper
interrogatorijs dicit, nemine præſente, quia
intelligitur excepto Titio, Alex.cōſ.1 0. nu.
5.uol.7.Grammar.conſi.33.nu.1.crimina.

1007 Quadrageſimumſecūdū exemplū ſit, † ſi
teſtis primò dixit in uno examine, ſe eſſe an-
norum 40.deinde dicit, ſe tunc eſſe maioris
ætatis, non tamen dicitur contrarius, & ua-
rius, Craue.conſ.91.col.2. circa med.

1008 Quadrageſimumtertium exemplū, † ſi
teſtis depoſuit de his, quæ dicit ſe uidiſſe in
infantia, uel quæ non potuit uidiſſe, ſed ſunt
alij teſtes, qui idem pro certo deponūt; nam
eius depoſitio adiuuatur ex dictis aliorum,
Craue.d.conſ.91.col.2. quod ultimum pro-
bat etiam Alex.conſ.190.in fi. uol.7.

1009 Quadrageſimumquartū ſit exemplū † in
teſte, qui primùm dixit pecunias fuiſſe ſolu
tas patri, & deinde in interrogatorijs dicit
ſolutas ſibi, latiſſimè Rimi.iu.cōſ.34 .uol.3.

1010 Declaratur modò hæc quæſtio, † ut te-
ſtis in ſe ipſo uarius, aut contrarius ſit pro
omni parte ſaluandus, inquantùm ut eui-
tet pœnam falſi ordinariam, uel extraordi-
nariam, de qua per Boſ.tit.de falſis, nu.147.
& ſeq.& Clar.in §.falſum. uerſ. ſed quid ſi te-
ſtis,

ſtis,non autem ad effectum,vt probẽt, Alex. conſi. 190.nume.1.volum,7.Ruin.conſ.149. nu.28.vol.5.

1011 Secundò declaratur, † vt poſſit teſtis ſe ipſum declarare,& emẽdare, dummodò tamen incontinenti,vt per Alcia.in tractat.de
1012 preſump.in 2.reg.preſumptione 29.†niſi ex cauſa,quia tunc poſſet etiam ex interuallo, putà cauſa obliuionis in tempore, vt ibi per eum nu.3.& ſeq. & dummodò declarando dictum ſuum non mutet ſubſtantiam, ſi ex interuallo,vt ibi per eum nu.5.
1013 Capio modò†quartã principalem dubitationem,quæ eſt de conciliatione vnius teſtis cum altero, & ſic ſimus in duobus teſtibus,vel in duabus probationibus etiam per ſcripturas. in qua duo membra conſtituo,
1014 deinde exempla ſubijcio. † Primum mẽbrum in inueſtigando generales concluſiones, per quas aliqua theorica haberi poſſit de modo interpretandi,& conciliandi dicta
1015 teſtium.†Secundũ,an vbi duo teſtes ſunt inuicem varij,vel contrarij poſſint,& debeãt conciliari,nedum vt ſaluẽtur à falſitate, ſed etiam vt probent.

Quantum ad primum vltra duodecim prædicamenta, de quibus ſuprà diximus in 2. q. quæ in effectu nõ ſufficiunt pro perfecta doctrina iſtius quæſtionis, non reperio in effectu aliquem ex noſtris, qui hactenus perfectè hunc paſſum dilucidauerit.

Colligo tamen plures deciſiones, & concluſiones ad hoc ſatis pertinentes.Prima fuit Bal. in prima conſtit. C.§.quibus. qui poſt Odofre.dixit, triplicem eſſe diſtinctionem ſoluendi contraria. Prima eſt, quando teſtes ſunt concordes,quia ſunt in concordia.Secunda eſt,quãdo teſtes ſunt ſingulares,qa loquuntur de diuerſis rebus loco, vel tempore, & actus eſt reiterabilis. Tertia eſt,quando dicuntur cõtrarij, quia dictum vnius teſtis eſt incompatibile cum dicto alterius,& quãdo eſt compatibile,cũ aliqua tamen diſtinctione,tunc non dicantur contrarij, ſed diuerſi, nõ autem aduerſa depoſuiſſe, per c. cum tu. de teſti. aliàs enim impoſſibile eſt eos ſaluari,vbi ſunt contrarij in actu inſtantaneo, vel non reiterabili, in quo nõ poteſt diuerſitas cõſiderari,vt ille ſubijcit.& ſic in effectu ſunt quatuor dicta. Primum, quando ſunt concordes. Secundum,quando ſunt ſingulares, ſed in his duobus non poteſt agi de concordia aliqua.Tertium eſt,quando ſunt nõ cõtrarij. Quartum,quando ſunt cõtrarij præſumptiue,ſed tamẽ poſſunt ſaluari cum ali-
1016 qua diſtinctione.Sed pũct* ſtat ſcire,†quæ ſit contrarietas cõciliabilis,& qualis debeat eſſe hæc diſtinctio, & conciliatio. eandem tñ doctrinam tradit ipſemet Bal.in l.Lucius.in 1.lect.nu.6.ff.de his,qui not.infam.dum cõcludit,ꝙ aut depoſitio teſtis eſt obſcura propter varios intellectus, qui poſſunt applicari;& tunc benignior ſenſus eſt accipiendus: aut eſt dubia propter cõtrarietatem, quam habet cũ pari teſte, vel contraria probatione,& tunc interdum iuuatur, vt excludatur præſumptio criminis falſi, vt non puniatur, per d.c,cum tu. ergò quandoque non poterunt ſaluari,licèt Ana.conſ.76. num.2.velit, ſemper fieri debere interpretationem,ut teſtis ſaluetur à falſitate, ſed debet intelligi ut plurimum, per ea, quæ dixi in 7. concluſio. aliàs contradiceret his, quæ dixi in 6.q.in 7. prædicamento.
1017 Alia fuit concluſio, † & opinio, ꝙ dicta teſtium benigna interpretatione adiuuãda ſunt,ut dicit tex.in d.c.cum tu.de teſt.& ibidem Docto.* communiter,non ſolùm præſumendo,ut ibi,ſed etiam fingendo aliquid, ut aliundè probat Ancha.conſ.385.col.1.in fi.& ſeq. & multa ſuprà dixi in præcedenti q. in 3.c. Et pro iſta benigna interpretatione ſtat poſt Imo.per eum citat. Bald.in l. ſed & ſi poſſeſſori.§.ſed & ſi terum.in fi.ff.de iureiu.
1018 † dicens, ꝙ atteſtationes ſunt interpretandæ in mitiorem partem:ꝙ & repetit in d. l.Lucius.in 1.lect. ſub nume. 6. ff. de infam.
1019 † dicens, ꝙ vbi dictum teſtis eſt obſcurũ debet repeti, aliàs iudex debet interpretari in mitiorem partem.Idem probat Ang. in l. item videndum.in prin. num.2.ff.de petitio. hæred. Et ꝙ omnis poſſibilitas in interpretando ſit facienda in materia probatoria quacunque,Gramma.inter ciui.cõſ.50. nu. 35.& plu.ſeq. addit ad hoc propoſitum Bal.
1020 in l.teſtium.nu.15. C.de teſti. † ſufficere, ꝙ teſtes poſſint concordari per interpretationem poſſibilem ſecundum rerum natu-
1021 ram: † verbi gratia, ſi vnus dicit, ꝙ tali die, & hora Sempronius fuit à Seio percuſſus in frõte,& alter dicit in vna manu, vtrũque põt ſaluari à falſitate,ꝙ vno ictu vtrũq; vulnus ſit factum, quia hoc poteſt eſſe ſecũdum rerum naturam,prout cõtigit, ꝙ quis percuſſit vnica ſagitta ceruum in fronte, & in vno pede retrò, dum ipſe ceruus fricaret ſagittam cum pede, ut infrà dicã in 18. exẽplo; non tñ vt probẽt,quia ſingulares, vt ibi
1022 per eum. † & ſunt verba improprianda, quando ſecundum corticem verborum impoſſibile eſſet teſtes ſaluare à poſſibilitate,vt abundè probat Roma. conſ.301. col.1.& 2. uſque ad num.12.in d.l.de quibus. col. pen.
1023 ff.de legi.†Sed hæc concluſio videtur accipienda,vt dictum teſtis ſaluetur à falſitate tantùm,non autem vt probet,quotieſcunq;

verbo

verba impropriãt,vt apertè dixit poſt Bat.
Bar.in l.1.in fi.C.de vſufruc.& Roma.ubi ſu-
1024 prà. † & ità accipi debet illud vulgare di-
ctum,quod dicta teſtium ſunt iuuanda,non
autem cauillanda,de quo per Soci.iu.cóſ.31.
nu.29.vol.2.& ante eum Dec.conſ.100.nu.2.
in princ.& num.3.in princ.de quo etiam per
Alex.conſ.5.nu.12.vol.1.Rolan.conſi.33.nu.
14.vol.2.Gramma.inter ciuil.conſ.36. nu.5.
& cóſ.39.ſub nu.2.& conſ.50. num. 8. Dec.
cóſ.442.nu.5.in prin.vbi addit poſt Ange. ꝙ
ſunt interpretãda,ut probẽt.Rimi. cóſ.549.
1025 num.9.in fi.volu.3. † Et ideò non ſufficit
poſſibile eſſe, ꝙ teſtis deponit, niſi etiam ſit
1026 veriſimile,vt dicam in ſeq.concluſio. † Et
ꝙ dictum teſtis cum altero poſſit reduci ad
concordiam per ſubauditum intellectum,
probat Ang.conſ.275.col.3.in fi.
Veruntamen hæc concluſio adhuc nos relin-
quit ſub incerto, ꝑ ea,quæ ſuprà dixi in præ-
cedenti opinione, & ſententia, & etiam per
eam declarantur infinita exempla, quorum
aliqua ſubijciemus infrà. Pro hac tamẽ opi-
1027 nione videtur facere,† quia dicta teſtium
poſſunt impropriari, ut infrà dicam in 13.
exemplo.
1028 Tertia fuit opinio, & ſententia, † quod
diligẽs interpretatio teſtium,& reductio ad
concordiam debet eſſe probabilis, & conſo-
na veritati, aliàs non poteſt fieri conciliatio
extorquendo ſermones, ut reſpódit Ancha.
conſ.295.per totum, quem corruptè refert,
& ſequitur Feli.in d.c.cũ tu.nu.13. in princ.
1029 de teſti. † & loquitur Ancha. in teſtibus
deponentibus de poſſeſſione alicuius,qui tñ
eo tempore fuit abſens ut plurimùm,ꝙ non
poſſint accipi in ciuili poſſeſſione, nec in ea
ſaluari,etiam vt à falſitate ſaluẽtur, ut infrà
dicam in 16.exemplo,& dicam in 6. conclu-
ſio. id quod multũ repugnat cum 2. opinio-
1030 ne. † & in probationibus, ſed maximè in
teſtibus attendi debet, quod eſt veriſimile,
1031 Dec.conſ.100.col.pen. in fi. † Nec ſufficit
1032 teſtes poſſe concordari per poſſibile,† qa
ꝙ non eſt veriſimile, nó præſumitur verum,
niſi probetur,vt concludit Rimin.conſ.549.
1033 nu.6. vol.3. † loquens in teſte interroga-
to,an poſſit eſſe,ꝙ tale factũ ſit, & ꝙ ipſe non
intellexerit,&c.ꝙ etiã ſi dicat, ꝙ ſic, nó ideò
tamen infringitur eius dictum,niſi etiam il-
lud poſſibile ſit veriſimile. & probatur inter
conſi.matrimonia.conſ.49.num.39. ad fi. &
1034 poſui ſuprà in 3.q. in 20.exemplo. † non
enim ſufficit potentia, vbi requiritur actus,
vt in teſte deponente per poſſibile eſſe, Alcia.
conſ.314.nu.4.niſi reddat rationem conclu-
dentem,quia tunc illud poſſibile non præſu-
mitur,ita poſt Bal.per eum citatum, reſpó-
dit Cepha.conſ.233.nu.16.vol.2. Et hæc cõ-
ciliatio fieri põt etiam per verborũ impro-
prietatem,per Gramma. conſ.33. num.7. in
crimina.& ſuprà dixi in 3. q. ante primum
exemplum.
Quarta fuit opinio,quam ponit Ang.in l.item
1035 videndũ.in fi.princ.ff.de petit.hæred.†vbi
cóncludit, ꝙ licèt teſtes debeant benigna in-
terpretatione iuuari, tamen interpretatio
huiuſmodi debet eſſe cõgrua naturæ nego-
tij,l.item ſi vno. §.1.ff.locat. ſecundum Cyn.
& hanc probat etiam Felin. in d. c. cum tu.
ſub nu.13.in 4.nota.de teſti.dum concludit,
1036 † ꝙ vbi dubitatur de modo concordiæ,
debet ſumi illa concordia, & interpretatio,
quæ eſt magis veriſimilis, attenta communi
1037 accidentia facti,& nu.13.in 3.nota. † ad-
dit,ꝙ reductio,quæ fit ad cõcordiam, debet
1038 eſſe probabilis,& conſona veritati.†& in-
ſuper addit Ange. vbi ſuprà, ꝙ inepta inter-
pretatio nunquam eſt admittenda, l. itẽ ve-
1039 niunt§.aptanda.ff.eo.de petit.hæred.†&
ꝙ tunc dicitur inepta interpretatio, quãdo
nó ſeruatur ratio recti ſermonis, per l. Plau-
tius.ff.de aur. & argen. legat. Sed ſi iſta con-
cluſio vera eſſet, deſtruerentur quamplura
exempla, quæ infrà ponã, & inſuper pugnat
1040 cum 2.opinione. Pro iſta tamen†conclu-
ſione facit, quia interpretatio debet eſſe ve-
riſimilis,& non diſſona, ſecundum Io. And.
in c.cum ſint.de reg.iur.in 6.quem refert, &
ſequitur Felin.vbi ſuprà nu.1. quia interpre-
tatio nimis amara reprobatur à iure, l. ſi id,
ꝙ.§.ſi quis ſeruo.ff.de donat.inter vir.& vxo.
1041 † & debet eſſe talis,quę ſenſum loquentis
exponat,non autem perimat, c. cùm dilecti.
de accuſat.& Roma.conſ.301.nu.15. in fi. &
inſuper etiam hęc concluſio accipi debet ſe-
cundum ſeptimam,de quo infrà dicam.
1042 Alia,& quinta fuit opinio, † ꝙ interpre-
tatio debet eſſe congrua verbis teſtium, vt
ſingulares non reddantur, non tñ debet eſſe
cum ſuppletione aliqua,niſi tunc ad effectũ,
vt teſtis a falſitate ſeruetur:ità cóncludit Bal.
in l.de quibus.num.38.in fi.ff.de legi. qui ad
hoc citat d.c. cũ tu. quod tamen probat to-
tum contrarium iudicio meo. quia præter
id,ꝙ Papa nedũ non conciliat teſtes, ut eui-
tent periurium,ſed etiam ut probent, vt in-
frà dicemus in ſecundo membro, ſed etiam
ſupplet præſumendo, bis fuiſſe appellatum:
habemus etiam plura exépla, de quibus in-
frà, in qbus fit ſuppletio & iſta opinio mul-
tùm conuenit cum ſeptima. Idem tamen vi-
detur tenere idem Bal.in l. Lucius. in 1. lect.
1043 nu.6.ff.de infam. † dum concludit,ꝙ vbi
dicta teſtium ſic poſſunt variè accipi debẽt
intelligi in mitiorẽ ſenſum, vt ẽt ſuprà dixi.

1044 Et ratio iſtins † concluſionis pōt eſſe, qa
teſtis tantùm probat, quantum dicit, & non
plus, nec per teſtes colligitur probatum, niſi
quatenus in dictis eorū inuenitur, vt notat
Bal. in rub. ſub nu. 5. de controuer. inueſtit.
1045 Sexta fuit cōcluſio † Bal. in c. 1. §. Opizo-
ni. in fi. de pace Conſtan. vbi concludit, ꝙ in-
terpretatio congrua dicitur in teſtibus, quę
non eſt extranea, & extranea dicitur, & ſen-
ſus extraneus, qui nō benè ſonat in auribus
vulgi, & hæc ſententia plurimùm conuenit
cum tertia, ſed non recipitur à Doctoribus,
vt infrà dicam in 11. exemplo, tamen dictum
1046 Bal. videtur veriſſimum, † quia Doctores
paſſim tradunt hanc theoricā, ꝙ diſpoſitio,
& dicta teſtium ſemper ſunt intelligenda ſm
cōmunem populi intelligentiam, nō aūt ſm
iuriſperitorum ſubtilitatem, hęc ſunt verba
Roma. conſ. 301. nu. 14. in fi. vbi ad hoc plur.
concordan. citat. Et ratio eſt, vt ille ſubijcit
nu. 15. quia teſtes vt plurimùm ſunt idiotæ,
qui non habent notitiam ſubtilis interpre-
tationis, quæ datur à iure verbis; igitur ad
vulgarem intelligendi modum, & conſuetu-
1047 dinem ſunt verba ſolùm referenda, † & ad
hoc plura adducit cōtra nimiam ſubtilita-
tem, quę non placet iuſtis iudicibus, vt dicit
tex. in l. 1. C. de hæred. actio. & l. ſicut. §. ſi de-
bitori. ff. quibus modis pign. vel hippo. ſol-
uit. ibi, Hæ aūt ſubtilitates à iudicibus non
admittuntur, &c. & propter nimiam ſubti-
litatem plerumq; erratur, l. ſi ſeruus ſeruum.
§. ſequitur. ff. de verb. oblig. & per alia multa,
de quibus per eum, quem etiam ad aliud ꝓ-
poſitum refert, & ſequitur Felin. in d. c. cum
tu. nu. 13. in 3. notab. de teſti. vbi addit, ꝙ Ro
ma. ibi ponit multa, quæ ſeruiunt pro, & cō-
1048 tra, ſm facti contingentiā. Et qm † publi-
1049 cè intereſt falſitates, & delicta puniri, † ꝓ-
pterea, vbi agitur de publica vtilitate, ſubti-
les diſputādi rationes reijciuntur, l. ità vul-
1050 neratus. §. ità aūt. ff. ad leg. Aquil † Et ideò
teſtis deponens de poſſeſſione intelligi debet
de naturali, ideſt, de detentatione, quia aliàs
1051 poſſeſſio † quid ſit vix periti ſciunt, glo. in
l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq;. ff. de verb. obli.
& vbi oporteret eum intelligere loqui de ci-
uili poſſeſſione, non eſt audienda talis inter-
pretatio, vt ĩ dicam in 16. exēplo. & per iſtā
concluſionem corruerēt quamplura exem-
pla, de quibus infrà, quæ tñ videntur ꝓ Do-
ctores approbata. Et pro hac cōcluſione fa-
1052 cit, † quia ſimplicitas eſt amica legibus,
& veritati, Fede. de Sen. conſ. 120. veritatis
amiciſſima ſimplicitas. & ideò teſtis depo-
nēs de aliquo actu, putà, poſſeſſione, vel mor
te intelligi debet de naturali, non autem de
ciuili, Alexand. conſi. 2. in princip. uolu. 1. de
quo aliquid dixi ſuprà in 3. concluſio.
1053 Septima fuit etiam ſententia, † & opinio
Bal. in c. cum dilectus. nu. 18. de conſuet. ubi
concludit, ꝙ quando uerba teſtium ſunt cla
ra non ſunt aliquo modo gloſſanda: de quo
emeretur cõmuniter, & alter dicit, quòd ſit
cõe, non. n. conueniunt, Ang. conſi. 2 6. nu. 2.

1179 Trigeſimumoctauum exemplum ſit, † vbi
vnus teſtis inductus ad probandum contra-
ctum donationis factæ per A. Domino B. di
cit, quod A. dixit notario, Vis facere dona-
tionem omnium bonorum meorũ B? alter
verò dicit, quòd A. dixit notario, Scripula, &
ſis rogatus de inſtrumento donationis, quali-
ter ego dono talem poſſeſſionem tali, q non. n.
poſſunt cõcordari, ut patet de ſe, inquit Iaſ.
conſi. 151. col. 2. in fin. uol. 2.

1180 Trigeſimumnonum ſit exemplum, † ubi
vnus teſtis dicit, vidiſſe Titium ſemper poſſi-
dere per tale tempus putà decem annorum,
de quibus agitur, & alius dicit, quòd Titius
dicto tempore aliquando fuit abſens, tñ ſal-
uatur uterq;, quia primus intelligi debet in
uerbo Semper, i. plerumq; ut poſt alios coclu
dit Ripa in l. 1. nu. 107. ff. ſolut. matr. & ante
eum Bar. in l. quominus. nu. 11. ff. de flumi.
neq; enim uerba diſpoſitionũ ſunt iuridicè
intelligenda, ut ille ait. & faciunt aliqua, quę
ſupra dixi in 16. exemplo. & Ripa, vbi ſuprà,
applicat etiam duas alias ſaluationes, quæ
tamen non tenentur, & maximè illa, quæ ha-
bet, quòd teſtis poteſt intelligi de poſſeſſione
in habitu, licèt non in actu.

Alia etiam plura exempla videri poſſunt in 7. q.
& aliqua etiam habentur in quæſtio. præce-
denti in his, in quibus idem teſtis variè diuer
ſis temporibus depoſuit.

1181 Quid autem agendum ſit, † quando vnus
teſtis impugnat alium, & non ſunt concilia-
biles, dicam in ſeq. quæſt. in fin.

1182 Tranſeo modo ad quintã quæſtionẽ, † quę
eſt de pluribus teſtibus, pluribus etiam alijs
prima facie contradicentibus. Ǫ aṁ re ẽt
breuiter agendo, & retentis concluſionibus
præmiſſis in 3. & 4. quęſtio. quæ huic quoq;
quæſtioni non minus conueniunt, Alex. in l.
inter ſtipulantem. §. 1. col. 4. ff. de verbo. obli-
gat. dico pari ratione locum eſſe concordiæ
teſtium, vel probationum plurium, etiam vt
prou..., vt in teſtibus eſt caſus formalis in c.
* cum tu. de teſti. vbi.* omnes not. & poſt alios
in ſpecie Felin. col. 2. in 3. concluſio. Sed hæc
1183 quæſtio † tria habet membra. Primũ eſt,
vbi teſtes, ſeu probationes ſunt pares. Secun-
dum, ubi ſunt impares. Tertium ſit membrũ,
quid ſit agendum, quando plures teſtes in-
uicem ſe oppugnant.
1184 Circa primum procedunt, † quæ ſuprà di
xi, & conſentit Bal. in d. l. de quibus. nu. 18. in
fi. de legi. dummodò. ſi non agatur de inter-
pretatione ſuppletiua teſtium, ut ibi per eũ,
& ſuprà etiam tetigi; licèt hoc non probetur
1185 ſatis apertè in illo text. † niſi q Pontifex
inqt, q benigna interpretatione teſtes hinc
inde ſunt adiuuandi, ne periurij reatu notẽ-
tur, & hunc ſenſum etiam habuit Ange. eius
frater conſil. 275. col. 3. in fin. & apertè inter
conſilia matri. conſi. 9. nu. 395. in fi. & ſeq. ni
hilominus, quia Papa reſcindit ſentẽtiã, tan-
quam latam poſt appellationem, ſcilicet pri
mam iuxta aliquorum teſtium depoſitionẽ,
& ante ſecundam appellationem, ſecundum
interpretationem illam datur intelligi, q ſal
uatione ad effectum etiam probandi, quia
ſcilicet per teſtes appellantis probatum fuit
excommunicationem latã poſt appellatio-
nem, & probatio contraria eam nõ elidebat,
quia potuit bis appellari, nõ ſic autem in d.
conſi. 49. & ſic rectè Docto. intelligunt illum
tex. loqui, etiam vt probent. Et licèt pũctus
ſit dubius, ut inquit Alex. in d. conſi. 1. col. 4.
ad fi. tamen tenenda eſt hæc opinio, q ſaluẽ-
tur, ut probẽt, & reprobat Bal. vbi ſuprà. qui
tamen non meruit reprobari, quando neceſ
ſaria eſt interpretatio ſuppletiua, ideò non
meruit Bal. reprehẽdi ibi, nec in l. ſed & ſi poſ
ſeſſori. §. ſed & ſi rerum. ff. de iureiuran. quia
Bal. utrobiq; loquitur in manifeſta contra-
rietate teſtium, dum in d. §. ſed & ſi. inquit, q
ratione contrarietatis ſe inuicem collidunt,
1186 & ſic non probant, † quia probatio tunc
de neceſſitate non concludit, ex quo non cõ-
ſtat, quibus ſit credendum, data paritate, ut
etiam ſuprà diximus in pręceden. quęſtione,
non etiam puniuntur, ut ille ait, ſed excuſan
tur, quia non conſtat, quòd falſum dixerint,
1187 † & excuſatio ſufficit, quòd ſit probabilis
& ſic admittitur dicta interpretatio ſupple-
tiua. Vbi autem contrarietas non eſſet ma-
nifeſta, tunc eſt uera Docto. cõcluſio, quã ẽt
ipſe Bal. admittit, vbi ſuprà, & præſertim in
1188 d. §. † dicens cum Inno. quòd atteſtatio-
nes ſunt interpretandæ in mitiorem partẽ.
1189 † Et ubi teſtes ſunt apertè contrarij inui-
cem, & ſunt pares, vtiq; non poſſunt de falſo
puniri, quia ignotum eſt, qui falſi ſint, inquit
Bal. in l. duobus. §. fin. in princ. ff. de iureiurã.
& ſu-

& ſuprà etiam dixi in præcedenti quæſt. verſ.
1190 veruntamen hæc controuerſia. † vel niſi
aliquæ aliæ coniecturæ ſtent potius pro vna,
quàm pro alia parte, vt in caſu Ancha. conſi.
1191 385. † & ſic adhuc vbi eſt paritas proba-
tionum locum habet arbitrium iudicis, Fel.
1192 in d. c. cum tu. col. fin. † & data paritate
præualent teſtes rei, vel cauſæ promulgatæ,
Roma. conſi. 157. intelligendo tamen, vt ſu-
prà dixi in præcedenti quæſt. in fi.
1193 Et quòd teſtes † per vtranq; partem pro-
ducti, vbi ſunt pares inuicem, ſe collidant, la-
tè Grammat. uot. 26. nu. 14. & ſeq. niſi aliqua
diſparitas ſit inter eos, quia ſ. aliqui ſint di-
gniores, Alex. conſ. 236. nu. 2. uol. 6. imò tunc
ſtabitur minori parti, Riminal. conſ. 549. nu.
11. etiam ſi ab vna & eadẽ parte fuiſſent plu-
res producti, qui ſibi inuicem cõtradicerẽt;
ſtatur enim pluribus, & maiori parti, & in-
1194 ſuper † cęteris paribus, teſtes rei præuale-
re debent, Felin. in c. cum P. in fin. de accuſat.
Craue. conſ. 151. nu. 18. Hoſtiẽ. in c. in noſtra.
col. 2. in prin. de teſti. Niſi actor cauſam fauo-
rabilem tueatur, ut ibi per eum.
1195 Circa ſecundum membrum, † qñ ſunt in-
æquales, tunc multi tenent, quòd ſaluatio
omnium ſit facienda, vt euitent periurium,
qui ſunt numero pauciores, non tñ ut pro-
bent, quia ſtabitur pluribus, & dignioribus,
l. 3. §. 1. ff. de teſti. ità tenet gl. & Inno. in c. cùm
contingat. in verb. vtriuſq; partis. de offi. de-
lega. Inno. ibidem, Bar. in l. 2. §. penul. in fi. ff. ſi
certum petat. & ibidem Caſtren. Bal. in l. cõ-
ſtit. C. §. quibus. nu. 2. in fi. dicens cum Inno.
ꝙ teſtes ſunt ad concordiam reducendi, niſi
numerus, & teſtium qualitas præponderet.
& idem apertè tenet Bal. in l. Gallus. §. fin. ff.
de libe. & poſthu. dicens, quòd nunquam fit
concordia teſtium, quoad effectum proban-
di, ſi teſtes ſunt diſpares numero, vel dignita-
te, ſed tunc eſt recurrendum ad dictum §. pri-
mum d. l. 3. & ſuprà dixi in præceden. q. verſi.
poſſet & ſecũdò. & Imo. in d. l. inter ſtipulan-
tem. §. 1. inquit, ꝙ fortè propter auctoritatẽ
tot patrum ſeruaretur in practica hæc opi-
nio. Idem etiam probat Bal. in l. ſed & ſi poſ-
ſeſſori. §. ſed & ſi rerum. ff. de iureiuran. hanc
etiam partem tenet Iaſ. in d. §. penult. quòd
incipit creditum. num. 12. in fi. ubi enim præ-
ponderat numerus teſtium, uel qualitas eo-
rum, tunc illi præferendi ſunt, inquit Bal. vbi
ſuprà numero 2. in fin. in d. §. quibus. vel ni-
ſi aliquæ aliæ coniecturæ concurrant pro
vna parte magis, quàm pro altera, Ancha. cõ-
ſilio 385. Et idem eſſet dicendum, vbi quam-
plures teſtes eſſent, qui in ſumma uariarent,
tamen duo conuenirent, Anan. conſ. 76. col.
1. ad fi. ut ſuprà dixi in 2. q. Verum eſt, ꝙ iſto
vltimo caſu cœteri de falſo non punirentur,
nec etiam probarent, ſed ubi probatio una
præualet alteri, tunc debilior falſa reddere-
tur; & ità intelligi debent, quæ dixi ſuprà in
præcedenti q. in multis exemplis, & infrà di-
cam in 4. & 6. exemplo, & comprobantur ſu-
pradicta per Roma. d. conſi. 157.
1196 Contrarium tamen tenuerunt † But. &
Abb. in d. c. cum tu. & Imo. ubi ſupra, & Alex.
* in d. §. 1. vbi col. 4. teſtatur de * cõmuni poſt
plur. cõcordan. per eum citat. & idem quoq;
tenet in d. §. fi. num. 16. dicens, ꝙ ſi contraria
opinio uera eſſet, nunquàm erit locus redu-
ctioni ad concordiam teſtium, quia difficile
erit inuenire paritatem teſtium. id quod iu-
dicio meo (ſalua pace tanti viri) potiùs prę-
termitti, quia non eſt bona conſequentia,
concordia non põt fieri hoc caſu, ergò nun-
quam; ſunt enim alij multi caſus, in quibus
1197 poteſt fieri, ut ſuprà vidimus. † Et quod
fuit dictum de teſtibus, idem eſt in inſtru-
mentis, Felin. ubi ſuprà. Alex. in d. §. 1. & pro
iſta parte adducit Abb. in d. c. cum tu. nu. 3.
ad fin. c. cum Io. de fid. inſtrumen. ubi teſtes
erant inæquales, & tamen concordantur, ut
probent.
1198 Pro † concordia iſtarum opinionum cre-
diderim dicẽdum eſſe, ꝙ prima opinio pro-
cedat, quando ſumus in manifeſta contra-
rietate, aliàs procedat ſecunda opinio, & ſic
inquantùm ſtudeamus nedum teſtium, ſed
& Docto. concordiæ, ut etiam dixi in præce-
denti quæſt. in verſi. verũtamen hæc contro-
uerſia. quæ omnia hic rectè conueniunt.
1199 Secundo etiam dici poteſt, † ꝙ prima opi
nio, ꝙ. ſ. teſtes non reducantur ad cõcordiã,
vt probẽt, nõ habeat locum in teſtibus, qui
ab vtraq; parte eſſent producti, quorum ali-
qui eſſent diſpares, quia plures eſſent, vel di-
gniores pro una parte; quia tunc, vt dixi, fru-
ſtrà agitur de concordia teſtium, poſtquam
de iure ſtãdum eſt pluribus, & dignioribus,
ut declarat Iaſ. in d. §. creditum. nu. 12. ſecus
ergò, ſi omnes eſſent ab vna & eadem parte
inducti; neq; enim iſto caſu loquitur tex. in
d. c. cum tu. & ꝙ concordia fieri debeat in te-
ſtibus eiuſdem partis, Abb. in d. c. cũ tu. nu.
1200 4. in princ. de teſti. Verum eſt, † ꝙ eſt benè
conſiderandum, an dignioribus, an verò plu-
ribus ſit adhærendum per iudicem, ſm do-
ctrinã Abb. in c. in noſtra. de teſti. & Aret. in
conſi. 71. ſub nu. 3. loquens in duobus teſtib.
& eſt tex. apertus in d. c. in noſtra. de teſti. vbi
* * omnes not. & ſuprà etiam tetigi in præce-
denti quæſt. in fi. & in pluribus teſtibus Alex.
conſi. 5. num. 9. in fi. vol. 1. & latiùs conſil. 27.
num. 4. & ſeq. vol. 2. vbi concludit, ꝙ quando
teſtes hinc inde ſunt varij, quamuis ex vna
parte

parte ſint plures,tñ creditur paucioribus, ſi
magis veriſimilia deponunt,vel ſi ſint digniores. Verùtamen hæc coclusio periculoſa eſt,
1201 †quia etiam teſtibus inæqualibus productis ab eadem parte nullatenus eſt locus cōcordiæ,imò omnes nihil probant, ſed inuicē
ſe collidunt,licèt plures ſint pro vno dicto,q̄
pro alio, ità latè probat Grammat.in ciuili-
1202 bus conſi.154.nu.8.& ſeq. †Quod tñ dictum uerum non eſt, per Riminal. d. conſil.
549. numero 11.
1203 Tertio etiá dici poteſt, † quòd aut loquimur in modica uarietate, vel contrarietate,
aut in magna.& primo caſu procedat prima
1204 opinio, † quia modica varietas etiá ſubſtantialis non vitiat teſtes, vt cocludit Alex.
coſi.5.num.10.uol.1.& dixi etiam ſuprà in
3.q.in 6.exēplo,ut ſi vnus dicit de uno anno,
alius de alio anno,& die, de quo tamē latiùs
infrà dicam in 7.q. vbi hanc conciliabimus.
1205 Nunc ad quædam † pauca exempla tranſeamus, vltra ea, quæ in multis poſſunt hic
conuenire, quę poſui in præceden.q. Quorū
primum eſt poſitum in d. c. cum tu. de teſti.
ibi enim à quadam pronuncia iudicis fuerat
per partem grauatam appellatum, & agebatur de ſententia excommunicationis reſcindenda poſteà lata,& ſuper tempore dictæ excommunicationis fuerunt teſtes hinc inde
examinati,& teſtes unius partis dicebāt, excommunicationem fuiſſe latam ante appellationem,alij aut dicebant, fuiſſe latam poſt
appellationem,& Papa reſpōdit, q teſtes huiuſmodi poſſunt cōciliari, ut omnes uerum
dicant,primi.ſ.ante ſecundam appellationē,
ſecundi poſt primam,& propterea reſcindendam eſſe dictam ſententiam,ut ſic præſumatur bis fuiſſe appellatum pro ſaluãdis teſtib.
& etiam conſiderat hanc præſumptionē Fel.
ibidem col. 4. in princ. Sed de hoc tex. ſuprà
1206 ſatis fuit dictum. Et ad hoc etiam† poteſt
aliud ſimile exemplum applicari in teſtibus,
quorum aliqui dicebant ſtatuam fuiſſe dirutam,& aliqui negabāt; poſſunt enim ſaluari
omnes in diuerſis ſtatuis: ita bal.conſi. 492.
in 5. parte. Sed tunc cautela eſt, ut pars interrogetur, an vna fuerit ſolù appellatio interpoſita, & huiuſmodi, vt ſuprà diximus
in 2. quæſt. in 9. prædicamento. ad fi.
1207 Secundum eſt exemplum, † quod ponit
Ancha. conſil.385. in pluribus teſtibus hinc
inde receptis ſuper quadam renunciatione
beneficij facta per clericum, quorum aliqui
dicebant ea die, qua fuit facta dicta renunciatio,clericus erat ſanus,& quod eum viderunt ſanum, alij verò dicebant, q erat infirmus eadem die, & concludit, q inuigilãdo
ſaluationi teſtiū poſſunt interpretari,q omnes verum dicant.primi ſcilicet,quod in prima parte diei dictus clericus erat ſanus,alij
aūt in alia parte diei neq; enim inconuenit,
quòd quis certo tēpore ſit ſanus, & illinc ad
modicum tempus factus ſit infirmus, ut ibi
per eum,& ſic ſuccedit reſolutio facta ad mortuum ad ſanitatem,quòd ſecundi teſtes debent adiuuari ex multis alijs cōiecturis,quæ
ibi deducuntur, q eo modo, quo fuit facta
dicta renunciatio per procuratorem, clericus erat infirmus.
1208 Tertium pōt aſſignari exemplum,†ſi plures teſtes dicāt, aliquid factum ante bellum,
& totidem dicant, id factum poſt bellum: nā
concordantur, vt.ſ. primi intelligantur ante
bellum finitum, & alij poſt illud ceptū, & ſic
ſaluantur, ut euitent falſum, non autem ut
probent, Docto.maximè Bar.& Alex.in l.2.§.
1.ff.ſi cert. peta. & ſuprà etiam tetigi in præceden.q.in 11.exemplo.
1209 Quartum ſit exemplum† in pluribus teſtibus, quorum aliqui dixerunt tales fuiſſe
inſtitutos hæredes æqualiter, aliqui verò dicebant fuiſſe inſtitutos in partibus inæqualibus; quòd primi ſaluentur,intelligēdo eos
improprie loqui æqualiter,.ſ.eodem tempore, ut ex facto reſpondit Bar. ut ipſe refert in
l.ſi finita.§.ſi ante.in ff.de dam.infec. ſequitur Roma conſi.301.nu.7.de quo etiam memini in præceden.q.exemplo.22. Sic enim loquuntur in pluribus teſtibus,licet eadem ſit
ratio in duobus. Verum eſt, q iſti teſtes ſolū
ſaluantur,ut non puniantur, nō aūt ut probent, poſtquam uel probatio contraria potentior erat,vel ęqualis. & primo caſu res eſt
expedita contra iſtos, ſecundo caſu eſſemus
in q. tacta ſuprà in prin. huiuſce quæſtionis.
1210 Quintum ſit exemplum,†ſi duo teſtes dicant, q tu commiſiſti adulterium in tali loco, & tali die, uel hora, & duo alij dicunt, q
commiſiſti in alio loco, & alio die, uel hora,
ut concludit Abb.in d.c.cum tu.ſub num.2.
verſi.ex quo infertur,q ſi per alios teſtes,&c.
& de teſti. & ſuprà etiam tetigi in præceden.
quæſt. in 4. exemplo.
1211 Sextum ſit exemplū† poſitum per Roma.
d.conſi.301.nu.12.in pln.teſti.qui dicebant,
prout dicebat capitulum.ſ. talem poſſediſſe
per plures, & plures annos poſt mortem talis, & tamē contrarium apparebat,ſ.eum ſolùm poſſediſſe per aliquot mēſes tñ; neq;.n.
conciliari poſſunt,etiam vt à falſitate ſaluentur,poſito.ſ. q contraria probatio ſit magis
potens,ut dixi ſuprà in princ. in 1. exemplo,
alias Romani dictum eſſet periculoſum.
1212 Capio tertium membrum,† in quo videtur dicendū, quòd ſiue ſimus in cauſa ciuili,
ſiue in criminali ſemp habeat locū doctrina
Bar.

1226 ſtionem, † quæ dicatur contrarietas cir-
ca ſubſtantialia,& quæ non,vt ſciamus,quã-
tùm,& quando oporteat ſtudere concordiæ
teſtium,& probationum. quamuis.n. ſuprà
in 2.q.dixerimus,contrarietatem in teſtibus
circa illa duodecim prædicamẽta impedire
1227 conciliationem iſtam,† nõ ideò tamen ſe-
quitur, quin teſtes etiam non contrarij, ſed
aliunde falſi reijci debeãt, etiam ꝙ in aliquo
dictorum prædicamentorum nõ peccent, &
adhuc in illis peccatum eſſe poteſt, & tamen
ſuſtineri debeãt teſtes, ſeu etiam aliæ ſpecies
1228 probationum.Qua in re † ad cognoſcen-
dum, quæ dicantur, vel non varietates, ſeu
contrarietates conſiderabiles,& quoad præ-
iudicium teſtium reſpectu periurij,& falſita-
tis,necnon & reſpectu intereſſe partis,breui-
ter procedendo faciam plures concluſiones.
Quarum prima eſt,ꝙ diſcordia, ſeu contrarie-
tas teſtium,quæ eſt in effectu falſitas circa fa
ctũ principale, de quo agitur, vel circa ſub-
ſtantiã negotij principalis,illa eſt dubio pro-
cul abominabilis, & teſtib⁹, ac parti nociua,
l. qui ſentẽtiam.C.de pęn.l.qui falsò,aut va-
ria.ff.de teſti.gl.in c.cum eccleſia Sutrina. in
uerb.vacillaſſe. de cauſa poſſeſs.& proprie.&
in c. dudum. in uerb. ſubſtantia. de conuer.
coniugato.Inno.in c. fraternitatis.de hæret.
Bar.in l.eos.ff.de falſ.& plur.concordan.per
Ioan.de Ana.conſ.76.in princ.& ibidem Bo-
logni.in Appoſtilla.in princ. qui etiam mul-
1229 tos citat. Ancha.conſi.296.in fi.† dicens,
ꝙ ſi falſitas reperitur in dictis teſtium, quæ
concernat negotium principale,vel ſaltẽ eius
circunſtantias, ea eſt punibilis de falſo, per
d.l.eos.& Bal.in d.c.fraternitatis. idem aliun
dè probat Grãmat.deciſ.43.col.penul.Bero.
conſ.201.vol.3. Natta conſi.96.& circunſtã-
tiæ,& ſeu cohærentię ſunt locus,tẽpus,nomi
natio conteſtium, vt cõcludit Bal.in l.teſtiũ.
nu.12.& ſeq.C.de teſti.dicens etiam, ꝙ ſingu
laritas obſtatiua in teſtibus circa ſubſtãtia-
lia, uel circa huiuſmodi cohærentias reddit
teſtimonium inefficax,& teſtes puniuntur ẽt
de falſo.& licèt Bal.vbi ſuprà dicat, quòd co
hærentialia ſunt ſitus,locus,tempus, & con-
teſtes, tñ iudicio meo ſunt & alia, de quibus
in dictis duodecim prædicamentis, de qui-
bus in d.2.quæſt. & ille etiam ſubijcit nu.14.
in fi. dicens, quòd in his oibus prædicamen-
tis plerunq; teſtes incidunt in contrarieta-
tem, non ſolùm in ſingularitate, & vitiatur
totum dictum,& teſtificatio teſtis huiuſmo-
di,ratione iuramenti,quod eſt indiuiduum,
ſecundum Bal.in l.ſi ex falſis. nume.14.C. de
1230 tranſact.& dicã etiã in 9.declaratio.† Se-
cus autem,ſi teſtis falſum dixit ſuper imper-
tinentibus,& aduerſario non nociuis,ut per
Achill. Perſona.qui infinitos concordan. ci-
tat in tracta.de adipiſcen.poſſeſs.nume.130.
Et ibi addit idem eſſe, ſi extra capitulata de-
ponat, licèt ipſe non teneat id, quod dixi de
non præiudicio partis nu.131. & etiã ſuper
impertinẽtibus nu.133. ſed malè id probat.
1231 Sed punctus eſt ſcire, † quando id, ſuper
quo teſtis deponit,dicatur omnino imperti-
nens,necne.Qua in re breuiter Aret.in conſ.
71.col.1.ad fi.concludit, ꝙ illud non dicitur
impertinens, quod adiuuat principale nego
tium, puta, ſi agitur de teſtamento facto à
mente alienato,& teſtes ſuper apertione ocu
lorum ipſius varij, vel contrarij ſint: nam
non aperire oculos oſtendit maiorem men-
tis aggrauationem, vt ibi per eum, & conſil.
1232 60.num.2.in fi. & ſequen. † dum conclu-
dir, quòd teſtis ſuper teſtamento deponens
non dicitur falſus ſuper pertinentibus ad ne
gotium, puta, ſi dicat, quòd teſtator miſit
per notarium, quia ſiue miſerit, ſiue non,
propterea non impeditur probatio negotij
1233 principalis,qđ eſt teſtamẽti cõfectio.† Et
hæc cõcluſio intelligit de ſubſtantia negotij
principalis,ſuꝑ quo teſtis deponit,& fuit in-
duct⁹, Grãmat.deciſ.43.nu.5. & aliqua dicã
infra.Non aũt ſuper acceſſorijs, vt ibi per eũ.
1234 Declaratur aũt modò hæc concluſio,† vt
procedat, etiam ſi modica ſit contrarietas,
ut concludir Bal.in l.de quibus.in 1.lect.ſub
1235 num.38. ff.de legi.dicens,† quòd minima
differentia in teſtibus imaginem habet falſi-
tatis, ſiue contrarietatis.& apertiùs idẽ Bal.
in l.Lucius.in 1.lect.ſub nu.5.ff.de infam. di-
1236 cens,† quòd ſi teſtis plenè factum non di-
cit,eius dictũ non valet.Quod puto,ſi ſciens,
& interrogatus non deponat de toto, aliàs
1237 ſecus. Et quòd ideo † ſi quid de ſubſtan-
tialibus deeſt totum dictum teſris corruit.
1238 † & facit ratio iuramenti quod eſt quid
* indiuiſibile,ut ſuprà dixi; & eſt * communis
opinio,de qua per Boſs.tit.de falſ.nu.147.&
1239 nu. 159.& † ideò falſus in uno, eſt falſus
in cæteris, ut ibi per eum, poſt alios,de qui-
bus ibi.hanc etiam partem clarè probat Fe-
lin.in c.cum tn.nu.1.de teſri. Neuiza.cõſ.46.
1240 nu.7.† & ubi teſtis in aliquo reprobatur,
in cęteris ſibi non creditur, Dec. conſil.105.
* col. antepenul. in fin. ubi teſtatur de * com-
muni,Alex.conſil.45.nu.6.uol.2.& conſ.183.
* nu.3.uol.7.& eſt * cõmunis opinio,Alex.cõſi.
1241 27.nu.3.uol.2.†& iõ teſtis in parte nõ põt
apꝓbari,& in ꝑte nõ,ſed in parte reprobat⁹,
in totũ reprobat⁹ eſt,Card.in Clem.1.in fi.de
1242 teſti.† & iterũ illud dictũ de teſte nõ depo
nẽte de toto facto plenè ĩtelligit̃ ſolũ in ſub-
ſtãtialib. Iaſ.poſt alios per eũ citatos, in l. 2.
nu.16.C.de bono.poſ.ſm tab.Et pro iſta par

te addnco ẽt Alex.d.cõſ.45.col.2.nu.6. vol.2.
dicẽtẽ, ꝙ ſi teſtis in aliquo de ſubſtãtialibus
dixit falſum teſtimoniũ, redditur totũ nullũ,
põderãdo uerbũ Totũ, & illud verbũ In ali-
quo, quo quidẽ verbo vtitur ẽt Alex.cõſ.183.
nu.3.in prin.uol.7. & fuit originale dictũ In-
no.in c.fraternitatis. de hæret. ꝙ dictũ teſtis
in aliquo ſubſtãtiali falſum, totũ corruit. &
probat ẽt Aret.conſ.71.col.1. circa med. vbi
1243 * cõcordan.citat, & teſtatur de * cõi.† & ꝙ
dixi de teſte, qui non dicit plenè factũ, ꝙ di-
catur falſus, quia tacet veritatẽ, eſt verũ, qñ
ipſe ſcit totũ, & tacet aliquid, ut ſ̄ dixi, & te-
net idẽ Bal.in l.presbyteri.nu.3.C.de epiſc.&
cler.& Bal.vbi ſ̄ refert, & ſequitur Iaſ. conſi.
151.col.1.in fi.volu.2.& ꝙ teſtis ſalſus in vno
tangẽte negotium principale, vel eius cohę-
rentias, & circunſtantias, dicatur in totũ fal
ſus, reſpõdit Bal.conſ.286.nu.4 in 2.par. vbi
ẽt citat c.defleat.de reg.in. Et ꝙ teſtis in vno
ẽt minimo ſalſus in totũ dicatur falſus, con-
cordan.per Achill.Perſona.in tracta.de adi-
* piſcen.poſſeſſ.num.129.vbi etiam de * com-
muni, quia iuramentum eſt indiuiduum.
1244 Contrariũ tñ † apertè voluerunt cœteri,
& præſertim Anto.de But.in c.2. de iureiur.
per glo.ibi.Roma.d.conſ.301.col.1.ad fi. lo-
quens in modico tpe, & hmoi, Alex.cõſ.186.
ſub nu.4.uol.7.Dec.cõſ.100.ſub nu.4. col.3.
in fi.& cõſ.342.nu.6.Alex.cõſ.5.nu.10.uol.1.
& ſuprà dixi in 5.q.in 3.cõcluſio.vbi de duo-
bus teſtibus, quorum unus dicit de uno an-
no, alius de alio anno, & die, Bolognin.ad Io.
de Auan.conſ.76.nu.4.per But.ubi ſ̄, Gram
mat.deciſ.43.nu.6. & ante eos Iaſ. in l. 1. nu.
17.C.de fm tab. ubi ponderat hanc contra-
rietatem ex d.Bald.in d. l. de quibus. & dicit
nõ poſſe ſaluari, niſi dicamus, ꝙ Bald.utitur
uerbo imagine falſitatis. Sed hæc ſolutio nõ
* eſt bona, ex dicto Archid. * cõiter approbato i
c.in memoriã.diſtinc.19.vbi voluit, ſuſpicio
nẽ falſi haberi pro ſalſitate, ſaltem in ſimili-
bus, vt aliàs dixi. pro iſta tñ parte Iaſ. ubi ſ̄
plu.cõcordã.citat, ſ.But.ubi ſ̄, & Alex.i mul-
1285 tis cõſilijs. † Et ꝙ modica cõtrarietas nõ
ſaciat, quin teſtes fidẽ ſaciãt, Alex. cõſ.5. nu.
x.uol.1.Rolan.conſ.33.nu.7.uol.2. Grãmat.
inter ciuilia conſ.36.nu.4.& eſt ſingulare di-
ctũ, ut teſtatur ipſe conſ.39. nu.6. & conſ. 50.
nu.30.idẽq; probat Rimi. conſ.549. nu.9. &
1246 ideò † ſi vnus teſtis dicit talem actũ fuiſſe
de tali anno, & mẽſe, & tali hora noctis, licèt
alij in hora nõ conueniant, uel diſſidẽt, tñ p-
1247 bãt, Menoch.cõſ.29.in fi. & ꝙ modica † va
rietas, vel contrarietas ẽt ſubſtantialis non
attendatur, Rimi.conſ.549.nu.9.vol.3. Et ꝙ
modica varietas, vel cõtrarietas nõ inficiat
teſtes, Gabriel.conſ.55.nu.4. Et illud dictum
But. pro ſingulari notatur p Grãma.cõſ.33.
nu.12.& ibi ad h.citat Alex.cõſ.5. vol. 1. ubi
poſt But.nu.10.expreſſe hanc tenet. & hanc
concluſionẽ in teſte cõtrario, vel vario in ſe
ipſo ſ̄ ẽt probaui in 5.q.in 6.exemplo.& pro
iſta parte ſtat ẽt Iaſ.qui cõcordan. citat in l.
ſciẽdũ.in prin.nu.18. ff. q ſatiſdare cogãtur.
1248 Scdò declaratur ſupradicta cõcluſio, † ut
non habeat locũ, ubi teſtificatio eſt nulla, ità
cõcludit Natta coſ.56.nu.7.& dicitur nulla,
qñ ſine iuramẽto, uel partis citatione, Rom.
cõſ.482.ſecus ĩ declaratiõe, Doc. ibidẽ nu.8.
Sed in cõtrarium eſt veritas, ubi teſtimonium
dictorũ teſtium habet figurã teſtimonij, etiã
ſi iuramentũ fuiſſet nulliter præſtitũ, ut poſt
multos concordan.per eum citat. reſpondit
Hippo.cõſ.70.nu.13.& plur.ſeq.quia in pœ-
nalibus nullitas actus non eximit à pœna.
1249 Tertio declaratur, † ut procedat etiam in
materia inſtrumentorum, Bal. in d.l.ſi ex ſal
ſis.no.14.C.de tranſac. & ita reſpondit Hip-
po.conſ.70.nu.6.ubi plu.citat.
1250 Quartò declaratur hæc cõcluſio, † ut p-
cedat, etiam ſi teſtis non iuratus depoſuerit
contraria, uaria, uel falſa, quia adhuc non
probat, & punitur de falſo, Clar.in §.falſum.
verſi.tu ſcis, &c.
1251 Quintò declarat̃ ſupradicta cõcluſio, † ut
habeat locum, ubi etiam dictum teſtis non
præiudicat parti aduerſæ; nam ſufficit, ꝙ po
tuerit afferre aliquod præiudicium; nec re-
fert, ꝙ conatus non habuerit effectum, ità
reſpondit Hippo.conſ.70.nu.13.& ſeq.
1252 Quod tñ ſic eſt accipiendum, † ut ſaltem
pœna ordinaria nõ ſit puniẽdus teſtis, Clar.
in §.falſum.uerſ.tu ſcis. in fi. Et ita debet in-
telligi Bero.conſ.189.nu.14.uol.3. dum cõ-
cludit, ꝙ mendacium neminem lædens eſt
nugatorium, & nullam pœnam meretur.
1253 Sextò declaratur, † ut nõ procedat ſupra-
dicta cõluſio, ubi p errorẽ teſtis peccauit in
aliquo ex ſubſtantialibus, uel pertinentibus
ad ea; tunc enim non dicitur periurus, l.nec
exemplum.C.de falſ.ità concludit Bal. in l.ſi
ex falſis inſtrumentis.in fin.C.de tranſac. In
1254 periurio enim dolus requiritur, † & dolus
excluditur ab errore, Craue.conſ.65.nu.9.&
ſeq.& in teſte, q aliquid dixit falſum per erro
rem, Alex.conſi.190.nu. 8. uol.7. imò etiam
ſi dolo, dummodò non in ſubſtantialibus,
Grammat.d.conſi.36.in ciuil.
1255 Sed hæc opinio non tenetur, † quia con-
trarium apertè rñdit Alex.conſil.88. nu.19.
uol.5.& conſ.134.nu.9.volu.2. Et ratio eſt in
1256 promptu, ut ille ait, † quia teſtis nõ debet
deponere, & teſtificare, niſi de his, quæ ipſe
nouit, & in hoc non poteſt pretendere igno-
rantiam. qui tamen non aduertit ad d. Bal.
deciſio-

deciſionem, nec de ea mentionem facit. Reperio tamen, ꝙ apertè Are. damnat Bal. vbi ſupra, Aret. conſ. 71. nu. 1. & citat etiam Spec. hoc idem tenentem, cum temperaméto tamé, niſi dictum teſtis probetur per errorem dictum, & ſic errorem probare oportet, qui de facili poſſet probari eo ipſo, ꝙ eſſet factú de longinquo, etiam ſi factum eſſet propriú, uel eſſet factum actus, in quo ipſe non interfuit. & ità debet intelligi Hippo. conſ. 77. nu. 15. & plur. ſeq. loquens in notario rogato de certo inſtrumento iam duobus annis, q fuit examinatus de ſubſtantia illius inſtruméti, & retulit rem aliter ſe habere, quàm ſe haberet, & concludit ipſum poſſe ſaluari, quia ratione lapſus dicti t pis, & ét minus credidit dicere veritatem, & rem ità ſe habere, & ꝙ de
1257 hoc ſtandum eſt eius iuraméto † Et ideò ſi teſtes, quibus lectum fuit teſtamétum dicunt, ꝙ fuit factum illa die, q ià dicit inſtrumentú, & tñ contrariú probatur, ꝙ fuit alia die, tñ talis error excuſatur tú propter obliuioné, q facilè p̄ſumitur in t pe, tú ét propter notarij auctoritaté, vt rñdit Craue. conſ. 65. nu. 9. & ſeq. & ét dixi ſ̃ in 9. p̄dicamento, q. 2.
Septimò declaratur ſupradicta concluſio,
1258 † vt procedat in vera cótrarietate, & falſitate, ſecus in ſuſpicione falſitatis, quia illa ſolum uitiat illud caput, ſuper quo emanauit: ità concludit Bald. in l. ſi ex falſis inſtrumentis. nu. 14. C. de tranſac.
1259 Octauò declarat ſupradicta cõcluſio, † ut falſitas huioi noceat teſti, & parti in illa cauſa, ſed no in cæteris, ut uoluit in effectu Bal.
1260 in d. l. ſi ex falſis. in ñ. Sic etiá cõfeſſio † facta in vno iudicio non facit ſidé in alio, maximè ad alium ſinem: Roma. conſ. 3. nu. 5. Berto. conſ. 201. ſub nu. 34. vol. 3. Sed certè teſtis
1261 † ſemel periurus, & ſic infamis ſemper repellitur à teſtimonio, quia ſemel malus, &c. vt latè p̄bat Hippo. conſ. 78. nu. 12. & plu. ſeq.
1262 Nono declarat ſupradicta cõcluſio, † vt vera ſit, ꝙ etiam ſi ſententia lata ſit vigore dictarum atteſtationum, ipſo iure ſit nulla, funditus falſitate detecta, ita reſpodit Hippo. d. conſ. 70 col. 1. nu. 27. & ſeq.
1263 Decimo declarat ſupradicta cócluſio, † vt p̄cedat, nedum ſi falſitas ſit in ipſo negotio principali, ſed ét, ſi ſit circa circúſtátias, cohærétias, aut alia ptinétia, vt ſ̃ tetigi in 1. cócluſio. & cõprobat Bal. in vna Placen. Caſtrinom, conſ. 286. nu. 3. in ñ. & ſeq. 2. par. loquẽs i falſitate circa vná cohæréciá, ſeu cõtiné rei. de qua agebat, ut ĩ dicá in 40. exéplo. Et ra-
1264 tio eſt, † q a teſtis iurat dicere veritaté ſup capitulo, & eius circúſtátijs, &c. ut ibi p eú, & ĩ dicá in ſeq. concluſio. in 2. declaratio.
Super exemplis autem illius concluſionis non eſt diu... immorandum, quia ea patent ex illis duodecim prędicamentis, de quibus in 2. q. & etiam ſupra diximus, & etiam apparebit ex exéplis, quæ ſubijciam in ſeq. cócluſio.
1265 Vndecimò declaratur, † ut dicta cócluſio non procedat, quando dictum teſtis ex parte uernm eſt, Gráma. uot. 26. nu. 6. & ſeq.
1265 Duodecimo declarat, † ut no p̄cedat ſupradicta cócluſio, qñ teſtis dictu pot aliqua interpretatione ſaluari, Gráma. ubi ſ̃ nu. 9.
1267 Scd̃a eſt cócluſio, † ꝙ teſtes varij, vel contrarij circa extrinſeca, ſeu acceſſoria, & ſup alijs appéditijs ad illud nó ſunt culpãdi i aliquo, ét ut probét, ut i ſpecie tenet Bologni. ad Io. de Anan. d. cóſ. 76. in prin. Gráma. ubi ſ̃ d. deciſ. 43. nu. 1. Natta d. cóſ. 96. poſt Bal. i
1268 l. teſtiú. nu. 11. & 16. C. de teſti. † ubi cóſtituit quatuor ſpẽs interrogationú, quę ſiunt teſtibus, aliqua. n. ptinét ad ſubſtãtialia, aliqua ad acceſſoria, de qbus fuit dictú in præceden. cócluſio. aliqua aũt, quæ ſiũt ad cautelá, qñ. ſ. teſtis eſt ſuſpectus, ut pulchrè per But. in c. cú cauſam. ſub nu. 22. de teſti. & aliqua inutilia, de quibus in ſeq. cócluſio. in his ergò extrinſecis, quæ in effectu ſunt ea, quæ ſiunt ét ad cautela, putà, de veſtibus, de aere, & ſimilibus, vt inq̃t Bald. ubi ſ̃, ſi teſtes varij, & cótrarij reperiantur, nó vitiátur eorú depoſitiones. Et ratio eſt, ſm ipſum; q a ad hoc non fuerunt inducti, nec iurati, & ideò non poſſunt dici periuri, & coſeq uéter ualet co-
1269 rú teſtimoniú. † ité q a non debuerunt ſuper his interrogari, ideò iudicis factum contrariú nó pręiudicat parti. Et iſtud eſt, ꝙ exclamat quotidie aduocati i palatijs pro defenſione teſtium, ut inquit Saly. in l. ſi ex falſis. col. pen. C. de tranſac. ꝙ falſitas, quę nó tágit negotiũ principale, non facit, ꝙ dicta teſtiú reprobétur. refert ét poſt plur. p eũ concordan. citatos, Grámat. deciſ. 60. nu. 13. & cóſ. 33. nu. 11. in crimina. & hanc cócluſioné probat Dec. cóſ. 100. nu. 4. ubi plura adducit, & ſ̃ ét dixi in 3. q. in 6. exéplo. Hanc concluſioné ét probat Bal. in l. Lucius. in 1. lect.
1270 nu. 5. in ñ. ff. de inſam. † Et ratio eſt, ꝙ attendi debet, quod principaliter agitur, vt ſu
1271 prà dixi in præceden. q. † Et quia iuramétú ſimpliciter p teſté præſtitú debet referri ad negotium principale, non autem ad impertinentia, vel extranea, vt late probat, tenendo hanc concluſionem, Soci. iun. conſil. 31. nume. 28. uolum. 2. citando maxime Bal. in l. penult. incipit, ſi ex falſis. in ñ. C. de tranſact. verum eſt, quod Bal. ſimiliter loquitur in pertinétibus ad negotium principale, ut falſitas noceat, & contrarietas, ſecus in omninò impertinentibus, de quibus in ſequen. concluſio. dicetur, quæ ſunt quid diuerſum

à præſenti concluſione, ut etiam ſuprà dixi.
1272 Nihilominus Salic. ibidem, † concludit,
quòd falſitas, ſeu contrarietas, quæ non tan
git negotium principale, non facit, quòd di-
cta teſtium reprobentur, & quòd illud eſt,
quod quotidie exclamant aduocati in pra-
ctica ad ſuſtinendum teſtes, & eos refert, &
ſequitur Dec. conſilio 100. nu. 4. ubi etiam
ad hoc citat Inno. Ana. & Alexan. de quibus
per eum, & in ſpecie etiam referendo Saly. ut
ſuprà, & Bal. & Dec. vbi ſuprà, Grat. conſil.
23. nume. 5. volum. 2. & plur. Soc. iun. vbi ſu-
prà, & probat Natta d. conſi. 96. colum. 2. di-
cens poſt Iaſ. ubi ſupra, quòd licèt teſtis mẽ
dax ſit, non tamen periurus, aut falſus. &
quòd teſtes non dicantur varij, nec repro-
bentur, ſi concordant in facto principali, li-
* cèt diſcordent in alijs, teſtatur de * communi
ni Iaſ. in l. 2. ſub nu. 16. C. de ſecundum tab.
& refert, & ſequitur Soci. iun. conſ. 102. num.
6. uolum. 3. hanc etiam partem tenet Bero.
* conſ. 101. colum. pen. vol. 3. & de * communi
teſtatur Clar. in §. fin. q. 53. verſi. ſcias tamen.
dicens, quod teſtis falſum deponẽs circa ex-
trinſeca negotio principali non dicitur fal-
ſus, neq; uitiatur eius depoſitio, ſecundum
communem, & quod ſufficit eos eſſe concor
des in facto principali, licèt ſint varij, vel con
trarij in acceſſorijs, ſecundum communem.
Et quod teſtis dicẽs falſum circa aliquas de-
monſtrationes, vel circunſtantias, tunc non
repellatur eius teſtimonium, tenet etiã Hip-
po. in l. eos. num. 17. ff. de falſis. & quod varie-
tas circa penitus extrinſeca non infringat di
cta teſtium, Alexand. conſi. 5. num. 10. vol. 1.
Et quod falſitas ſuper acceſſorijs non ſit pu-
nibilis, Grammat. deciſ. 60. num. 16. & quòd
falſitas, uel contrarietas, quæ non eſt circa
ſubſtantialia, non ſit in conſideratione, con-
cordan. citat Rimin. conſi. 56. num. 10. vol. 1.
idem probat Ruin. conſ. 36. uol. 4. nume. 2. &
ſeq. concludens poſt Docto. per eum relatos,
quòd varietas teſtium, uel falſitas, quæ non
eſt in negotio principali, vel eius qualitatib.
non uitiat depoſitionem teſtium; imò eſt
regula indubitata in iure, quòd uarietas, uel
falſitas teſtium in his, quæ non ſunt circa
ſubſtantialia facti principalis, de quo quæ-
ritur, non nocet, inquit Riminal. conſil. 44.
num. 6. uol. 1. vbi plu. concordan. citat.
1273 Hinc ſurrexit practica, † quod ſi quis in-
terrogetur, an uelit uti teſtibus per eũ pro-
ductis, ſi reſponderit, uelle, & reperiantur di
xiſſe mendacium circa aliqua extranea, non
ideò tamen incurrit aliquod periculũ, Boſs.
tit. de fal. nume. 119. & ita fuit obſeruatum
in caſu Grammat. vbi ſuprà. Et hãc partem,
quòd ſufficit teſtes eſſe concordes in ſubſtan
tialib⁹, licèt ſint uarij, vel cõtrarij in aliqui-
bus alijs, quæ narratiuè dixerunt, reſpondit
Grammat. in ciui. conſ. 36. nu. 2. vbi plu. con-
cordan. citat. Et pro iſta parte, & concluſio-
* ne ſtat * communis ſententia, ut teſtatur idẽ
Grammat. conſ. 50. num. 28. & ſeq. Et ratio
1274 † iſtius concluſionis eſt, quia attendi de-
bet id, qđ principaliter agitur, l. ſi quis nec
cauſam. ff. ſi cert. petat. & etiam reſpondit
Hippo. conſ. 70. in princ. Et quòd teſtis depo
nens falſum ſuper omninò impertinentibus
ad cauſam non repellatur in cęteris, reſpon-
dit poſt Bar. & Bal. per eum citatos, Aret. cõ
ſil. 60. nu. 4. Alex. ſtatim citandus, & concord.
per Grammat. deciſ. 60. nu. 17. Rui. conſi. 41.
nu. 2. uol. 4. loquens in teſtibus deponẽtibus
falſa etiam ſuper non pertinentibus ad cau-
ſam, & quia inducti fuerant ad probandum
mutuum factum per Seium Caio, ut unus
depoſuit de ſolutione facta per eũ per d. Caio.
Et illud, quod quando varietas, uel contrarie-
tas non eſt circa ſubſtantialia negotij princi
palis, non noceat, fuit dictum Inno. in c. fra-
ternitatis. de heręt. & concordan. per Alexã.
conſ. 5. nu. 10. uol. 1. & hoc, vt ſæpe fuit dictũ,
quotidie exclamãt aduocati, Grammat. ubi
ſupra, & plu. concordan. per Achill. Perſona.
in tracta. de adipiſcen. poſſeſs. ſub num. 130.
quamuis ipſe non ſtet cum hac cõcluſione,
* tamen ea cõcluſio * communis eſt, ut firmat
Clar. in §. fin. q. 53. verſ. ſcias tamen, quod hęc
concluſio intelligenda eſt, ut procedat, quã-
do teſtis falſum depoſuit circa factum prin-
cipale, vel qualitates ſubſtãtiales. ſecus ſi cir-
ca alia extrinſeca, quia eo caſu non dicitur
1275 falſus, nec uitiatur eius depoſitio. † & Boſ.
in tit. de falſ. nu. 147. & ſeq. ubi ſic declarat re
gulam, quæ habet, quòd falſus in uno eſt fal-
ſus in omnibus.
1276 Contrarium uidetur † dicendum ratione
iuramenti, quod, ut etiã ſupra dixi, eſt quid
indiuiſibile, de quo dixi in 1. concluſio. in 1.
declarat. & in terminis, quòd falſitas cõmiſ-
ſa ſuper extrinſecis, & à facto principali depẽ
dentibus, inficiat dictum teſtis, ut non pro-
bet, & quòd etiam ſit punibilis, ſaltem pęna
extraordinaria criminis ſtellionat⁹, & uitiet
dictum teſtis, & eius depoſitionem totã, te-
1277 nuit Iaco. But. in l. Lucius. ff. de infam. † di
cens, ꝙ teſtis interrogatus ſuper generalib.
an ſit affinis, uel coniũcta perſona partis ꝓ-
ducentis, reſpondit, ꝙ non, licet in effectu cõ
trariũ uerũ eſſet, quia erat affinis ualdè remo
tus tali affinitate, quæ non repellit teſtem,
quod nihilominus eſt puniendus extraordi-
nariè tanquam falſus, ſeu tãquam mendax,
& periurus: & commendat plurimum illud
dictum Ang. ibidem §. 1. num. 1. & conſi. 194.
& plur.

& plur. concordan. citat Iaſ. in l. 2. num. 16.
in ti. C. de ſecundum tab. & in l. ſi duo. §. idem
Iulianus. in fin. ff. de iureiuran. & hanc eſſe
* * communem opinionem, teſtatur Hippol.
conſi. 30. ſub num. 11. verſi. præterea quòd di
cta accuſario procedat. & ſequitur Clar. in
§. falſum. Et profectò mirum eſt, quòd iſti
patres dicant vtrunque, maximè Iaſ. vbi ſu-
prà, & alij, vbi ſuprà, & etiam in ſpecie Hip-
po. in l. cos. num. 28. ff. de falſis. quòd ſcilicet
dictum teſtis falſum ſuper non ſubſtantiali-
bus non reprobetur, tamen quòd punietur
pœna extraordinaria tanquam mēdax; hæc
enim non ſtant ſimul, quòd nō reprobetur,
& quòd puniatur. Nec refert, quòd non di-
catur iuratus ſuper iſtis acceſſorijs, & extrin
ſecis à facto principali, quia etiam teſtis iu-
ratus, præter id, quòd non probat plenè,
Craue. conſi. 138. in fi. ſi tamen falſum dixit,
poteſt puniri de falſo, vt ſuprà dixi in præce-
den. concluſio. in 4. declarat. Exemplum ta-
men Iaco. ſiue ſit Iaco. de Are. qui tamen in
meo libro non dicit hoc, ſiue Iaco. Butriga.
quem tamen non habeo ſuper ff. veteri, di-
uerſimodè refertur per dictos moder. ubi ſu
prà, & Ang. conſil. 154. num. 2. vbi ſuprà in d.
l. Lucius. §. 1. num. 3: refert Iaco. dicentē ali-
ter, ſcilicet, quòd dictum teſtis falſum ſuper
appenditijs, putà, quia negauit, ſe eſſe affi-
nem, vel conſanguineum producentis te-
ſtem, prout tamen eſt, quòd dicatur men-
dax, ſed non falſus, & ſic puniri debet pœna
extraordinaria, non pœna falſi ordinaria;
non autem refert, quòd Iaco. dixerit, teſtem
ſe attinentem à longè, & ſic præſupponit Ia-
1278 cob. † ſecundum quòd refert Ang. quòd
an teſtis ſit coniunctus, uel affinis producen
tis, non pertineat ad principale negotium,
ſed ſit de appenditijs tamen periculoſum vi-
detur, vt infrà dicam in ſecundo exemplo,
vbi etiam de teſte falſo ſuper generalibus. Et
pro iſta parte facit Hippo. d. conſilio 70. ſub
numero 9. dum refert exemplum teſtium Di
uæ Suſannæ, qui fuerunt interrogati ſuper
extraneis à negotio principali, & tamen fue-
runt de falſo puniti omnes. Sed certè ibi era-
mus in cohærentibus, & circunſtantijs ne-
gotij principalis, Bal. in l. teſtium. numero
13. C. de teſti. de quibus ſuprà dixi in prima
concluſio. Et illud dictum Iacob. Butriga.
quòd dictum teſtis eo caſu non valeat, &
etiam puniatur, vt ſuprà dixi, probat Felin.
in c. de teſtibus. columna 2. in 3. declaratio.
de teſti. Et ſi quis velit tenere hanc partem,
facilè poteſt reſponderi illi rationi in con-
trarium allegatæ, quòd iuramentum teſtis
non ſe extendit ad iſta extranea. Quoniam
1279 contrarium eſt verius: † quia præter id,
quod in dubio teſtis cenſetur iuraſſe ſuper
tota cauſa, niſi eius iuramentum ſit reſtri-
1280 ctum, † conſtat etiam, quòd ſi ſimplici-
ter iurauit cenſetur iuraſſe non ſolùm ſuper
negotio principali, ſed etiam ſuper omnibus
connexis, & contingentibus ipſum negotiū,
ut poſt Bal. & concordan. per eum citatos,
concludit Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. idem Iu-
lianus. numero 30. ff. de iureiuran. & com-
probat Grammat. inter ciuil. conſilio 39. &
1281 plur. ſeq. vbi concludit, † quòd teſtis iu-
ratus in cauſa debet dicere omnia, quæ ipſe
ſcit ad cauſam quoquomodo pertinentia,
etiam ſi ſint extra capitulata, etiam ſi fuerit
ſimpliciter productus ſuper capitulis, etiam
ſi illud ſit de circunſtantijs, vel de appendi-
tijs, quia omnia iſta dicuntur pertinentia;
verbi gratia, ſi cauſa erat poſſeſſoria, & de-
ponit etiam ſuper petitorio, ut per Felin. in
c. de teſtibus. colum. 2. in princip. de teſti.
Idem quoque dixit Achill. Perſona. in tract.
de adipiſcen. poſſeſſio. nume. 132. in naria-
tione, vel falſitate circa acceſſoria, & nu. 133.
Sed ipſe loquitur in terminis ſecundæ decla-
ratio. de qua infrà. Et quòd teſtis periurus,
1282 † ſeu falſus circa acceſſoria ſit ſaltem cri-
mine ſtellionatus puniendus, probat Clar.
in §. falſum. verſi. ſed quid ſi teſtis non depo-
ſuit falſum circa factum principale, &c. &
latè hanc partem probat etiam Menoch. de
quæſt. arbitrar. caſu 307. vbi declarat illud
dictum Ang. vbi ſuprà. & de teſte, qui depo-
ſuit falſum ſuper generalibus, Boſſ. titu. de
falſ. nu. 148. Et hæc concluſio procedit, ſiue
ſcienter, ſiue incidenter teſtis ſit varius, aut
falſus, ut ibi per eum. 147.
1283 Tenendo tamen primam partem, † quæ
* * videtur magis * * communis, declaratur pri-
mò hæc concluſio, ut procedat, etiam ſi ſciē-
ter falſum dixerit, ſecundum Ant. de But.
in c. cùm cauſam. in fi. de teſti. quem refert,
& ſequitur Iaſ. in d. l. 2. colum. penult. circa
princip. C. de ſecundum tab. Grammat. d.
deciſ. 43. nume. 3. Rolan. conſi. 32. nume. 5.
vol. 2. loquentes in falſitate dicta per teſtem,
quæ non tangit ſubſtantiam, uel circunſtan
tias negotij principalis, & ante eum Gram-
mat. in ciuil. conſi. 36. num. 3.
1284 Secundò declaratur, † ut procedat dictū
Butriga. Ang. & ſequacium, quando men-
dacium eſt ſuper acceſſorio, quod non mo-
ueret iudicem ad non præſtandum ei fidem,
ſecus ſi debilitaret eius dictū, ſed non quan-
tum ad puniendum extraordinariè, vt poſt
alios Menoch. de quæſt. arbitrar. caſu 307.
Rui. conſi. 149. num. 28. uol. 5.
1285 Tertiò declaratur, † ut prima opinio pro-
cedat, quantum ad effectum puniendi teſtes

ordinariè,vel extraordinariè, ſed quantũ ad
effectũ, ut minus eis credatur, tũc procedat
ſecunda opinio,Rui.d.conſi.149.nu.3.vol.5.
& ante eum Alex.conſi.190.nu.1.vol.7.

Quartò declaratur ſupradicta concluſio, vt
1286 non habeat locum,†vbi teſtis iurauit di-
cere veritatem non ſimpliciter,ſed etiam ſu-
per omnibus, ſuper quibus interrogabitur;
hoc enim caſu poteſt ſecunda opinio proce-
dere,vt concludit Bal.in d.l.teſtium.C.de te-
ſti.& ſequitur Natta cõſil.96.col.1.Bal.tamẽ
hoc nõ videtur dicere in d.l.in meo libro,ſed
benè hoc dicit in Rub.nu.5.de controuerſ.
inueſtitu.verſi.ſi autem iurauit dicere verita
tem ſuper omnibus, de quibus interrogabi-
tur, &c.& ratio eſt, quã ibi ipſe ponit nu.4.
1287 †dum concludit, ꝙ omnia ſunt ſubſtan-
tialia,quæ includuntur ſuper iuramento. &
hoc etiam probat Boſ. ubi ſuprà tit.de falſis
num.147.diuerſum autem uidetur, qñ ſolũ
iuraſſet dicere veritatem ſuper tota cauſa,
quia iuramentum ſolùm trahitur tunc ad
pertinẽtia ad cauſam,putà,ſi erat ſuper poſ-
ſeſſorio,& depoſuit ſuper petitorio, Felin.in
c.de teſtib.col.2.in princ.ante primam decla
ratio.de teſti.uel ſuper circunſtantijs negotij
1288 principalis, ut ibidem per eum nu.4.† dũ
concludit, ꝙ teſtis inductus ſuper contentis
in libello poteſt deponere ſuper circunſtan-
tijs,& illud dicitur pertinens.& hanc conclu
ſionem apertè firmat ſequendo Bal.ubi ſup.
Aret.conſ.71.ante numerum primum dicẽs,
ꝙ ratione dicti iuramenti ſicut ſupra præſti-
ti,vitiatur totum teſtimonium teſtis, ſi etiã
ſuper aliqua impertinenti circunſtantia fal-
ſum depoſuit.Et iuramentum in dubio ſim-
pliciter præſtitum ad quæ extẽdatur,dixi ſu-
prà verſi. contrarium videtur. & in præcedẽ.
concluſio. in 9. declarat.
1289 Hæc tamen declaratio † ſic eſt accipien-
da,ut procedat, niſi interrogationes ſint ex-
traneæ, & impertinentes, quia tunc nõ rele-
uat parti mendacium,ſeu falſitas, Natta,vbi
ſuprà,& ibi ponit varia exempla, quando in-
terrogationes dicantur impertinentes, quæ
videri poſſunt. Et pro hac declaratio.plu.cõ
cordan.adducit Achill. Perſona.in tracta.de
adipiſc.poſſeſs.nu.133.& ſeq.vbi concludit,
ꝙ quando teſtis iurauit dicere veritatem ſu-
per tota cauſa,eius depoſitio vitiatur, ſi etiã
falſum dixit ſuper acceſſorijs, vel extrinſecis,
& ad cauſam aliqualiter tamen pertinenti-
bus, ſecus ſi ſimpliciter iurauit dicere ueri-
tatẽ, vel ſimus in dubio, an ſimpliciter iura-
uerit, an verò ſuper tota cauſa. Et iſtud eſt,
quod dixit Feli. ꝙ ſi teſtis dicit falſum ſuper
annexis,vel dependentibus acceſſorijs,nõ va
let eius dictum,nt ſi ſuper cauſa ſcientiæ, vel
an ſit inimicus partis producentis, ſic intel-
ligendo dictum Iaco. But.& ſequacium, vbi
ſuprà: ita declarat Felin.in c. de teſtibus.col.
2. in 3. declaratio. de teſti.

Quintò declaratur ſupradicta concluſio, vt
1290 † non procedat, qñ illud,ſuper quo teſtis
falſum,uel contrarium depoſuit,nõ eſt mul-
tùm remotum à negotio principali; tunc.n.
poteſt eſſe uera ſecunda opinio ſupradictæ
concluſionis, ità cõcludit Iaſ.in d.l.2.nu.16.
ad fi.C.de ſecun.tab. ubi cõcludit, ꝙ quãdo
illud aliqualiter tangit cauſam, vel negotiũ
principale, tũc idem iudicandum ſit,ut fuit
dictum in prima cõcluſio.per Aret.conſi.71.
col.2.& ſubdit hoc eſſe optimum granum ſa
lis.& probat etiam Hippo. d.conſi.70.col.3.
in princ.vbi concludit, quòd falſum dicitur
id, quod eſt pertinens, ut percipiatur, & co-
gnoſcatur ueritas negotij principalis, idem
eſt iudicandum de eo, quod de ipſo negotio
principali, quia non eſt multùm remotum
ab eo.Et hanc declarationem probat etiam
Felin.in d.c.de teſtibus.col.2.in 3.declaratio
ne.de teſti. dum concludit, ꝙ dependentia
neceſſaria,ſine quibus iuramentum nõ ope-
raretur, prout ſunt circunſtãtiæ, de quibus
in c. cum cauſam. de teſti. & iſta ſunt perti-
nentia ad propoſitum, uel capitulata, & de
his idem eſt iudicãdum, quod de facto prin-
cipali, prout eſt cauſa ſcientiæ, an ſit inimi-
cus, & an ſit affinis, &c. prout ſic intelligit
deciſionem Iaco.Butrig. de qua ſuprà in ſe-
cunda opinione iſtius concluſionis, & di-
cam etiam infrà in 2.exemplo.

Ad idem facit Socin.iun.conſ.31.nu.27. uol.2.
1291 † ubi concludit, ꝙ quando illud, in quo
teſtis dicitur falſum dixiſſe, non qualificat
fidem ipſius, tũc ſuſtineetur,aliàs ſecus. op ti-
ma eſt ergò hæc diſtinctio, an ſit dictum ſu-
per omninò impertinẽtibus, an non, nt cõ-
ſiderat etiam Aret. d.conſ.71. ante numerũ
primum,& col.1.uerſ.2. cõuincitur. & iſtud
eſt,quod etiam uoluit Alex.conſ.5.num.10.
uerſ.uideatur igitur.uol.1. dicens, ꝙ cõtra-
rietas, quæ non eſt circa factum principale,
uel eius cohærentias, loco, & tempore, tan-
tum nõ nocet.& magiſtraliter Bal.in c.cum
uenerabilis. nu.18. de excep. ubi concludit,
ꝙ ſi teſtis deponit falſum ſuper articulo,cõ-
ſiderandum eſt, ꝙ aut articulus eſt pertinẽs
per ſe,aut cum alio,uel dubitatur, & his ca-
ſibus punitur de falſo:ſi autem eſt omninò
impertinens apparenter, & exiſtenter, nec
ad factum, nec ad ius, & tunc non punitur
pœna ordinaria,ſed extraordinaria, ſcilicet
arbitraria.
1292 Sextò declaratur, † ut non procedat ſu-
pradicta concluſio, nec habeat locum, ubi

agitur de uerbis formalibus probandis, ut
concludit Iaſon in dict. l. 2. nume. 18. C.
de ſecundū tab. vt ſuprà dixi in 11. prædi-
camento, q. 2. & concordan. pro iſta con-
cluſione citat Roland. conſ. 33. nu. 11. & ſeq.
vol. 2. temperando, quæ ſuprà diximus in 4.
* q. in 2. exemplo. & eſt * communis opinio, de
qua per Rolan. ubi ſuprà nu. 20. & plur. ſeq.
vbi abundè de hoc articulo. Idem reſpondit
Rui. conſ. 149. num. 31. uol. 5. & omninò per
Grammat. inter ciuil. conſ. 50. nu. 41. in fi. &
ſeq. & propterea Rimin. conſ. 549. num. 7. &
1293 ſeq. vol. 3. † concludit, quod ſi verba for-
malia prolata per aliquem capitulata, ſeu
articulata fuerunt, tunc teſtes debent eſſe
concordes in eis, aliàs ſecus, ſi de formalita-
te verborum ſolum ſit facta mētio in inter-
rogatorijs, ſic declarando But. in c. nihil. de
verb. ſignifi. quod eſt in practica notandum,
& habetur etiam de hoc exemplo inter cōſi.
matrimonia. conſ. 4. nu. 2. ubi de verbis for
malibus matrimonij. Et de hac concluſione
ſ̃ vidimus etiam in 2. q. in 11. prædicamēto.
1294 Septimò declaratur, † ut uarietas, vel cō-
trarietas ſuper non ſubſtantialibus, licèt nō
ſit obſtatiua regulariter, tamen ſecus eſt, ſi
teſtis aliundè eſt ſuſpectus, Rimin. conſ. 544.
nu. 10. uol. 3. & Rui. conſ. 149. nu. 3. uol. 5. Et
iſtud eſt, quod uoluit Natta conſ. 279. in fin.
dum concludit, ꝙ ſi teſtes non deponūt ve-
riſimilia, & inſuper etiam ſunt inter ſe uarij,
licèt non in ſubſtantialibus, tamen talis va-
rietas facit, ut eis fides non adhibeatur.
1295 Octauò declaratur, † ut ſupradicta con-
cluſio reſpectu primæ opinionis non proce-
dat, ſed ſcđa opinio uera ſit, ubi teſtes ſunt
ſuſpecti de falſo. nam tunc licèt eos interro-
gare de qualitate diei, aeris, ueſtium, & hu-
iuſmodi, & tunc vtique cōtrarietas, ſiue fal-
ſitas vitiaret etiam in his, quæ non ſunt de
ſubſtātialibus, ſed ad cautelam, glo. & Doct.
in c. cum cauſam, de teſti. & concordan. per
Rimin. conſ. 75. nu. 14. & ſeq. uol. 1. & ibi ad-
dit propterea teſtes huiuſmodi poſſe inter-
rogari de tempore, & an tempus eſſet ſere-
1296 nū, uel obſcurum, & huiuſmodi. † & ꝙ te-
ſtis dicitur ſuſpectus, ſi interrogatus de tem
pore, de quo ueriſimiliter debet recordari,
dicit ſe non recordari, & ꝙ teſtes de falſo ſu-
ſpecti ſuper circunſtantijs, etiam extrauagā-
tibus, interrogādi ſint, Rui. conſ. 149. nu. 28.
uolu. 5. ubi multa. & Grammat. in crimina.
conſ. 1. nu. 8. & ſeq. ità eſt de mente Bal. in d. l.
teſtium. nu. 16. C. de teſti. & nu. 341. uerſ. in-
terrogationes verò ad cautelam fiunt teſti-
bus ſuſpectis, puta, de ueſtibus, de aere, quis
erat ibi, & ſimilibus. & comprobat Bal. in c.
3. numero 4. de controuer. inueſtitu. Et
quando teſtes ſunt ſuſpecti, ꝙ ſi interrogati
etiam ſuper non ſubſtantialibus, puta circa
ueſtes, & circa id, quod quis haberet in capi
te, & huiuſmodi, ꝙ ſi ſunt uarij, uel cōtrarij,
ſeu falſi, ꝙ non probēt, tenet Rui. conſ. 1. 9.
nu. 30. uol. 5. & idem, licèt Rui. nō citet, Leo-
niſſa inter conſ. matrimonia. conſ. 49. nu. 41.
ſeq. & infrà dicam in 28. exemplo, & ſeq. ubi
enim teſtes ſunt ſuſpecti de falſo, tunc inter-
rogandi ſunt de qualitate temporis, ſi erat
ſerenum, uel nubiloſum, de ueſtibus, quali-
tate, colore, & c. d. conſi. 49. num. 48. & ſeq. Et
ideò licèt tempus, uel locus non ſit de ſub-
ſtantia, cautela tamen eſt, ꝙ de eis interro-
gētur teſtes, quia ſi erunt uarij, uel ſuſpecti,
non probabit, vt dixi poſt Caſtr. in 2. q. in 9.
p̄dica. Et latè, ꝙ teſtes ſuſpecti de falſo poſ-
ſint, & debeāt interrogari ſuper extrinſecis,
& ſuper eis ſi erunt uarij, uel cōtrarij, ꝙ teſti-
monium illorum ſit nullū, latè probat Alex.
conſ. 91. col. pen. & fin. & præſertim nume. 7.
1297 uol. 4. & ibi nu. 6. ad finem † addit, ꝙ tunc
dicuntur ſuſpecti, quando deponunt non
uerisimilia, ꝙ tunc poſſint interrogari ſuper
extrinſecis, ſeu ſuper circunſtantijs, licèt nō
pertinentibus ad cauſam; uerbi gratia, de
qualitate loci, uel temporis, an erat obſcu-
rum, uel ſerenum. qualitate, colore ueſtium,
uel perſonæ, de forma loquendi, ſi ſimul, an
uerò ſeparatim: & ſubdit, ꝙ quando iudex
habet teſtes ſuſpectos de falſo poteſt, & de-
bet eos interrogare de ſ. pradictis circun-
ſtantijs, & an ſtarent, an ſederent, an ſimul,
an ſeparatim, ꝙ data diuerſitate, ſeu cōtra-
rietate, nō ſtabitur eorum dictis. idem pro-
bat abundè Grammat. deciſ. 34. nu. 40. in fi.
& plur. ſeq. ubi etiam addit poſt Azo. etiam
per Alex. citatum, ꝙ iudex poteſt teſtes in-
terrogare etiam de his, ſuper quibus ſub-
1298 ſtantia negotij non cōſiſtit, † ſicut etiam
poteſt ad ueritatem indagandam uti ſimu-
latione, & etiam diſſimulare, imò etiam poſt
Bal. ꝙ debet laborare, ut intercipiat teſtem
cum interrogatorijs, ſi ipſum ſuſpectū ha-
bet, & ipſum etiam inſudare in his, in qbus
1299 ſubſtantia negotij non conſiſtit, † quia
non debet in iudicando applicare animum
ſecundum dicta teſtium de falſo ſuſpectorū.
Et de multis interrogationibus faciendis
teſtibus ſuſpectis de falſo, pulchrè per Ruin.
conſi. 149. nu. 28. & ſeq. uol. 5.
1300 Nonò declarat ſupradicta cōcluſio, † etiā
retenta prima opinione, ut quamuis teſtes
non poſſint dici falſi, ſunt tamen mendaces,
& poſſunt extraordinariè puniri, ut ſuprà
dixi in 2. opinione.
1301 Decimò declaratur dicta concluſio, † ut
etiam retenta dicta prima opinione, ea non
proce-

procedar, quin ſaltem dicti teſtes ſint multũ
ſuſpecti: ita reſpondit Ang. d. conſil. 194. ſub
nu. 2. Et ſic eorum fides minuitur, Rui. conſ.
149. nu. 30. vol. 5. vt in teſte interrogato cir-
ca veſtes, circa id, quod habebat in capite, &
huiuſmodi, & inter conſ. matrimo. conſ. 35.
nu. 22. & conſ. 75. nu. 12.

1302 Vndecimò declaratur, † vt prima opinio
eò magis procedat, quando eſſemus in teſti-
bus ruſticis, & idiotis, quia illi non præſu-
muntur doloſè dixiſſe falſum, aut variaſſe,
Alcia. de præſumptioni. reg. 2. præſump. 35.
nu. 5. & ſeqtur Boſſ. tit. de falſis, nu. 148. in fi.

Duodecimò declaratur ſupradicta concluſio,
1303 † vt prima opinio non procedat, quando
dictum vnius teſtis, etiam ſuper non imper-
tinentibus, redderetur falſum per alios te-
ſtes; ità concludit Aret. conſ. 71. col. 1. verſ. 2.
conuincitur.

1304 Decimotertiò declarat hæc cõcluſio, † vt
procedat ſecunda opinio, quando teſtis eſt
mendax, ſuper eo, quod ſi fuiſſet expreſſum
per eum, repelleret eum à teſtimonio; tunc
enim eius dictũ repellitur, detecto eius men-
dacio; ità reſpondit Ang. d. conſi. 194. nu. 2.
Hippo. in d. l. eos. num. 28. ff. de falſis. & infrà
dicam in 2. exemplo.

1305 Decimoquartò declaratur, † vt ſecunda
opinio vera ſit in teſte periuro, ſeu exiſtente
inter duo iuramẽta: tũc enim falſitas circa
alia acceſſoria repellit teſtem huiuſmodi, p
allegata per Rolan. conſ. 40. nu. 11. vol. 1. fal-
tem quòad pœnam extraordinariam, Clar.
in d. §. falſum. verſ. ſed ſi teſtis. & alios cõcor-
dan. de quibus ſuprà in 2. opinione. Eſt ta-
1306 men hæc concluſio ſic accipienda, † quã-
do teſtis in vno, eodemq; examine fuiſſet va-
rius, vel contrarius; ſecus ſi in diuerſis, quia
in vno dixiſſet contrarium ab altero; tunc
enim falſus in vno, non diceretur falſus in
reliquis cuiuslibet examinis, Anch. in. q. 14.
nu. 8 in 2. par.

Hactenus de cõtrarietatibus circa ſubſtantia-
lia, vel pertinẽtia ad ea, de qbus in prima cõ-
cluſione, & de extrinſecis ab eis, de quibus in
ſecunda concluſio. proximè dicta. Nunc vi-
dendum de alijs omninò impertinentibus
dictis per teſtes, quæ cõtraria, vel falſa ſunt,
quæ etiam in effectu cõphehendũtur ſub
dictis in d. 2. concluſio. nihilominus, qa ſunt
aliquid ſeparatum ab his, quæ ſunt dicta, &
pertinent ad abundãtem cautelam, nõ ſunt
inutilia. Proptereà facio tertiam concluſio-
1307 nem, † quæ habet, ꝙ contrarietas, vel fal-
ſitas ſuper inutilibus non vitiat, ità conclu-
dit Bal. in d. l. teſtium. nu. 11, in fi. C. de teſti.
quia vt ille ait, nihil conferunt ad cauſam. &
ſequitur Natta d. conſil. 96. col. 2. & ad hoc
tendunt notata ſuprà in tertia declaratio.
Hæc autem concluſio, vt puto, recipit ſecun
dam declarationẽ ſuprà poſitã, licet non re-
periam ab aliquo tactam, pręter Bal. de quo
ibi. & ad hoc tendunt plura exempla, de qui-
bus infrà, & præſertim 6. & idem ſentit Aret.
in effectu conſ. 1. ante nu. primum. & pari-
ter etiam recipit tertiam declarationem, vt
ibi dixi citando Bal. in c. cum venerab. nu. 18.
de exceptio.

Supereſt modò, vt aliqua exempla ſubijciamus
pro maiore claritate dictarum trium con-
cluſionum, vltra multa alia, quę ponit Alex.
conſi. 5. nu. 10. vol. 1.

1308 Primum igitur ſit exẽplum, † ꝙ teſtis di-
catur varius, cõtrarius, vel falſus ſuper ſub-
ſtantialibus, ſi dictum eius ſit ſuper capitu-
latis per partẽ. hæc enim propriè, & verè di-
cuntur principale negotium, & ſubſtantia,
ſuper quibus fuit teſtis principaliter accer-
ſitus, ità in ſpecie concludit Appoſtilla. ad
Alex. conſ. 45. nu. 6. in princ. vol. 2. quæcunq;
illa ſint. & probat Grammat. deciſ. 42. nu. 3.
& deciſ. 60. nu. 16. dicens, ꝙ ita demum teſtis
falſum depoſuiſſe dicitur, quãdo illud eſt in
facto principali, in quo ſubſtantia negotij
principalis conſiſtit, ſuper quo principali-
ter examinatur, ſecus ſi ſuper alijs non tan-
gentibus negotium principale. Ego tamen
reperio Bal. ità expreſsè tenentẽ in rub. nu. 4.
1309 de controuerſ. inueſti. † dicentem, ꝙ ſub-
ſtantialia ſunt omnia, quæ includuntur ſub
iuramento, & forma articulata. & apertè
iſtud exẽplum probat Rimi. conſ. 529 nu. 7.
uol. 3. dicens, ꝙ variatio dicit eſſe ſuper ſub-
ſtantialibus, quando eſt ſuper his, ſuper qui
bus fuit teſtis productus ad probandum, &
ſic ſuper eo, quod fuit capitulatũ, iuxta ea, q̃
dixi ſuprà in 4. declaratio. ſecus ergò, ſi ſuper
interrogatorijs non facti principalis, vt ha-
betur in d. conſi. 549. & in exemplo 33. infrà.

1310 Secundum ſit exemplum, † ſi dictũ teſtis
ſit extra capitulata, vt ſi ſit interrogatus, an
ſit affinis, an conſanguineus partis produ-
centis, & ipſe teſtis id negauerit, cum tamen
id eſſet verum, vtiq. proptereà non eſt teſtis
falſus iudicandus, ſed ſolum mẽdax, p Iaco.
& Ang. in d. l. Lucius. §. 1. ff. de his, qui notãt.
infam. & concordan. de quibus ſuprà in 2.
concluſio. & in ſecunda opinione. & probat
plur. concordan. citat. Arno. ſingula. 78. &
probat Rolan. conſi. 32. nu. 5. volu. 2. per ea,
quę ſuprà dixi in 1. declaratio. & facit etiam
1311 7. & 15. exemplum. † Et ratio eſt, quia te-
ſtis ille, qui dixit mendacium, ſuper genera-
libus iurauit ſolum dicere veritatem ſuper
negotio principali: & ideò non eſt periurus
1312 ſuper hoc, † ſed quia mendax eſt punitur
extraordi-

extraordinariè, vt concludit Boſſ. tit. de falſ.
nu. 146. & nu. 148. & ibi addit, ꝙ licèt Cæpo.
conſ. 3. col. 2. dicat, huic teſti nõ eſſe creden-
1313 dum, tñ Doct. ſentiunt contrariũ, † dum
dicunt, ꝙ falſus in vno, non eſt falſus in om-
nibus, quando falſus eſt ſuper aliquo inci-
dente non pertinente ad negotium princi-
pale, & ꝙ in iſto exemplo teſtis non dicatur
falſus, vt puniatur pœna falſi, tamen ex quo
mẽdax eſt, poterit puniri extraordinariè, vt
concludit Grammat. deciſ. 43. num. 5. & ibi
nu. 4. dicit, ꝙ non ob hoc dicatur falſum cõ-
miſiſſe. & faciunt, quæ infra dicam in 43.
exemplo. & ꝙ iſto caſu puniri debeat teſtis
ſaltem extraordinariè, tenet Boſſ. tit. de falſ.
nu. 148. in princ.
1314 Sed illud exemplum † nõ videtur verum,
ꝙ dicatur eſſe iſtud dictum teſtis ſuper ap-
pendicijs, & extraneis à negotio principali,
quoniam repellit teſtem, ut ei nõ credatur,
1315 vel ſaltem minus credatur: † quia habe-
mus, ꝙ affinis, vel cõſanguineus partis pro-
ducẽtis nõ eſt integer teſtis, Bart. in l. admo-
nendi. nu. 39. ff. de iureiu. ſequitur Alex. ibi,
* & * communiter Doct. & Alex. conſ. 45. col.
2. nu. 5. uerſ. item teſtis eſt affinis. vol. 2. & ſa-
tis ſuprà probaui in 3. declarat. Poſſet tamẽ
1316 ſuſtineri † iſtud exemplum, ſi affinitas eſ-
ſet à remotis, ità quod etiam ſi dictus teſtis
expreſſiſſet ſe eſſe taliter affinem, nõ repelle-
retur à ferendo teſtimonio, prout ſic etiam
intellexit Hippo. in d. l. eos. nu. 28. & ſeq. ff. de
falſ. & alij, quos ſuprà retuli, & ità in ſpecie
declarat Hippo. ibi ſuprà, & conſ. 51. nu. 68.
poſt Ang. d. conſ. 194. nu. 2. Sed tunc non vi-
detur poſſe ſuſtineri dictum Butrig. & Ang.
ꝙ puniri debeat teſtis pœna extraordinaria,
quia mendax, poſtquam eius teſtimonium
ualet, ne vna & eadem res diuerſo iure cen-
ſeatur, contra l. cum, qui ædes. ff. de vſucap.
& ad hoc tendunt, quæ ſuprà dixi in nona
declaratio.
1317 Inſuper etiam poteſt † ſaluari iſtud exẽ-
plum, quãdo hæc affinitas erat teſti ignota,
& ſic intelligi debet dictum teſtis, qui dixit
ſe non eſſe affinem, ꝙ ipſe ſciat, vt concludit
Ang. in d. conſ. 194. ſub nu. 2.
1318 Qua de re, † ſi teſtis ſuper generalibus in-
terrogatus negauit fuiſſe ſolicitatorem cau
ſæ, & contrarium ſit verum, falſus redditur,
nec ei fides eſt adhibẽda, Burſat. conſ. 69. nu.
33. Si autem diceret, ſe non eſſe talem, quem
etiam ſi expreſſiſſet, non repelleretur ab exa-
mine, infrà dicam in 31. exemplo.
Nec releuat, quod dicebat Boſſ. in cõtrarium
1319 citatus, † quia id, quod Docto. dicunt, ꝙ
falſus in vno, quod non eſt de pertinẽtibus,
ſed de incidentibus, nõ dicitur falſus in om-
nibus, loquitur quantùm ad pœnam falſi,
non autem quoad fidem teſti adhibendam,
de quo nos loquimur.
1320 Et quod dixi † de teſte negante ſe affinẽ,
vel cõſanguineum partis, cum tamẽ eſſet, ꝙ
dicatur falſus, procedit, ut dixi, niſi talis affi
nitas, vel conſanguinitas ſit multùm remo-
ta, ità ut non repellat teſtem, quò minus ſit
idoneus, Hippo. conſ. 70. nu. 4. & nu. 11.
1321 Tertium ſit exemplum, † ſi teſtis ſit indu-
ctus ad probandum conſuetudinem eſſe, ꝙ
mulier decedens in matrimonio relictis li-
beris dos nõ eſt patri reſtituenda, & ipſa di-
cat capitulum verum, quia etiã pater ipſius
retinuit dotem, quando mater ipſius teſtis
deceſſit, & tamen probatum erat, ꝙ mater
ipſius teſtis deceſſerat, iam patre eius mor-
tuo, ergò non fuit eo caſu locus reſtitutio-
ni dotis, ſed malè allegat teſtis illud exem-
plum, & proptereà dicitur falſus ſuper toto
eius dicto, quia ſuper negotio principali, ita
reſpondit Alex. conſ. 45. in princ. & nu. 5. in
fi. & ſeq. uol. 2.
Quartum exẽplum erit, ſi teſtis fuerit produ-
ctus ad probãdum promiſſionem aliquam
factam patri producenti, qui dixit capitulũ
eſſe verum, pro parte autem partis aduerſæ
interrogatus ſuper eius interrogatorijs de
cauſa ſcientiæ, reſpondit, ꝙ prędicta vidit, &
interfuit eis in domo producẽtis ſita in tali
vicinia, in qua deceſſit talis, & contrarium
probatur, ſcilicet, ꝙ ipſe producens nunquã
habuit domum in tali vicinia, vel ꝙ talis de
ceſſit in alia domo, vtique iſte teſtis dicitur
1322 falſus teſtis, † quia iſtæ circunſtantiæ li-
cèt non ſint circa ipſum factum principale,
tamen cùm per illas deueniatur ad verita-
tem, vel falſitatẽ facti, ſeu negotij principa-
lis, de eis eſt idem iudicium, quod de ipſo fa-
cto principali, ità reſpondit Hippo. conſ. 70.
inſpecto themate ibi poſito. & nume. 9. & ad
hoc faciunt, quæ ſupra dixi in 2. concluſio.
in 3. declaratione.
1323 Quintum exemplum † in teſte producto
ad probandum aliquam poſſeſſionem, vel
aliud factum, qui ſuper interrogatorijs in
redditione cauſæ dicit, ꝙ ipſe ſtetit cũ pro-
ducente per annos tres in tali loco, & tamẽ
probatur, id nõ eſſe uerum, ꝙ proptereà di-
ctus teſtis dicatur falſus, per ea, quæ dixi in
præceden. exemplo, & ità reſpondit Hippol.
ubi ſuprà.
1324 Sextum exemplum, † vbi teſtis fuit inter-
rogatus de qualitate aeris illa die, & nubi-
bus cœli; tunc enim niſi inuenitur dicere ve-
ritatẽ ſuper omnibus, & ſuper quibuſcũq;,
nõ deſinit valere depoſitio teſtis ſuper alijs.
idem ſi ſuper ueſtibus, quibus erat teſtis in-
dutus,

dutas, & ſimilibus, de quibus p Bal. in rub. nu.4.& ſeq. de controuer. inueſtitu.& in l. teſtium.nu.11.C.de teſti. verſ. interrogationes uerò ad cautelam fiunt, vt dixi ſupra in 5. declarat.

1325 Septimum eſt exemplum, † vbi teſtis dicit, ſe non eſſe inimicum partis litigantis cũ producente, cùm tamen eſſet, Felin. in d. c. de teſtibus.col.2. in 3. declaratio. de teſti. & ratio eſt, quam ſuprà dixi in 2. declarat.& ad hoc faciunt, quæ ſuprà dixi in 2. exemplo.

1326 Octauum exemplum, † vbi falſitas eſt in redditione cauſæ; tunc enim falſitas dicitur eſſe in dependentibus, & connexis negotio principali, Felin. in d.c. de teſtibus.col.1. in 3. declaratio. & ità contigit in ſpecie, & facto Hippo. conſ.70.

1327 Nonum eſt exemplum, † vbi teſtis deponens ſuper aliquo facto interrogatus, quo tempore, reſpondit, circa feſtum Natiuitatis Domini Noſtri, & tamen conſtat, ꝙ illud fuit factum de menſe Octobris precedentis, vtiq; ſaluatur teſtis, & eius dictum, quia nõ tangit negotium principale, ità concludit Grat. conſi.43.nu.23.in fi.& ſeq. uol.2. Quod tamen ego non omninò probo, per ea, quæ ſuprà diximus in 1.q. in 1. prædicamento, & in hac quæſt. in 2. declarat.

1328 Decimum exemplum eſt, † ſi teſtis interrogatus ſuper generalibus, an ſit filiusfamilias; an paterfamilias, reſpõdit, ſe eſſe filium familias, & tamen cõtrarium probatum ſit, tamen non releuat hoc mendaciũ, quia non tãgit negotium principale, nec per illud dictum ſit, vel non ſit verum, cognoſcitur veritas facti principalis, ità reſpondit Hippo. d. conſi.70. ſub nu.9. licèt nihil aliud alleget.

1329 Vndecimum, teſtis dicit, † ꝙ Seius vulnerauit Sempronium ipſo teſte præſente, qui poſteà interrogatus, vnde ſit, reſpõdit, ꝙ eſt Placent.& tamen reuera apparet, ꝙ eſt Ferrariẽſis, vtiq; ſuſtinetur eius dictum, per ea, quæ dicta ſunt in præcedẽti exemplo; ità reſpondit Hippo. d. conſ.70. ſub nu.9. licèt nihil alleger. idem tamen probat Grammat. deciſ.43.nu.3. loquẽs in teſte interrogato de qua parochia ſit, & de teſtibus, q circa locũ originis, uel de parentela alicuius collitigantis deponũt, Alex. conſ.91.nu.7. in fi. vol.4.

1330 Duodecimum exemplum ſit, † ꝙ teſtis deponens ſuper aliquo dicit, ꝙ talis nõ erat armatus, & tamen conſtat, ꝙ habebat haſtã ferreã, non reprobatur, Dec. conſ.100.nu.6. uerſic. 5. dicimus. ꝙ tamen periculoſum eſt, per ea, quę dixi in 6. quæſt. in 4. prędicamento, & in 8.

1331 Decimumtertium exemplum eſt, † vbi teſtis dicit aliquid factum præſentibus tali, & tali, & tamen plures alij interuenerũt, Dec. conſi.100. nu.4. ſaluatur enim eius dictum, vt ibi per eum.

1332 Decimumquartum exemplum ſit, † ubi teſtis inductus ad excuſandum reum, ꝙ non deliquerit, dixit, ꝙ tali nocte dormiuit ſecũ, & interrogatus, in qua parte cubilis, ſeu lecti dormiuit, reſpondit, ꝙ dormiuit in tali latere, ꝙ tamen erat falſum, tamen ſuſtinetur eius dictum, per ea, quæ dicta ſunt in 1. concluſio. iſtius 7. quæſtionis, ità concludit Grammat. deciſ.43. in princip.& per totum. quamuis videantur repugnare, quæ dixi in 1.q. in 10. prædicamento.

1333 Decimumquintum exemplum † in teſte interrogato de nomine, parentela, uel parochia contrahentium, ꝙ mendacium in his non uitiet, tanquam non pertinentibus ad negotium principale, Grammat. deciſ.43. ſub nu.3. Quod tamen quoad nomen, & cognomen contrahentium non puto verum, in caſu, quo ageretur de probãdo facto alicuo ipſorum, vel alterius ipſorũ; ſecus ſi id, ſuper quo teſtis deponit, non reſpicit factũ ipſius partis, ità declarat Bar. in l.3.§ ideoq;. num.3.ff. de teſti. Verum eſt, ꝙ ſufficit hoc 2. caſu, ꝙ teſtis dicat, cognoſcerem, ſi eum viderem, & debet ei oſtendi per iudicem. Et illud exemplum in ſpecie etiam probat Hippo. in l. eos.nu.27.ff. de falſis. Et faciunt, quæ ſupra dixi in 2. exemplo, & in ſeq. Sed Alex.

1334 conſ.183.nu.8. vol.6. † inquit, ꝙ ſi teſtis deponit de contractu vẽditionis celebrato, ſed non cognoſcit emptorem, non probat.

1335 Decimumſextum exemplum ſit, † in teſtibus, qui dicunt, talem à tali in tali loco, & tempore fuiſſe uulneratum, & occiſum cum enſe, & tamen conſtat per certiores probationes, ꝙ fuit occiſus cum rucha, tamen ſaluatur dictum priorũ teſtium, quia illa qualitas generis armorum non eſt de ſubſtantia, ità reſpondit Bero conſi.201.nu.36. uolu.3. qui ad hoc citat Io. And. in c. 1. de pac. in 6. & Alex. in l. inter ſtipulantem.§.1.ff. de verb. obliga. Sed neuter eorum quidquam de hoc dicit, & ideo puto hanc deciſionem non eſſe veram, per ea, quę ſuprà dixi in 1.q. in 4. prędicamento, & in 4.q. in 17. exemplo, & ita in terminis concludit Bal. in l. teſtium.nu.14. C. de teſti. loquens in teſtibus, quorum alter dicebat cum ſaxo, alter cum ferro. iſtud etiã probat Rolan. conſ.33.nu.5.

1336 Decimumſeptimum exemplum ſit, † ſi teſtis deponens ſuper matrimonio contracto dicit etiam nuptias fuiſſe factas multum lautas, quę tamen probantur fuiſſe parcæ, tamen ſuſtinetur eius dictum, Soci. in conſi.31. ſub nu.38. volum.2.

1337 Deci-

1337 Decimnmoctauũ exẽplũ, † ſi teſtis deponens ſuper aliquo facto dicit, ꝙ etiam præſens aderat talis, qui tamen probatur non fuiſſe præſens, tamen ſuſtinẽtur teſtes de facto iſto deponentes, Soci.iun.d.conſ.31.ſub nu.28. vol.2.

1338 Decimumnonum ſit exemplũ † in teſte, qui inductus ad probandum certum contractum, interrogatus, quare talis ſit motus ad concordandum partes, reſpondit, ꝙ ipſe neſcit quo ſpiritu id fecerit, quia non fuit præſens dictæ concordiæ, & tamen ꝑ inſtrumentum contrarium probatur, ꝙ imò fuit præſens, tamẽ ſuſtinetur dictum eius, ut reſpondit Natta conſi.96.in princ.& per totũ.

1339 Vigeſimum exemplum ſit, † vbi aliquis teſtis deponens ſuper ualiditate teſtamenti ſuper interrogatorijs partis aduerſę dixit, ꝙ teſtator aperuit oculos, & tamen contrariũ probatur per alios teſtes; hæc enim apertura oculorum oſtendit maiorẽ mentis aggrauationem, propterea non dicitur omninò impertinens, Natta conſ.71.col.1.ad fin. uerſ.2.conuincitur, & ſuprà etiã de hoc dixi.

1340 Vigeſimumprimum exemplum † ponit Aret.ubi ſuprà de teſte, qui fuit inductus ad probandum validitatem teſtamenti, & interrogatus, quis ex teſtibus illis eſſet proximior in dicto loco ipſi teſtatori, falſum depoſuit, quod tamen dictum ipſius nõ ſit audiendum, licèt nõ ſit ſuper facto principali.

1341 Vigeſimumſecundum exemplum † in teſte, qui dixit ab omnibus audiuiſſe certum quid, & tamen probatur, ꝙ quamplures nõ fuerunt de eo aliquid loquuti. nam intelligi debet teſtis ab omnibus de illo negotio loquentibus, Ang.in l.inter omnes. in princ.ff. qui ſatiſdare cogan.& ibi addit, idem eſſe, ſi dixerit aliquid factum de cõſenſu omnium & facit Caſtren.conſ.371.nu.3.in 1.par. vbi concludit, ꝙ teſtis dicens audiuiſſe ab omnibus, poteſt etiam ſaluari, ideſt, à pluribus, ut in probanda fama.

1342 Vigeſimumtertium exemplum ſit, † vbi unus teſtis examinatus ſuper negotio principali, dicit interſerendo alia dicta, putà, ꝙ ingreſſus eſt cameram, & uidit talem, & talẽ in lecto, & ꝙ nullus eorum aliquid dixit illi, alter autẽ teſtis dicit, ꝙ talis, qui erat in lecto dixit primo teſti, *Non vi vergognate à venir ſopra, quando le perſone ſono à letto?* næc enim contrarietas non eſt ſubſtãtialis. & inſuper potuit hoc dici, quod primus teſtis nõ audiuerit, Alex.conſi.5.num.10.verſi.uideatur igitur.uol.1.

1343 Vigeſimumquartum exemplum eſt, † vbi unus teſtis dicit, ꝙ illa tota nocte non audiuit aliquid dictum per exiſtentes ſecum in lecto, & tamen alter dicit, ꝙ unus dixit alteri ex ſocijs, *Tu mi tieni li piedi in la ſchena,* & fuit ei reſponſum per hæc uerba, *Io non poſſo fare à mano;* prædicta ratione, Alex. ubi ſuprà, nu.11.uol.1.d.conſ.5.

1344 Vigeſimumquintum exemplum eſt, † ſi aliqui teſtes dicunt de auditu à tali in tali loco, & tali tempore, & tamen conſtat, ꝙ ille talis eo tempore erat alibi; nam ſi id non ꝑtinet ad negotium principale, non refert, Gramma.deciſ.60.in princ.& nu.14.& 16.

1345 Vigeſimumſextum exemplum, † ſi vnus teſtis dicit, ꝙ non eſt colonus inquiſitorum, & poſteà dicit, ꝙ ſunt quatuor menſes, ꝙ introiuit colonus alterius eorum, debet enim intelligi, ꝙ introiuit tunc, ſed poſteà finiuit, quod tamen eſt modicum veriſimile, ut ait Aret.conſ.83.col.penul.uerſ.aduertat etiam iudex ad menſium nonas.

1346 Vigeſimumſeptimum, † ſi vnus teſtis dicit primò ſuper capitulo, ꝙ in molendino deficiebant quædam neceſſaria ad illud, poſteà dixit, ꝙ gubernauit ſemper dictum molendinũ, & omnia ad illud pertinentia optimè; neq; enim hæc ſtant ſimul, & ideò ſaluari non poteſt, Aret.ubi ſuprà, colum.pen. in princ.uerſi.nec obſtat, ꝙ Clemẽs.& illud uerbum, Semper, accipi poteſt pro 10.uel 20.annis, ut per Alex.cõſ.182.ſub nu.5. vol.7. prout de uerbo, Continuè, ſuprà dixi in 4.q. in 20.exemplo.

1347 Vigeſimumoctauum exemplum eſt † in duobus teſtibus in cauſa matrimoniali deponentibus, quorum vnus dicit, ꝙ talis ſcilicet T. iuit ad feneſtram ad loquẽdũ cum tali, & ſola poſteà deſcendit, alter autem dicit, ꝙ aſſociata ꝑ ipſum teſtẽ; non enim tũc poſſunt conciliari, licèt ſimus in extraneis à negotio principali matrimonij, quia materia eſt ſuſpecta, ut ſuprà dixi in 2. concluſione in 5.declaratione.

1348 Vigeſimumnonum ſit exemplum † poſitum etiam in d.conſi.49.ſub nu.39.in 2. cõtrarietate de certis teſtibus, quorum unus dicebat, ꝙ Angela ſtetit, & remãſit in capite ſcalæ, quando audiuit uerba cõtractus matrimonij prolata per Lapiciũ verſus Catherinam, & alij teſtes dicebant, & præſertim ipſa Angela, quod imò ipſa iuit, & ſtetit ſuper podiolo: neque enim ſaluari poſſunt illi teſtes, licèt uideatur iſta contrarietas ſuper extraneis à negotio principali contractus matrimonij; ratione, quàm ſuprà dixi in prę cedẽti exemplo. Magis tamen eſſet ſubſtantialis ſaluatio, ſi ſcala, & podiolũ eſſent cohærentes, & terminarentur, ut ibi per eum. & ad hæc faciunt, quæ dixi ſuprà in 2.q.in 7. prædicamento, in 2.exemplo, & ſuprà in 4.q. in 3.

in 3. exēplo. & hoc maximè procedit, vbi teſtes ſunt de falſo ſuſpecti, vt ſupra dixi in 5. declaratio. 3. concluſionis, & infrà dicam in 38. exemplo.

1349 Trigeſimum ſit exēplū, † in eadem materia poſitū in d. conſi. 49. ſub nu. 30. in 3. contrarietate de dicto teſte, qui dixit, ꝙ auditis illis verbis cōtractus, ipſa iuit dormitum in cameram, in quam per ſpatium trium Pater noſter, dormitum etiam acceſſerunt quoq; dicta Angela, & Catherina, & dormiuerunt cum ipſa: alij autem teſtes dicebant, ꝙ dictis verbis contractus illa receſſit, & ipſæ omnes redierunt in cameram, ubi laborarunt per quatuor, uel quinq; horas; neq; enim ratione ſupra ſæpè dicta poſſunt dicti teſtes concordari, quia prima teſtis ſit falſa, nec licet concordare eam per poſſibile, ꝙ ſcilicet ipſæ teſtes per illud ſpatium dictum per primam teſtem acceſſerit in cameram, & poſteà iterū receſſerit, & mox redierint dormitū, quia nō eſt veriſimile; vel ſolùm ſaluantur à falſitate, per ea, quæ diximus ſuprà in 4. q. in 2. & ſeq. concluſio. & in 4. q. in 2. membro.

1350 Trigeſimumprimum exemplum ſit † in teſte, qui dicit commodum nō pertinere ad eum, & tamen contrarium probatur abunde, quia tunc poteſt eius dictum ſuſtineri, ꝙ commodum principaliter ad eum non pertineat; ſecus autem in cōſequentiam, ſeu ſecundario, Bal. conſ. 77. col. antepenul. uol. 3.

1351 † Sicut etiam ſi dixiſſet non tractari de ſe exonerando, & tamen tractabatur, ſed non principaliter; tunc enim teſtis non repellitur, Crot. conſ. 122. nu. 19. per ea, quæ ſuprà dixi in 2. exemplo.

1352 Trigeſimumſecundum exemplum † in teſte, qui primò in vno examine dixit, ſe non fuiſſe filium, nec tētum, aut reputatum pro filio B. ſed ꝙ fuit partus ſuppoſitus, & poſteà in alio dixit, ꝙ præfatus B. tenebat eum pro filio, & alij communiter, ꝙ hæc variatio ſit ſuper acceſſorijs, non autem ſuper facto principali, & ideò non ſit conſiderabilis. ità Dec. conſi. 42. num. 4. in fi. & ſequen. verſ. 2. principaliter.

1353 Trigeſimumtertium exemplum eſt, † ubi teſtes fuerunt inducti ad probandum teſtamentum fuiſſe confectum, & teſtes ſuper eo conuenerunt, ſcilicet ſuper hæredis inſtitutione, ſed tamen diſcordant in legatis, & varij ſunt in eis, ſed tamen de illis non agitur modo, & cō cludit propterea Rimin. conſ. 549. nu. 4. & ſeq. vol. 3. ꝙ huiuſmodi variatio tanquam extra negotium principale, non releuat.

1354 Trigeſimumquartum exemplum ſit, † ſi teſtes dixerunt ſe ſcire tale quid, vel pro certo ſcire, & interrogati in ca ſa ſcientiæ dicunt, quia audiuerunt à tali, tamen ſuſtinentur eorum dicta, ut non dicantur varia, aut cōtraria, l. ſi in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. num. 11. ff. de oper. no. nunc. & pulchrè Natta conſi. 1. 2. nu. 5.

1355 Trigeſimumquintum exemplum eſt, † ſi teſtes deponant, ꝙ tales erant equeſtres, & tamen per alios conſtat, ꝙ erant pedeſtres, tamen non poſſunt ſuſtineri, ut reſpondit Natta conſi. 298. col. fi. in prin. eſt enim peccatum in qualitate, de qua dixi in 4. q. in 4. prædicamento.

1356 Trigeſimumſextum exemplum eſt † in teſtibus ſuper ætate alicuius, ꝙ licèt falſum dixerint, dum dixerunt, talem eſſe talis ætatis iudicio ſuo, tamen non poſſunt dici falſi, Bero. conſ. 166. in h. uol. 3.

1357 Trigeſimumſeptimum exemplum eſt, † ſi uuus teſtis dicit, ꝙ ipſe, & talis iuerunt ſimul ad talem locum, & ille examinatus dicit, ꝙ dum iret ad talem locum, inuenit dictum teſtem ibi, ſi enim ſunt ſuſpecti, utiq; hæc variatio uitiat eorum depoſitionem, Alexan. conſi. 91. nu. 6. uol. 4.

1358 Trigeſimumoctauum exemplum eſt, † ſi unus teſtis dicit, ꝙ talis unus ex colitigantibus ſedebat in capite, ſeu ſuperiore parte menſæ, alter uerò dicit, ꝙ ſedebat in parte inferiore, ut concludit Alex. in d. conſi. 91. & ſupra etiam tetigi in 29. exemplo.

1359 Trigeſimūnonū exēplū eſt, † vbi teſtis dicit, ſe uidiſſe Titiū poſſidere; na licèt nō deberet ulterius interrogari regulariter, ſi tamen ſit ſuſpectus de mendacio, & falſo, tunc ſi interrogatus, quis erat ſecum, quando illud uidit, reſpondit, quod N. erat ſecum, & poſtea examinatus N. dixit, minimè interfuiſſe, utique primus teſtis redditur inutilis, Alex. coſ. 91. col. pen. in h. uol. 4. Dixi aliquid ſuprà in 4. q. in 12. exemplo.

1360 Quadrageſimum exemplum, † ſi unus teſtis dicit, q od talis deſponſauit Dominam N. ſedentem, & alter dicit ſtātem; neq; enim concordantur, Alex. conſ. 143. nu. 2.

1361 Quadrageſimumprimum exemplum, † ſi unus teſtis dicit, ꝙ talis iurauit ſub imagine Crucifixi, alter dicit ſub imagine Beatæ Mariæ, Alex. ubi ſupra.

1362 Quadrageſimumſecundū ſit exēplum, † ſi teſtis ſit falſus, aut uarius in aliqua cohærentia, ſeu confine rei, de qua q æritur, ità reſpondit Bal. conſi. 28 . nu. 4. in 2. par.

Quadrageſimumtertium ſit exemplum ſimile

1363 ſecundo, † ſi teſtis interrogatus de nomine contrahentium, vel de parentela, uel parochia, falſum dicat etiam ſcienter, non tamen falſus dicitur, ut de falſo puniatur, niſi

ſit

ſit principaliter ad hoc inductus, Gramma.
deciſ.43.nu.3.& ſeq.
1364 Quadrageſimumquartum exéplum, † ſi
vnus teſtis dicit, quod Titius erat armatus
tali genere armorum, & alter dicit, quòd
non erat armatus aliquibus armis; ſaluantur
enim iſti teſtes. & hæc contrarietas non
attenditur, ſi de eo principaliter nõ contendatur,
vt per Dec. d.conſ.100. nu.5. & ſeq.
1365 Quadrageſimúquintũ ſit exéplũ, † quod
ponit Natta conſ.279. col.pen. in fi. in teſtibus
inductis ſuper numeratione pecuniæ,
quorũ alter addidit, ꝙ numeratis pecunijs,
illæ fuerunt poderatæ per vnum, & alter dicit,
ꝙ fuerunt ponderatæ per alium.
1366 Quadrageſimumſextum exemplum, † ſi
teſtes ad defenſam examinati ſuper eo, quod
reus occiſor fecit ad ſui defenſam, ex eo, ꝙ
occiſus percuſſit prius occiſorem, & aliqui
teſtes dicunt. ꝙ percuſſit occiſorem in capite,
aliqui dicunt in humeris, aliqui in renibus,
Rimin.d.conſi.44.nu.5.in fi.& ſeq.vol.1.
1367 Quartus modus principalis † probandi
bona fuiſſe in bonis eſt per confeſſionem
partis, contra quam agitur, vel eius anteceſſores,
per ea, quæ dicam infrà in ſequenti
quęſtione principali in modo probandi dominium:
latè Cepha. conſi.624. nume.29.&
plur. ſequen. volum.5. Et iterum ſi bona re-
1368 periantur † eſſe penes filium, præſumuntur
fuiſſe patris, per Bal. in l. 2. per illum tex.
C.de patr. poteſta. dicétem, quod quidquid
habet filius præſumitur de pertinétibus ad
patrem, niſi aliundè probetur quæſitum. cuius
deciſionem in terminis probandi bona
per filium tenta fuiſſe patris, ubi longum
tempus nõ interceſſit inter mortem patris,
& tempus, de quo agitur, expendit Marzar.
conſil.11.col.1. 2.conſil.19.col.185.& ante
eum in vna Placentina, Alciat. qui deſiderat
decennium conſi. 778. eſt tam eleganter, &
copioſè conſultum in hac cauſa per ſpectabilem
Dominum Barnabam de Puteo.ad fi.
& plures alios concordant. de quibus per
Menoch. conſilio 207. nume. 12. volum. 3.
Burſat.conſilio 268. nume.6. volum.2. & de
hac materia Bireta conſ.39. col.7. & ſeq.

Quòd ſi etiam in aliquo inſtrumento, vel ſcriptura
legeretur, quòd filius vti hęres patris,
ſeu hæreditario nomine aliquid fecit circa
rem, de qua agitur, an fuerit in bonis eius
patris fideicommittentis, tunc etiam res
eſſet indubitata, quod præſumeretur eam
fuiſſe in bonis eius, Menoch. ubi ſuprà nu.8.
1369 In hac autem materia † aduertédum eſt,
ꝙ non poteſt probari bona eſſe in bonis diſponentis,
niſi etiam probetur identitas bo-
1370 norum, † quæ quidem probari non poteſt,
niſi ſaltem exprimatur nomen loci, ubi
res ſita eſt, vel cognomen prædij vnà cũ duobus
confinibus eorum, l.forma. vbi Barto.&
alij.ff.de cenſi. Bar.in l.demonſtratio falſa.in
princ.nu.12.ff.de condit.& demonſt. & alibi
ſæpe Doct. legendo, & conſulendo. hoc enim
probato, benè intrabit præſumptio identitatis,
& immutatio confinium, de qua per
Alcia.in tract.de præſumptio. in 3. reg. præ-
1371 ſumptio.14.in prin. † concludens, confines
non præſumi mutatos. Et hanc concluſionem,
quòd probata rei denominatione,
& duobus confinibus, etiam ſi alij non conuenirent,
quòd dicatur probata identitas
rei, tenet etiam Bar.in l.ſi quis in fundi vocabulo.
ff.de legat.1.& cæteri conueniunt cum
eo, Rolan.conſ.67.nu.4.vol.2.& pulchrè per
Surdum conſi.44.col.pen. Burſat. conſ.157.
nu.19.& ſeq.vol.2.

Plus voluit Rimi.ſen.conſ.429.nu.3. & plu.ſeq.
vol.3. quòd ſufficiunt duo confines, etiam ſi
variatio, vel incertitudo ſit in ſitu, & alijs
cohærentijs, & numero menſuræ terræ.
1372 Hęc aũt concluſio † duas recipit declarationes.
altera eſt, ꝙ illud, quod fuit expreſſum,
ꝙ ſufficit exprimere per duos confines,
procedit, niſi pręedium, de quo quęritur, habeat
quinq; cõfines, ut ꝑ de Monte in tract.
finium regundorũ, c.87. poſt Caſt. per eũ ci-
1373 tatũ. Altera eſt, † quia ſi confines ſint mutati,
oportet teſtes deponere de antiquis, &
modernis cõfinibus, nec ſufficeret, vel de modernis
tm̃ atteſtari, uel de antiquis, ut cõcludit
Caſt.in l.2.in fi.C.fin.regũd.& Crau.cõſ.
1374 57.nu.7. † Et cõſtat ẽt, ꝙ in probandis cõfinibus
prędiorũ, ſi eſt aliqua dubietas inter
antiquos, vel modernos, uel aliàs dubitatur
de identitate, ſufficit ſemiplena probatio, &
probatur per indicia, & coniecturas, ut reſpõdit
Pariſ.cõſ.107.nu.6.& plu.ſeq. vol.1.&
ꝑ cõiecturas Decian.cõſ.50.col.pen. i fi. vol.
1. loquẽs in probanda identitate rei, & ꝑ Biretá
d.cõſ.39. Aduerſus tñ probationẽ bona
fuiſſe in bonis, & idẽtitatẽ eorum, latè rñdit
Rimi.iu.cõſ.459.uol.4. Rolã.d.cõſ.46. uol.3.

ARGVMENTVM.

Quomodo, & qualiter probandum ſit dominium
bonorum prohibitorum alienari,
in caſibus, in quibus neceſſaria eſt dominij
probatio.

SVMMARIVM.

1 *Dominium nihil aliud eſt, niſi ius, quo res mea eſt.*
2 *Poſſeſſio eſt ius, quo rem teneo.*
3 *Dominium eſt ius diſponendi de re ſua ad libitum.*
4 *Idem eſt dicere dominium, vel quaſi, proprietatem, vel quaſi.*
5 *Dominij appellatione non venit quaſi dominium,*

vel quaſi proprietas.

6 *Quaſi dominium cenſetur ex titulo, & traditione, quæ pariunt publicianam.*

7 *Dominij probatio difficilis eſt. Quod declaratur dupliciter, vt nu. 8. & 9.*

8 *Dominij difficilis probatio in eo, qui agit contra tertium rei vendicatione, fundando dominium ſuum ſuper ſolo titulo acquiſitionis habito ab alio.*

9 *Agens rei vendicatione contra tertium, & fundans dominium ſuum ſuper ſolo titulo acquiſitionis, quomodo iuſtificare debeat dominium, ſi ſumus in facto recenti, & nu. 10.*

11 *Quando actor ſe fundat non ſolum ex titulo, & poſſeſſione eius authoris, ſed etiam ex poſſeſſione propria diuturna, tunc dominium non eſt probationis difficilis.*

12 *Contra authorem dominium iuſtificatur ex titulo acquiſitionis & pretij ſolutione.*

13 *Inſtrumentum donationis factæ per principem probat dominium donatarij, item inſtrumentum venditionis probat dominium contra venditorem, & nu. 14. & 19.*

15 *Agens hippothecaria ſufficit, quod probet debitorem poſſediſſe rem hippothecatam, & quod habebatur pro domino.*

16 *In iudicio familiæ erciſcundæ, vel communi diuidundo ſufficit ſemiplena probatio dominij, probando quod defunctus poſſidebat, & habebatur pro domino.*

17 *Dominij probatio quandoque non modò non eſt difficilis, ſed etiam ſi de eo notoriè conſtat, vt de palatio communis Placentiæ.*

18 *Dominium ſatis probatur ex eo, quod aliqua res fuit alicui adiudicata iudicialiter.*

19 *Ex ſola poſſeſſione probatur dominium incidenter in iudicio deductum, ſecus ſi principaliter deducatur, & nu. 27.*

20 *Dominium quando dicatur incidenter in iudicio deduci.*

21 *Reſpectu mobilium ex ſola poſſeſſione probatur dominium*

22 *Quando ſumus in antiquis dominium etiam principaliter in iudicio deductum probatur per ſcripturas publicas ſaltem concurrentibus aliquibus indicijs. Declaratur nu. 23. & 24.*

25 *Adminiculum id dicitur, quod conducit ad veritatis præſumptionem.*

26 *Fama & teſtimonium de auditu licèt non probent dominium, tamen adiuuant eius probationem.*

27 *Adminicula ad hoc vt quid operētur, debent eſſe plenè probata.*

28 *Difficilis probationis eſſe dicuntur ea, quæ ſunt de antiquo.*

29 *In his, quæ ſunt probationis difficilis, lex eſt contenta probationibus leuioribus, & talibus, quæ aliàs non ſufficerent etiam per coniecturas, & indicia.*

30 *Ex eo, quòd probatur quem poſſediſſe prædium pro ſuo, & tanquam ſuum, vt faciunt veri domini, & poſſeſſores rerum ſuarum, præſumitur non dominus, ſed quod nomine ſuo, non alieno poſſederit.*

31 *Teſtes deponentes ſe audiuiſſe à maioribus ſuis, quod ille erat dominus. non probant dominium.*

32 *Quod quis ſit, vel non ſit dominus, non percipitur ſenſu auditus, vel viſus.*

33 *Teſtes deponentes talem communiter, palàm, & publicè fuiſſe tentum, & reputatum pro domino, non probant dominium.*

34 *Inſtrumenta locationum, ſeu inueſtiturarum, vel diuiſionum inter alios non probant dominium.*

35 *Confeſſio partis probat dominium.*

36 *Titulus habilis ad acquiſitionem dominij, & traditio habita à vero domino, vel putatiuo concurrente diuturna poſſeſſione probant dominium etiam contra tertium, & numero 40. Contrà nume 48.*

38 *Dominium licèt non videatur, tamen benè videntur, & ſenſu percipiuntur cauſæ productiuæ dominij.*

39 *Licèt ſit ſpeciale in inſtrumento venditionis, & donationis factæ à Principe, vt probent dominium, tamen idem eſt in alijs inſtrumentis, iunctis aliquibus adminiculis, & nu. 42. & 49.*

41 *Traditio transfert dominium, ſi tradens erat dominus, aliàs tantùm transfertur conditio vſucapiendi, & publiciana competit, & nu. 44.*

43 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habeat.*

45 *Nemo dat, quod non habet, & pro non dato habetur, quod datur ab illo, qui de iure dare non poteſt.*

46 *Inſtrumenta venditionum, vel inueſtiturarum ſola non probant dominium etiam in antiquis, etiam in fauorem eccleſiæ, ſaltem contra tertium poſſeſſorem.*

47 *Ex inueſtitura, & ſolutione ficti probatur dominium contra ſoluentem, donec contrarium per eum probetur.*

50 *Dominium eccleſiæ an, & quando probetur ex inſtrumento donationis factæ per Imperatorem ab antiquo de aliquo caſtro.*

51 *Si Papa eximat tale monaſterium, & capellas ipſius eas particulariter exprimendo, ex his verbis non probatur capellas expreſſas ſpectare ad tale monaſterium, niſi aliud conſtet de earum iure.*

52 *Inſtrumenta dicuntur emanaſſe à pluribus perſonis, ſi plures ab vno cauſam habuerint diuerſis temporibus.*

53 *Ex titulo nullo non probatur dominium, etiam ſi nullitas non concernat litigantes, ſed ius tertij.*

54 *Domi-*

54 Dominium qualiter probetur, quando ſumus in antiquis.

55 Scripturæ, quæ ſolùm probant inter contrahentes, quādo ſumus in antiquis, probant etiam inter extraneos.

56 Titulus, & cauſa habilis ad acquiſitionem dominij, vel quaſi ſemper eſt probanda ad iuſtificationem dominij, etiam in antiquis.

57 Teſtimonium de auditu auditus in facto antiquo probat dominium.

58 Teſtimonium de auditu ad hoc, vt aliquid operetur, plura requiruntur.

59 Teſtimonium de auditu fundatur in lege ſpecialiter, ideò ſi in aliquo deficit, faciliùs proſternitur, & nu. 80. & 93.

60 Teſtes deponentes de auditu etiam non interrogati debent nominare ſaltem duas perſonas, à quibus audiuerunt, & nu 66. & 84.

61 Teſtes de auditu deponentes nihil faciunt, niſi audiuerint à fide dignis, & omni exceptione maioribus, & nu. 86. & 95.

62 Abſurdū eſt eos admitti, quorum authores repellerentur.

63 Teſtis dicens audiuiſſe id à parte dici, vel eius authore, aut conſanguineis, nihil probat.

64 Teſtis dicens audiuiſſe ab vno, quem nominat, & alijs quampluribus, quos non exprimit, nihil probat, quia duos ad minus debuit exprimere, et nu. 8.

65 Si vnus teſtis dicat audiuiſſe ab vno, alius ab alio, non probant, & nu. 67. & 85.

68 Teſtes deponentes de auditu probant, ſi vnus exprimat duas perſonas, alius alias duas diuerſas exprimat.
Contrà nu. 69. & nu. 85.

70 Ad hoc vt teſtimonium de auditu probet, oportet, quod teſtes exprimant ſe id, quid deponunt audiuiſſe ante motam litem, aliàs nihil operatur, & nu. 78. & 89.

71 Teſtes deponentes de auditu debent addere, quod credunt id, quod audiuerunt, aliàs ſi dicerent ſe id non credere, nihil probarent, & numero 91.

72 Teſtimonium de auditu differt à teſtimonio de fama.

73 Teſtimonium de auditu in his, quæ ſunt de recenti inducit præſumptionem translatiuam oneris probandi in partem aduerſam.
Contrà nu. 74. & 107.

75 Teſtimonium de auditu in antiquis plenam probationem facit, aliàs ſecus, & numero 92. & 99.

76 Regulariter teſtimonium de alieno auditu non admittitur, & nu. 79. etiam ſi fama concurrat, vt nu. 98.

77 Teſtimonium de auditu debet fortiter probari.

81 Teſtimonium de auditu etiam in antiquis non probat dominium.

82 Facilè teſtes inueniuntur, qui dicant audiuiſſe ſic, & ſic.

83 Duodecim requiruntur ad hoc, vt fidem faciat teſtimonium de auditu.

87 Copiæ plus credendum non eſt, quàm originali.

90 Teſtes de auditu non probant, niſi illi ſint mortui, à quibus audiuerunt.

94 Teſtes deponentes de auditu debent dicere, quod audiuerunt ab antiquis.

96 Antiquum tempus in hac materia dicitur centum annorum, vel quando non inueniri poſſunt teſtes, qui deponant per ſenſum corporis, & nume. 103. 144. 146. & 147.

100 In probanda conſanguinitate admittitur teſtimonium de auditu.

101 Teſtimonium de auditu in antiquis facit præſumptionem ad probandum bona in bonis.

102 Præſumptio hominis non transfert onus probandi, ſed legis.

104 Enunciatiua probant in antiquis.

105 Ad probandum tempus, cuius initium hominum memoriam excedit, ſufficit teſtimonium de auditu auditus.

106 Ius patronatus de antiquo probatur per teſtimonium de auditu auditus.

108 Fama in antiquis probat dominium, & alia, nume. 139. & 143.

109 Teſtes deponentes de fama ad probandum dominium, quid exprimere debeant.

110 Fama debet legitimè probari, aliàs nullam facit probationem tanquam rumor, & fama nuda.

111 Teſtis etiam non interrogatus debet dicere à quibus fama traxerit originem.

112 Teſtis ſuper fama deponens debet reddere rationem dicti ſui, etiam non interrogatus, & nume. 133.

113 Deponens de fama dicitur potius deponere de iudicio intellectus, quàm de ſenſu corporis.

114 Teſtis dicens, quod de hoc eſt publica vox, & fama non probat fama, niſi exprimat, quod ipſe audiuit ab omnibus publicè dici, & numero 123.
Item non probat, niſi exprimat à quibus audiuit etiam non interrogatus, vt numero 115. & 130.

116 Fama non dicitur probata, niſi ſit coarctata ad tempus ante litem conteſtatam.

117 Fama de delicto non releuat, niſi probetur orta ante inquiſitionem formatam.

118 Teſtis deponens de fama, ſi interrogetur, quid ſit fama, & reſpondeat, neſcire, non probat, & nu. 134.

119 Non poteſt probare famam, qui non intelligit, quid ſit fama.

120 *Etiam apud peritos difficile eſt definire, quid ſit ſama.*

121 *Non eſt neceſſe teſtem reſpondere qualiter à iure definiatur conſuetudo, vel ſama ſed qualiter ipſe intellexerit.*

122 *Teſtis deponens quid de nocte factum, non probat, ſi interrogatus, quid ſit nox, reſpondit, neſcio.*

124 *Fama debet probari per viros diſcretos, & bonæ ſamæ, non per viles, & mulierculas, & num. 131.*

125 *Fama non probatur, niſi per teſtes omni exceptione maiores, & nu. 132.*

126 *Iuramentum non defertur in ſupplementum ad probationem famæ.*

127 *Probatio, quæ fit per iuramentum, eſt irregularis.*

128 *Numerus teſtium non ſupplet defectum, quando informiter deponunt ſuper ſama, ſi eſt minor decem, & minus, ſi concurrat aliqua inhabilitas perſonarum.*

129 *Ad hoc vt ſama ſit concludenter probata, quot requirantur.*

135 *Teſtimonium de auditu, vel ſama per ſe regulariter non probant, & in hoc æquiparantur.*

136 *Fama dicitur confirmare, ideſt, cum alio firmare, quia per ſe non ſufficit.*

137 *Fama non ſufficit ad torturam.*

138 *Fama an probet extrema requiſita in remedio c. reintegrandæ.*

140 *Vbi alia probatio haberi poteſt, quàm per famam etiam in antiquis, ſola probatio famæ non ſufficit.*

141 *Vbi agitur de magno præiudicio, an fama ſola ſufficiat.*

142 *Notoria, vel ea, quæ habentur pro notorijs, per ſolam ſamam probantur, vt donatio Conſtantini eccleſiæ, ſecus in alijs.*

145 *Aliud eſt dici, aliud eſſe, item aliud eſt opinio, aliud veritas.*

148 *Inſtrumenta plura probant communem opinionem, & famam.*

149 *Confeſſio partis probat dominium.*

150 *Confeſsio alicuius, qui tenet rem in emphyteoſim à tali, ſibi præiudicat.*

151 *Confeſsio emanata per verba enunciatiua an probet dominium. putà, conducendo aliquam rem ab aliquo tanquam domino.*

152 *Confeſsio iudicialis fortius probat dominiũ, quàm extraiudicialis.*

153 *Confeſsio non eſt modus transferendi dominium, ſed tantùm probat contra confitentem, donec contrarium probetur, & hoc de extraiudiciali: nam ſi fuit iudicialis, non poteſt contrarium probari, & nume. 154.*

155 *Confeſsio dominij plus habet iuris, quàm facti.*

156 *Confeſsio eſt ſpecies probationis in materia affirmatiua, in negatiua verò, vt ſi dicatur, quòd nulla probatio admittatur, ſecus eſt.*

157 *Confeſsio eſt ſuperlatiua probatio, & ſuperat omnes alias ſpecies probationum.*

158 *Probatio per rei euidentiam, & confeſsio æquiparantur.*

159 *Confeſsio notorium facit.*

160 *Confeſsio habetur pro re iudicata, etiam in criminalibus.*

161 *Poſt concluſum in cauſa nulla admittitur probatio, niſi per confeſſionem partis.*

162 *Contra præſumptionem iuris, & de iure nulla admittitur probatio, niſi per confeſſionem partis iudicialem.*

163 *Negatiua mera non poteſt probari, niſi per confeſſionem.*

164 *Non ens non cadit in ſenſum.*

165 *In caſibus, in quibus probatio per ſcripturam requiritur, tamen admittitur probatio per confeſſionem partis.*

166 *Confeſſio adeò eſt efficax, vt iudex non poſſit pronunciare eam nullam.*

167 *Confeſſio habet vim probationis, & deciſionis, quia confeſſus habetur pro iudicato.*

168 *Confeſſio alia iudicialis, alia extraiudicialis.*

169 *Confeſſio quandoque tendit ad probandum, quandoque ad obligandum confitentem, quandoque ad liberandum alium.*

170 *Confeſſio non prodeſt confitenti.*

171 *Confeſſio iudicialis præiudicat confitenti quandocunque inter eaſdem perſonas, & numero 185.*
Contrà nu. 173. 175. & 176.

172 *Nimis indignum eſt, quod quis contrarium aſſerat eius, quod prius dilucidè faſſus eſt.*

174 *Licèt mantellum reuoluere, & ſic variare in alio iudicio.*

176 *Confeſſio facta in vno iudicio ad vnum finem tendente poteſt reuocari in alio iudicio tendente ad alium finem, & nu. 194.*

177 *Iudicium dicitur diuerſum ratione rei, cauſæ, perſonæ, vel modi agendi.*

178 *Impugnatum in vno iudicio cum vno agitato poteſt adduci contra alium in alio iudicio.*

179 *Iudicium motum ſuper vna re non præiudicat in alio iudicio ſuper alia re, & numero 191. & 227.*

180 *Confeſſio facta in iudicio criminali probat in ciuili.*

181 *Confeſſio non debet prodeſſe ei, cui non poteſt nocere.*

182 *Proprietas confeſſionis eſt nocere ſemper confitenti, & non ei prodeſſe.*

184 *Confeſſio emanata in proceſſu nullo, & in iudicio nullo, an præiudicet confitenti, & numero 186.*

185 *Con-*

185 Confeſſio facta coram iudice incompetente non facit fidem coram competente, & nu 225.

187 Confeſſio iudicialis præiudicat, etiam ſi ſit falſa.

188 Confeſſio emanata in iudicio ſummario, an præiudicet in plenario, & nu. 190. & 193.

189 Integritas confeſsionis non pendet ex qualitate iudicij.

192 Probationes factæ in iudicio ſummario non probant in plenario etiam inter eaſdem perſonas.

195 Rei confeſſio in criminali iudicio emanata probat in ciuili etiam inter alios, qui in eo iudicio non interfuerunt in præiudicium confitentis.

196 Probationes clariores deſiderantur in iudicio criminali, quàm ciuili.

197 Depoſitio teſtis etiam in criminali ei non nocet, ſi ut principalis poſteà conuenatur.

198 Confeſsio iudicialis incidenter facta, an probet, & præiudicet ſemper confitenti tam in ciuili, quàm in criminali iudicio, & nu. 102.

199 Inſtrumentum, in quo Titius dat mutuo centum Seio, quæ dicit, ſe habere in depoſito à N. probat depoſitum in fauorem N. contra Titium.

201 Confeſsio iudicialis non ſolum confitenti præiudicat, ſed etiam eius hæredi.

202 Non ſolum præiudicat iudicialis expreſſa confeſſio, ſed etiam tacita, quæ oritur ex productione inſtrumenti, & ſcripturæ, etiam ſi emanauit per verba enunciatiua.

203 Confeſsio emanata coram arbitro confitenti quandocunq; præiudicat inter eaſdem perſonas.

204 Confeſsio ità demum præiudicat, ſi ſit facta coram iudice ſedente pro tribunali, ſecus ſi ſit facta in iudicio coram notario.

205 Procuratoris confeſsio facta in vno iudicio, quando in alio iudicio domino præiudicet, & nu. 207. & 208. 209. & 210.

206 Domini confeſsio in multis differt à confeſsione procuratoris.

211 Confeſsio à iure, iudice, vel à parte reprobata non præiudicat confitenti, etiam ſi ſit iurata, & nu. 214. & 215.

212 Si quis fateatur in legato ornamentorum muliebrem veſtem comprehendi, ſibi non præiudicat, quia de iure non continetur.

213 Furtum rei ſuæ fieri non poteſt, & ideò confeſsio rei fatentis fecisse furtum rei ſuæ, ſibi non præiudicat.

217 Ficta confeſsio, quæ oritur ex contumacia, non præiudicat in alio iudicio.

218 Confeſsio ità demum præiudicat, ſi ſit ſecuta ſententia expreſſa, vel tacita.

219 Præſentia partis eſt neceſſaria, & acceptatio ad hoc, ut præiudicet confeſsio facta in vno iudicio, in alio, & nu. 221. & 222.

220 Confeſsio iudicialis tendit ad obligandum.

222 An ſit neceſſaria expreſſa acceptatio, an verò ſufficiat tacita, ad hoc ut præiudicet confeſsio confitenti.

223 Acceptari debet confeſsio re integra, id eſt. donec confeſsio non ſuit reuocata, vel viuente confitente.

224 Confeſsio extorta dolo, vel ſuaſionibus alterius nihil valet.

226 Vbi adſunt coniecturæ pro confitente contrà confeſsionem, tunc in alio iudicio ei non nocet confeſsio.

228 Confeſsio facta per verba enunciatiua ad alium effectum, an præiudicet in alio iudicio, & numero 230.

229 Enunciatiua verba probant inter contrahentes in his, in quibus partes poſſunt ſibi præiudicare.

231 Enunciatiua uerba quæ dicantur, & numero 232.

233 Confeſsio per verba enunciatiua non obligat, licet probet, maximè ſi ſit geminata, vel ſumus in antiquis, & numero 234. 235. & 236.

237 Fauore publicæ vtilitatis confeſſus vnum in vno iudicio, poterit in alio iudicio inter eaſdem perſonas contrarium aſſerere.

238 Confeſsio continens vnum caput, ſi ſit falſa in parte, vel reprobata, in nullo præiudicat.

239 In his, quæ curſu temporis mutantur, confeſsio in vno iudicio facta non nocet in alio.

240 Confeſsio ſuper non veriſimili non præiudicat confitenti.

241 Clara, & aperta confeſsio præiudicat, non dubia.

242 Confeſsio eſt interpretanda ad fauores confitentis, dummodò non euacuetur, & numero 245.

243 Falſa confeſsio, & erronea non nocet confitenti in alio iudicio.

244 Per noſtrum affirmare, vel negare ſubſtantia veritatis non immutatur.

246 Erronea confeſsio non ſolum per confitentem, ſed etiam per eius hæredem poteſt reuocari.
Contrà nu. 247.

248 Frater emens fundum ſuo, & nomine fratris, & faciens cataſtrari, & ſoluens collectas nomine communi, non auditur poſteà volens dicere, ſe erraſſe.

249 Clauſula ex certa ſcientia non operatur, ut erronea confeſsio præiudicet, conſtito de errore, & nu. 253. & 254.
Contrà num. 250.

251 Si quis tranſigens fateatur rem ſuam eſſe alterius, ſciens eſſe ſuam, transfert dominium.

252 Hæres ſcienter diuidens bona tanquàm fideicommiſſo grauata, adeò ſibi præiudicat, vt talem confeſsionem reuocare minimè poſsit.

255 Erronea confeſsio non præiudicat confitenti, ſiue error ſit in facto, ſiue in iure.

256 *Error ſatis probari dicitur probando rem aliter ſe habere, quàm cantet confeſſio.*

257 *Diuidens rem cum alio putans communem, doctò de errore, poteſt reuocare diuiſionem.*

258 *Faſſus fideicommiſſum in tali teſtamento extare ad fauores N. ſi ex inſpectione teſtamenti apparet contrarium clarè, talis confeſſio nihil valet.*

259 *Confeſſio non præiudicat confitenti circa id, quod ſi ipſe vellet, non poſſet, vt quando continet manifeſtum iuris errorem.*

260 *Quando in teſtamento extant aliqua argumēta pro fideicommiſſo, tunc ſtatur confeſſioni confitentis ſubeſſe in eius præiudicium.*

261 *Confitens ſe debitorem Sempronij de centum, prout in tali inſtrumento, ſi ex lectura dicti inſtrumenti nihil conſtet, talis confeſſio nihil releuat.*

262 *Furtum dicens ſe feciſſe in re propria ſibi non nocet, quia à iure reprobatur talis confeſſio.*

263 *Hæredem ſe dicens alicuius inter aliquos ſibi præiudicat, etiam quo ad alios.*

264 *Dicens contractum celebratum ſeruatis ſeruandis, ſi contrarium ex contractu appareat, nihil valet eius confeſſio.*

265 *Confeſſio iudicialis nihil præiudicij infert his, qui in eo iudicio, & actu non interfuerunt.*
Contrà nu. 266.

267 *Confeſſio extraiudicialis inter viuos eodem modo, & forma præiudicat, quo iudicialis.*
Contrà nu. 276.

267 *Præſentia partis an requiratur ad hoc, vt præiudicet confeſſio extraiudicialis; & quid ſit de iure ciuili, & quid de iure canonico, et nu 268. 269. 270. 271. & 272.*

273 *Confeſſio extraiudicialis, etiam de iure ciuili plenè præiudicat, ſi facta ſit in ſcriptis, vt in ſcriptulo manus.*

274 *Probatio plena requiritur ad hoc, vt plenè probet, & præiudicet confeſſio extraiudicialis.*
Contrà nu. 276.

275 *Confeſſio emanata ad declarationem alicuius actus plenè probat, etiam parte abſente facta.*

277 *Teſtes deponentes de confeſſione oportet eſſe concordes per omnia in loco, tempore, &c.*

278 *Extraiudicialis confeſſio facta per verba enunciatiua nullum facit gradum probationis.*

279 *Extraiudicialis confeſſio irreuocabiliter præiudicat, ſi ſit per notarium ſtipulata, maximè ſi ſit iurata.*

280 *Non præiudicat extraiudicialis confeſſio facta in actu nullo.*

281 *Non poteſt probari confeſſio partis per teſtes contra inſtrumentum debiti, niſi adſint quinque teſtes.*

282 *Non præiudicat extraiudicialis confeſſio ſingulari ſucceſſori, ſi emanauit poſt datum illi ſucceſſori.*

283 *Confeſſio extraiudicialis ità demum facit plenam probationem ad obligādum, ſi ſit facta cum cauſa, aliàs ſecus.*

284 *Confeſſio iurata probat, & valet, etiam parte abſente.*

285 *Confeſſio extraiudicialis præiudicat confitenti non tertio.*

286 *Prælati confeſſio non præiudicat eccleſiæ.*

287 *Teſtis dicens ſe falſum depoſuiſſe, non nocet illi, in cuius fauorem depoſuit.*

288 *Iudex dicens ſe falſam ſententiam tuliſſe, non præiudicat tertio.*

289 *Confeſſio etiam iurata emanata inter perſonas ſuſpectas, vt inter virum & vxorem, non probat.*

290 *Calore iracundiæ facta confeſſio non tenet.*

291 *Liberatoria confeſſio facta parte abſente ſolùm ſemiplenam probat.*

292 *Extraiudicialis confeſſio ſi ſit geminata, æquiparatur iudiciali, & plenè probat.*

293 *Confeſſio facta ad exonerationem conſcientiæ etiā parte abſente probat.*

294 *In his, quæ dependent à mera voluntate confitentis, putà in aditione hæreditatis, confeſſio facta etiam abſente parte præiudicat.*

295 *Confeſſio partis non probat tituluм aduerſarij in beneficialibus.*

296 *Teſtatoris confeſſio ſtans in vim meræ voluntatis diſpoſitiuæ, ei non præiudicat, etiam ſi conualeſcat, etiam ſi ſit iurata.*

297 *Teſtatoris confeſſio facta parte præſente, & ſtipulante, vel notario pro ea præiudicat.*

298 *Confeſſio teſtatoris iurata ei præiudicat irreuocabiliter, ſi pars fuit præſens, aliàs ſecus, & nume. 300.*

299 *Iuramentum habet vim clauſulæ Omni meliori modo.*

301 *Recognitio facta in fauorem alicuius probat dominium, & poſſeſſionem tam in fauorem recogniti, quàm contra eum, & quoſcunque habentes cauſam ab eo aduerſus recognoſcentem, & eius hæredes, & nu. 313. 317 & 318. fallit hoc quatuor caſibus, vt nu. 320. 321. 322. & 323.*

302 *Recognoſcens rem ab aliquo dicitur fateri non eſſe ſuam.*

303 *Poſſeſſio, & dominium etiam directum in antiquis probantur per recognitiones, niſi appareat eas fuiſſe factas ex falſa cauſa, & nume. 317. 337. & 338.*

304 *Recognoſcere eſt fateri aliquem eſſe dominum.*

305 *Recognitio non ſolum nocet recognoſcenti, ſed etiā habentibus cauſam ab eo.*

306 *Recognitio non probat contra tertium, & numero 335. & 322.*

307 *Recognitio contra tertium præſtat aliquod adminiculum.*

308 *Inſtrumenta locationis, inueſtituræ, & ſimilium, an probent dominium, vel poſſeſſionem, & numero 309. 311. 319. 331. 332. & 327.*

310 *Inno-*

311 *Inueſtitura lædit ad diminutionem iuris concedẽtis.*

312 *Recognoſcens, & eius ſucceſſores non poſſunt refricare queſtionem dominij.*

314 *Vbi recognitio non nocet tanquam recognitio, probat tanquam confeſſio.*

315 *Si ultra recognitionem probetur poſſeſſio 30. annorũ, vel vltra, non dicitur probatum dominium niſi ex aduerſo probetur de antiquiori poſſeſſione, & numero 339.*

316 *Si penſio fuit diù ſoluta recognito ex vi præſcriptionis dicitur acquiſitum directum dominium, quod parit rei vendicationem, etiam contra tertiũ.*

319 *Si in recognitione generali aliqua excipiantur, an recognitus, uel ab eo habens cauſam fundatam habeat intentionem ſuper cæteris omnibus. & quid ſi probetur, quod tempore recognitionis aliqua poſſidebantur per tertium.*

324 *Erronea, & falſa cauſa vitiat recognitionẽ etiam geminatam.*

325 *An ſit differentia recognoſcere aliquem ſimpliciter, vel tanquam dominum illius rei.*

326 *Vaſallus recognoſcens non dominum, an priuet dominum iure ſuo*

328 *Confeſſio non eſt modus acquirendi, uel transferendi dominij.*

329 *Per inſtrumenta regulariter poſſeſſio non probatur tradita, niſi celebrata ſint in conſpectu rei.*

330 *Ex locatione, & fructuum perceptione probatur poſſeſſio, alio poſſeſſore non apparente, item dominium præſumptiuè, ſi incidenter deducatur, & numero 336.*

333 *Inſtrumentum dotis non probat matrimonium, ſi de eo principaliter agatur.*

334 *Inſtrumentum acquiſitionis cum inſtrumento locationis, an plenè probent dominium.*

340 *Recognitiones, & inſtrumenta inueſtituræ, & ſimilium an probent plenè dominium coram ſenatu, vel principe, etiam contra tertium.*

341 *Senatus. vel princeps iudicant vt Deus.*

342 *Per ſolam uerbalem inueſtituram non transfertur dominium, nec poſſeſſio, nec ius in re, ſed ad rem tantum.*

343 *Dominium per præſcriptionem probatur, & acquiritur, & num. 353.*

344 *Si colonus diù coluit fundum nomine meo, ex hoc probatur poſſeſſio mea legitima, & conſequenter dominium.*

345 *Si quis poſſedit aliquam rem ciuiliter, putà percipiendo canonem, ex hoc probatur præſcriptio directi dominij etiam contra tertium.*

346 *Vtile dominium per præſcriptionem queritur, niſi ſit tempus immemorabile, quia tunc etiam directũ queritur, & num. 356.*

347 *Præſcribitur dominium per 10. annos cum titulo, vel per longiſſimum tempus ſine titulo.*

348 *Quaſi dominus quis efficitur per præſcriptionem.*

349 *Si actor in libello dicat rem ad ſe pertinere iure dominij obtinebit, probando præſcriptionem, dum probet poſſeſſionem continuatam per 10. annos cum tit. & bona fide, & nu. 55. & 358.*

350 *Succeſſor agit rei vendicatione propter dominium, quod erat penes eius authorem.*

351 *Cauſa dominij eſt incerta.*

352 *Aliud eſt titulus, aliud dominium, aliud poſſeſſio.*

354 *Poſſeſſio de præſenti non facit præſumi quem dominum, niſi ſit longiſſima.*

357 *Dominium non cadit in incorporalibus.*

359 *Bona fides præſumitur ex lapſu longiſsimi temporis.*

360 *Sententia probat dominium etiam quoad tertium, maximè ſi ſit antiquiſsima, ſi tamẽ ſecuta fuit traditio, ſeu tenuta.*

361 *Ius pro ſententia præſumit, quod ſit uera, & quod interuenerint omnia ſolemnia intrinſeca, & extrinſeca.*

352 *Sententia tribuit titulum habilem, & vſucapiendi, ſeu præſcribendi conditionem, ſicut tranſactio, & conceſsio.*

363 *Liber extimi non probat plenè dominium, nec poſſeſsionem, niſi ſimus in antiquis.*

364 *Liber extimi probat in præiudicium eius, qui paſſus eſt deſcribi.*

365 *Solutio penſionis probat dominium contra ſoluentem. etiam ſi de titulo non appareat, ſecus contra tertium.*

366 *Ex denominatione rei à nomine, uel cognomine agẽtis probatur dominium.*

367 *Per bannimenta. & poſitionem bonorum ad cridas dominium probatur.*

368 *Signacula probant dominium.*

369 *Conceſſio de aliqua re facta per principem probat dominium.*

370 *Quid comprehendatur in conceſſione Principis concedentis caſtrum cum iuriſdictione, mero & mixto Imperio, territorio, & pertinentijs, & iuribus quibuſcunq; ad ipſum ſpectãtibus, & pertinentib.*

371 *Caſtrum tribus modis ſumitur, & nu. 385. & 386.*

372 *Nomen Caſtri, & villæ, & huiuſmodi accipiuntur pro quodam vniuerſali continente corporalia, & incorporalia, & etiam iuriſdictionem, diſtrictum, & honorem, & nu. 378. 380. 386. 516. & 5. 2.*

373 *Princeps concedens caſtrum cenſetur illud concedere cum ſua curia, & iuriſdictione, & nume. 375. 381. 515. Contra num. 410.*

374 *Re conceſſa cum integro ſtatu cenſetur conceſſa cũ pertinentijs, & omni iure ſuo, & inſtrumentis, & omnibus fructibus, & mancipijs, quoad concedentem, non quòad tertium, & nu. 442. & 443.*

375 *Vniuerſitate conceſſa veniunt etiam incorporalia.*

377 *Curia eſt vniuerſitas prædiorum cum dignitate, iuriſdictione, & honore, & nu. 435.*

379 *Honor concernit perſonam, diſtrictus, & iuriſdictio realitatem territorij, & num. 419.*

382 *Ius patronatus alicui competens ratione caſtri dicitur poſſideri per ipſum caſtrum.*

383 *Caſtro*

383 *Caſtro deſtructo, quando territorium, & iuriſdictio caduca efficiantur.*

384 *Eccleſia, vel monaſterio deſtructo ſine ſpe reparationis iura anichilantur.*

385 *Si dominus legat, vel concedit caſtrum vniuerſitati ipſius caſtri, cenſetur liberare ipſum ab omni iuriſdictione.*

387 *Ex dignitate eius, cui fit conceſſio, & concedentis, non ſolum muri ipſi cenſentur conceſſi, & habitationes, ſed etiam vaſalli, & homines, & nu. 395.*

388 *Creditor in caſtro pignorato iuriſdictionem exercere poterit.*

389 *In conceſſione villæ facta per Epiſcopum non veniunt ſpiritualia, vt decimæ, quia diuerſam qualitatem profeſſionis habent.*

390 *Caſtrum quandoque ſumitur pro perſonis, & hominibus in eo habitantibus.*

391 *Caſtrum recognoſcens ſuperiorem poteſt ſtatuere ſuper rebus ſuis, ſed non poteſt ſibi pœnam imponere.*

392 *Prouinciæ nomen latiſsimum, etiam incolas comprehendent.*

393 *Caſtrum ſumitur pro corpore materiali, videlicet pro ipſo ædificio muris munito.*

394 *Caſtra de iure communi non habent iuriſdictionem, ſed præſumuntur ſuppoſita illi ciuitati, cui magis adiacent.*

396 *Caſtrum, quando ſumitur pro corpore materiali, nõ ſonat in aliquod vniuerſale, ſed in rem ſingularem, vt domus, palatium, & huiuſmodi.*

397 *Ciuitas ponitur pro loco muris circundato, & qui muro finitur, & num. 403. & ideò tunc appellatione ciuitatis non venit territorium in dubio, & num 482. & 518.*

398 *Non licet alicui facere caſtra noua cum æmulatione, uel iniuria alterius, nec etiam vetera incaſtellare, quæ non probantur fuiſſe habitata à Principe.*

399 *Priuato licet habere caſtra, vel fortalitia, dummodò non ad æmulationem alterius.*

400 *Aemulatio in dubio non præſumitur.*

401 *Forum quandoq; ſumitur pro iuriſdictione, quandoque pro loco materiali.*

402 *Inueſtitus de caſtro non cenſetur inueſtitus de caſtro, & mero imperio in dubio, & num. 407.*

404 *Ex communi uſu loquendi caſtrum eſt, quod muro tenus continetur, territorium verò etiã vltrà, vnde appellatione caſtri non venit territorium, & numero 412. & 480.*

405 *Adiacentia rei donatæ, ſiue conceſſæ, ſi ſunt ſeparabilia, non veniunt acceſſoria ad principalia.*

406 *Curia quid ſit.*

408 *Ex ſolo ingreſſu ciuitatis an, & quando acquiratur quaſi poſſeſſio tam reſpectu ipſius ciuitatis, quàm caſtrorum ei ſubiectorum.*

409 *Capta poſſeſsione caſtri non intelligitur capta poſſeſſio, uel quaſi iuriſdictionis, niſi ſubſequente exercitio.*

411 *Ciuitatis appellatione in materia larga, & indifferenti veniunt non ſolum ſuburbia, ſed etiam caſtra, & villæ eius.*

413 *Actor debet probare de quo caſtro ſenſerit concedens, cum caſtrum multis modis ſumatur.*

414 *Interpretatio in dubio debet fieri contra eum, qui nititur uerbis diſpoſitionis.*

415 *Territorium tribus modis ſumitur, & num. 454. & 456.*

416 *Territorium eſt ius terrendi, & ſummouendi.*

417 *Territorium, & diſtrictus idem ſignificant, & numero 431. an autem ſint idem cum comitatu, diœceſi, iurisdictione, & poteſtate, nu. 432.*

418 *Nemo poteſt probibere, ne quis vadat ad diſtrictum alterius.*

419 *Territorium ita ſe habet ad caſtrum, ſicut diœceſis ad ciuitatem.*

420 *Ciuitatis appellatione in materia odioſa non venit comitatus.*

421 *Iuriſdictio eſt in territorio ſuppoſitiuè, ſicut dominium, & ſeruitus in prædio, & nu. 425.*

422 *Præſcripto territorio dicitur pariter præſcripta iuriſdictio.*

423 *Iuriſdictio in territorio eſt tanquàm nebula ſupra paludem, & nu. 595.*

424 *Ciuitas, comitatus, & diſtrictus differunt, & numero 426.*

427 *Diſtrictus quid ſignificet.*

428 *Vaſalli veniunt in conſequentiam caſtri & territorij, cuius glebis ſunt affixi, & nu. 517.*

429 *Iuriſdictio, licèt cohæreat ſolo vniuerſali, non tamẽ cohæret ſolo priuato; iuriſdictionale.n. & priuatum ſunt ſeparata.*

430 *Territorium an ſit in mari, & nu. 438.*

433 *De iure ſolus Imperator habet territorium, cæteri autem Reges. & Comites non, & ibi ponitur rõ.*

434 *Imperator, ſiue dominus territorij licet fundatam habeat intentionem, quò ad iuriſdictionem, non tamen quo ad rerum proprietatem, et nu. 442. 446. 448. 534. 544. 547. 542. & 596.*

436 *Emens certas poſſeſſiones ab eccleſia ſub nomine territorij non ſub nomine agrorum conſequitur etiam iuriſdictionem, & immunitatem, quam habebat eccleſia.*

437 *Aliud eſt habere iuriſdictionem & diſtrictum, aliud dominium terrarum, & nu. 439. & 442. 439. 456. & 535.*

440 *Terra ſita intra territorium alicuius an, & quando præſumantur domini territorij, tam quò ad iuriſdictionem, quàm quò ad dominium particularium, & num. 439. & 542.*

441 *Quod eſt intra fines, præſumitur eſſe de finibus, uel illius, cuius ſunt fines, & nu. 458. quò ad ſuperioritatem, & recognitionem, non quòad plenam proprietatem, & nu. 529.*

444 *Prædia exiſtentia intra fines feudi non præſumuntur feudalia, ſi multa ſint allodialia in*

dicto

dicto territorio, & nu. 538.

445 *Omnis terra de iure primæuo libera eſt, niſi inquantum violentia eſt illata.*

447 *Dominus alicuius ciuitatis, vel villæ habẽs ciuilem, & criminalem iuriſdictionem ex hoc non dicitur habere ius in paſcuis publicis illius territori, ſed pertinent ad vniuerſitatem, & ſub eius dominio cenſentur. Dominus tamen eis vti poterit tanquam habitator.*

450 *Vendens prædia ſua, & omnia iura, quæ habet in tali territorio non cenſetur vendere ius colligendi cenſum, quod habet in certis domibus in illo territorio.*

451 *Caſtra exiſtentia in territorio alicuius ciuitatis debent viuere ſecundum leges, & ſtatuta dictæ ciuitatis, & per ciuitatem debent approbari ſtatuta caſtri.*

452 *Abſurdum eſt, & inhoneſtum, quod lex inferioris offendat legem ſuperioris.*

453 *Loca ſubiecta ciuitati, licèt alteri infeudata, debent cogi ad ſeruandum ſtatuta ciuitatis, niſi conſuetudines contrariæ ſint ibi receptæ.*

454 *Vbi agitur de interpretatione actus ſtatur interpretationi vicinorum.*

455 *Si dominus caſtri ſeparati à ciuitate condat ſtatutum, quòd ſeruetur ius commune, vbi non loquentur ſua ſtatuta, nihilominus adhuc debet regi iuxta ſtatuta ciuitatis, in cuius territorio eſt Caſtrum.*

457 *Alluuio non mutat iuriſdictionem.*

459 *Teſtes deponentes de territorio, dominio, diſtrictu, vel iuriſdictione tenentur reddere rationem, etiã non interrogati.*

460 *Territorium dicitur, vbi habetur iuriſdictio in temporalibus, licèt aliquando pro diœceſi capiatur.*

461 *Territorium quandoque accipitur pro vniuerſitate agrorum ſine iuriſdictione, ſed impropriè.*

462 *Recognoſcens caſtrum in feudum ab aliquo, an cenſeatur etiam recognoſcere proprietates agrorum.*

463 *Territorium quandoq; ſumitur pro aliquo prædio particulari, quod quis habet in territorio vniuerſali alterius loci.*

464 *Nihil cenſetur pertinere ad caſtrum, niſi aliundè probetur, quod ſit de eius pertinentijs.*

465 *Verba Spectantia, & Pertinentia reſoluuntur in relatiuum, & uerbum præſentis temporis, & conditionem important.*

466 *Verba Spectantia, & Pertinentia referuntur ſolũ ad id, quod concedens habet in caſtro, ideò oportet conſtare de iuribus concedentis, & num. 469.*

467 *Verba Spectantia, & Pertinentia important ius ratione poſſeſſionis, vel dominij; & ibi latè de ſignificatu horum verborum.*

468 *Verbum Spectare in libello poſitum, accipitur ſolũ quòad dominium.*

470 *Verba illa in compromiſſo De omnibus litibus, & controuerſijs pendentibus, reſoluuntur in relatiuũ, & verbum præſentis temporis, nec probant exiſtentiam litium aliquam inter partes, niſi aliundè probetur.*

471 *Conceſſio facta pro rata tangente concedenti, intelligitur quatenus tangit, ideſt, ſi tangit.*

472 *Legatum factum aquæ ſibi ſpectantis eſt conditionale, & intelligitur, ideſt, ſi ſpectat.*

473 *Pertinere verbũ comprehendit etiã id, quod actione perſonali alicui debetur.*

474 *Vniuerſitas hominum alia minima, alia magna, alia maxima minima appellatur caſtrum, magna ciuitas, maxima prouincia.*

475 *Caſtrum non habet iuriſdictionem, niſi ſit à ciuitate ſeparatum.*

476 *Iuriſdictio dicitur eſſe de pertinentijs caſtri à ciuitate ſeparati, aliàs ſecus, & num. 491.*

477 *In donatione caſtri à ciuitate ſeparati venit iuriſdictio, merum, & mixtum imperium.*

478 *Territorium non venit in diſpoſitione facta de caſtro ſimpliciter, niſi ſit acceſſorium, & deputatũ, & aſſignatum caſtro, & num. 498. & 4°4.*

479 *Quæ nomine differunt, conſequenter etiam ſubſtantia inter ſe ſunt diuerſa.*

481 *Caſtrum dicitur quaſi caſa alta, factis munita foſſis, ſeu vallo.*

483 *Caſtro à iure nihil eſt deputatum, quod ſit de eius pertinentijs, ſed poteſt eſſe caſtrum ſine territorio.*

484 *Vendita curia, in qua ſit feudum, non cenſetur venditum feudum, niſi ſit facta mentio de eo.*

485 *Conceſſo caſtro cum pertinentijs, & omnibus iuribus, quid veniat in tali conceſſione, & nu. 499. 517. 506. 511. 515. & 543.*

486 *Ius pedagiorum eſt diuiduum à caſtro, ſicut corda à baleſtra.*

487 *Fortalitia non debent eſſe nimis ſpatioſa, ut paucis indigeant ad cuſtodiam.*

488 *In actibus denotantibus tranſlationem iuris de vno in alterum acceſſorium, non omninò priuilegio cohærẽs, ſed diuiſibile, nõ venit tranſlato priuilegio.*

489 *Territorium caſtri non ſolum eſt ab eo diuiſibile, ſed eſt diuiſum pariete medio.*

490 *Vendens prædium excepto fonte, non intelligitur reſeruare, & excipere ſolùm, quod eſt circa fontẽ.*

491 *Appellatione fluminis non venit ripa fluminis.*

492 *Præfectus ciuitati intelligitur præfectus ipſis ciuibus, quia ſignificatio ciuitatis ſumitur ex ipſis ciuibus.*

493 *Si in aliqua diſpoſitione ſit mentio ſolùm de ciuitate, non veniunt ea, quæ ſunt extra ciuitatem.*

495 *Pertinentiæ veniunt in diſpoſitione, licet de eis nihil ſit expreſsè dictum.*

496 *Ciuitas habet de iure canonico annexam diœceſim, ideò Epiſcopus licet dicatur Epiſcopus ciuitatis, tamen etiam diœceſis dicitur Epiſcopus.*

497 *Venditis poſſeſſionibus, vel caſtro cenſetur vendita iuriſdictio, & omnia, quæ vendens habebat ratione caſtri, & poſſeſſionum, non ratione perſonæ ſuæ,*

ne ſua, & numero 512. 513.

500 *Pertinentiarum appellatione venit iuriſdictio, & omnia alia acceſſoria data caſtro a iure, vel conſuetudine, & nu. 527. 533. & 536.*

501 *Bona non præſumuntur feudalia, ſed allodialia in dubio, & nu 540. 550. & 55 .*

502 *Omnia bona, quæ poſſidet inueſtitus in territorio, de quo fuit inueſtitus, præſumuntur feudalia reſpectu domini, niſi reperiantur occupata per particulares. Contra num. 5 7.*

504 *Bona ſpecificata à Principe in conceſsione caſtri intelliguntur conceſſa reſpectu iuriſdictionis, non autem quod ſint feudalia, & in eius dominio, niſi ſpecificatio bonorum facta eſſet per confines.*

505 *Principis conceſsio in eius præiudicium latiùs interpretatur quàm diſpoſitio priuata.*

507 *Verba illa inueſtituræ in conceſsione caſtri, Poſſeſsionibus, terris cultis, & incultis, &c. quid operentur, an quod talia expreſſa dicantur feudalia.*

510 *Curia conceſſa cum pertinentijs, & iuribus ſuis, debent probari pertinentia, & iura, aliàs nihil ex ſe conceſsio probat.*

511 *Illud, quod eſt circa eccleſiam per 20. pedes, quod autem eſt circa rem profanam per quinq., dicitur eſſe de eius pertinentijs.*

514 *Pertinentiarum expreſsio in conceſsione caſtri videtur ſuperflua, & otioſa, cum re conceſſa veniant pertinentia, etiam ſi non ſint expreſſa, et nu 519.*

520 *Pertinentia qualitatis diuerſæ annexata rei ex quadam commoditate, non cenſentur cōceſſa re conceſſa niſi ſit dictum Cum pertinentijs, & num 524.*

521 *Si ille, cui fuit conceſſum caſtrum, emat iuriſdictionem ab alio; an hoc caſu iuriſdictio dicatur eſſe de pertinentijs caſtri.*

522 *Horti an veniant in conceſsione rei.*

523 *Hortus, & ſimilia dicuntur acceſſoria domui, ſi ad ea habetur acceſſus per domum, niſi eſſent magni momenti.*

525 *Vendito, vel conceſſo caſtro cum omnibus ipſi concedenti pertinentibus, veniunt bona, & prædia allodialia ipſius concedentis exiſtentia intra illud territorium, niſi ex quantitate pretij aliud ſuadeatur.*

526 *Vendita re cum iuribus, & pertinentijs ſuis, ea ſolùm veniunt, quæ ſunt de natura rei venditæ, non autem cætera cohærentia, & contigua.*

528 *Inueſtitus tenetur probare de iure inueſtientis: & an hoc procedat tam reſpectu iuriſdictionalium, quàm bonorum corporalium, & nu 554. & 597.*

530 *In diſpoſitione caſtri, & territorij comprehenditur quædam vniuerſitas prædiorum intra fines poſitorum.*

531 *Vniuerſitate conceſſa, omnia etiam incorporalia veniunt.*

533 *Territorium non eſt de ſubſtantia iuriſdictionis, cū arbiter qui non habet territorium, poſſit citare.*

536 *Vendens caſtrum cum pertinentijs non cenſetur vendere res particulares, quas habet in dicto territorio.*

539 *Vaſallus, & emphyteota poſſunt cogi ad oſtendendum inueſtituram, aliàs omnia præſumuntur feudalia, & emphyteotica*

541 *Si in ſententia fiat mentio non ſolum de caſtro, & pertinentijs, ſed etiam de pratis, vallibus, villis, terris, &c. an intelligatur de rebus particularibus.*

542 *Quæ ſit differentia dicere, Vendo terras cultas, & incultas exiſtentes intra dictum territorium, vel dicere, Pertinentes ad ipſum caſtrum.*

545 *Feudum poteſt quis habere in curte alterius.*

546 *Rei vendicatio competit ſubdito non domino territorij, licet vterq; ſit dominus.*

548 *Bona, quæ non probantur per aliquem poſſideri, cuius eſſe præſumantur, & quid ſi probetur, quod aliàs fuerunt culta, licèt modò ſint inculta, & numero 552.*

549 *An, & quando res ſita in territorio alicuius domini præſumatur allodialis, an feudalis: & ibi latè diſtinguitur, quando dominus habeat fundatam intentionem, quòad iuriſdictionem tantum, vel quòad alia.*

551 *Iuriſdictio nihil commune habet cum proprietate rerum nec cum feudalibus, aut cenſualibus.*

555 *Omnis iuriſdictio ad Principem pertinet, vel ad habentem cauſam ab eo.*

556 *Omnis iuriſdictio tam temporalis, quàm ſpiritualis ab ipſo Deo eſt ex Chriſto Ieſu mediatè, vel immediatè.*

557 *Imperium vnde originem traxerit.*

558 *Imperium, & Papatus fraternizant.*

559 *Imperium eſt maior natu, quia ante Papatum fuit.*

560 *Imperatoris authoritas in Euangelio approbatur.*

561 *Poſt Imperium Babilonicum, Perſicum, Medorū, & Græcorum omnis poteſtas, & authoritas temporalis Imperij cepit eſſe penes Populum Romanum, qui mox in Imperatorem omnia tranſtulit.*

562 *Imperator eſt dominus mundi, & eſt ſupra omnes Reges de iure, licet non de facto; & latè agitur de eius poteſtate, quæ dicitur anormala, & nulla lege clauſa.*

563 *Omnis iuriſdictio à Principe fluit, & refluit, ſicut flumina fluunt, & refluunt ad mare.*

564 *Papa, & Imperator ſunt circa iuriſdictionalia tanquam mare, quod non augetur, nec minuitur per concurſum fluminum.*

565 *Papa, ac Imperator concurrunt cum quolibet ordinario, & inferiore.*

566 *Omnis iuriſdictio temporalis procedit ab Imperatore, ut a ſole radij multi, quorum omnium vnitas ſeruatur in origine.*

567 *Nulla iuriſdictio etiam minima poteſt conferri, niſi auctoritate Principis mediata, vel immediata.*

568 *Rex Franciæ, Dux Mediolani, & quilibet Princeps ſuperiorem non recognoſcens habet iura Imperij.*

569 *Exercens iuriſdictionem in territorio alicuius dici-*

tur

tur facere ei iniuriam, & violare eius territorium.

570 *Salinæ, & pedagia ſunt de reſeruatis Principi, idē de mero & mixto Imperio, & de regalibus omnibus; & ibi exempla multa, quæ ſint regalia.*

571 *Ius ſtudij eſt de reſeruatis Principi.*

572 *Regalia non poſſunt alienari in præiudicium ſucceſſorum.*

573 *Ius imponendi gabellam eſt de regalibus, ſed poſtquam eſt impoſita ius exigendi non eſt quid regale.*

574 *Regalia non poſſunt ab alio obtineri, quàm à Principe, ideò ea petens debet oſtendere conceſſionem, & numero 582.*

575 *Regalia ſunt ſpecialiter reſeruata ſuperiori in ſignū ſuperioritatis, & num. 579.*

576 *Quod fieri non poteſt, niſi cum Principis diſpenſatione, de iure impoſſibile eſſe dicitur.*

577 *Iuriſdictionalia non poſſunt in aliquem transferri ſine licentia Principis, nec ea quis à ſe poteſt abdicare ſine licentia Cæſaris.*

578 *In generali & indefinita conceſſione nunquàm venit, niſi ius. quod habet concedens.*

580 *Regalia ſunt ad decus, & honorem Imperialis, & Regiæ celſitudinis.*

581 *Salinarum redditus, etſi ſint de regalibus poſſunt per Principem in feudum, & emphyteoſim concedi.*

583 *Vectigalia dantur, vt itinera tuta fiant, aliâs exigentes ea ad reſtitutionem tenentur.*

584 *Molendinum iure priuato poſſideri poteſt, maximè ſi ſit ſuper flumine priuato.*

585 *Priuati non poſſunt iuriſdictiones poſſidere.*

586 *Omne commercium regalis feudi eſt prohibitum ſine domini conſenſu.*

587 *Res, quæ non poteſt alienari propter perpetuam rei qualitatem, vt eſt res ſacra, & religioſa, non dicitur eſſe in commercio noſtro.*

588 *Qui habent Imperium iure proprio, id eſt, ordinario, poſſunt egredi terminos iuris communis propter criminis enormitatem.*

589 *Iuriſdictio ordinaria illis tantùm competit, qui ſunt electi à collegio, uel vniuerſitate, vel ab aliquo ſuperiore, vel confirmati.*

590 *Princeps, vel conſuetudo dant iuriſdictionem ordinariam.*

591 *Omnis iuriſdictio, & poteſtas de iure publico introducta eſt.*

592 *Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ.*

593 *Habens diſtrictum, uel iuriſdictionem dicitur perſona publica.*

594 *Priuata perſona non poteſt præſcribere iuriſdictionem, ſecus in publica, vt eſt præſes prouinciæ.*

595 *Quæ non ſunt in commercio noſtro, vllo tempore non præſcribuntur.*

598 *Inueſtitus de feudo an, & quando poſſit rem inueſtituram ſubijcere fideicommiſſo.*

599 *Quilibet in re ſua eſt moderator & arbiter.*

600 *Si conceſſio nullam aliam perſonam reſpicit, quàm eius, cui fuit facta, reſpectu iuriſdictionalium perſonalis eſt iudicanda, cum illa ſui natura ad hæredes non ſint tranſitoria.*

601 *Si aliquis deijciatur ab exercitio iuriſdictionis, iuriſdictio non acquiritur deijcienti, ſed conuolat ad Imperatorem, niſi conceſſio aliud ſonet.*

QVAESTIO XIII.

CIRCA decimamtertiam quæſtionem principalem, quæ pertinet ad dominij, vel quaſi probationē, in primis pro clariore dilucidatione iſtius articuli, præmitto in primis,
1 quòd † dominiū nihil aliud eſt, niſi ius, quo
2 res mea eſt; & † poſſeſſio, niſi ius, quo rem teneo, Bal. in l. ſi de proprietate. numero 10. C. ſi à non competen. iud. & ſeu magis dici po-
3 teſt, † quòd dominium nihil aliud eſt, quàm facultas diſponendi de re ſua ad libitum, l. in re mandata. C. mandat. Bar. in l. ſi quis. §. differentia. ff. de acquir. poſſeſſio. Soci. conſilio 266. num. 7. vol. 2.
4 Secundò præmitto, † quòd idem eſt dicere dominiū, vel quaſi, proprietatem, vel quaſi,
5 † & dominij appellatione non venit quaſi dominium, vel quaſi proprietas, Alex. conſilio
6 203. num. 2. uol. 2. † & quaſi dominium cenſetur ex titulo, & traditione, quæ pariūt Publicianam, ut concludit Corn. conſ. 201. col. 2. in princ. vol. 1.
7 Tertiò præmitto, † quòd probario dominij eſt difficilis probationis, vt ſæpiſſimè dicunt maiores noſtri, & in ſpecie glo. in l. cùm res. C. de probat. Boe. deciſ. 42. numero 25. & eſt
* *cōiter receptum, teſte Contardo in l. 1. in 1. oppoſ. nu. 16. C. ſi de momēta. poſſeſsio. &c.
Sed hæc concluſio ſic ſimpliciter ſumpta difficilè poſſet ſuſtineri; ideò duas recipit decla-
8 rationes. Altera eſt, † quòd dominium ſit difficilis probationis reſpectiuè, ſcilicet reſpectu poſſeſſionis, quæ facilius poreſt probari etiam per teſtes de viſu, glo. & Docto. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoq;. ff. de verb. obligat. et ſic etiam in ſpecie declarat Contard. vbi ſuprà num. 16. licèt nihil allegar. Secunda eſt
9 declaratio, † vt probatio dominj dicatur difficilis, & facilis probationis, ſecundum factum, & cauſas, ex quibus elicitur, & cauſatur dominium, ſecundum Bal. in l. proprietatis. num. 4. C. de probat. & in l. cùm res. eo. tit. & probat Dec. conſi. 111. num. 7. & concordan. per Contrad. vbi ſuprà num. 9.
His ſic pręmiſſis, adhuc pro faciliori intelligentia iſtius

tia iſtius materiæ diſtinguendi.ſunt plures
8 caſus. Primus eſt, † ut ſupradicta concluſio
procedat in eo, qui agit contra tertium rei
vendicatione, fundando dominium ſuum
ſup ſolo titulo acquiſitionis habito ab alio,
9 † tunc enim verè,& legitime probandum eſt
dominium,& plenè quidem,non ex ſola poſ-
ſeſſione, & titulo eius authoris, itá inquit
Bal.in d.l.cùm res. in fi.quæ quidem difficul
tas cauſatur tunc ex eo, quia oportet pro-
bare dominium ſui authoris, ut conſiderat
Caſtrenſ. conſil.133.num.2. in 2.part.quem
ad hoc refert,& ſequitur Contard.in d.l.1.in
10 1.oppoſi.nu.17.† Et iſto caſu,quãdo ſumus
in tempore de recenti, non ſufficeret etiam
probare per communem reputationem, vt
ibi per eum. & hoc caſu benè dicunt Docto.
quòd ſolus titulus acquiſitionis etiã in an-
tiquis non probat dominium, Soci.conſilio
187.num.2.vol.2.Alex.conſi.182.nu.1.vol.7.
Et ratio iſtius cõcluſionis eſt, quia dominiũ
hoc caſu principaliter deducitur in iudiciũ
ad fundandam principaliter intentionem
actoris, & agitur de facto de recenti, Dec.cõ
ſilio 221.num.7.& itá latè contra probatio-
nem dominij,etiam ſi agatur de vtili rei ven-
dicatione, reſpondit Bero.conſi.79.vol.3.
11 Secundus caſus eſt,†quando ſumus in tem-
pore de recenti, & agitur etiam rei uendica-
tione, ſed actor non fundat ſe contra tertiũ
reum conuentum ex ſolo titulo,& poſſeſſio-
ne ſimplici eius authoris, ſed ex poſſeſſione
propria diuturna,tunc enim verum eſt dice-
re, dominiũ, vel quaſi difficilis non eſſe pro-
bationis, ut concludit poſt alios per eum ci-
tatos, Rolan. conſi.4.uol. 3. quem etiam ſe-
quitur Contard. vbi ſuprà nume. 18. & eſt
deciſ.Bar.in l.ad probationẽ.C.locati.& in l.
quãuis.§.1.ff.de acq.poſſeſs. Ang.in l.officiũ.
in fi.ff.de rei vẽd. Alex.cõſi.12.in princ.vol.4.
12 Tertius caſus eſt,†vbi agitur contra autho-
rem ipſius petitoris, deducendo dominiũ;
tunc enim ſufficit probare contra eum titu-
lum acquiſitionis habitum ab eo, & pretij
ſolutionem, ſi ſimus in venditione,& rei tra-
ditione; & itá ſignanter concludit Bald. in
d.l.cùm res.& intelligendo eum loqui in hoc
* caſu,non meruit á Doctoribus * communi-
ter reprobari, prout videtur reprobatus, ut
* de * communi contra eum teſtatur Alex.cõ-
ſilio 202.num.1.uol.2.& conſ.182.col.2.vol.
7. Crot.conſi.75. num. 25.& itá intelligo id,
13 quod dicunt alibi Docto. † de inſtrumento
donationis factæ per Principem, quòd pro-
bet dominium donatarij, de quo per Ange.
in l.officium.num.1.ff.de rei vendicat.Gram
mat.deciſ.58.num.19.& ſeq. Contard.vbi ſu
prá numero 14.

Sicq; ſuſtineri poteſt hoc caſu conſultatio Bur
14 ſat. conſi.6.col.7.num.32.uol.2. † quatenus
dicit, ſpeciale eſſe in uenditionis inſtrumen-
to,& donatione Principis, quòd per eã pro-
betur dominium, aliás enim cõtra tertium
reum conuentum, non probaretur iſte effe-
ctus, nòn conſtito de iure donatoris, itá re-
ſpondit poſt Spec.& concordan. per eum ci-
tatos, Ruin. conſ.13. nu.7. verſi.& ideò non
obſtat donatio Caroli facta Monaſterio,&c.
uol.4.ſic & inueſtitus debet probare de iure
inueſtiẽtis,Alex. conſ.120.num.2. & ſequen.
vol.2. Craue.conſi.124.num.10.Rolan.con-
ſilio 46. nume.65.& 66. vol. 3. & hunc caſum
probat Boc.deciſ.42.num.6.loquens contra
violentum poſſeſſorem, quòd dominiũ pro-
betur ex poſſeſſione, & contra cauſam habẽ-
tem ab eo, putá contra commendatarium
depoſitarij,vel cõductorẽ,vt ibi per eũ nu.7.
Quartus caſus,in quo ceſſat difficultas proba-
15 tionis dominij eſt, † vbi quis agit hippothe-
caria contra tertium poſſeſſorem;nam tunc
ſufficit probare, quod debitor poſſidebat rẽ
mihi hippothecatã, & ꝙ habebatur pro do-
mino, Rip.in l.rem, quæ nobis.num.52.ff.de
acquir. poſſeſsio. & concordan. per Cõtard.
in d.l.1.in 1.oppoſi.num.20.C.ſi de momen
tan.poſſeſſio.&c. vbi addit ſic etiam fuiſſe iu
dicatum per Rotam.
16 Quintus eſt caſus† in iudicio familiæ erciſ
cunde, vel communi diuidundo; nam in his
ſufficit ſemiplena probatio proprietatis, vel
dominij, modo, quo ſuprà dixi in præceden.
caſu,& poſt relatos concludit Contar. vbi ſ.
17 Sextus caſus eſt, † ut adhuc dñij, vel quaſi
probatio nedum non ſit difficilis,imò id no-
torium eſſe poſſit, teſte Bal.in c.fin.num.13.
de cohabiratio. clerico. & mulie. vbi exem-
plificat in hortis Salluſtianis, uel Palatio Ci
ceronis, & ſequitur Contard. vbi ſuprà nu-
mero 12. prout etiam poteſt dici de Palatio
communis Placentiæ, & ſimilibus, & idem
de rebus publicis, ut ibi num.13. & ſeq.nam
licèt dominium ſit inuiſibile, vt ſuprá dixi,
tñ per ea,quæ vidẽtur, conſpicitur,ut ille ait.
18 Septimus caſus eſt, † quando agitur de do-
minio alicuius rei in iudicium deductæ, &
ex cauſa iudicati, ſeu pignoris, quod fuit a-
ctori adiudicatum, ſatis ex hoc dicitur pro-
batum dominium illius rei ad fauores agen
tis,ex adductis per Cõtard. vbi ſuprà nu.15.
19 Octauus caſus eſt, † quando dominium in-
cidenter deducitur in iudicium, & ſic de eo
incidenter agitur, tunc enim adhuc facilis
probationis eſſe dicitur, probando poſſeſ-
ſionem tantùm; itá enim dicit Bar. in l.qui-
dam in ſuo. ff. de condictio. inſtitut. & con-
cordan. per Soci. conſil.266.num.10.uol.2.

Et

* Et hæc eſt * communis reſolutio, à qua nemo diſcrepat, vt teſtatur Rot. Luc. deciſio, 54. num. 13. & plur. ſequen. loquens in domi
20 nio, quando deducitur incidenter, † putà, vbi proponitur confeſſoria contra aliquem, ſeu eius prædium deberi ſeruitutem prædio actoris; tunc enim quia principaliter agitur de ſeruitute, & incidenter de dominio prædij dominantis, ſat eſt probare de poſſeſſione prædij dominantis, vel ſi proponitur dominium excipiendo; vt ibi per eum, & ante eum Contard. in d. l. 1. in prima oppoſitio. numero 19. & 22. C. ſi de momentan. poſſeſſio. &c.
21 Nonus caſus ſit, † quòd quidquid ſit in rebus immobilibus, quia in his res non eſt admodum abſoluta, generaliter loquendo, tamen reſpectu mobilium ſufficit probatio dominij per poſſeſſionem, Craue. conſi. 269. numero 1. & ſequen. vbi concludit, quod dominium pecuniæ probatur ex ſola eius poſſeſſione intantum, quod dominium à poſſeſſione ſeparari non poteſt, & probat ante eũ Roma. conſilio 3. concludens, quòd emens prædium etiam nomine alieno præſumitur de propria pecunia emiſſe, cũ ſimilibus, quæ longum eſſet recenſere.
Decimus caſus eſt, in quo ceſſat illa magna dif-
22 ficultas probandi dominium, † cum agitur de re de antiquo; adhuc enim hoc caſu, etiã ſi principaliter deducatur, ſufficit probatio per ſcripturas publicas, teſte Ang. in d. l. officium. num. 2. ff. de rei vendicat. quem ad hoc citat Contard. vbi ſuprà numero 13. quamuis non deſint contradicentes, Riminal. ſen. conſil. 426. num. 12. & ſequen. volu. 3. Crot. conſ. 34. num. 14. quorum opinio tamẽ non eſt tuta, ſaltem concurrentibus aliquibus indicijs, quibus tunc locus eſt in tempore de antiquo, quod ab omnibus approbatur, l. indicia. C. de probat. & in l. cum res. eo. & vtrobiq; Docto. Afflic. deciſ. 40. ſub numero 4. Soci. conſ. 89. num. 19. lib. 1. Alba conſilio 6. Natta conſ. 235. Menoch. de quæſt. arbitrar. caſu. 42. in princip. vt per Crauetam de antiqui. tempo. in 1. parte. §. viſo. per totũ. Sed hæc cõcluſio duas recipit declarationes.
23 Prima, vt procedat, † vbi inſtrumenta ſunt plura, & à diuerſis perſonis emanata; neque enim vnum ſufficeret, nec plura ab eodem authore, uel eius ſucceſſore facta, Crot. d. cõſilio 34. num. 17. & ſeq. & ante eum Riminal. ſen. conſ. 426. in fi. vol. 3. Idemq; probat Soc. conſ. 194. colum. pen. in fi. vol. 2. & conſ. 266. nume. 2. & 12. volum. 2. Alexand. conſilio 10. in 6. concluſ. volum. 4. & pulchrè Ruin. conſ. 14. num. 7. & ſequenti, volum. 4. loquentes in pluralitate inſtrumentorum. Craue. vbi ſuprà. §. ampliatur. char. 24. in paruis num. 14. 17. & ſequen. quamuis minori numero contentus fuerit Alba conſ. 6. Natta conſil. 283. num. 8. & iterum Alba conſi. 83. numero 16.
24 Secunda eſt declaratio, † reſpectu indiciorum; oportet enim & ea eſſe legitimè probata, Crot. d. conſi. 34. in fi. Et pro adminiculo cõtinetur quodlibet inſtrumentũ, quod non eſt ſufficiens ad probationem dominij.
25 † quoniam adminiculum dicitur id, quod adducit ad veritatis præſumptionem, ut cõcludit Socin. conſil. 187. num. 4. volum. 2. Idẽ
26 quoque in fama, † & teſtimonio de auditu, quia quodlibet iſtorum adminiculatur, Roma. conſil. 523. nu. 4. & ſeq. Alexan. conſil. 98.
27 nume. 8. & ſeq. vol. 6. † Craue. vbi ſup. & Soc. & alijs ſuprà citati, quatenus concludunt famam probari per inſtrumenta antiqua: ſed ſi ageretur de probanda fama per teſtes, tũc alia erit inſpectio. quia teſtimonium de auditu, & de fama debet eſſe plenè probatum, vt latè per Grat. conſi. 14. Rolan. conſilio 46. vol. 3. vt infrà dicam ſuo loco. Et ratio iſtius
28 concluſionis fundamentalis eſt ea, † quia in his, quæ ſunt de antiquo, dicitur tractari
29 de re difficili, † in qua lex contenta eſt leuioribus probationibus, l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. quę aliàs non eſſent omninò plena, vt inquit Inno. in c. veniens. de uerbo. ſigni. cum cõcordan. per Soci. d. conſ. 89. num. 16. vol. 1. & conſ. 187. col. 2. uol. 2. & conſil. 194. eo. Fel. in c. veniens. num. 21. de teſti. & ꝙ in antiquis admittatur probatio etiã per coniecturas, & indicia, & quæ non proſunt ſingula, &c. firmat Natta qui etiam concordan. allegat cõſ. 446. nu. 11. vol. 2. & latiùs in terminis noſtris hanc concluſionem probat ipſe d. conſ. 235. nu. 5. cum plur. ſeq. eo. vol. loquẽs in fama, teſtimonio de auditu, ſcripturis, uel libris antiquis, & huiuſmodi, intantum ꝙ ſcripturæ, quæ inter ipſos contrahentes plenam fidẽ tunc faciebant, nũc faciant plenam probationem inter extraneàs perſonas, ratione antiquitatis, vt ibi latiùs per eũ ſub nu. 13. ad fi. & pulchrè etiam Alba conſi. 64. nu. 28. vbi idem dicit in libris hiſtoriarũ, & quibuſcunq; alijs ſimplicibus ſcripturis, & firmat Ancha. conſ. 310. nu. 4. vbi concludit, quòd in probãdo dominio de antiquo, putà centum annorum, ꝙ ſufficiunt probationes per coniecturas, & indicia, per c. quid per nouale. & c. veniens. vbi Inno. & alij. de verb. ſignific. & præſertim per famam, libros antiquos, teſtes, qui dicant ſe legiſſe antiqua inſtrumenta in publica forma, in quibus expreſsè apparebat, quod tale caſtrũ, vel talis res pertinebat ad talem, per l. periniquum. C. de fid. inſtrumẽ. & c. cùm olim. de priuileg.

& etiam per teſtes de auditu à ſuis maiorib.
quorum aliqui adhuc ſunt viui. Et ꝙ in an-
tiquis dominium probari poſſit non ſolùm
per inſtrumenta verè, l. cum precibus. C. de
probat. l. in exercendis. C. de fid. inſtru. Bero.
q. 90. nu. 7. de quibus infrà dicam: ſed etiam
præſumptiuè, vt per eum ibidem, & inter cę-
tera per famam: ſufficit tamen probatio poſ
ſeſſionis, ſed tamē ſemper requiritur, vt pro-
betur de cauſa, & titulo habili, ad acquiſi-
tionem dominij, vel quaſi, Rolan. cōſ. 46. nu.
18. vol. 3. concludens, quod propterea teſtes
deponentes aliquem tenuiſſe prædium tan-
quam ſuum, & pro ſuo nō probare dominiū
niſi aliunde probetur de titulo, & cauſa ha-
bili ad acquiſitionem dominij, ſeu quaſi, quę
propterea articulari, & capitulari debet per
deducentem dominium huiuſmodi.

His ſic præmiſſis, ſubijcio nunc modos proban
di dominium principaliter in iudicium de-
ductum. Sed prius libet pręſupponere quoſ-
30 dam caſus negatiuos. Conſtat itaq; † inhæ-
rendo his, quæ ſuprà dixi, dominium huiuſ-
modi non probari ex eo, quòd probetur talē
poſſediſſe prædium pro ſuo, & tanquam ſuū,
ut faciunt veri domini, & poſſeſſores rerum
ſuarum; id enim ſolum operatur, quòd dica
tur probatum eum poſſediſſe nomine ſuo,
& non nomine alieno, vt ſuprà dixi in præce-
den. princip. q. in primo modo probandi bo
na fuiſſe in bonis, & ita reſpondit Rol. in lo-
co ſuprà proximè citato.

31 Secundus caſus eſt, † ſi teſtes deponunt au-
diuiſſe à maioribus ſuis, quòd ille erat domi
32 nus. Neque enim per teſtimonium † de au-
ditu auditus probatur dominium ſaltem de
recenti; quia non ſumus in his, quæ ſenſu au
ditus, vel viſus percipiuntur, vt in ſpecie re-
ſpōdit Rolan. d. conſ. 96. nu. 16. vol. 3. & in te-
ſtibus deponentibus de viſu, Dec. conſi. 321.
nu. 8. de quo dicam aliquid infrà in 7. caſu. &
contra teſtes deponētes de viſu dominij, re-
ſpondit Pariſ. conſ. 107. nu. 32. vol. 1. verſi. &
licet aliqui teſtes ex aduerſo producti dicāt
Raſponum eſſe dominum, quia viderunt ip-
ſum dn̄m, per Bat. in tract. de teſtib. Imol. &
concordantes, de quibus per eum.

33 Tertius caſus eſt, † vbi etiam teſtes dicerent
talem communiter palàm, & publicè fuiſſe
tentum, & reputatum pro dn̄o, & dn̄m talis
ꝑdij, vt poſt Rot. cōcludit Rol. vbi ſu. nu. 20.

34 Quartus caſus eſt, † vt nec etiam per inſtru
mentum locationū, ſeu inueſtiturarum, aut
etiam diuiſionum inter alios minimè probe
tur dominium, vt concludit Alex. conſil. 11.
uol. 4. de quo non meminit Rolan. qui idem
tenet vbi ſuprà, vltrà ea, quæ diximus in præ
cedentibus caſibus.

Pro affirmatiua autem circa modos probandi
dominium, ſatis puto ſupra dixiſſe. quibus
35 tamen addi poteſt, † ꝙ alius modus proban
di dominium, vel quaſi eſt confeſſio partis,
vt reſpondit Menoch. conſ. 202. nu. 106. & ſe-
quen. uol. 3. & in emphyteota, qui fatetur rē
ſe tenere in emphyteoſim à tali dn̄o, Cepha.
conſilio 9. num. 20. & ſequen. & hunc caſum
probat Contard. in d. l. 1. in 1. oppoſi. num. 7.
C. ſi de moment. poſſeſs. poſt Dyn. in l. 1. nu.
25. C. de pact. & concordan. de quibus per
eum. ſaltem niſi cōtrarium ex aduerſo pro-
betur, ut ille ait, & benè. & hoc de plano pro-
cedit inter eos contrahentes, vt dixi ſuprà
in tertio caſu; ſecus autem, quò ad tertium,
quo caſu poſſet procedere, quod dicit Bur-
ſat. conſil. 26. licèt Purpura. conſi. 74. uolum.
ſecundo in fi. faciat differentiam inter con-
feſſionem, & recognitionē. Sed malè, per ea,
quæ ponit Menoch. conſil. 91. num. 36. & plu
rib. ſequen. & conſi. ultimo, uolum. 1. & conſ.
191. num. 7. in 5. fundamento. & latiùs de re-
cognitione dicam infrà in tertio adminicu-
lo, & vltrà ea, quæ ſuprà dixi in præcedentib.
caſibus, qui ſatis etiam ſeruiunt pro modis
probandi dominij.

Illud etiam non omitto pro ſecundo ſpeciali
modo probandi dominium, uel quaſi, id,
36 quod dicunt Docto. † ſufficere, ſi probetur
titulus habilis ad acquiſitionem dominij, &
traditio habita à vero domino, vel à putati-
uo, ex quo datur Publiciana, ità poſt Specul.
& concordan. per eum citat. reſpondit Ale-
xand. conſi. 98. nu. 8. & ſequen. volum. 2. & la-
tiùs Roland. d. conſilio 46. numero 18. & ſe-
quen. volumine 3. vbi addit, hoc procedere
concurrente diuturna poſſeſſione in anti-
quis: & etiam conſiderat Contard. in l. pri-
ma, in prima oppoſitio. numero 1. in fi. C. ſi
de momenta. poſſeſſio. & ante eum idem re-
ſpondit Pariſ. conſilio 107. numero 9. & plu-
rib. ſequen. volumine 1. vbi concludit poſt
Specul. & Bal. in l. cum res. C. de probat. & in
d. l. indicia. quòd dominium etiam contra
tertium probatur, probando titulum, tradi
tionem, & diuturnam poſſeſſionem, etiam
ſi non conſtet tradentem fuiſſe dominum.
vnde licèt Bal. in l. cùm res. C. de probat. ve-
lit, dominium probari ex titulo emptionis,
pretij numeratione, & rei traditione, referen-
ta opinione Placen. antiqui gloſſatoris, ta-
* men * communiter reprobatur, Alexan. con
ſilio 202. numero 1. volumine ſecundo, &
conſilio 182. columna ſecunda, volumine ſe-
ptimo, & probat Crot. conſilio 75. nume-
ro vigeſimoquinto. quando ſcilicet domi-
nium principaliter in iudicio deducitur,
37 & de recenti, vt ibi per eum. † Et quod ad
proban-

probandum principaliter deductum in iudicio dominium, non ſufficiat probatio ſolius poſſeſſionis, l. nullo. C. de rei vendicatio. & in terminis noſtris Bal. d. conſilio quarto. in princip. in quarta parte, per d. l. cum res. C. de probatio. nec etiam per teſtes de viſu,
38 vt etiam ſuprà dixi, † quia dominium non videtur, ſed benè videntur, & ſenſu percipiũtur cauſæ productiuæ dominij, per Inno. in c. cùm cauſam. de probat. quē in propoſito, & materia noſtra ſequitur Ang. dicto conſilio 229. ſub numero tertio. & quamuis ſpe-
39 cialet ſit in inſtrumento emptionis, quia illud ſolum probat dominium, ut eſt tex. in l. proprietatis. C. de probat. quem tex. ſic inducit Barbatia in loco infra citato, prout etiam in inſtrumento donationis Principis, vt concludit Ang. in l. officium. numero ſecundo. ff. de rei vendicatio. Barbat. conſilio ſexto, columna ſecũda, numero 32. volumine ſecundo: cætera tamen inſtrumenta acquiſitionum iunctis aliquibus alijs adminiculis probant dominium, d. l. proprietatis. in verbo ſed & quibuſcunque alijs legitimis probationibus. Ang. vbi ſuprà in d. l. officiũ. qui ſic intelligit glo. in d. l. proprietatis. quæ ſimpliciter vult, ſolum inſtrumentum probare dominium. & hanc concluſionem ſequendo Ang. comprobat Socin. ubi ſuprà. & latiùs prædicta ſic declarat Barbat. conſilio 55. clementiſſimum, & omnipotentem Deum. columna ſexta. ad fi. verſiculo facit etiam, quod voluit Ang. uolumine quarto. Quibus addo vnum granum ſalis, vt hæc concluſio ità demum vera ſit, ſi vltra inſtrumentum acquiſitionis probetur poſſeſſio acquirentis, aliàs ſecus, l. traditionibus. C. de pact. l. nunquam nuda. ff. de acquiren. rer. domi. glo. in l. non eſt nouum. ff. eod. ut etiam reſpondit Bald. conſilio 51. numero ſecundo, in ſecunda parte. etiam ſi is, à quo titulus habitus fuit, erat dominus, Corn. conſilio 35. numero decimotertio, volumine primo, loquens etiam in emptione, & pariter Alexand. conſilio 11. numero quinto, volumine quarto. & ſic verus modus pro-
40 bandi † dominium, uel quaſi eſt probatio tituli habilis ad acquiſitionem dominij, cũ
41 nuda traditione, † quia ſi is, qui tradidit, erat dominus, tranſlatum eſt dominium, aliàs vſucapiendi conditio tranſlata dicitur, & competit publiciana, Alexand. d. conſilio 98. numero octauo. & ſequen. uolumine 2.
42 † aliàs enim ſolum emptionis inſtrumentum non probat dominium etiam in antiquis, niſi aliqua alia concurrant adminicula, Socin. conſilio 187. numero ſecundo, volumine ſecundo. & Alexand. conſilio 182. numero primo, uolumine ſeptimo. vbi concludit poſt Docto. in l. cùm res. C. de probatio. contra Bal. quòd ad probãdum dominium in rei vendicatione non ſufficit titulus, & traditio, vacuæ, poſſeſſionis, niſi etiam probetur tradentem fuiſſe dominum, ſed benè ſufficiunt hæc in Publiciana, vt ibi per eum numero quarto, quidquid dicat Bero. in quæſtio. 90. numero ſeptimo, quòd dominium poteſt probari per inſtrumenta, l. cùm precibus. C. de probatio. l. in exercendis. C. de fid. inſtrumen. & per præſumptiones, quia illa iura non probant hanc ſuam concluſionem. & qualiter probetur dominium de recenti, & quæ requirantur, ponit Pariſ. conſil. 104. colum. 6. & ſequen. volum. 1. Atque etiam, vt mea fert opinio, & comprobat Afflict. deciſ. quadrageſimo, ſub numero quarto. requiritur, quòd tradens ſit dominus, aliàs enim ſolus titulus, & traditio non fa-
43 ceret acquirentem dominum, † quia nemo plus iuris, &c. l. traditio. ff. de acquiren. rerum dominio, ſed quaſi dominum, & præberet vſucapiendi conditionem, l. prima. in princip. & ibi glo. in verb. à non domino. ff. de Publicia. l. ſiue autem. §. ſi duobus. ff. eod. & comprobat apertè Corn. vbi ſuprà, vbi
44 concludit, † quòd in caſibus, in quibus ipſo iure dominium acquiritur abſque traditione, nunquam tamen transfertur, niſi cõcedens ſit dominus, ſicut etiam quaſi dominium minimè transfertur à non domino, niſi traditione ſubſequuta, ſed ea ſubſequuta, tunc ſi habens titulum cecidit à poſſeſſione ante perfectam vſucapionem, habet Publicianam actionem, & ſic quaſi dominium, ſi tradens non erat dominus, vt ibi per eum, requiritur traditio, vel aliquid, quod ſit loco traditionis, Afflict. vbi ſuprà ſub numero quarto, & probatur per iura ſuprà citata. atque idem firmat Socin. dicto conſilio 266. ſub numero ſexto, volumine ſecundo, dicens, quòd iura vtilia, vel directa non poſſunt in emphyteotam transferri, niſi ſint penes concedentem, per reg. l. nemo plus iuris, &c. ff. de reg. iur. & facit tex. in l. qui domos. in fi. ff. de legat. primo. Qua de re Bal. in l. ſi vniuerſæ. C. de lega. ſumando illum
45 tex. inquit, † quòd nemo dat, quod non habet, & pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de iure dare non poteſt, ſeu qui non habet, quod dare vult, c. quod antem. de iurepatro. & ità concludit circa tranſlationem dominij, vel poſſeſſionis Bero. quæſt. 106. numero primo, in fi. & ſequen. Verum
46 eſt, † quòd multi diſſentiunt ab hac con-

cluſione, quòd imò etiam in antiquis, etiam
in fauorem Eccleſiæ non proberur domi-
nium per ſolum inſtrumentum uenditionis,
inueſtituræ, vel locationis, poſt Spec. Rimi-
nal. conſilio 446. numero duodecimo, & ſe-
quen. vol. 3. ſaltem contra tertium poſſeſſo-
rem, etiam ſi ſolutio penſionis interuenerit,
47 † ſed ſolum contra eum, qui ſoluit, vel ſolam
inueſtituram accepit, donec ipſe probauerit
inueſtituram eſſe rei ſuæ, & per errorem ac-
ceptam, ut ibi per eum. Immò etiam, & ſi
conſtet de traditione rei, Crot. conſilio tri-
geſimoquarto, numero vndecimo. & plu-
48 rib. ſequen. † & quòd dominium non pro-
betur ex titulo, rei traditione, & etiam poſ-
ſeſſione ſimul iunctis, eſt glo. ordinaria re-
probans opinionem Placeut. ſingularem
per Docto. reputatam. in l. cum res. C. de
probatio. etiam ſi concurrat fama viciniæ
ſuper dominio. & latè firmat Crot. in con-
ſilio 75. ſub numero vigeſimoquarto, verſi-
culo. & licèt per ipſos allegetur titulus, &c.
& plur. ſequen. Sed eſt aduertendum, quod
ipſe in hoc vltimo loco non loquitur in an-
49 tiquis, † nihilominus vbi etiam agitur de
magno præiudicio, inſtrumenta antiqua ſi
ſint plura à diuerſis pſonis emanata, & ſub-
ſequuta diutina poſſeſſione, probatur in-
tentio actoris, ut per Craue. in tracta. de
antiquitate tempor. char. 24. numero vige-
50 ſimo. Non tamen † probaretur dominium
eccleſiæ ex ſolo inſtrumento donationis fa-
ctæ per Imperatorem ab antiquo de aliquo
Caſtro, vel Curte, ſaltem niſi plures extent
inueſtituræ, Riminal. vbi ſuprà ad n. dicto
conſilio 446. niſi probetur, quòd eſſet in bo-
nis Imperatoris, & ad eum pertineret, pu-
tà, probando poſſeſſionem ſubſequutam in
eo, cui fuit facta conceſſio, vt per Ruin. con-
cluſio decimotertio, numero ſeptimo, & ſe-
quen. volumine quarto. Nec ſufficerent ver-
ba narratiua concedentis ad fauorem Ec-
cleſiæ, præſertim niſi adſit clauſula motus
51 proprij. & ibi addit numero nono, † quod
ſi Papa dicit, ſe eximere tale monaſterium,
& capellas ipſius, quas, vt Papa ait, duximus
proprijs vocabulis exprimere, & ſic eas ex-
primit, tunc non probat dictas capellas ad
dictum monaſterium ſpectare; niſi aliud cō-
52 ſtet de earum iure, & concludit, † quòd in-
ſtrumenta ſatis dicuntur emanaſſe à pluri-
bus perſonis, ſi plures ab eccleſia cauſam ha
buerunt diuerſis temporibus, vt ibi per eum
numero 8.
53 Declaratur autem iſte caſus, † vt proce-
dat, dummodo titulus non ſit nullus, alias
ſecus, ità concludit Crot. dicto conſilio 34.
numero 2. & plurib. ſequen. etiam ſi nulli-
tas concernat ius tertij, quia hæc exceptio
tendit ad conſeruationem iuris excipientis,
vt ibi per eum.
Secundò declaratur hæc concluſio, vt proce-
54 dat in facto de recenti, † ſecus in antiquo;
nam in facto de antiquo lex leuioribus pro-
bationibus contenta eſt, quæ alias non eſ-
ſent omninò plenæ, l. cum omnes. §. à barba-
ris. ff. de re. milita. Innocen. in c. veniens. de
verborum ſignificatio. cum concordan. per
Socin. dicto conſilio 89. numero decimoſex-
to, volumine primo. & 187. columna ſecun-
da, volumine ſecundo, & conſilio 194. cod.
Felin. in c. veniens. numero vigeſimoprimo.
de teſti. & quòd in antiquis admittatur pro-
batio etiam per coniecturas, & indicia, &
quæ non probant ſingula, &c. firmat Nat-
ta, qui etiam concordan. allegat, conſil. 46.
numero vndecimo, volumine ſecundo. & la-
tius in terminis noſtris hanc concluſionem
probat ipſe d. conſilio 235. numero quinto,
& plurib. ſequen. eo. volumine, loquens in fa-
ma, teſtimonio de auditu, ſcripturis, vel li-
bris antiquis, & huiuſmodi, intātum quòd
55 † ſcripturæ, quæ inter ipſos contrahentes
plenam fidem faciebant tunc, faciunt etiam
nunc probationem inter extraneas perſo-
nas ratione antiquitatis, vt ibi latius per
eum, ſub numero decimotertio. ad h. & pul-
chrè etiam Alba conſilio 64. numero vigeſi-
mooctauo, vbi idem dicit in libris hiſtoria-
rum, & quibuſcunque alijs ſimplicibus ſcri-
pturis. & firmat Ancha. conſilio 110. nu-
mero quarto. vbi concludit, quòd in pro-
bando dominio de antiquo, puta centum
annorum, ſufficiunt probationes per ſcri-
pturas, & indicia, per c. quid per nouale. & c.
veniens. vbi Innoc. & alij. de verborum ſi-
gnificatio. & præſertim per famam, libros
antiquos, teſtes, qui dicant ſe legiſſe antiqua
inſtrumenta in publica forma, in quibus ex-
preſsè apparebat, quod tale Caſtrum, vel
talis res pertinebat ad talem, per l. pernici-
oſum. C. de fid. inſtrumen. & c. cum olim.
de priuileg. & etiam per teſtes de auditu à
ſuis maioribus, à quibus audiuerūt aliqui,
qui adhuc ſunt viui.
Et quòd in antiquis dominium probari poſſit
non ſolum per inſtrumenta uerè. l. cum pre-
cibus. C. de probatio. l. in exercendis. C. de
fid. inſtrumen. Bero. quæſtio. 90. numero ſe-
ptimo, de quibus infra dicam; ſed etiam præ-
ſumptiuè, vt per eum ibidem, & inter cæte-
56 ra per famam. Sed ſemper † requiritur, vt
probetur de cauſa, & titulo habili ad acqui-
ſitionem dominij, vel quaſi, Rolan. conſi. 46.
num. 18.

num.18. volum.3.per ea, quæ ſuprà dixi.
57 Secundus modus probandi dominium,†ſal
tem in facto de antiquo, eſt teſtimonium de
auditu auditus in antiquis, per glo. ordina-
riam in lege ſecunda. §. idem Labeo.in uerb.
audiuerint. ff. de aqua. pluuia. arcen.
58 Sed ad iuſtificandum † iſtud teſtimonium
plura deſiderantur , de quibus in capitulo,
licèt ex quadam . de teſti. & per Crot. conſi-
lio 34.
Primò dico vltrà ea,quæ latiùs dicam in ſequẽ.
59 dub. † quòd teſtimonium de auditu fun-
datur in lege ſpeciali , & ideò facilius pro-
ſternitur, ſi in aliquo deficit , Curt. Iun.con
ſilio 17. in princip. & ante eum Craue. de
antiqu. tempo. char. 75. numero ſexto.§. vi-
ſo de fama . & quamplura requiſita deſide-
rantur in eo , latè omninò vide per Cepha.
conſilio 250. per totum. uolumine ſecundo.
60 & latè per Riminal. iun. conſilio 362.†& in
caſibus , in quibus teſtes de auditu admit-
tuntur,debent etiam non interrogati depo-
nere, & nominare ſaltem duas perſonas , à
quibus audiuerunt, nec ſufficeret nominare
vnum, ut eſt tex. in d. c. licèt ex quadam . in
principio, de teſti. ibi , Qui dicant ab anti-
quioribus quidem ſuis , non vtique ab vno,
cum non ſufficiat , ſi is viueret , ſed duobus
ad minus , quos nominare debent . Craue.
vbi ſuprà numero vndecimo. Hippo. Marſil.
conſilio vigeſimo,numero vndecimo. Natta
conſilio 170. numero quinto . & debet no-
minare etiam non interrogatus , Cephalus
conſilio 721. numero 37. & ſequen. volu-
mine quinto, & pendet à iudicis arbitrio, cõ
ſilio 776. numero ſeptimo , eod. latè Rimi-
nal. iun. conſilio 474. Nec ab infamibus , &
61 † ſuſpectis , ſed à fide dignis , & omni exce-
62 ptione maioribus , † cum ſatis abſurdum
videretur admitti illos , quorum repelleren-
tur authores, & ibidem Ant.de But.in quar
to notab.& alij not. & licèt ille tex.loquatur
in probanda parentela , tamen extenditur
ad alios caſus , in quibus recipitur teſtimo-
nium de auditu , ut probat Corn. conſilio
ſeptuageſimooctauo , numero quinto , uo-
lumine tertio.& ſemper ſit neceſſe,quod con
currant requiſita , de quibus in dicto tex. &
probat in ſpecie Natta conſilio 170. nume-
ro quinto , & ante eum latè Craue. de anti-
qui. tempo. char.75. §. viſo de fama. præſer-
tim numero 6.
63 Qua de re † teſtes dicentes audiuiſſe à par-
te, de cuius intereſſe agitur , vel eius autho-
re , aut ab eius conſanguineis , nihil pro-
barent , Crauet. conſilio 41. numero vi-
geſimo. ſi enim , ut ille ait , non credere-
tur originali , id eſt, authori dictæ locutio-
nis , minus debet credi eius copiæ, ideſt,his,
qui ab eo audiuerunt , lege prima. ff. de fid.
inſtrumen. cum ſimilibus . Qua de re Ale-
xand. conſilio 123. in fi. numero octauo,vo-
64 lumine tertio. † concludit , non etiam ſuf-
ficere, ſi teſtis dicat audiuiſſe ab vno , quem
nominat , & à pluribus alijs , quos non ex-
65 primit. † Et quòd non ſufficiat , ſi teſtis u-
nus dicat audiuiſſe ab uno , & alius ab alio,
firmat Corn. d. conſil. 78. numero ſeptimo,
volumine 3.
66 Sed ſic eſt, † quòd teſtes , qui ſimpliciter de
auditu deponunt , nec exprimunt, à quibus
67 audiuerunt , nihil probant , &c. † pura ſi
ſolùm à factore alicuius unius audiuerit , a-
lius à factoris ipſius domino , alius à patre
aduerſarij , & alius à patre ſuo, ergò &c.
68 Secundò probatur, † nam licet glo. in d.
capitulo licet ex quadam . in uerb. duobus .
videatur ſentire , ſufficere, quòd quilibet te-
ſtium audiuerit à duobus , & expreſſius In-
nocen. & Abb. ibidem , qui ſubdit eſſe præ-
ſumptionem , quando unus audiuit à duo-
bus, & alius ab alijs duobus, & ſic deinceps,
ex quo factum huiuſmodi videtur eſſe ma-
gis ſparſum, & ſequitur Corn. d. conſilio vi-
geſimooctauo , numero ſecundo . volumine
tertio,qui citat Innocent. ibi dicentem ſub
dubio fortè , quòd opinio iſta ſeruaretur in
practica propter authoritatem gloſſ. & In-
nocen. & Corn. ſequitur ſimpliciter Rip. in
l.prima,numero 58. in fi. verſiculo ſed an ſit
neceſſe , quòd ſint concordes in perſonis , à
quibus audiuerunt , &c. ff. ſi certum petat.
& eos debent nominare , nec ſufficeret , ſi ab
vno tantùm , Curt. iun. d. conſi. 17. in prin-
cip. num. 2.
69 Tamen Hoſtien. † Ioan. Andr. & Anto. de
Butr. ibidem, quos refert, & ſequitur Alexã.
conſilio 82. columna ſecunda , numero ter-
tio , verſiculo præterea ſecundum Hoſtienſ.
columna 2. volumine primo . Dec. conſilio
711. numero vndecimo,concludunt , opor-
tere , quòd ipſi teſtes audiuerint ab eiſdem
perſonis , alias enim dicerentur ſingulares ,
& ſic non probarent, ut illi dicunt , & ità la-
tè firmat idem Craue. in dicto tracta.de an-
tiqui.tempor. char.75. columna prima,nu-
mero vndecimo . & ſequen. vbi etiam citat
Anchar. & Dec.contra Corn.
Sed ſic eſt , quod ſi unus teſtis dicit ſe audiuiſ-
ſe à patre ſuo, & duobus alijs perſonis, quas
nominat, alter à factore, & tribus alijs perſo
nis diuerſis , ergò, &c.
70 Tertiò quia † ad hoc , ut huiuſmodi te-
ſtes de auditu dicantur legitimè depone-
re, debent etiam exprimere ſe audiuiſſe an-
te litem motam id , quod dicunt audiuiſſe,

aliàs non admittuntur, vt eſt tex. in d.c.licet ex quadam.in verb. & ante litem motam. & ibi glo.& Docto. præſertim Abb. notant. de teſti. aliàs enim præſumeretur, ꝙ poſt motā litem loquurio huiuſmodi orta ſit in præiudicium alterius ex litigatoribus, niſi teſtes hoc aperiant, ut concludit Natta d. conſil. 170.num. 8. vel ſaltem ità potuerunt audire poſt motam litem, ſicut ante, cum ſimpliciter de auditu deponunt,& ſic non cõcludēt, ꝙ ante, prout oportet, ità reſpondit etiam Cępo. inter conſilia ciuil.conſ.31.num.9. loquens in teſtibus de auditu, & de fama, vnde depoſitio teſtium huiuſmodi eſſet ambigua, & ſic nō releuaret, ut etiam per Nattam, vbi ſuprà. idem ante eum probat Rip. in l.1.nu. 87.in fi.ff.ſi cert.peta.vbi citat etiam Dec.cõ ſilio 81.col.1.nu.1. vbi concludit, ꝙ teſtis,qui deponit de auditu à maioribus ſuis ante motam litem, probat, ſecus ſi poſt motam litem. idem firmat etiam Dec. conſil. 595.in princ.aliàs enim, vt Docto. prædicti dicunt, potius fuiſſet dictū in fraudem. & iſtud eſt, quod ſingulariter notauit Roma. ſingula. 753.omni in caſu. dicens, quòd in caſu,quo teſtimonium de auditu inducit plenam probationem, requiritur, quòd teſtes deponāt audiuiſſe ante motam litē,aliàs enim ſi poſt, nihil probant etiam ſemiplenè, quia poteſt eſſe, quòd motio litis produxerit hanc famam, per tex.in d.c.licet ex quadam. & Archid.in c. conſanguineus.35. quæſt.6.

Sed ſic eſt, quòd ſi teſtes non percutiunt tempus ante litem motam, non explicant,quòd audiuerint ante illud tempus, ergò &c.

Quartò deſtruitur teſtimonium huiuſmodi,
71 † ſi teſtes non dicunt,ſe credere id, quod audiuerunt, ergò non releuant eorum atteſtationes, ut legitimè dicatur probatum teſtimonium de auditu,ut dicit tex.in c.quoties. in ultimis verbis. & in d. c. licet ex quadam. ad fi. de teſti.Dec.in l.1.in 1.lect.num.15.ff.ſi cert.peta. Grat. conſ.110.num.11.volum.2. Craue. in d. tracta. de antiquita. tempo.numero 6. char.75.ubi citat etiam Archid.& Dec.alibi, Natta d.conſilio 170.nu.7.verſic. præterea ad hoc, vt teſtimonium de auditu operetur,debent teſtes addere,quòd credūt, ſicut audiuerunt, ergò, &c.

72 Et iſtud teſtimonium† de auditu differt à teſtimonio de fama,vt per Felin.in c.ſi diligenti.num.12.in princ. de præſcriptio. Alex. cõ-
73 ſilio 25. vol. 4. Eſt verum, † quod multi dicunt tale teſtimonium in his, quæ ſunt de recenti, inducere præſumptionem tranſlatinam oneris probandi in partem aduerſam, vt poſt Archid. Felin. & Curt.reſpondit Natta conſilio 520. numero 9. Cepha. conſilio 503.numero 7.volum.4. vbi ad hoc citat Felin. Dec. Curt. & Marſil. & repetit conſilio 508. numero 40.& conſil. 140.numero 29. Marzar. conſilio 16.colum.2. in fi.& Gozad. conſil.54. nume. 36. & iſtud dictum pro memorabili refert, & ſequitur Roma. ſingula. 341.per eos ciratus,& per Craue.qui cõcordan.citat in tracta. de antiquita. tempor. in prima parte.§.ergò fama.nume.7. Sed iſtud
74 † dictum in facto de recenti eſt valdè periculoſum, vt abundè illud impugnat Natta conſilio 170. col. 1. & ſequen. & recipit plures declarationes, ut ibi per eum, & per Cepha.conſilio 85.numero 36. poſt Dec.conſilio 82. Craue. vbi ſuprà, & Riminal.Iun.con
75 ſilio 182. Sed quòd attinet† ad propoſitum noſtrum in mareria de antiquo, Docto. videntur tenere,quòd teſtimonium de auditu faciat plenam probationem, Pariſ. conſilio 104. numero 44. volumine 1. dum concludunt, in antiquis ſufficere probationem per indicia, & teſtimonium de auditu, & Alba conſilio 6. numero 6. & ſequen. poſt Ancha. per eum citatum conſilio 310. numero 3. in fi. & ſequen.loquentes in materia probationis dominij in antiquis, quòd ſufficiant indicia,& teſtimonium de auditu à maioribus ſuis, Natta conſilio 520. numero 10. Scien-
76 dum tamen eſt † & illud, & pro certiſſimo habendum, quòd regulariter teſtimonium de auditu alieno non admittitur, d. c. licet
* ex quadam. de teſti. & ibi * omnes not. glo. in l.teſtium.C.de teſti.c. tam litteris.eo.titu. & glo.in l. 2.§. idem Labeo. in verb. audiuerint.ff. de aqua plu.arcen. Afflict. deciſ. 248. numero 5. maximè ſi malam rationem reddant vltra auditum, & loquutionem. & in teſtibus dicentibus ſe audiuiſſe talem familiam uiueremore Frāchorum,ſcilicet, quòd primogeniti maſculi ſuccedāt vniuerſaliter fœminis excluſis.Et quòd aliqui dicunt facere præſumptionem, Dec. d. conſilio 82.& concordan. per Cepha. conſilio 140. numero 29. volumine primo. procedit, vbi teſti-
77 monium † de auditu eſt formiter probatū, vt tunc faciat præſumptionem, & iunctum cum alijs adminiculis plenè probet: Craue. conſilio 277. columna tertia ad fi. uolumine ſecundo. vbi plur.concordan. citat,& addit, quòd huiuſmodi præſumptio trāsfert onus probandi in aduerſarium. Item ſupradi-
78 cta concluſio procedit, † vbi auditus fuit ante motam litem, Cepha. conſ.85.num.36. aliàs ſecus, vt ſuprà dixi, & niſi res ſit de antiquo, vt in probādo rem fuiſſe in bonis alicuius, conſ.98. nu. 35. Et ꝙ regulariter non
79 valeat † tale teſtimonium ex eo, ꝙ teſtes nō deponunt de aliquo, quod ipſi cognouerint

per

per ſenſum corporis, reſpondit Bar. in conſ.
92. in quæſtione vertente inter dominum Si
monem. nu. 2. Alex. conſ. 45. nu. 10. uol. 2. di-
cens, ꝙ tale teſtimonium fidem non facit, &
Alex. conſ. 71. nu. 3. volu. 3. dicens, ꝙ teſtis de
auditu non dicitur verus teſtis, & conſ. 113.
nu. 2. volu. 4. vbi idem repetit. & ideò Cuma.
80 conſil. 77. col. 2. inquit, † ꝙ teſtimonium de
auditu, ſeu de relatione alicuius de facili pro
ſternitur, quia nititur iure ſpeciali, & priui-
legio. ſequitur Rimi. iu. conſ. 186. nu. 56. uol.
2. & contra teſtimoniū de auditu, ultra Nat-
tam conſ. 170. multa tradit idem Riminal.
81 conſ. 182. Quinimmò ꝙ teſtimonium † de
auditu, etiam ſi ſimus in antiquis, quando
agitur de probando dominio, vel poſſeſſio-
** ne, nō probet, eſt magis ** communis opi-
nio, Cepha. conſ. 250. nu. 17. & plu. ſeq. vol. 2.
& Ancha. conſ. 194. col. 2. firmat, ꝙ teſtimo-
nium de auditu nō ſolum eſt debile, ſed etiā
82 ſuſpectum, † quia de facili teſtes inueniun-
tur, qui dicunt ſic, & ſic audiuiſſe, & ità etiā
eum refert, & ſequitur Craue. de antiquita.
tempo. in 1. par. char. 76. nu. 9. & 11.

Quintò, eſt etiam conſiderandum, ꝙ licèt in
antiquis admittantur teſtes deponentes ſe
audiuiſſe a maioribus ſuis, per ſupradicta,
tamen illud dictum non eſt ſimpliciter verū,
ſed vt admittatur, concurrere debent infra-
ſcripta requiſita, quæ etiam ſuprà comme-
moraui, & adhuc libet ſumma im ea repete-
re, de quibus per Craue. vbi ſupra, vbi addit
83 char. præceden. nu. 6. † ꝙ ad hoc, vt teſtimo-
nium de auditu fidem faciat ad transferen-
dum onus probandi in aduerſarium, requi-
ritur concurſus duodecim requiſitorum, de
quibus per Docto. in d. c. licèt ex quadam. &
84 in ſpecie per Abb. de teſti. † & præſertim ꝙ
teſtes audiuerint à pluribus perſonis, Craue.
vbi ſuprà nu. 12. licèt aliqui contradixerint,
de quibus per eum num. 11. in fi. Cepha. ubi
ſupra nu. 24. de quo ſuprà fuit ſatis dictū,
85 Item † quòd omnes ab eiſdem, Craue. vbi
ſuprà nu. 12. licèt aliqui contradicant, vt ſu-
86 prà dixi, Cepha. conſ. 250. nu. 24. Tertiò, † ꝙ
illi, à quibus audiuerunt ſint perſonæ fide
87 dignæ, † ne plus credatur copiæ, quàm ori-
ginali, Craue. conſi. 41. ſub nu. 2. Dec. cōſ. 82.
col. 1. Natta vbi ſuprà nu. 5. Craue. in d. §. viſo
de fama. num. 11. de quo etiam ſuprà. ità ꝙ
non ſufficeret vnum nominare, vt per Nattā
d. conſ. 170. nu. 5. & Cepha. d. conſi. 250. nu. 22.
88 in princ. † etiam ſi ſubiungant ſe à pluribus
alijs audiuiſſe, vt ibi per eum. Et hæc proce-
dunt, etiā ſi de eo non ſint interrogati, Nat-
89 ta vbi ſuprà. Quartò, quod audiuerint † an-
te motam litem, Dec. d. conſi. 82. Craue. vbi
ſuprà nu. 6. Natta d. conſ. 17. nu. 8. & ſeq. Ce-
90 pha. conſi. 85. nu. 36. Quintò, † quòd illi, à
quibus audiuerunt, ſint mortui, quia alias
pars fuiſſet in culpa non faciendo eos exa-
minari, Craue. in d. §. viſo de fama. nu. 7. ad fi.
91 & ſeq. Sextò, † ꝙ dicant ſe credere id, ꝙ au-
diuerunt, Natta d. conſ. 170. nu. 7. Septimò,
92 † ꝙ ſimus in negotio de antiquo, vel alias
priuilegiato, alias, vt inquit Craue. d. nu. 9.
poſt Cuma. conſ. 77. num. 17. vbi latè contra
93 teſtimonium de auditu, † quia fundatur
in iure ſpeciali, non operatur, ſi teſtes in ali-
quo deficiant: & latè quod oporteat etiam
dictos teſtes dicere, ꝙ ita credūt, Cepha. vbi
ſupra nu. 22. & ꝙ debēt eſſe perſonæ graues,
& etiā ꝙ ab antiquis audiuerint, ut ibi per
eum. & illud de credere, probat tex. in c. 5. de
teſti. & probat Natta conſ. 170. nu. 7. prout
etiam in probatione famæ Doct. cōcludunt;
quidquid ſolus Aret. conſ. 37. nu. 1. & ſeq. ve-
lit d. capitu. licèt ex quadam. de teſti. ſolum
habere locum, ubi agitur de probanda pa-
rentela ad effectum diſſoluēdi matrimonij,
& ꝙ in cæteris in antiquis ſtat regula, vt te-
ſtes de auditu ab vno ſufficiat. Sed malè; qa
cæteri diſſentiunt, Craue. de antiquit. tem-
94 por. char. 75. nu. 5. in fi. Octauò † requiritur,
ꝙ ab antiquis audiuerint, Cepha. d. cōſ. 250.
nu. 24. & Anch. d. conſ. 310. meritò requirit,
ꝙ teſtes audiuerint à maioribus ſuis. Nonò
95 requiritur, † ꝙ teſtes ſint omni exceptione
maiores, Natta d. conſ. 170. nu. 6. & abundè
hoc probat Cepha. d. conſi. 250. nume. 26. &
plu. ſeq. ubi addit, hanc qualitatem articu-
lari, & probari debere, & probat conſ. 32. nu.
20. & apertiùs conſ. 55. nu. 54. & conſ. 82. nu.
44. & prædicta etiam comprobat Natt. d.
conſ. 170. & Crot. conſ. 34. nu. 23. & plur. ſeq.
dicens, quod ad hoc ut teſtimonium de au-
ditu probet, oportet, ꝙ ſimus in antiquis,
96 † ſcilicet, cētum annorum, item ꝙ teſtes di-
cant ſe audiuiſſe ante litem conteſtatam, itē
dēt teſtes nominare eos, à qbus audiuerūt.
97 Et prædicta quidem † ſententia, quod regu-
lariter teſtimonium de auditu non ualeat,
98 paſſim recipitur, † etiam ſi cum teſtimonio
de auditu concurrat fama, etiam in fauorē
cauſæ piæ, vt comprobat Ripa in d. l. 1. nu.
86. ff. ſi cert. peta. & Corn. d. conſi. 78. nu. 5. in
princ. uolu. 3. quod teſtimonium de auditu
in antiquis non ſufficiat, niſi alio adminicu
lo comprobetur, Cepha. d. conſ. 250. nu. 19.
& probat Corn. ubi ſuprà, dum concludit,
deſiderari adminiculum famæ publicę, aliàs
non probet: habetur in additio. ad Roma. d.
ſingula. 753. omni caſu. & per Alex. conſi. 25.
uol. 4. nec etiam fauore cauſæ piæ, per Dec.
conſi. 154.

Et per hæc patet reſponſio ad id, ꝙ quandoq;
dicitur,

dicitur, q̃ à dicta regula excipiuntur multi
caſus, in quibus teſtimonium de auditu re-
cipitur, & præſertim illi duo, ſcilicet, quãdo
99 agitur † de facto antiquo, l. ſi arbiter. ff. de
probatio. dict. §. idem Labeo. Rot. deciſ. 117.
in nouiſ. quæ à dicta regula excipit ſecundũ
100 caſum, de quo ſuprà, ubi † ſcilicet agitur
de conſanguinitate probãda, & de antiquo
negotio, quia, ut dixi, argumentũ poſſet pro
cedere, ubi teſtimonium de auditu fuit legi-
timè probatum. Propterea moderni rectius
101 loquuti ſunt, dum dicũt, † q̃ teſtimonium
de auditu in antiquis facit præſumptionem
ad probandum bona in bonis, Natta conſ.
235. nu. 6. Id quod ſi verum eſt, non ideò ta-
102 men transfert onus † probãdi in aduerſa-
rium, quia præſumptio huiuſmodi non eſt
iuris, ſed hominis, vt per Rot. Bononien. de-
ciſ. 67. nu. 8. & ſeq.

Secundò reſpondetur dictam limitationem fa
103 cti antiq procedere, & intelligi debere, † vbi
ſumus in facto antiquo, in quo non poſſit
cadere facilis probatio per teſtes, p ſenſum
corporis deponẽtes, aliàs ſtat firma regula,
de qua ſuprà; ita declarat Corn. d. conſ. 78.
nu. 5. in princ. uol. 3. & Ripa poſt alios, quos
ipſe refert in d. l. 1. nu. 87. in 1. limit. ff. ſi cert.
peta. dum concludit, quòd iſta limitatio in-
telligitur in factis antiquis hominum me-
moriam excedentibus, & ità loquuntur ſu-
pradicta iura p limitatione allegata, & pręe-
ſertim d. §. idem Labeo. ut per Afflict. deciſ.
277. ità etiam declarat, & non minus clarè
Alex. conſ. 116. in fi. uolu. 5. dicens, quod vbi
agitur de probando aliquo, quod hominis
vitam excedit, ut quia tranſcendit tempus
centum annorum, iuxtà l. fi. C. de ſacroſanc.
eccleſ. admittitur teſtimonium de auditu,
aliàs improbatur per Io. And. Abb. & alios
in d. c. licèt ex quadam. Idem firmat Cepha.
in d. conſi. 38. num. 10. dicens, quod in factis
antiqs teſtimoniũ de auditu, & de fama ſuffi
cit, quando ſcilicet teſtes haberi nõ poſſunt
de uiſu facti, de quo quæritur, per Io. Andr.
ubi ſuprà in princ. & in terminis ſuprà dixi-
mus, & ità etiam loquitur Iaſ. conſil. 65. col.
pen. volu. 3. dum concludit, q̃ in factis anti-
quiſſimis admittuntur nedum teſtes de au-
ditu, ſed etiã de credulitate, per Spec. & con-
cordan. per eum citatos, propter difficulta-
104 tem probationis, † ubi etiã de uerbis nar-
ratiuis, uel enunciatiuis inſtrumẽtorum ẽt
idem in teſtimonio de auditu, & de uerbis
enunciatiuis, probat conſ. 128. colum. 2. in
prine. uol. 1. & conſ. 166. col. 3. uol. 4. & de ſo-
lo teſtimonio de auditu in facto excedente
memoriam hominum, abundè Aret. cõſ. 37.
105 col. 1. & 2. & ibi nu. 4. Idem dicit † in probã-
do memoriam extare eius temporis, quod
hominum memoriam excedit, q̃ ſufficiat te
ſtis, q deponat de auditu audiuiſſe ab vno.
& idem, quòd in antiquis ſufficiat teſtimo-
nium de auditu, vel de credulitate, Alex. cõſ.
187. nu. 15. & ſeq. vol. 2. & q̃ ſufficiat teſtimo-
nium de auditu, & de auditu auditus, idem
106 reſpondit Soci. iu. conſ. 205. nu. 3. uol. 2. † &
in probando iure patronatus antiquo, la-
tiùs in ſuo tracta. de iure patro. char. mihi
532. col. 3. in fi.

Non omitto etiam, q̃ illud, quod ſuprà dixi,
107 † quod etiam ubi non ſimus in antiquis
negari non poteſt, quin teſtimonium de au-
ditu alieno, licèt non probet plenè, tamen
transfert onus probandi in aduerſarium, vt
citatur originale dictum Archidia. in dict. c.
hoc videtur. 22. q. 5. quod pro ſingulari, &
mirabili commendat Roma. ſingulari ſuo
45. teſtimonium de auditu. idem reſpondit
Dec. conſ. 272. nu. 3. loquens etiam in facto
de recenti in probanda filiatione. idem te-
net etiam in facto de recenti Bello. conſ. 67.
ſub nu. 11. & ante eum Cur. ſen. cõſ. 69. nu. 4.
Cepha. conſ. 435. nu. 3. & plur. ſeq. uolu. 3. vbi
citat Alex. Felin. Dec. Cur. iu. Gozad. Soci. iu.
& Mattheſil. quamuis ipſe nume. 85. teneat
operari ſolùm adminiculatiuam, & coadiu-
uatiuam aliarum probationum, citando
Rot. Bononienſ. de qua infrà, quæ tamen ali
ter loquitur, ut infrà dicam. & ità Ancha. ſic
intelligit, ut ſuprà dixi, Gozad. conſ. 79. ſub
nu. 11. ubi etiam citat Caſtr. Roma. & Curt.
ſen. Idem reſpondit in facto de recenti in te-
ſtimonio mediante relatione de auditu ab
alijs, etiam in cauſa criminali, Alba conſ. 56.
nume. 24. in princ. ubi citat Dec. conſ. 57. &
conſ. 272. q̃ faciat ſaltem præſumptionem,
& conſ. 77. nu. 8. ubi dicit, hoc vulgare dictũ,
& citat quamplur. concordan. & loquitur
in teſte, qui dicebat, ſe audiuiſſe à medicis, &
ab alijs perſonis, & conſi. 104. num. 3. ubi ad-
dit, q̃ talis præſumptio transfert onus pro-
bandi in cõtrarium, maximè ſi extat aliqua
alia coniectura, ut ibi.

Et hanc partem probat etiam Rolan. conſ. 82.
nu. 56. uol. 2. maximè ſi deponant à pluribus
audiuiſſe, & ſint cõcordes in perſonis, ut ibi
per eum. & apertiùs conſ. 32. nu. 32. & nu. 9.
uol. 4. Et hoc de trãſlatiua probatione pro-
bat Cepha. conſ. 358. nu. 33. uol. 3. conſ. 435.
nu. 5. & conſ. 508. nu. 40. uolu. 4. & conſ. 503.
nu. 9. & conſ. 540. num. 110. quamuis aliqui
velint articulum eſſe dubium, Riminal. iun.
conſ. 182. num. 19. & ſeq. uolu. 2. & Rimi. iun.
conſ. 299. & conſ. 363. & in ſcriptura exem-
plata manu tertij in facto de recenti ad in-
ſtar teſtis de auditu alieno, q̃ faciat pręſum-

ptionem

ptionem translatiuam oneris probandi in
aduerſarium,probat Cepha.cõſ.170.nu.46.
uol.2.& pro hoc Craue.in d.tract.de antiq.
tempo.char.75.col.4.in princ.nu.7.adducit
Bal.Soci.Cur.ſen.& Dec.& plur.alij cõcord.
adducuntur in addit. ad Roma. in d. ſingu.
vltra Rip.in d.l.1.nu.88.ff.ſi cert.peta. Pariſ.
conſ.2.in fin.volu.4.Mant.conſ.196.Gozad.
conſ.13.nu.35.

Tertia eſt ſpecies, & modus probãdi dominiũ,
108 ſaltem † in antiquis per famam publicam,
109 ſaltem quatuor concurrentibus. † Primò
ſcilicet, ꝙ teſtes ſint omni exceptione maio-
res;ſecundò,ꝙ dicant publicè audiuiſſe dici
à maioribus ſuis,aliquos nominãdo;tertiò,
ꝙ fama huiuſmodi habeat originem ab ho-
neſtis perſonis;quartò,ꝙ reddant rationem
dicti ſui, vt per Menoch. conſ.191. nu.71.&
plu.ſeq.& multa etiam per Scuat. Pedemõt.
110 deciſ.101.nu.14.† ſi ergò fama non ſit legi
timè probata non faceret aliquam proba-
tionem,tanquam rumor,& fama nuda,quę
non ponitur inter probationum genera,ſm
Bal.in c. ſuborta.de re iudic. quem ſequitur
Natta conſ.473.nu.15. loquens in fama nu-
da à ratione,& ſuſpicione veriſimili, & vt in-
frà mox,& propè ſtatim dicturi ſumus.

Quantum igitur ad præſentem ſpeciem proba
tionis,ſcilicet famæ attinet, ſuper qua ſi te-
ſtes deponant, ꝙ nõ dicatur ſufficiẽter pro-
bata publica vox,& fama, probatur ex pluri
bus.Primò, quia licet contra Bar. multi te-
neant opinionẽ Bal.ꝙ ſufficit teſtes depone
re de publico auditu, vt tenet Rot. Caſſad.
deciſ.3.num.7.de probat. de quo per Ferret.
conſ.168.nu.19.& per Marza.conſ.16.col.2.
111 † nihilominus ad hoc, ut teſtis probet fa-
mam, debet dicere, à quibus traxit originẽ
fama huiuſmodi, etiam ſi non ſit interro-
gatus de hoc, Alex.conſ.117.num.6.in prin.
vol.4.vbi tamen allegat Ang.in l. ea quidem.
col.4.C.de accuſa.qui nihil de hoc dicit, ſed
benè ibi nu.48. apertè dicit contrarium, ꝙ
immò non interrogatus nõ tenetur dicere,à
quibus traxerit originem. Pro iſto tamẽ di-
cto, & concluſione Alex. quamuis non alle-
gat Alex.plur.alios concordan. allegat Cra-
ue.conſ.260.nu.1.verſ.3.reſpondetur, neceſ-
ſarium fuiſſe ad probationem famæ nomi-
nare perſonas, à quibus fama originem ha-
buerit,&c. vol.2.
112 Secũdo oportet,† ꝙ iſti teſtes de fama depo-
nentes reddant rationem dicti ſui,prout te-
nentur etiam non interrogati, ut reſpondit
Alex.conſ.57.nu.8.& ſeq.& cõſ.123.nu.3. in
fi.vol.7.vbi plu. concordan.allegat,& Corn.
conſ.301.nu.10.vol.3.ubi concludit, ꝙ licèt
aliqui teſtes deponant de fama, non tamen
probant, niſi reddãt cauſam ſcientiæ,prout
113 requiritur in probatione famæ, † cum de-
pendeat à iudicio intellectus, potius quàm
à ſenſu corporis,per notat.per Innoc. in d.c.
cum cauſam,quæ.de teſti. & concordan. de
quibus per eum. Vnde quamuis vnus teſtis
114 dicat,† ꝙ de prædictis per eum erat publi-
ca vox,& fama,& alij hoc non dicant,nec ra-
le quid,per quod percipi poſſit,an ipſi audi-
uerint talem publicam vocem,& famam;nõ
tamen dicitur probata fama, quia fieri põt,
ꝙ vnus eis dixerit fuiſſe publicam vocem, &
famam,& id crediderint,vt poſt Bart.cõclu-
dit Ang.in d.l.ea quidem. nu.40.& nu.42.&
ſeq.C.de accuſat. ubi firmat quæſtionem in
teſte affirmante capitulum de publica voce,
& fama,& dicentem ſe ideò ſcire,quia maior
pars populi hoc ſentit,vel quia à maiore par
te populi dicitur,vel quia per totam ciuita-
tem dicitur, ſed quia nõ explicat, ꝙ ipſe au-
diuerit,ideò non probat. & hanc concluſio-
nem firmat Dec.in c.1.num.13.verſ.in pro-
bando famam, præſertim in caſu iſto, teſtes
debent reddere rationem etiam non inter-
rogati,&c.de appella.ubi ad hoc citat origi-
nale dictum Inno.in c. cùm oporteat. de ac-
115 cuſat. & quamplur. alios concor. † & de-
bent etiam dicere,à quibus audiuerunt etiã
non interrogati,Hippo. conſ.76. nu.22.
116 Tertiò, fama † non dicitur legitimè pro-
bata,niſi ſit coarctata ad tempus ante litem
cõteſtatam, & motam,d.c.licèt ex quadam.
de teſti. & ibi Abb. nu.7. verſ.idem dicerem,
vbi agitur de probanda fama. Craue. d. cõſ.
260.nu.7.verſ.4.reſpõdeo, ꝙ erat probandũ
tempus famæ, item ꝙ iſta fama fuiſſet orta
ante litem inchoatam,&c.uol.2.quem ſequẽ
tur Hierony.de Mõte in tracta. fin.reg.c.55.
nu.7.dicẽs,ꝙ fama, ut faciat probationem,
debet probari, ꝙ ſit orta ante litem inchoa
tam. & ante eum Ang. conſ. 308. factum eſt
tale.col.2.dicens, ꝙ teſtes depouẽtes de ma-
la fama alicuius per verbum Fuit, & Eſt, nõ
concludunt, prout oportet tẽpus ante mo-
tam litem. & in probatione famæ idem re-
ſpondit Cæpo.conſ.31.nu.9. & in probatio-
ne temporis circa præſcriptionem, pulchrè
117 Alex.conſ.177. nu.9. vol.6. † Sic in fama de
delicto, ꝙ nõ releuet, niſi probetur orta an-
te inquiſitionem formatã,reſpondit Gram-
mat.uoto 34.nu.17.allegãdo Anch. cõſ.155.
Et in propoſito idem reſpondit Corn.cõſ.221.
nu.5.vol.3. Afflict.deciſ.324. nu.10. verſ. ſed
cõtrarium dicebatur, ꝙ teſtes ſic deponen-
tes intelligantur de tempore poſt ſpoliũ,&c.
Pariſ.conſ.62.nu.105.vol.3.dicẽs, ꝙ aliàs fa-
ma potius debet iudicari vana vox populi
orta ab altercatione partium,quę non pro-
bat

bat quidquam, ſecundum Bal. in c. dudum. nu. 26. de electio.

Quartò, ſi ſint aliqui teſtes, qui deponāt de fa-
118 ma, † ſed interrogati, quid ſit publica vox,
119 & fama, dicunt ſe neſcire, non probāt, † quia non pot probare famam, qui non intelligit, quid ſit fama, & ſic neſcit id, de quo deponit, vt concludit Bal. in l. 1. num. 17. ff. ſi cert. peta. & cœteri ibi ſequuntur, & Alex. d. conſ. 11. nu. 3. in n. & ſeq. uol. 4. & d. conſ. 123. nu. 3. vol. 7. vbi allegat Spec. & plur. alios cocor. & addit ibi, idem eſſe, quando malam rationem aſſignarēt teſtes. Et ſi dicatur, durus eſt
120 iſte ſermo, † cū etiam apud peritos diffcile ſit definire, quid ſit fama, reſpondit Alex. conſ. 45. nu. 8. uol. 2. loqnens in probāda cō-
121 ſuetudine, † quod non oportet teſtem reſpondere qualiter à iure definiatur conſuetudo, vel fama, ſed qualiter ipſe intellexerit cōſuetudinem, uel famam, de qua depoſuit. Et in
* hoc cōſentiunt * omnes Doctores in d. l. 1. &
* iſta eſt * cōmunis opinio, vt per Natta cōſ. 473. num. 18. verſ. præterea teſtes non intelligūt, quid ſit publica fama. & nu. ſeq. † Qua
122 ratione, ſi teſtis deponens aliquid factum de nocte, interrogatus, quid ſit nox, & neſcit id declarare, non probat, Alex. conſ. 167. nu. 7. vol. 6. & latiùs Craue. conſ. 75. num. 26. & ſeq. vbi hoc probat uarijs exēplis. & pro iſta cōcluſione, quod ad probationem famæ requiratur, quod teſtis etiam non interrogatus reddat rationem dicti ſui, firmat Inno. & Io. And. in c. cum oporteat. & in c. qualiter, & quando. de accuſat. cum alijs concordan. per Cur. iu. in d. l. admonēdi. nu. 284. ff. de iureiur. vbi citat etiam Anton. de But. Bar. Bald. & Ang. & alios, de quibus per eum. & dixi etiam in varijs exemplis ſuprà aptiore loco.

123 Quintò, ſi ſint etiam aliqui teſtes, † qui dicaut, quod publica vox, & fama eſt, quæ à pluribus perſonis id dicebatur, tales teſtes non probant, etiā ſi dicerēt, ſe audiuiſſe publicè dicere à pluribus perſonis, Bar. in l. de minore. §. plurium. nu. 12. ff. de quæſtio. cuius opi-
* nio * communiter approbatur, Alex. d. cōſ. 123. nu. 3. uol. 7. licèt Rot. approbet opinionem contrariam Bal. de qua in c. litteris. de præſumpt. vt per Caſſad. dec. 3. de proba. &
* dictam * cōem opinionem, refert, & ſequitur Alex. conſ. 212. nu. 5. vol. 2. & conſ. 20. num. 9. vol. 4. & plu. cōcordan. allegat Craue. cōſ. 41. nn. 5. ubi refert aliquos dicere, ſm eā opinionem pronunciatum fuiſſe. Sed omni in caſu opinio Bar. ſeruanda eſt, ubi ſumus in caſu, quo fama nō apparet orta ex probabilibus cauſis, vel ubi fama faceret plenam probationē, uel ex forma ſtatuti, vel ex natura rei, & cauſæ, ut latè firmat poſt alios de Monte in tract. ſin. regun. c. 56. nu. 7. uerſ. quæ tamē opinio Bal. limitari poſſet. & nu. ſeq. & Alex. in propoſito d. cōſ. 20. nu. 9. quod ſi teſtis dicat, quod de hoc publica eſt uox, & fama, ſi interrogatus dicat, quia vidit, & præſens fuit, non probat famam. Idem ſi dicat, quod publicè dicitur inter maiorem partem populi, & interrogatus in cauſa ſciētiæ dicat, quia præſens fuit, uidit, & audiuit, & non dicit ſe audiuiſſe à maiori parte populi, nō probat publicam uocem, & famam, quia potuit vnum ſolum audiuiſſe talia dicentem, publicè ſcire à maiori parte populi. & ideò Curt. iun. d. conſ. pen. nu. 9. uerſ. 5. coclndit, quod teſtes, qui dicunt audiuiſſe palàm, & publicè à patre ſuo, & pluribus alijs communiter, quod talis locus erat poſſeſſus à tali, non probant publicam uocem, & famam, ratione prædicta ſecundum communem opinionem.

124 Sextò, ut fama † ſit legitime probata, debet de ea cōſtare per uiros diſcretos, & bonæ famę, non aūt per viles, & mulierculas, ut dicit Hippo. in d. §. plurium. nu. 201. quem refert, & ſequitur de Mote in d. tract. ſin. regū. c. 55.
125 nu. 9. † Imò requiritur etiam, quod ſint omni exceptione maiores, ut latè ad deſtructionē probationis famæ Rui. coſuluit cōſ. 52. nu. 7. uol. 5. & latius Crauc. conſ. 149. nu. 15. uol. 2.
126 Et ideò dicunt Doct. † quod iuramentum non pōt deferri in ſupplementum ad probatio-
127 nem famæ, † quia probatio irregularis eſt, Crau. conſ. 260. nu. 8. uol. 2. Imo etiam dixit Bal. in c. ſi. de conſuet. quod probata fama, quæ faciat ſemiplenam probationem, nō poteſt deferri iuramentum in ſupplemētum probationis, Dec. conſ. 37. ad ſi. cum concordā. per Craue. conſ. 260. nu. 8. in princ. ubi in d. conſ. latè impugnat probationem famæ: licèt Oria. in l. admonēdi. ſolus diſſentiat nu. 9. ff. de iureiurand. Nec dicatur numerum teſtium ſupplere defectum, quatenus teſtes informiter deponerēt ſuper fama, vt aliqui-
128 bus placet, † quia id non procedit, ubi numerus eſt minor decem, Rolan. à Valle conſ. 82. in ſi. uol. 2. & ubi concurreret etiam perſonarum inhabilitas, argumento l. 1. C. de dot. promiſſa.

Et quod fama faciat aliquam probationem, ex quo non fuit legitimè probata, & ſic tanquam rumor, uel fama nuda nō ponitur inter probationum genera, ſecundum Bald. in c. ſuborta. de re iudica. quem ſequitur Natta conſ. 473. nn. 15. loquens in fama nuda à ratione, & ſuſpicione veriſimili.

129 Oportet † enim in probatione famæ per teſtes, quatuor concurrere.

130 Primum eſt. † quod teſtes dicant, id eſſe publicam uocem & famam, & nominent etiā ali-

131 quas

131 quas perſonas.†Secundum,ꝙ habeant or-
132 tum ab honeſtis perſonis.† Tertium,ꝙ te-
ſtes ſint omni exceptione maiores. Quartũ,
133 † ꝙ etiã non interrogati deponant de cau-
ſa ſciẽtiæ,latè Menoch.cõſ.191.nu.71.uol.2.
& latè comprobat Rolan.conſi.54.nu.14.&
plur.ſeq.uol.1.dicens, ꝙ etiam ſi teſtis dicat
audiuiſſe à maiore parte populi,non tñ pro
bat famam, niſi etiam non interrogatus ex-
primat perſonas, à quibus audiuit, ut ſcia-
tur,an ſint authores digni, a quibus ortum
habuerit fama hmõi, prout de iure opor-
tet, ità ut non ſufficiat, ſi dicat publicè dici
audiuiſſe. Nec etiam ſi dicat centies audiſſe
134 à multis perſonis, & publicè, † & tãtò mi-
nus probarent teſtes,ſi interrogati, quid ſit
fama neſciant benè reſpondere. Probatur
135 primò,†quia teſtimonium,uel fama regu-
lariter non ſufficit, c. ueniens. ubi etiam per
Docto.ſicut nec de auditu, prout utrunque
æquiparat Alex. d.conſ.115.nu.2.& 7.vol.4.
per tex.in l.eiuſdẽ.§.1.ff.de teſti. iu verb. Cõ-
ſentiẽs fama cõfirmat.vbi glo.not. in verbo.
136 confirmat. in princ. † ꝙ fama dicitur con-
firmate,ideſt,cum alio firmare,non ait ꝙ de
per ſe fama ſufficiat.& loquitur Alex.vbi age
batur de probando mortem alicuius de lon
ginquo. quod quidem exemplum dubitabi-
le eſt, vt per Pet.Duen.reg.299. fama regula-
riter non facit plenam fidẽ, ut teſtatur Cur.
iu.in d.l.admonendi.nu.283. ff.de iureiur.&
137 * Craue.d.conſ.41.nu.6.dicẽs,† ꝙ ſm * cõ-
munem opinionem fama nõ ſufficit ad tor
turam.addit ẽt Corn.conſ.329.col.fin.circa
principium.vol.1.ꝙ fama nõ probat, niſi in
caſibus à iure expreſſis, de quibus per Petrũ
Duen.vbi ſuprà.& licèt poſt Ancha. Felin. &
Dec.per eum citatos, contrariũ apertè con-
138 cludat Duen.in d.reg.in 10.limit.† loquẽs,
quãdo agitur remedio c. reintegrãdæ. & ge-
neraliter,qñ agitur de ſola poſſeſſione;tamẽ
hoc põt procedere in probando ſecundo ex-
tremo.ſ.ꝙ reus cõuentus poſſideat, aliàs ſe-
cus eſt dicendum: vt in propoſito noſtro, &
in terminis probãdi poſſeſſionem circa pri-
mum extremum in remedio reintegrandæ,
ꝙ fama nullum gradum probationis faciat,
reſpondit Corn.d.conſ.329.nu.8.vol.1.Rip.
in d.l.ſi cõſtante.nu.15.ff.ſolu.mat.& ſm iſtã
opinionem Rota ſæpiſſimè iudicauit, quam
refert Saroien. ſuper regula de infirmis reſi-
gnan.q.36.Abb.in d.c.veniens.il 1.nu.8.verſ.
ſm dictum non placet. dicens, ꝙ ſi fama ſit,
quod iam ſunt mille anni, ꝙ tua domus eſt
talis eccleſiæ,iſta probatio nõ ſufficit ad au-
ferendum poſſeſſionem domus tuę.& ſequi-
tur Alex. & Corn. ſuprà citati. addit Ene-
rard.conſ.84.col.fi.linea 6. ꝙ fama in arduis
parum fidei habet, per Canoſſ.in d.c.veniẽs.
& ꝙ in factis antiquis probatio per famam
ſuccumbat,ſtante probatione in cõtrarium
de poſſeſſione 30. annorum, firmat Afflict.
dec. 277. nu. 6. quia talis poſſeſſio præſumi-
tur iuſta,ẽt ſi fama ſit de dominio agẽtis, vt
ille ait,& probat Goza. conſ.8.nu.50.
139 Quòd ſi ẽt admittamus, † ꝙ in antiqs ex-
cedentibus memoriam hominum, & in his,
quę de ſui natura ſunt difficilis ꝓbationis,
famam legitimè probatam plenam proba-
tionẽ facere,prout latè ponit Aret.conſi.37.
col.1.& 2.Alex.conſ.187.nu.15. & ſeq. vol.2.
& per Iaſ.conſ.129.col.2. vol.1. conſ.65. col.
2.& ſeq.vol.3.& conſ.116.col.3.volu.1.Socin.
conſ.205.col.2.& num.3. vol.2. & in materia
iuriſpatronatus Dec. cõſ.126. col.2. nu.3.&
Lamber.in ſuo tracta. de iurepatrona. char.
332.col.3.in fi. ad hoc plures concordan. al-
legat de Monte in tract.fin.regun. c.53. in fi.
& latiùs c.55.nu.15.& ſeq. & latiùs Duen. in
reg.299.in 7.limita.& vltra citatos per eum,
firmat Alex.conſ.187.nu.3.vol.2.ubi conclu
dit, ꝙ in antiquis ſufficit probatio per indi-
cia, & ẽt per famã, & ideo in factis antiquis
excedentibus hominum memoriam, putà,
quod Chriſtus fuerit crucifixus, ꝙ Conſtan
tinus fuerit Imperator, ꝙ iſta domus fuerit
Dantis poetæ, vel Virgilij, & huiuſmodi, fir-
mat latè Curt.iu.in d.l.admonendi.nu.287.
140 † Id tñ procedit, ubi non põt haberi alia
probatio,ꝙ̃ per famam,ſm Bald.in l.2.§.1.ff.
de excuſa.tut.quem ſequitur Cur. in d.l.ad-
monendi.nume.283.ff. de iureiu. ut mauult
poſt alios Craue.in d.tract.de antiqui.tẽpo.
in 1.par. char. 73. §.viſo. quia tũc fama ſola
plenè non probat in antiquis, ut latè cõtra
hanc ſpeciem probationis reſpõdit Cepha.
d.conſ.250.nu.30.& plur.ſeq.uol.2. Et ꝙ vbi
141 agitur † de magno præiudicio fama non
probet,reſpondit Corn.cõſ.10.nu.11. uol.1.
142 niſi concurrant alia adminicula,& † niſi ſi-
mus ĩ his,quę ſunt notoria,ſeu pro notorijs
habentur, ità quod cõis opinio ità ſe habe-
ret ſine contradictione, putà in probanda
morte Chriſti, donatione facta eccleſiæ per
Conſtantinum, & in alijs exemplis ſupra ci-
tatis;ſecus aũt in cæteris, putà in probãdo,
ꝙ iam ſunt mille anni, ꝙ domus ſua fuit cõ-
ſecrata eccleſiæ,& huiuſmodi.
143 Nihilominus †fama ſufficit ſm aliquos,ſi-
ue ſit de antiquo, ſiue de recẽti ſit,latè pro-
bat Barba.conſ.41.col.1. uolu.1. & conſ.43.
clementiſſimum Deum.col.1.& ſeq. vol.4. &
d.conſ.55.col.6.eo.uol. vbi concludit, ꝙ tũc
ſola fama ſufficit,ſed eò magis, ſi factum ſit
144 antiquum, ſiue antiquiſſimum, † ideſt 60.
uel 80.annorũ,prout ĩ caſibus ſuis:& adhuc
eò magis

cò magis ſi concurrat titulus acquiſitionis, vt ibi per eum: vnde illud dictum erit dubitabile in facto de recenti, quia Docto. ſolum admittunt, quòd fama in antiquis probat dominium, & habetur pro veritate, vt eſt gl. & Angel. in l. vt natura. §. ſi me abſente. ff. de negot. geſt. & in l. proprietatis. C. de probat. & latè Caſſene. ſuper conſuetud. Burgund. char. 26. à tergo. & in terminis noſtris ſic ét concludit in probãdo dominio de antiquo, Bal. conſi. 4. in 4. par. & conſi. 89. num. 5. in 1. par. dicens, quod licet fama non probet verum dominium, nec veram poſſeſſionem ex
145 propria virtute, † quia aliud eſt dici, aliud eſt eſſe, & aliud eſt opinio, aliud veritas, vel
146 fama multum antiquata, † quæ tranſcendit memoriam, & ſenſum hominum viuentium, facit notorium, & pro veritate habetur, ad effectum, de quo quæritur, per gl. in d. §. ſi cum me abſente. ff. de neg. geſt. ad quã
* omnes recurrunt, & * cõmuniter eſt approbata, Barba. in locis ſupra citatis, & latè Alba coſi. 64. num. 21. & plur. ſeq. ſecus autem, ſi eſſemus in fama viciniæ de recenti, & ità intelligi debet Crot. d. conſ. 75. nu. 27. idemq́ue probat Curt. ſen. conſ. penul. nu. 11. dicens, prædictam concluſionem, quod fama in
147 antiquis probet dominiũ, † procedit ità demum, ſi ſimus in facto excedente metam centum annorum, ſecundum communem opinionem, & pro hac concluſione, quòd in antiquis fama probet dominium, tenet poſt Alban conſi. 64. nu. 21. per eum citatũ, Menoch. de quæſt. arbitra. lib. 2. caſu 42. nu. 4. Boe. deciſ. 42. num. 32. & quòd dominium probetur per indicia, & famam in antiquis, reſpondit etiam Soci. conſil. 205. nu. 2. & ſeq. vol. 2. vbi addit idem fortiùs eſſe in probanda poſſeſſione.
* Et quod * cõmunis opinio ſit, quod plenè probet dominium in antiquis, reſpondit Dec. conſ. 42. num. 10. & conſ. 146. nu. 12. loquens in teſtimonio de auditu, & fama, quod plenè probent dominiũ, poſt Alex. conſ. 24. nu. 21. vol. 1. & latiùs conſ. 86. num. 2. uol. 1. & cõſ. 4. num. 11. dicens, quod fama in antiquis probat dominium, ſicut plena probatio, & conſilio 187. nu. 5. & conſi. 144. col. fin. vol. 2. Ancha. conſ. 310. num. 4. in princip. Dec. cõſ. 42. ſub num. 2. verſ. & non mirum, quia etiam dominia probãtur per ſolam famam in antiquis. & in propoſito de dominio, Pariſ. conſ. 104. num. 20. & ſeq. vol. 1. cum multis cõcordan. per Iaſ. conſi. 81. ſub num. 2. ad fi. vol. 1. Craue. de antiquit. tempo. char. 13. col. 3. §. viſo in hac prima parte.
148 Qualiter autem probetur fama, † an ſufficiant plura inſtrumenta, videri poteſt Hierony. de Monte in tracta. fini. regundo. cap. 60. Et conſtat plura inſtrumenta probare communem opinionem, & famam, quod ità ſit, Dec. d. conſi. 42. num. 10. verſ. 41. principaliter fama. tamen in facto de recenti non ſufficeret ad probãdum dominium, per Innoc. in c. illud. in fi. de præſump. vbi concludit, quod ſi quis probaret ſe poſſediſſe domum aliquo tempore pro ſua, & ſuper hoc etiam haberet famam viciniæ, quod ſit dominus, non tñ diceretur probatum dñium, vt probat Crot. conſil. 75. num. 26. & ſeq. Si ergò per famam probatur dominiũ in antiquis, pariter dicitur probata ex inſtrumentis antiquis, quia per illa fama probatur, Rui. conſi. 167. nu. 3. & ſequen. vol. 1.
149 Quartus modus † probandi dominium eſt ex confeſſione partis, Menoch. conſi. 202.
150 nu. 106. & ſeq. uol. 3. † & in confeſſione alicuius, quod tenet rem in emphyteoſim à tali, ſibi præiudicat, Cepha. coſ. 9. nu. 20. & ſeq. Contra tamen tenet Burſat. conſ. 26. nu. 26. quod intelligitur reſpectu tertij; quia nec ei inſtrumentum præiudicat, ut ibi. & differentia eſt inter confeſſionem, quia probat, & recognitionem, Purpura. conſ. 74. colum. 2. in fi. & pro probatione huiuſmodi Menoch. conſ. 91. nu. 36. & plu. ſeq. & conſ. vlti. nu. 94. vol. 1. maxime ſi ſit geminata, coſ. 191. nu. 58. & in iudiciali confeſſione nu. 61. Et hęc confeſſio prodeſt, quoad rei vendicationẽ, Platea in l. rura. nu. 1. C. de omni agro deſer. lib. 11. licèt aliqua pro, & contra ponat Craue. conſ. 157. nu. 7. & omninò Menoch. d. conſ. 191. nu. 70. in 5. fundamento. Hanc tamen concluſionem probant etiam Bal. & alij in l. cum falſa. C. de iur. & fac. igno. cum concordan. per Ripam in d. l. ſi rem aliquã. nu. 38.
151 ad fi. ff. de acquir. poſſeſ. † etia ſi per verba enunciatiua emanauit, ità reſpondit Craue. conſ. 20. in princ. vbi plur. cõcordan. ad hoc citat. & comprobat Afflict. deciſ. 164. vbi tamen refert Bal. aliud ſenſiſſe, & etiam variauit Craue. conſ. 157. vbi concludit, quod is, qui conduxit tanqua locator, in poſſeſſorio ſuccumbere debet, vel eius hæres, ſed ſi agatur petitorio, ſecus; quia per cõfeſſionem, putà in inſtrumento inueſtituræ acceptæ ab eccleſia tanquã Dña non probatur dominiũ, maximè qñ incidenter, & enunciatiuè emananit, ut ibi latè per eum. quod tñ falſum eſt, per Doct. in d. l. cum falſa. Et facit Cuman. conſ. 173. col. 2. in fi. dicẽs, quod per receptionem inueſtituræ feudalis dicitur recipiens confiteri concedentem eſſe dominum rei conceſſæ, ut hanc ſpeciem probationis dominij contra ét ſucceſſores ipſius cõfitentis, latè probat Crau. in tract. de antiquit. tẽpo. char. 24. nu. 28.

152 nn.22.& ſeq. Et licèt † in confeſſione extra-
iudiciali, ubi ea falſa ſit, prædicta concluſio
ſit dubitabilis, ſecus tamen in iudiciali, ità
Bar.in l.rura,& poſſeſſiones.in fi.C.de omni
agro.deſer.lib.11.dicens, ꝙ licèt cōfeſsio ex-
traiudicialis, quia ego confiteor dominium
rei meæ eſſe tuum non præiudicet mihi, per
d.l.cùm falſa.C.de iur.& fac. igno. tamen ſe-
cus in iudicio, licèt illa confeſsio ſit falſa;
153 † & ſic confeſsio dominij, licèt non trāsfe-
rat dñium, qa non eſt modus legitimus trāſ-
ferendi dominium, l.traditionibus. C. de pac.
ex ea tamē inducitur probatio dominij, ar-
gumento notab.in l.Publia.§. fi. ff. depoſiti.
ità inquit Guid.Pap.d.deciſ.272. col. pen.in
fin.quam refert,& ſequitur Alcia.d. conſ.9.
nu.10. dicens, hoc procedere, etiam ſi inci-
denter ſiue enunciatiuè mētio de dominio
ſit facta in inſtrumento locationis, uel inue-
ſtituræ, ut ibi per eum. Et licèt per cōfeſsio-
nem extraiudicialem non transferatur do-
minium, quia nuda uoluntate partiū abſq;
traditione non transfertur, tamen per eam
probatur dominium contra confitentem,
etiam ſi ſine cauſa facta ſit, donec contrariū
probetur, d.l.Publia.§.fi.ff.depoſiti. ità con-
154 cludit Boe.deciſ.211.col.fi.nu.24.& ſeq.† ꝙ
ſi in iudicio emanauit,& ſecuta ſit ſentētia,
tunc non poteſt contrarium probari, ut ibi
ſubijcit. & ità debet intelligi Bertran.conſ.
3.nu.6.uol.3.in 1.parte.dicens, ꝙ ex eo, ꝙ qs
cōfiteatur rem ad talem pertinere iure do-
minij, non tamen probatur dominiū illius.
Et ꝙ etiam ex cōfeſsione dominij etiam in-
ter eaſdem partes nō probetur dominium,
reſpondit Craue.conſ.157.nu.7.poſt Spec.&
Io.And.per eum cit.Calca.conſ.32. col. pen.
155 Et ratio eſt, † quia cōfeſsio dominij plus ha
bet iuris, quàm facti, ergo,&c. l.ornamento-
rum.ubi Bart. ff. de aur.& argen.lega.& latè
probat in propoſito Cur.iun. conſ.41.nu.8.
Veruntamē vt certior, & plenior diſcuſsio ha-
beatur præſentis materiæ, operæpretium
eſt, rem ipſam altiùs exordiri. quoniam in-
ter quæſtiones & articulos in iure noſtro cō
trouerſos,& diſputabiles, ſimulq; nodoſos,
hunc præcipuè reputari uidi, & frequen-
tiorem eſſe, an, & quando confeſsio unius
inter eaſdem perſonas, uel inter alios no-
ceat illi aliàs, uel non.
In primis itaque ad euidentiam præmitto, ꝙ
& ſi magna fuerit inter maiores noſtros cō-
tentio, an confeſsio ſit inter ſpecies proba-
tionum, ut abundè diſputat Bero.in rub.de
probat.num.62.uſque ad numerum 76. per
156 ſeptem col. † tamen vera eius reſolutio eſt,
quòd in materia quacunque affirmatiua,
ſeu permiſsiua probationis appellatione
uenit etiam confeſsio; ſecus autem in mate-
ria, & diſpoſitione, negatiua, ſeu prohibiti-
ua, putà, ꝙ nulla admittatur probatio; nam
tunc nō venit confeſsio, ſed à dicta diſpoſi-
tione ſub eo uerbo Probatio, non continebi
tur confeſsio,& ſic ea audietur, & nō cenſe-
bitur excluſa; ità concludit Bero. ubi ſuprà
nu.75.in fi.& faciunt, quæ infrà dicam in ſe-
cūdo præſuppoſito in effectibus cōfeſsionis.
157 Secundo præmitto, † ꝙ confeſsio eſt ſuꝑ-
latiua probatio, & ſuperat omnes alias ſpe-
cies probationum: unde iura appellant eam
manifeſtiſsimam probationem, l.non intelli
gitur.§.tacita. & ibi glo. ff. de iure fiſci.Bero.
in d.rub.nu.64.ad fi. & nu.68. & ſub nu. 75.
in tātùm, ꝙ præualet mille teſtibus, & inſtru
mentis contrarijs, ut cōcludit Paſet. cōſ. 50.
nu.1.& ſeq.conſ.52.nu.2.& conſ.183.nu.6.&
ꝙ nulla excellentior probatio dari poſsit, q̃
ea, quæ fit per partis confeſsionem, probat
Craue.cōſ.175.nu.1.per tex.in l. generaliter.
in fi.C.de non nu.pec.& in c.per tuas.de pro
bat.& concordan.per eum.& latiùs conſ.62.
nu.3.& hanc concluſionem probat etiā Be-
ro.in c.at ſi clerici.nu.71.de iud. Et æquipa-
158 ratur probationi † per rei euidentiam, ſe-
cundū Bal.in l.2.col.fi.nu.21.in fi.C.de eden.
& etiam ſuperlatiua eſt probatio, Iaſ. poſt
alios in l.1.in princ.num.10.in fi. & ſeq. ff. de
ope.nou.nunc.
159 Et inter alios effectus, † quos cōfeſsio pro-
ducit, ille primus ſit, ꝙ facit notorium, intel
ligendo de iudiciali confeſsione, c. ueſtra.&
c.fi.de cohabita.cleri.& mulie.& probat Be-
ro.in d.rub.de probat.nu.69.in princ.
160 Secundus ſit effectus, † ꝙ pro re iudicata
habetur, l.1.& toto tit.ff.& C.de confeſsis.&
concord.per Bero.in d.c.at ſi clerici.nu.145.
de iud.ubi addit, hoc procedere etiam in cri
minalibus, ꝙ confeſſus habetur pro con-
demnato,& iudicato.
161 Tertius eſt effectus, † ꝙ & ſi poſt cōcluſum
in cauſa nulla admittatur probatio, etiam
per inſtrumēta, c.cum dilectus.de fid.inſtru.
& in c.auditis. de reſt. in inte. tñ admittitur
probatio per partis confeſsionem. c. cum
Io.de fid.inſtr.& concord.per Bero.in d.rub.
de probat.ſub nu.75.
162 Quartus eſt effectus, † ꝙ licèt cōtra ꝑſum-
ptionē iuris, & de iure nulla admittat ꝓba-
tio, gl.i l.ſi duo.ff.de acq.her.& cōcord. ꝑ Be
ro.ubi ſ. tñ admittit cōfeſsio partis iudicia-
lis, ut poſt antiqores cōcludit Bar.i auth.ſed
iā neceſſe.in fi.C.de dona.ante nup.ubi dicit
hoc eſſe notādū, & cōcord. ꝑ Bero. ubi ſ. qđ
& repetit latiùs i c.at ſi clerici. nu.70.de iud.
163 Quintus effectus ſit, † ꝙ licèt mera negati-
ua directò probari non poſſit, l. actor. C. de

probat. Bal. in l. cum mulier. col. 11. ff. ſolut.
164 matri. qa nõ eius nõ † cadit in ſenſum. tñ ꝑ
confeſſionem põt probari, c. 1. de confeſsis,
in 6. Bero. in d. rub. nu. 75. in fin. de probat.
165 Sextus effectus eſt, † ꝙ in caſibus, in quibus
probatio per ſcripturam requiritur, tamen
admittitur probatio per partis confeſſionẽ,
vt poſt Bald. & concordan. per eum citatos
concludit Craue. conſ. 61. nu. 3. in fi.
166 Septimus eſt effectus, † ꝙ adeò efficax eſt
probatio per confeſſionem, ꝙ non poteſt iu-
dex eam nullam pronunciare, vt concludit
Craue. d. conſ. 61. nu. 3.
167 Octauus effectus, † quia confeſſio ſui natu-
ra duplicem parit effectum. Primum ſcilicet
deciſorium, quia confeſſus habetur pro iu-
dicato, l. 1. ff. de confeſſis. Alterũ ſcilicet pro-
batorium, Curt. in d. l. 2. nu. 11. C. de eden.
168 Tertiò principaliter præmitto, † ꝙ confeſ-
ſionum, alia eſt iudicialis, alia extraiudicia-
lis, licèt Doct. mixtim ſæpè de his loquãtur,
quia dùm de vna loquuntur citant iura, &.
auctoritates de alia loquentes. Primum de
iudiciali confeſſione agendum eſt: Secundò
de extraiudiciali; Tertiò, qualiter probetur
confeſſio extraiudicialis.
169 Quartò præmitto, † ꝙ confeſſio quando-
que tendit ad probandum, quandoque ad
obligandum confitentem, quandoq; ad li-
berandum alium, ut concludit Siluan. conſ.
44. nu. 19.
His ſic præmiſsis, capiò primam ſpeciem con-
feſſionis, quam diximus iudicialem. In qua
breuiter concludo duos caſus principales
eſſe conſtituendos. & primus ſit inter eaſdẽ
perſonas, inter quas confeſſio emanauit. ſe-
cundus ſit reſpectu eorum, qui nõ interfue-
runt, nec per ſe, nec per aliũ. Capiendo mo-
dò primum caſum, puto, ꝙ concluſio affir-
170 matiuè firmanda ſit, ſcilicet, † ꝙ confeſſio
citra omnem dubitationẽ, non prodeſt con-
fitenti, l. exemplo perniciosũ eſt. C. de pro-
bat. & idem firmat Bero. in d. c. at ſi clerici.
nu. 74. de iudi. & quò ad præiudicium eius
171 firmanda eſt cõcluſio affirmatiua, † ꝙ præ-
iudicet confitenti, quandocunque inter eaſ-
dem perſonas. Et hæc cõcluſio probatur iu-
re, ratione, & auctoritate. iure inquam pro-
batur, videlicet in l. iubemus. C. de libe. cau.
citatur etiam text. in c. per tuas. de probat.
Sed certè ille text. nõ meretur ad hoc allega-
ri, quia loquitur in cõfeſſione extraiudicia-
li. ſic etiã loquitur text. in l. generaliter. C. de
non num. pec. vbi generaliter habetur, ꝙ nõ
auditur quis volens venire contra id, quod
propria uoce confeſſus eſt. Sunt enim mul-
tæ differẽtiæ inter iudicialẽ, & extraiudicia-
lẽ. Niſi dicamus illa iura probare, arguẽdo a
* fortiori, & illa iura in effectu allegãtur * cõ-
muniter ad hoc per Doct. ut etiam per l. cli.
in c. 1. nu. 18. ut lite non conteſta.
Ratione autẽ probatur ſupradicta cõcluſio,
172 † quia nimis indignum eſt, ꝙ quis contra-
rium aſſerat eius, quod prius dilucide faſſus
eſt, d. l. generaliter. C. de non nu. pec. & pro-
batur etiam in d. c. per tuas. de proba.
Auctoritate modò probatur ſupradicta con-
cluſio, ſcilicet Bar. & aliorũ in l. 2. C. de eden.
& ſignanter per Bal. ibidem nu. 21. in fi. col.
fi. uerſ. fallit in cõfeſſione, &c. dicens, ꝙ quic-
quid ſit in ſententia, & actis cauſę in uno iu-
dicio factis, an præiudicent in alio, tñ in cõ-
feſſione, & probatione per rei euidẽtiã aliud
eſt; quia hæc probatio ubique probat; &
concordan. refert, & ſequitur Dec. ibidẽ col.
pen. circa med. verſ. & prædicta diſtinctio, an
agatur ad eundem finem, uel ad alium, non
habet locum in cõfeſſione, quia illa indiſtin-
ctè in alia inſtantia inter eaſdem perſonas
præiudicat, &c. idem tenet Curt. iu. ibidem
col. pen. in fin. nu. 100. in repet. in princ. & eſt
* * communis opinio, vt teſtatur Vicomerca.
ibidem nu. 54. concludens, ꝙ ad differentiam
ordinariorum, certum eſt, ꝙ acta deciſo-
ria, ut ſunt ſententia confeſſio, & ſimilia, in-
ter eaſdẽ perſonas probant in alia inſtantia.
Sed contra hanc concluſionem plura obſtare
173 uidentur. † Primum eſt text. in l. Papinia-
nus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. c. teſta.
174 & ibi glo. & cœteri not. † licere mantellum
reuoluere, & ſic in alio iudicio variare, rece-
dendo à cõfeſſione facta in alio iudicio, quẽ
tex. ad hoc expendit glo. ult. in fi. in Authen.
item poſſeſſor. C. qui potio. in pign. habe. li-
cèt aliqui intelligant illam glo. quando con-
feſſio fuit reprobata, ut per Curt. iu. in repe
ti. d. l. 2. nu. 108. in 3. limit. C. de eden. Sed ma-
lè; quia tex. in d. §. ſed nec impuberis. per quẽ
mouetur glo. aliter loquitur, & latiùs infrà
demõſtrabo. Niſi dicamus, ꝙ potiùs ille tex.
loquitur non inter eaſdem perſonas, ſed in
ter diuerſas; quod etiam uix poteſt ſuſtineri
ex his, quæ dicam in ſeq. fundamento.
Et hanc partem, ꝙ confeſsio in uno iudicio nõ
præiudicet confitenti in alio iudicio, etiam
inter eaſdem partes, tenent Bar. & Bal. quos
refert, & ſequitur Panciro. conſ. 68. num. 17.
175 † Et hæc opinio de plano procedit in con-
feſsione per partem non acceptata, Paſcet.
conſ. 187. nu. 4.
Secundò contra ſupradictam cõcluſionem fa-
176 cit alia concluſio, quæ habet, † ꝙ confeſsio
facta in uno iudicio ad unum finem tenden
te poteſt reuocari in alio iudicio tendente
ad aliũ finem, ut reſpondit Rimin. conſ. 272.
* nu. 19. & ſeq. vol. 2. quæ opinio * communis
eſt,

eſt, ut teſtatur Curt.iun.conſi.41.nu.15.in
princ. per glo.in dicta Authent.item poſſeſ-
ſor,quæ,ut ille ait,teſte Aret.* communiter
procedit,etiam ſi ea confeſſio nõ ſit in prio-
re iudicio reprobata , ut ibi per eum ; quic-
quid aliqui contradicant , de quibus ſuprà
177 in præceden. fundamento , † & dicitur ſe
cũdum iudicium diuerſum eſſe , & aliud pe-
nitus ſeparatum à primo ratione rei,cauſæ,
vel perſonæ,aut modi agendi, ut habetur in
l.cùm quæritur.in ſ. & duabus ſeq. ff. de ex-
cep.rei iud.& etiam per Imo.in c.2.nu.28.de
ordi.cognit. Quæ concluſio ſi vera eſt, con-
uincitur cõtraria opinio Bal. Dec. & ſequa-
cium,de quibus ſuprà, verſ.authoritate mo
do &c. & Curt. ubi ſuprà refert , & ſequitur
Menoch.conſ.191.nu.70.uol.2.idemq; pro-
bat Rimin.conſ.272.num.20. uol. 2. & hanc
concluſionem ante eos firmat Albe. in d.l.2.
nu.14.Et facit etiam Curt.iun.conſ.153. ad
178 fi.num.18.quatenus concludit,† ꝙ impu-
gnatum in vno iudicio cum vno agitato po
teſt adduci contra alium in alio iudicio, ſi-
cut confeſſio in uno iudicio non præiudicat
179 in alio.Et pro hac concluſione facit,† quia
iudicium motum ſuper una re nõ præiudi-
cat in alio iudicio ſuper alia re, & pariter
nec confeſſio , vt infrà dicam in 7. limitatio.
Reperio tamen,ꝙ Curt.iun. in d.l.2.in 1.lectu.
in fin.C.de eden.tenet,ꝙ glo.in d.Auth.item
poſſeſſor.procedit ità demum,quando con-
feſſio in primo iudicio fuit reprobata . ſed
hoc diuinare eſt .
180 Hec tamen concluſio † non procederet in
confeſſione facta in iudicio criminali , quia
probaret poſteà in iudicio ciuili,ut infrà di-
cam in 4.ampliat.
Tertiò contra ſupradictam illam cõcluſionem
facere etiam videtur alia conſideratio, quæ
181 habet , † ꝙ cui non debet officere cõfeſſio,
non etiam debet prodeſſe,Bald.in d. l. 2. ſub
nu.18. uerſi.4. quia ſicut ſibi nõ prodeſſent,
ità etiam non debent officere,&c. C. de edẽ.
ſed ſic eſt , ꝙ confeſſio partis in primo iudi-
cio facta inter eaſdem perſonas , ſicut non
poteſt eius aduerſario obeſſe in alio iudicio,
ità etiam non debet ei prodeſſe, ergò, &c.
182 Niſi dicamus , † ꝙ natura , & proprietas
confeſſionis nocere eſt ſemper confitenti ,
nõ autem ei prodeſſe,Bero. in c. at ſi clerici.
nu.74.de iud.
183 Retẽta itaque priore illa concluſione , † ꝙ
confeſſio in vno iudicio emanata præiudi-
cet confitenti in quocunq; alio inter eaſdẽ
perſonas,ampliatur, & extenditur pluribus
184 modis . † Et primò , ut procedat, etiam ſi
primum iudicium, in quo facta fuit dicta
confeſſio,fuit nullum, ut concludit Caſt. in
l.3.num.2.C.de fid. inſtrum.idem reſpondit
Rimi.conſi.272.nu.19.lib.2.per l. ſi cõfeſſis.
de cuſto.reo.& c.ſolicite.de reſti.ſpo. & idem
tenet,cõcordan.citando,Dec.in d.c.at ſi cle-
rici.in princ.nume.4.in 4.notab. verſ. & hoc
procedit,dato etiam,ꝙ proceſſus ſit nullus,
quia ex tali confeſſione poteſt tamen puni-
ri,&c.de iud.
185 Sed contra hanc concluſionẽ facit , † quia
confeſſio facta coram iudice incompetente
non facit fidem coram competente iudice,
ut concludit Alberi.in d.l.2.nu. 5.uerſ.præ-
dicta vera ſunt.& ibidem Curt.nu.109. in 5.
limita.C.de eden.in repeti.
Niſi dicamus,ꝙ imò probat ad effectũ, vt con-
fitens, puta, delictum coram iudice incom-
petente, poſsit per iudicem competentem
puniri, quia facit notorium , non tamen ut
poſsit puniri per incompetentẽ,ut per Dec.
in d.c.at ſi clerici.in prin.col.2.in fin.verſ.ſe-
cundum dictum Inno.limitatur,&c. de iud.
Sed hæc ſolutio reijcitur per Socin. conſil.108.
186 nu. 18. uol.4. ubi concludit, † ꝙ licèt con-
feſſio inducat notorium, & tollat ineptitu-
dinem proceſſus per modum agendi , ſi ta-
men proceſſus ſit nullus defectu iuriſdictio-
nis,& præſcriptionis,tunc aliud eſt dicendũ.
& ꝙ confeſſio ſuper inepto proceſſu opere-
tur , ut ſuper eo procedi non poſsit , Rimin.
conſ.272.nu.24.uol.2.
187 Scdò ampliatur ſupradicta concluſio, † vt
procedat,etiam ꝙ confeſſio ſit falſa, Bart.in
l.rura.C.de omni agro deſer.lib.11.ad diffe-
rentiam extraiudicialis confeſſionis , ut ibi
per eũ,per l.cùm falſa. C.de iur. & fact. igno.
188 Tertiò ampliatur, † etiam ſi cõfeſſio ema-
nauit in iudicio ſummario , & de ea quæra-
tur in iudicio plenario,ut concludit Dec.in
d.l.2.nu.62. uerſ. & iſta cõcluſio ampliatur,
etiam ſi cõfeſſio facta ſit in iudicio ſumma-
189 rio, &c. C.de eden. † quia integritas con-
feſſionis non habetur ex qualitate iudicij,
per Imo.in c.2.de ordi.cogni. nu.27. & con-
cordan.de quibus per eum . idemq; probat
apertè Feli.in c.1.nu.18. ut lite non cõteſta.
per rationem , quam ſuprà poſui in princ.
190 iſtius concluſionis.Sed aduertendũ eſt,† ꝙ
Imo. poſt Inno. per eum allegatũ loquitur,
quando agitur de eadem re , & ad eundẽ fi-
nem , puta , quia confeſſio emanauit ſuper
exceptione , ſeu articulo ante litem cõteſta-
tam ſuper eodem , quia ſummariè fuit arti-
191 culus ille expeditus , † ergò aliud eſſet di-
cendum , quando agitur de confeſſione fa-
cta in uno iudicio ſuper vna re moto , quia
non debet nocere confitenti in alio iudicio
ad alium finẽ , ſeu ſuper alia inſtãtia , ſicut
nec ſentẽtia,de qua loquitur poſt Inno. Imol.

vbi ſuprà nume. 28. per ea, quæ ſuprà dixi in
ſecundo fundamento contra ſupradictam
concluſionem, ne videatur illi communi ſen
tentiæ, quam ibi citaui, contradicere.
192 Et pro iſta reſolutione facit, † quia proba-
tiones factæ in iudicio ſummario non pro-
bant in plenario, etiã inter eaſdẽ perſonas,
vt latè cõcludit Dec. in c. at ſi clerici. in prin.
nu. 18. de iud. & per Caſt. coſ. 3. col. 2. i 2. par.
Et hanc ſecundam opinionem probat Socin.
conſ. 4. nu. 6. uol. 1. q. 5. & cum hoc etiam ſtat
Put. deciſ. 345. nu. 8. lib. 2.
193 Primam tamen opinionem, † ꝙ confeſſio
facta in iudicio ſummario probet etiam in
ordinario, vel etiam ſi facta ſit coram arbi-
tro, ꝙ probet coram iudice ordinario, reſpõ
dit Alex. conſ. 13. in prin. volu. 1. & conſentit
Caſt. in l. aduerſarius. nu. 3. C. de fid. inſtrum.
Et hæc concluſio adeò vera eſt, ꝙ etiam pro
cedat, ſi confeſſio illa emanauit in iudicio
nullo, Caſt. in l. 5. C. de fid. inſtrum. & pro illa
parte ſtat Alex. conſ. 31. nu. 1. uol. 1.
Et vbi etiam variatus eſt modus agendi. Afflic.
deciſ. 83. nu. 4. Alex. d. conſ. 13. in princ. Et in
hoc differt confeſſio ab alijs probationibus,
& maximè per teſtes; quia receptę in iudicio
ſummario, nõ faciunt fidem in plenario re-
194 gulariter, Caſt. d. conſ. 3. in 2. par. † Et ita
eſt communis opinio, ꝙ confeſſio facta in
vno iudicio poteſt in alio ad alium fine ten-
dento reuocari, vt reſpondit Crot. in col. 4.
nu. 15. per glo. communiter approbatã in
Auth. ateum poſſeſſor. C. qui potior. in pignoi
habean. Et ita hoc caſu debet intelligi, quod
tradit idem Curt. in d. l. 2. nu. 119. in 6. limi-
tatio. C. de eden. dum concludit, ꝙ confeſſio
in uno iudicio facta non præiudicat in alio,
& inter eaſdem partes.
195 Quarto ampliat ſupradicta cõcluſio, † ut
eò magis procedat in cõfeſſione facta in iu-
dicio. & cauſa criminali, quia ea benè etiam
probaret in iudicio ciuili, etiam inter alios,
qui in eo iudicio non interfuerunt in præiu-
dicium confitentis, ut poſt alios concludit
Curt. iu. in d. l. 2. in 1. lectu. nu. 115. C. de edẽ.
loquens in fure, qui in iudicio criminali faſ-
ſus eſt ſe ſubtraxiſſe a me rem quandam, quã
ea confeſſio contra eum nocet, & mihi pro-
deſt, ut poſſim ex ea eum conuenire ad reſti-
tuendum rem ſubtractam. Ad idẽ facit Bal.
in l. mercalem. C. de condit. ob turpem cauſ.
vbi concludit, ꝙ confeſſio criminis in uno
iudicio facit, ut poſſit inquiſitio formari cõ
tra eum, & probari tale crimẽ per huiuſmo-
di confeſſionem in alio iudicio emanatam,
& probat Dec. in c. at ſi clerici. in princ. nu. 4.
uerſ. 2. reſtringitur. de iud. Et tamen poten-
196 tior eſt confeſſio in cauſa criminali, † quia
in iudicio criminali probationes deſideran-
tur clariores, l. ſciant. C. de teſti. & probat
idem ubi ſuprà num. 25. in princ. Quinimò
confeſſio facta in cauſa ciuili probat plenè
etiam in cauſa criminali, ut poſt Bal. conclu
dit Ripa in d. l. 2. nu. 41. in princ. ꝙ tamen à
vero alienum eſt, ut late probat Soci. conſ. 8.
nu. 5. & ſequen. uolu. 1. quia variatur modus
agendi.
Sic autẽ accipienda eſt hæc ampliatio, ut pro-
cedat reſpectu principalis perſonæ, quæ in
197 iudicio aliquid faſſa eſt, † ſecus reſpectu al-
terius perſonæ, puta, alicuius, q ſit ut teſtis
examinatus, qui aliquid contra ſe affirma-
uit; neque enim talis aſſertio debet ei præ-
iudicare, ſi poſteà conueniatur ut principa-
lis, vt probatur in l. Caius, ff. de pigno. actio.
& probat Rot. deciſ. 4. de confeſſis, in antiq.
Mantua in c. 1. de excep. & in iudice, vel ad-
uocato in vna cauſa, Menoch. conſ. 58. & in
notario confitente inſtrumentum pro alio,
Corn. conſ. 208, nu. 7. volu. 4. & in aduocato,
& teſte, Abb. in c. ex litteris. nume. 4. & ſeq. de
tranſacti. idemq; tenet Cur. in d. l. 2. col. fin.
verſ. 4. & c. C. de eden. in repet.
Quinto ampliatur ſupradicta cõcluſio, ut pro
cedat, etiam ſi confeſſio facta ſit incidenter,
ut ſignanter tenet Bald. in d. l. mercalem. C.
de condi. ob turp. cau. quem refert, & ſequi-
tur Dec. in d. l. 2. nu. 63. in fi. uerſ. ſimpliciter
ampliatur iſta concluſio. C. de eden. & licet
Bald. loquatur in confeſſione criminis, & ſic
in cauſa criminali, in qua maior eſt ratio, ut
ſuprà dixi in præceden. ampliat. tamen hæc
ampliatio generaliter videtur procedere ẽt
in cauſa ciuili, ut cõcludit Dec. in c. at ſi cle-
rici. in prin. nu. 4. uerſ. 2. reſtringitur. de iud.
& probatur fortius in l. deſiderium. C. depo-
199 ſiti, vbi habetur, † ꝙ ſi reperitur inſtrumen
tum, in quo ego mutuaui centum Seio, quæ
tu apud me depoſueras, illa uerba ſic enun-
ciatiuè, & incidenter prolata probãt etiam
contra me in tui fauorem, & ex hoc me con-
uenire potes actione depoſiti, & ita illi text.
ad hoc citãt Doct. ibidem, & præſertim Bal.
& magis ſpecifice Saly. & Caſtren, & abundè
etiam Cur. iun. conſ. 118. num. 10. Niſi dica-
mus, ꝙ ille tex. loquitur in confeſſione facta
per inſtrumentum, licèt inter alios, & inci-
denter, ut ibi declarant Salyc. & Caſtren. de
quo puncto neſciuit Curt. iun. in d. l. 2. in 1.
lectu. nu. 115. in fi. ſe reſoluere, circa quod la
tius videnda ſunt, quę infrà dicam in octaua
limitatio. Et facit pro iſta parte Neuizan.
conſi. 35. nume. 20. in princip. dum conclu-
dit, quòd confeſſio redacta in ſcriptis parte
etiam abſente ſemper præiudicat confiten-
ti. Eſt verum, quòd Alexander citatus per
non

eum,hoc non dicit.& faciunt, quæ infrà di-
cam in 8.limita.
200 Contrarium, † ꝙ imò confeſſio facta inci-
denter in una cauſa non præiudicet in alia,
tenet expreſsè Cur.iu.in d.l.2.nu.109.in 6.li-
mitatio. C.de eden.ubi mouetur pariter per
Bal.in d.l.mercalem.allegatam in cõtrariũ,
& per Alex.in d.l.2.& eſt regulare,vt poſt In-
no.& concordan.concludit Dec. in d.c. at ſi
clerici.in prin.ſub nu.4.uerſ. & iſtud dictum
Inno.ꝙ coiter approbatur,&c.de iud.& nu.
28.& faciunt,quæ infrà dicam in 8.limita.&
hanc partem tenet expreſsè Rimi. conſ.272.
nu.59.& ſeq.uol.2.
201 Sextò ampliatur ſupradicta concluſio,†vt
procedat nedum reſpectu ipſius cõfitentis,
ſed etiam eius hæredes, & habentis cauſam
ab eo,& illis etiam præiudicat confeſsio hu-
iuſmodi,ità concludit Cur.iu.in d.l.2. in re-
peti.nu.107.C.de eden.Rimi.iu.conſ.31.nu.
118.uol.1.loquẽs in vna Corrigien. Menoch.
conſ.202.nu.36.&ſeq.uol.2.loquens in con-
feſsione in inueſtitura.Sed certe hæc amplia
tio ꝑtinet ad extraiudicialia. Niſi dicamus,
ꝙ multò magis locum habere debet in iudi-
ciali.Et hanc concluſionem, ꝙ cõfeſsio præ-
iudicet etiam hæredi confitentis, probat ẽt
Matanta in ſuo Spec.tit. de cõfeſsione nu.2.
202 Septimò ampliat̃ ſupradicta cõcluſio, † vt
procedat etiam in confeſsione tacita, quæ
oritur ex productione inſtrumẽti, & ſcriptu
ræ,ità concludit Rimi.iu.conſ.52.num.118.
uolu.1. ità ut reuocari non poſsit tanquam
deliberatè facta,Menoch.conſ.323.nu.24.in
3.reſponſione,etiam ſi per uerba enunciati-
ua emanauit, ut pulchrè per Senat. Pede-
mon.deciſ.39.nu.29.
203 Octauò ampliat ſupradicta concluſio,†ut
procedat etiam in confeſsione emanata co-
ram arbitro.l.pen.in fi. ff. de arbi. per quam
ſic concludit Curt.iun.in d.l.2.in repeti.nu.
100.uerſ.& procedit 1.C.de eden.
204 Limitatur modò ſupradicta cõcluſio, †ut
procedat ità demum,ſi facta ſit confeſsio in
iudicio coram iudice ſedẽte pro tribunali;
ſecus ſi in iudicio facta ſit corã notario tan-
tùm,ut concludit Bar.in l.ſcimus.in fi. C.de
agri.& cenſi.lib.11. idemq; probat Curt. iu.
in repeti.d.l.2.nu.109.in 7. limitat. uerſic.7.
quando fuiſſet facta iudice non ſedente pro
tribunali.per glo.& Docto.in l. iubemus. C.
de libe.cauſ.& concordan.per Gabriel. lib.1.
tit.de confeſsis,concluſ.1.nu.5.
205 Secundò non procedit † ſupradicta cõclu-
ſio in cõfeſsione procuratoris facta in uno
iudicio q̃ nõ præiudicat dño in alio iudicio,
ut tenuit Spec.in tit.de confeſsis. §.videndũ.
verſ.ſed cum quid,&c.ſequitur Ripa in d.l.2.
ſub nu.41.C.de eden. & ibidem Dec. nu.63.
Cur.iu.nu.108.in prin.& probat late Feli.in
c.1.nu.18. ut lite non conteſta. quia in con-
feſsione ꝓcuratoris ceſſat ratio,de qua dixi
206 mus in prin.iſtius concluſionis.†& multas
differentias ponit Feli. ibi inter confeſsionẽ
procuratoris,& cõfeſsionẽ dñi. & eſt communis opinio,teſte Alban.conſ.7. nu.9. ma-
ximè ſi confeſsio fuit ſpõtanea, ut ibi per eũ
nu.8.& quando dicatur ſpõtanea, & præiu-
dicialis,Feli.ubi ſuprà Bar.in l.Titium. §. al-
tero.ff.de admin.tuto. & hanc partem tenet
etiam Alex.conſ.176.vol.6.
207 Contrarium tenuit † Albe.in d.l.1.ſub nu.
15.dicens,ꝙ in caſibus, in quibus confeſsio
propria præiudicat,in eiſdem præiudicat, &
nocet confeſsio procuratoris.
208 Pro cõcordia puto † poſſe dici,ꝙ ſi procu-
rator habet ſpeciale mandatum ad dictum
effectum, ꝙ procedat opinio Alber. ut cõſi-
deraret etiam Menoch.conſ.2.nu.368. uolu.1.
concludens, ꝙ procuratoris ſpõtanea con-
feſsio domino non nocet,niſi habeat ſpecia-
le mandatum.
209 Secundo dici poteſt,† ꝙ ubi ſecundum iu-
dicium tẽdit ad eundem finem, uera ſit opi-
nio Albe.alias ſecus,ut concludit Curt. iun.
in d.l.2.nu.108.in repetitio.uerſ. & ubi con-
feſsio procuratoris,&c.
210 Tertia opinio † Albe. de plano procederet
in confeſsione facta per nuncium,quia cen-
ſetur propriè facta per ipſum dominum, ut
conſiderat Dec.in d.l.2.ſub num.63.uerſ.ſe-
cus uidetur,&c.C.de eden.
211 Tertiò non procedit † ſupradicta conclu-
ſio,ubi confeſsio fuit à iure,iudice, uel par-
te reprobata,tunc enim non præiudicat cõ-
fitenti in alio iudicio, nec in eodem. de pri-
mo eſt tex. in l.ornamentorum. ff. de aur. &
212 argen.lega.ubi habetur, † ꝙ confitens ue-
ſtem muliebrem comprehendi in legato or-
namentorum, ſibi non præiudicat, quia de
213 iure non continetur. ſic & cõfeſſus † ſe rei,
ſuæ furtum feciſſe, ſibi non præiudicat iure
refragante, quo cauetur, quòd rei propriæ
quis furtum facere non poteſt, l. prima, &
toto titulo. ff. de furt. & dicam in ultima li-
mitatio. in quarto exemplo, & hanc limi-
214 tationem probat Crauet. conſilio 171.†&
in confeſſione etiam iurata, ſi ſit contra eũ
pronunciatum,rñdit Natta conſ.505.nu.9.
vbi ẽt de ratione. idem rñdit Cur.iu. cõſ.41.
nu.5.& in confeſſione,cõtra quam fuit iudi-
catum,Crot.conſ.2.nu.11.& ſeq. & in cõfeſ-
ſione per partẽ aduerſam impugnata,Ruin.
conſ.21.nu.6.uol.1.Cur.vbi ſuprà col.pen. &
vbi confeſſio per ſñiam fuit reprobata,vel eſt
facta in iudicio, quod non habuit effectum,

quia nulla fuit ſecuta ſentẽtia, tenuit Curt.
iu.d.conſ.41.nu.15.
215 De ſecũdo.ſ. ubi † à iudice fuit reprobata,
quia cõtra confeſſionẽ pronunciauit, habe-
tur apud Curt.iu.d. conſ.41. col.fi. & Nattã
conſ.505.nu.9.vltra paulo antè adducta.
Et iſtud ſecundum procedit,etiam ſi reprobatio
confeſsionis contigiſſet in fauorem con-
fitentis, quia.ſ.ea non obſtante fuit abſolu-
tus per iudicem,ut concludit Cur. iu. in d.l.
2. in repetitio.num.108. verſicu. & procedit
etiam,&c.C.de eden.
Et iterum hoc ſecũdum caput procedit, etiam
ſi confeſſio irrita ſit,Natta vbi ſuprà.
216 De tertio aũt, † quando confeſſio fuit im-
probata per partem aduerſam, habetur in
regula.c.ex eo.de reg.iu.in 6.& Bar. in l. poſt
legatum. ff. de his, quibus vt indig.& in ter-
minis Menoch.conſ.320.nu.24. Curt.iun.d.
conſ.41.nu.14.loquens in confeſſione in po-
ſitionibus ex aduerſo negatis.Et hoc proce-
dit inter eaſdem perſonas, aliàs ſecus, Curt.
iu.conſ.113.nu.18.& hanc concluſionẽ pro-
bat Menoch.conſ.320.nu.24.uol.4.Bal.in d.
l.2.nu.22.C.de eden.& multò minus quò ad
alios.Boſſ.tit.de falſ. nume.97.& hanc con-
cluſionem probat etiam Purpura. in d. l. 2,
nu.106.& ſeq.
217 Quartò ceſſat † ſupradicta cõcluſio in cõ-
feſſione ficta,quæ oritur ex contumacia, qa
non præiudicat in alio iudicio, ità cõcludit
Dec.in d.l.2. nu.64. & idem Curt. iun. in re-
peti.nu.105.& ſeq.Craue.conſ.97.uol.4.
218 Quinto declarat ſupradicta concluſio,† vt
procedat ità demũ,ſi ſit ſecuta ſententia iu
dicis expreſſa,vel tacita,ità reſpondit Corn.
conſ.274.nu.5.uol.3.
219 Sextò limitatur ſupradicta concluſio. † ſi
pars non fuit præſens,& acceptans cõfeſsio-
nem iudicialem huiuſmodi, quia tunc non
præiudicat confitenti: requiritur.n.pręſen-
tia,& acceptatio partis,ut probatur in l.cer
tum.§.ſi quis abſenti.ff.de confeſſis. & l. fi.ff.
de interrogat. actio. quæ iura intelliguntur
in iudiciali cõfeſſione,ut multi volũt Bar. in
l.nuda.ſub nu.4.ff.de donat.& ità concludit
Sylna.conſ.44.nu.11.nu.13. & nu.16. & ferè
220 per totum.ea ratione motus; † quia con-
feſſio iudicialis tendit ad obligandũ, & loq-
tur in partis pręſentia.& hanc partẽ,quò ad
præſentiã partis,tenet Cyn.Albe. Bald. Sali.
Otia.& Lup.quos refert Gabriel.lib.1.cõclu
ſio.1.nu.7.tit.de confeſsis. tñ ut qñq; dixi d.
§.ſi quis abſente. plerũq; intelligitur, ut lo-
quatur in extraiudiciali,Plat.in d.l. rura. in
prin.C.de omn.agro. deſer. lib. 11. Sed certè
hæc ratio non videtur bona, qa non video,
cur magis iudicialis confeſſio tẽdat ad obli-
gandum,q̃ extraiudicialis, & cur ſi extraiu-
dicialis tendit ad probandum, pariter non
probet iudicialis ad idem tendens, ut tunc
probet ſicut extraiudicialis parte abſente.
Reperio tñ,ꝙ illam drĩam ẽt apertè facit Bart.
in l.ex duobus.ſub nu.32. ff. de duabus reis.
& in Auth. hoc ità. ſub num.57. C. eo.
221 Veruntñ † ꝙ præſentia partis non ſit neceſ-
* ſaria plures alij tenuerunt, & * communiter
Doct.ut teſtatur Gabriel. ubi ſuprà nu.8.
222 Quò verò ad acceptationem, † ꝙ ea ſit ne-
ceſſaria,ſ.partis,uel iudicis,aliàs confeſſio iu
dicialis hmõi non præiudicet,probatur in l.
iubemus.de libe.cau.& concord.per Alban.
conſ.7.nu.7.in prin.& ꝙ imò requiratur par
tis acceptatio,plu.cõcordan.citat Menoch.
cõſ.320.nu.24.& ſeq.& cõſ.374.nu.54.uol.4.
ſaltem partis præſentia,quia præſumitur ta
citè acceptata,Rimi.iu. conſ.60. nu.19. & ꝙ
nõ ſit neceſſaria expreſſa acceptatio,ſed ſuf
* ficiat pręſentia partis,ſm * cõem,reprobata
opinione Alex.ut refert, & ſequitur Maran.
in ſuo Spec.tit.de confeſſis nu.2.
* Sed ꝙ imò ſit neceſſaria acceptatio, eſt * cõis
opinio,Cur.ſen.conſ.77.Alex. conſ.22. nu.1.
uolu.4.latè Ancha.iu.q.52.in 1.par. Sed pro
alia parte, ꝙ ſaltẽ incõtinenti nõ ſit neceſſa-
ria acceptatio,Alcia.de præſump.reg.2.pręſump.21.
Feli.in c.capitulũ. nu.11. & ſeq. de
reſcript.Vera tñ eſt ea opinio,ꝙ ſufficiat par
tis præſentia.& intelligentia,Alex.conſ.212.
nu.28.uol.6.& ità debet intelligi Cæpo.cau-
te. 228. Et pro iſta parte facit, quia in iudi-
cio præſens etiam in præiudicialibus habe-
tur pro conſentiente,l.cum oſtẽdimus. ff. de
fideiuſſo.§. fi.Ripa. in vulgato §.nihil cõmu-
ne.Et ante cum Bar.in l.cum quis decedens.
in princ.nu.1.ff.de lega.3.dum concludit, ꝙ
iudicialis confeſſio vim habet ſtipulationis,
per illum tex.Sed ꝙ requiratur expreſſa acce
* ptatio, eſt * communis opinio, teſte Pariſ.
conſ.131.nu.18.uol.1.
223 Illud aũt nõ ẽt omitto, † ꝙ hmõi accepta-
tio debet fieri re integra,idẽſt,donec nõ fue-
rit confeſſio reuocata,uel uiuente confiten-
te,aliàs ſecus,ut tradunt Doct. & præſertim
Dec.in c.cum cauſam.de appella.ubi tractat
uſq; ad quod tẽpus poſſit cõfeſſio reuocari.
Secundum probatur per Alcia. conſ.112. pro-
poſito in caſu. per tot. loquẽs in donatione
facta abſenti notario ſtipulãte.& cõſ.597.&
ità aliàs cõſului in una Placẽtina Illuſtrium
Sfortiadum de Foliano, & iterum in una
alia pro D.Fontana contra DD.Puſterlas in
donatione ex cauſa dotis.
224 Septimò limitat ſupradicta concluſio,† ut
non procedat in confeſsione extorta dolo,
vel ſuaſionibus alterius;neq; enim valet hu-
iuſmodi

iuſmodi confeſsio tanquam non ſponte, &
deliberatè emanata,ut habetur.ff.& C.toto
tit.de dolo,& c.quamuis.de pact. in 6.

225 Octano limitatur ſupradicta cōcluſio,† vt
non procedat in cōfeſsione facta coram iu-
dice incompetente,ut per Ancha.iun.q.5.in
1.par.Bertazol.in ciuilibus conſ.35.

226 Nonò limitatur ſupradicta cōcluſio,† ubi
coniecturæ ſunt pro confitente aduerſus cō
feſſionem, Barbat. conſilio 9.colum.8. ad fi.
volumine 2.

227 Decimò limitatur eadem concluſio,† vt
procedat ità demum, ſi agatur de eadem re
deducta in eo iudicio, in quo emanauit hu-
iuſmodi cōfeſſio,ſecus ſi de alia re tractatur;
tunc enim quoad aliam rem non pręiudicat
hæc confeſſio,vt concludit Riminal.iun.con
ſilio 12.num.14.& faciunt,quæ ſuprà dixi in
princ.iſtius concluſionis, verſi.ſecundo con-
tra ſupradictam concluſionem.

Vndecimò limitatur ſupradicta concluſio, vt
228 †procedat ità demum,ſi confeſſio per ver
ba diſpoſitiua facta ſit;ſecus ſi per verba enū
ciatiua ad alium effectum; tunc enim non
præiudicat in alio iudicio,etiam inter eaſdē
partes,l.ex hac ſcriptura.vbi Bar. & alij.ff. de
donat.& ità concludit Dec.in d.l.2.num.65.
in 3.concluſio.C. de eden. per But.in c.illud.
de præſcrip.quod dicit facere ad declaratio-
nem l.optimam. C. de contrahen.ſtipu. quæ
229 aliter loqui videtur, ſcilicèt, † quòd verba
enunciatiua probant inter contrahētes, ſe-
* cundum * communem opinionem, de qua
per Dec.conſ.539. num.6. ſin his, in quibus
partes poſſunt ſibi pręiudicare,vt ibi per eū.
Idem tenuit Riminal. Iun.d.l.2.in fi. dicens,
quòd confeſſio facta in vno iudicio probat
in alio etiā inter alios, ſi principaliter per ſe
facta ſit; ſecus ſi per verba enunciatiua pro-
pter aliud,quia & ſi per omnia illud enuncia
tum probet in eo iudicio inter eaſdē partes,
tamē,ſi poſteà cōtingat principaliter in alio
iudicio diſputari de huiuſmodi enunciato
deducendo illud per viam principalis peti-
tionis, certè ea confeſſio non probaret illud,
per But.ubi ſupra. & in c. fin.de ſucce.ab in-
teſta.& alios plur.concordan.citat Riminal.
iun.conſi.31.num.38.quæ tamen auctorita-
tes vt plurimùm loquuntur in extraiudicia-
* libus. & iſta eſt* communis opinio, quòd li-
cèt verba enunciatiua probata inter cōtra-
hentes probent inter eos in aliquibus caſi-
bus,d.l.optimam.tamen vbi de ipſis contin-
git principaliter diſputari, tunc ſuper illis
verbis non poteſt fieri fundamentum, vt de
* communi teſtatur Curt.iun.cōſi.24.colum-
na 2. in fin.

230 In contrarium tamen faciunt,† quę ſuprà
diximus in 5.ampliatione, vbi appareret cō-
feſſionem per uerba enunciatiua ſaltem prę-
iudicare confitenti, nedum inter ipſos con-
trahentes, ſed quò ad alios, & tertium,de cu
ius intereſſe agitur, etiam ſi principaliter de
enunciato tractetur, adducendo d. l. deſi-
derium. C. depoſiti.& in l. Publia. in fi.ff.eo.

Sed pro reſolutione iſtius difficultatis prius vi-
dendum eſt, quæ dicantur verba enunciati-
231 ua. Et breuiter dico, † quòd illa dicuntur
verba enunciatiua, quę narrant aliquod fa-
ctum de præterito, cętera autem dicuntur
diſpoſitiua, vt poſt alios concludit Menoch.
conſi.147.num.5.& ſeq.vol.2.

232 Sed hæc concluſio † ita demum procedit
in his verbis, quæ ad aliud, quàm ad princi-
palem partium intentionem tendunt, ſecus
ſi ſint facta, & dicta ad deſtruendum illud fa
ctum de præterito, prout erat in caſu Curt.
iun.conſi.168.num.13.

Secundò eſt conſiderandum, quod aliud eſt quęre-
re, an verba enunciatiua ſint allegatoria, a-
233 liud, an ſint probatoria. † quia primo ca-
ſu procedunt allegata ſecundo loco.

234 In ſecundo autem caſu † procedunt alle-
gata pro iſta limitatione; ità ſignanter decla
rat Curt.iun.d.conſi.168.nu.10.& ſequen. &
ante eum ità docuit Bar. in l.nuda. nume.2.
& ſequen.ff.de dona. de quo ipſe non memi-
nit. & eſt bonus tex.in d.l. Publia.in fi.ff. de-
poſiti. & hæc concluſio in hoc ſecundo caſu
eò magis vera eſt, vbi confeſſio iſta enuncia-
tiua emanauit in aliquo inſtrumento, vel
ſcriptura.ut per Bar. vbi ſupra, quia præiu-
dicat confitenti etiam parte abſente, ità ēt
ſignanter concludit Soci.concluſio 46. in fi.
vol.4.quem licèt correctè non alleget, ſequi-
tur Dec.conſ.539.num.5.in prin. Eſt verum,
quòd Bar. potiorem habet probationē per
propriam ſcripturam, quàm confeſſionem
probationis in actu redactam per notariū,
de quo in l.certum.§.ſi quis abſente.ff.de cō-
feſſ. vt ibi per eum num. 4. verſi. non obſtat
§.ſi quis abſente, &c.

235 Tertiò, iſta limitatio,† quòad primum ca-
ſum, ſcilicet materiæ obligatoriæ, poſſet ēt
procedere, quando eſſemus in geminata cō
feſſione facta per verba enunciatiua, ſeu nar
ratiua, ità concludit Curt. Iun. d. conſi.68.
num.8. & ſeq.

236 Et iterum hæc concluſio† procederet, ſal-
tem quando eſſemus in antiquis, quia abſo
lutè plenè probarent, ut reſpondit Menoch.
conſ.147.num.11.& plur.ſeq. & numero 26.
volumine 2.

237 Duodecimò limitat.† fauore publicę vtilita
tis, quia tunc poterit confeſſus in alio iudi-
cio inter eaſdem partes contrarium aſſerere

in alio

in alio iudicio, ut ſi quis faſſus eſt, ſe nullum
ius habere in certo beneficio, non poterit cō
trarium dicere in alio iudicio, ità concludit
Riminal. in d. l. 2. col. fi. verſi. ſimiliter dixit D.
Antonius. C. de eden.
Decimotertiò limitatur ſupradicta concluſio,
238 † vt ità demum confeſſio huiuſmodi præ-
iudicet confitenti, ſi ſit in totum acceptata,
ſecus ſi in parte tantùm. nam confeſſio, vbi
in parte falſa reperitur, oportet, ꝙ etiam to
ta falſa ſit, Dec. cōſ. 99. num. 10. Sed iſtud di-
ctum vt ſit verum, debet intelligi, quando cō
tinet vnum caput tantùm, ſecundum diſtin-
* ctionem Bar. * communiter receptam in l.
Aurelius. §. idem quæſijt. ff. de libe. lega.
Decimoquartò limitatur ſupradicta cōcluſio,
239 † vt nō procedat in his, q̄ per curſum tem-
poris mutantur, quia confeſſio facta in uno
iudicio non nocet in alio, putà quòd aliquis
erat in minori ætate, Rimin. in d. l. 2. in fi. C.
de eden.
Decimoquintò limitatur ſupradicta cōcluſio,
240 † ut non procedat in cōfeſſione, quæ eſt ſu-
per non veriſimili, tunc enim nō præiudicat
cōfitenti, vt concludit Craue. vbi ſuprà, & la-
tè Riminal. iun. conſi. 565. vol. 5.
Decimoſextò limitatur ſupradicta concluſio,
241 † vt procedat in confeſſione clara, & aper-
ta, ſecus autem ſi ſit dubia, quia tūc confeſ-
ſio huiuſmodi non præiudicat confitenti,
242 † cum ſit interpretanda ad eius fauores,
ità reſpōdit Alex. cōſ. 183. num. 7. vol. 5. Dec.
cōſ. 189. col. 6. Maran. in ſuo ſpec. tit. de con-
feſſione num. 32. de quo tamen videndus eſt
Alex. cōſ. 183. nume. 7. vol. 5. Dec. conſ. 539.
num. 2. & latiùs Alcia. de præſump. 3. reg. pręſ
ſump. 1. num. 8. & ſeq. & Grat. conſi. 40. vol. 1.
& Craue. conſ. 157. num. 9. & pro confitente
Dec. conſ. 118. num. 5. in fi. & ſeq.
Decimoſeptimò non procedit ſupradicta con-
243 cluſio, † vbi confeſſio iudicialis huiuſmo-
di erronea, ſeu falſa eſt, non enim debet cōfi-
tenti in alio obeſſe, l. cū falſa. C. de iur. & fact.
244 igno. † p noſtrū. n. affirmare, vel negare &c.
245 Et ideò dicūt Docto. † quòd ad confitentē
pertinet interpretari ſuam cōfeſſionem, dū-
modò eam nō euacuet, Franch. in c. ſin aūt.
ſub nu. 3. de appellat. in 6. Dec. conſ. 423. ſub
num. 8. & quòd debeat in fauorem confiten-
tis interpretari, tenet Riminal. in. cōſ. 23. nu.
30. Menoch. conſ. 112. nu. 21. licèt aliqui con
tradicant, de quibus per eum nu. 35. & ſeq.
246 Et † poteſt talis cōfeſſio erronea, ſeu falſa
nedum per confitentem, ſed etiam per eius
hæredem reuocari, vt concludit Curt. iun.
conſi. 41. num. 15.
247 In contrarium tamen † facit Bar. in l. vna.
in fi. C. de om. agro deſer. lib. 11. dum cōclu-
dit, quòd ſi ego apud acta cōfiteor rem meā
tuam eſſe, mihi præiudico, licèt confeſſio ſit
falſa, ad differentiam extraiudicialis confeſ-
ſionis, per illum tex. & cæteri ſequuntur ma-
ximè Plate. ibi in 1. notab. & ibi addit, quòd
hæc confeſſio nō poteſt reuocari, perinde ac
ſi in rei uendicatione ego eſſem condemna-
tus, & generaliter concludit idem eſſe in cō-
feſſione facta in libello, & petitione, quia prę
iudicat confitenti etiam parte abſente, per
dictam legem, & l. cum precium. C. de liber.
248 cauſ. & ſubdit propterea, † ꝙ ſi frater meus
nomine ſuo fundum emit, & poſteà in libro
cataſti fecerit illū annotari ſub noīe ſuo, &
meo, & ſoluit collectas de eo nomine cōmu-
ni, nō auditur poſteà volens dicere ſe erraſſe.
Pro concordia, & reſolutione iſtius cōtrouer-
ſię, & declaratione totali iſtius limitationis,
de tribus eſt videndum.
Primò plures declarationes adducam, quæ hāc
obiectionem fugant.
Secundò videndū erit, qualiter probetur error.
Tertiò ſubijcienda ſunt exempla ad hanc limi-
tationem pertinentia.
Declaratur itaque primò hæc limitatio, reten-
ta prima parte negatiua, quòd erronea con-
249 feſſio non præiudicet, † vt procedat, etiam
ſi in confeſſione adiecta ſit clauſula, Sponte,
& ex certa ſcientia, &c. Iaſ. conſ. 160. num. 7.
uol. 4. & probat etiam Bar. in l. Stichus. §. idē
quæſijt. ſub nu. 5. ff. de condit. inde.
250 Contrarium tenuit † Menoch. cōſ. 265. nu.
12. & plur. ſeq. lib. 3. loquens in trāſactione
251 facta ex certa ſciētia, † in qua quis faſſus eſt
rem propriam eſſe alterius, ſciens eſſe ſuam,
transfert dominium in eum; & ſubdit nu. 17.
252 poſt Rui. cōſ. 128. vol. 2. † ꝙ ſi hæres ſciēter
diuiſit bona tāquam fideicommiſſo graua-
tus, & ſcienter confeſſus eſt bona eſſe ſubie-
cta fideicommiſſo, dicitur taliter ſibi præiu-
dicaſſe, quòd non poteſt eam confeſſionem
retractare, cùm ſcienter facta ſit.
253 Sed pro ſolutione dici poteſt, † quod ſi ſciē-
ter quis fatetur rem ſuam eſſe alienam, pro-
cedit obiectio, ſed ſi ſit dubium, & ſolùm ad-
eſt clauſula Ex certa ſciētia, &c. & probatur
error, & tunc procedūt ſuprà in cōtrarium
allegata, quia quo errore faſſus eſt rem eſſe
alienam, eodem lapſus eſt apponēdo clauſu-
lam prædictam Ex certa ſcientia, & ſic etiam
ſoluitur obiectio ſuprà primo loco excitata.
Si autem allegatio erroris nō ſit probabilis,
vt in caſu Menoch. vbi ſup. aliud eſt dicēdū.
254 Secūdò declaratur, † vt prima opinio pro-
cedat, dummodò cōſtet de errore, aliàs ſit lo
cus ſecūdæ opinioni; ità enim loquitur Bar.
in cōtrarium citatus: & idem reſpōdit Bal.
* cōſil. 1. in 5. par. & tenēt * communiter Do-
cto.

ſto. in d. l. cum falſa.
255 Tertiò declaratur ſupradicta cõcluſio, † vt
locum habeat ſupradicta limitatio, quòd erro-
nea cõfeſſio nõ præiudicet cõfitenti, ſiue er-
ror ſit in facto, ſiue etiam in iure, l. ornamẽ-
torum, vbi Bar. & alij not. ff. de aur. & argen.
lega. & ſuprà tetigi.
Vlterius etiam alios caſus, in quibus confeſſio
iudicialis nõ preiudicat cõfitenti, ponit Her
cula. in tracta. de negati. nu. 197. & plur. ſeq.
Circa ſecundum articulum pertinentẽ ad mo-
256 dum probandi errorem, breuiter dico, † quòd
error probari ſatis dicitur probando rẽ ali-
ter ſe habere, quàm cantet confeſsio, ità cõ-
cludit Barto. in l. non fatetur. ff. de confeſſis.
Plate. in d. l. rura. loquens in præparatorijs,
& deciſorijs iudiciorum. Et dicitur probari
talis error, probando per inſtrumẽtum; ver-
bi gratia, ſi quis confeſſus eſt omnia bona,
quæ poſſidet, & quæ ſunt in tali territorio
feudalia eſſe, & tamen conſtat multa fuiſſe
per eum acquiſita, & quod multa alienata
fuerunt tanquã feudalia, vt concludit Curt.
iu. conſ. 41. nu. 15. & circa modum probandi
errorem uidendum eſt apud Menoch. conſil.
265. nu. 17. & 20. uol. 3. & conſ. 288. nu. 40. &
plur. ſeq.
Capio tertium articulum reſpiciẽtem exempla
iſtius ultimæ limitationis, & declarationis,
in quibus erronea confeſſio non præiudicat,
vnde ſubijcienda ſunt modò aliqua exẽpla.
257 Primum eſt igitur exemplum, † quod Bal.
ponit conſ. 1. in 5. par. in eo, qui imprudens,
& ignorãs rem inſolidum ad ſe ſpectare, eam
diuiſit cum alio putans eam communem eſ-
ſe: etenim docto de errore hujuſmodi, talis
diuiſio haberi debet pro non facta.
258 Secundum ſit exemplum † in eo, qui con-
feſſus eſt fideicommiſſum extare in tali te-
ſtamento ad fauores Sempronij; nam ſi ex
inſpectione dicti teſtamenti appareat clarè
nullum extare fideicommiſſum ad eius fauo
rem, res eſt expedita cõtra dictam confeſſio-
nem, l. ornamẽtorum. ff. de aur. & argen. leg.
vbi Bar. & alij not. idem reſpondit Ang. cõſ.
22. num. 4. Soc. iun. conſ. 116. num. 81. & plu
rib. ſeq. vol. 1. & latius conſ. 112. in princip.
vol. eo. & adhuc latius conſ. 180. nu. 31. & ſeq.
& num. 82. & plur. ſeq. vol. 2. & facit Roman.
259 conſilio 260. num. 4. vbi concludit, † quòd
confeſſio tunc non præiudicat confitenti; &
examinat circa id, quòd ſi ipſe confitens vellet,
non poſſet; & quando continet manifeſtum
iuris errorem, Feli. in c. capitulũ. de reſcript.
quidquid contrarium dixerit Rui. cõſ. 128.
num. 18. vol. 2. Cuius tamen conſultatio poſ
260 ſet probari, † vbi aliqua extarent argumẽ-
ta in teſtamento pro fideicõmiſſo, quia tunc
circa interpretationem fideicommiſſi, ſtare-
tur confeſſioni partis, Decia. cõſil. 44. nu. 76.
vol. 3. vbi etiam loquitur in probando bona
fuiſſe in bonis.
261 Tertium erit exemplum † in eo, qui cõfeſ-
ſus eſt ſe debitorem Sempronij aureorum cẽ-
tum, prout in tali teſtamento rogato per ta
lem tali die, nam ſi ex lectura dicti teſtamen-
ti appareat nihil eum debere, vel mino-
rem ſummam, certè talis confeſſio non ei
vlterà nocebit.
262 Quartum exemplum eſt † in eo, qui fate-
tur ſe furtum commiſiſſe in re propria; à iu-
re enim reprobatur hæc confeſſio, ità cõclu-
dit Craue. conſ. 29. num. 2. & conſ. 175. & fa-
ciũt, quæ ſup. dixi in 1. articulo, in 12. limita.
263 Quintum ſit exemplum in eo, † qui dixit
ſe hæredem alicuius inter aliquos, quòd ſibi
præiudicet, quò ad alios, Alex. conſi. 35. in fi.
vol. 7. idem probat Bar. in l. cum quis. §. codi
cillis. num. 6. ff. de lega. 3. Curt. ſen. cõſ. 55. nu-
mero 23. in fi. Marau. in l. is poteſt. nu. 52. ff.
de acquiren. hæred.
264 Sextum ſit exẽplum, † ſi quis ſit faſſus con
tractum fuiſſe celebratum ſeruatis ſeruãdis,
& tamen contrarium ex eo appareat, Curt.
Iun. conſi. 29. num. 2.
Supereſt modò videre de ſecundo caſu princi-
265 pali ſuprà propoſito, † an confeſſio iudi-
cialis inter aliquos præiudicet confitenti,
quò ad alios, qui in eo iudicio, & actu con-
feſſionis non interfuerunt. Et breuiter faciẽ
da eſt concluſio negatiua, per l. ſępè. ff. de re.
iudica. & habetur ff. & C. res inter alios acta.
& latè defendit Vicomerca. in d. l. 2. nu. 34. &
* ſeq. C. de eden. & eſt * cõmunis opinio, Curt.
iun. conſ. 41. nu. 15. & hanc partem tenet ex-
preſsè Capi. deciſ. 71. nu. 5. & Vicomerça. in
repetitio. d. l. 2. num. 54. C. de eden. dummo-
dò ſint clara, & explicantia. Idem reſpondit
Curt. iun. conſ. 153. col. fi. Soci. cõſ. 253. col. 2.
in prin. vol. 2. Si ad alium finem tendit, ut ibi
per eum, Alex. cõſ. 171. col. 1. vol. 6. & in con-
feſſione inter alios debitores, quòd non præiudi
cet creditori, Bar. in d. l. 2. ff. de fid. inſtrum.
266 Contrariam † tamen ſentẽtiam tenuit Ri-
* minal. in d. l. 2. in fi. C. de eden. & eſt * commu-
nis opinio, vt aliqui volũt, de quibus per Vi-
comerca. vbi ſuprà nu. 54. & concordan. per
Marza. conſi. 16. col. 161.
Supereſt videre de confeſſione extraiudiciali; in
quo quidẽ articulo breuiter dico diſtinguẽ-
dos eſſe duos caſus. Primus eſt, vbi agitur
de confeſſione inter viuos. Secundus de cõ-
feſſione in vltima voluntate.
267 Circa † primum facienda eſt concluſio af-
firmatiua, quòd confeſſio præiudicat confi-
tenti, ſicut etiã iudicialis, & modo, & forma,
quibus

quibus de iudiciali ſuprà fuit dictum; quæ
ergò dicta ſunt de iudiciali, cenſentur etiam
dicta, & repetita in hac extraiudiciali. Decla
267 ratur tamen † hæc concluſio, vt procedat
ità demum, ſi parte præſente ad cuius fauo-
rem facta fuit, dicta confeſſio facta ſit, aliàs
non præiudicat confitenti, l. certum. §. ſi quis
* abſenti. ff. de confeſſis. & eſt * communis, ꝙ
ſolùm probet ſemiplenè, Rolan. conſil. 82.
num. 21. volum. 2.
268 Sed quidquid ſit † de iure ciuili, de quo lo-
quitur d. §. ſi quis abſente. ſecus tamẽ eſt de
iure canonico, quia eo iure non requiritur
partis præſentia, ſed nocet confitenti etiam
parte abſente, & plenè præiudicat ex æquita
te canonica, glo. in c. quoties cordis oculus.
1. q. 7. Afflic. deciſ. 164. Aret. & alij, de quibus
per Maran. vbi ſuprà nu. 19. & quòd confeſ-
ſio facta parte abſente de iure canonico fa-
ciat plenam probationem, teſtatur Feli. in c.
ſi cautio. nu. 12. & plur. ſeq. de fid. inſtrum. Pa
ſet. conſ. 183. num. 7. Silua. conſ. 44. nu. 15. ad
fi. verſ. præmiſſis accedat, &c. & pro iſta par-
* te, ꝙ ſit * communis, Alexan. conſ. 195. vol. 7.
* & de * communi pro iſta parte, Soci. iun. cõ-
* ſil. 32. nu. 18. vol. 2. & de * communi Curt. iu.
* 168. nu. 8. & plur. ſeq. & de * communi Rui.
conſ. 70. nu. 5. vol. 4. Gabriel. lib. 1. tit. de con-
* feſſis concluſio. 1. & abundè de * communi
* Rot. Peruſi. deciſ. 9. & de * communi Soci. iu.
* conſ. 5. col. 2. vol. 3. & de * communi Ferret. cõ
* ſilio 150. nu. 16. & de * communi Marza. cõſ.
16. col. 161. Rui. conſ. 70. uol. 4. vbi latè Alcia.
conſil. 13. num. 8.
269 Non deſunt tamen, † qui dicunt * com-
* munem eſſe in contrarium, vt teſtatur Alex.
conſ. 180. nu. 7. vol. 3. Curt. iun. conſ. 41. nu.
18. & illa glo. in d. c. quoties. intelligitur, vt
loquatur ſolùm in foro poli, non etiam in fo
ro fori, ſecundum Bal. in l. rationes. nu. 3. C.
* de probat. & de * cõmuni pro iſta parte Dec.
conſ. 163. nu. 2. & latè defendit Natta conſil.
101. numero 14. & ſequen. & ibi dicit d. glo.
* * communiter eſſe damnatam. & quòd ſolũ
faciat ſemiplenam probationem, Afflict. de-
* ciſ. 12. & de * communi etiam parte præſen-
te, niſi etiam ſit acceptata, Alex. conſil. 174.
uol. 6. etiam in confeſſione liberatoria, vt ibi
per eum, hanc etiam partem probat Alexã.
conſi. vlt. in fi. vol. 5. per d. c. fin.
270 Poſſent autem † iſtę opiniones concorda-
ri, vt prima præualeat, quando deliberatè,
& principaliter confeſſio emanauit, non au-
tem ſi incidenter, & ad alium finem; ità con-
cludit Riminal. iu. cõſ. 488. num. 11. vol. 5. vbi
cõcordan. citat. & quando dicatur inciden-
ter, & quando principaliter, Curt. iun. conſi-
lio 168. & ſuprà etiam dixi.

271 Secundò, prima opinio † poteſt ſuſtineri
in ciuilibus, nõ autem procedat in crimina-
libus, ità concludit Alex. conſ. 180. nu. 7. verſ.
* ita dato. vol. 2. Sed * communis eſt in con-
trarium, vt ibi per eum.
272 Tertiò, prima opinio procedit, † ſaltem cõ
currentibus aliquibus indicijs, Rui. vbi ſup.
Capi. deciſ. 179. num. 2.
273 Secundò declaratur, † ut etiam de iure ci-
uili cõfeſſio plenè probet etiam parte abſen-
te, ſi facta ſit in ſcriptis, puta in ſcriptulo ma
nus, vt poſt Bal. & concordan. de quibus per
eum, Maran. vbi ſuprà num. 20. & ante eum
Socin. de quo ipſe non meminit conſilio 46.
in fi. volumine 3.
Tertiò declaratur ſupradicta concluſio, vt re-
274 quiratur † plena probatio ad effectum, vt
plenè ꝓbet ꝑ ea, quæ abundè ſup. diximus.
275 Quartò declarat ſupradicta concluſio, † vt
procedat citra omnem dubitationem in cõ
feſſione emanata ad declarationem alicuius
actus, tunc enim plenè probat etiam parte
abſente, Soci. iun. d. conſ. 5. col. 2. vol. 3.
276 In contrarium tamen, † ꝙ confeſſio extra-
iudicialis facta parte abſente, ꝙ ſi plenè pro-
bata ſit, ſolùm faciat præſumptionem, ideſt,
ſemiplenam probationem, eſt glo. in l. fin. de
ſucceſſio. ab inteſta. vbi etiam Abb. col. 5. &.
hoc in ciuilibus; in criminalibus autem fa-
cit indicium, ità cõcludit Maran. in ſuo ſpec
titulo de confeſſis, num. 3. ad differẽtiam, quã
facta eſt parte præſente, quia tũc plenè pro-
bat, vt ibi per eum. addit ille nume. 13. ꝙ ſi
ſemiplenè ſolùm ſit probata, non faciat ali-
277 quod indicium. Et ſubdit nu. 14. † quod
oportet, quòd teſtes de confeſſione deponẽ-
tes ſint concordes per omnia loco, tempo-
re, &c. Quia etiam ſi multi eſſent teſtes non
probarẽt etiam ſemiplenè, ratione ſingula-
ritatis, ſequendo Alexan. per eum citatum.
Quod an ſit verũ infrà aptiore loco dicem⁹.
278 Quintò declaratur, † quando confeſſio hu
iuſmodi fuit facta per verba diſpoſitiua, ſe-
cus ſi per verba enunciatiua, quia tunc non
facit aliquem gradum probationis, per d. c.
fin. de ſucceſſio. ab inteſta. vbi etiam notant
Docto. Maran. vbi ſuprà num. 4.
279 Sextò declaratur ſupradicta concluſio, † vt
confeſſio præiudicet irreuocabiliter etiam
parte abſente, ſi ſit per notarium ſtipulata
pro abſente, maximè ſi ſit iurata, Neuizan.
conſi. 55. num. 17. & 22.
280 Septimò declaratur, † vt cõfeſſio non præ-
iudicet, ſi ſit facta in actu nullo, Docto. in l.
ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de ver-
borum obligatio.
281 Octauò declaratur ſupradicta cõcluſio, † vt
procedat, niſi ageretur de probanda confeſ-
ſionę

ſione partis per teſtes conrra inſtrnmentum
debiti, quia tunc probatio huiuſmodi non
ſufficerer, niſi adſint quinque teſtes, Maran.
vbi ſuprà num. 5.
282 Nonò declaratur, † vt confeſſio huiuſmo-
di non præiudicet ſingulari ſucceſſori confi-
tentis, ſi tamẽ emanauit dicta confeſſio poſt
datum illi ſucceſſori, Afflict. decis. 163. in fi.
283 Decimò declarat ſupradicta concluſio, † ꝙ
confeſſio extraiudicialis præiudicet confitẽ-
ti, dummodò ſcilicet cum cauſa facta ſit, a-
liàs nõ faceret plenam probationem ad obli
gandum, Maran. vbi ſuprà num. 6.
284 Vndecimò declaratur, † vt confeſſio, ſi ſit
iurata, probet, & valeat etiam parte abſen-
te, Felin. in c. ſi cautio. num. 24. in 2. caſu. de
fid. inſtrumen.
285 Duodecimò declaratur † ſupradicta cõclu-
ſio, vt confeſſio præiudicet confitenti, ſed
286 nõ tertio, † ut in confeſſione prǫlati, ꝙ non
prǫiudicat eius eccleſię, Afflic. deciſ. 168. Ma
287 ran. vbi ſuprà num. 7. & ibi nu. 11. † idem di
cit in teſte confitente ſe falſum depoſuiſſe,
288 † vel in iudice dicẽnte ſe tuliſſe falſam ſen-
tentiam.
289 Decimotertiò non proredit † ſupradicta
concluſio in confeſſione emanata inter per-
ſonas ſuſpectas, quia tunc nõ probat, vt in-
ter virum, & vxorem, patrem, & filium, & hu
iuſmodi, per doctrinam Bar. in l. cum quis
decedens. §. Titia. num. 1. ff. de lega. 3. & in l. ſi
fortè. ff. de Caſtren. pecu. & alios cõcordan.
per Maran. vbi ſuprà num. 8. Et hæc conclu-
ſio procedit, etiã ſi ſit iurata, Bar. in d. §. Ti-
tia. num. 2. & ſeq. qui tamen loquitur in con-
feſſione in vltima voluntate. Et hoc quantũ
ad effectum, vt poſſit reuocari, non tamen
quin interim valeat, niſi concurrat aliqua
coniectura, Alcia. conſi. 584. num. 5.
Decimoſextò declaratur ſupradicta cõcluſio,
290 † vt non procedat in confeſſione facta ca-
lore iracundiæ, Maran. vbi ſuprà num. 10.
291 Decimoquintò declaratur † ſupradicta cõ
cluſio etiam in confeſſione liberaroria, quia
facta parte abſente, probat ſolum ſemiple-
nè, Maran. vbi ſupra num. 12. quamuis Alex.
* conſ. 212. num. 28. vol. 6. velit * communem
eſſe, quòd non probet.
292 Decimoſexto declaratur, † vt plenè probet,
ſaltem ſi ſit geminata, quia tunc æquipara-
tur iudiciali cõfeſſioni, Bar. in l. cum ſcimus.
C. de agrico. & cenſi. lib. 11. & cõcordan. per
Maran. vbi ſuprà num. 15. Menoch. cõſ. 265.
num. 37. in fi. & ſeq. Curt. iun. conſ. 168. nu-
mero 8. & conſi. 191. num. 58. quidquid Me-
noch. conſ. 191. num. 60. contradicat.
Decimoſeptimò declaratur ſupradicta conclu
293 ſio, † vt eo magis procedat, quando con-
feſſio emanauit ad exonerationem conſcien
tiæ ſuæ etiam parte abſente, vt cõcludit Ma-
ran. vbi ſuprà num. 16.
294 Decimooctauò declaratur, † vt procedat
in his, quæ dependent a mera voluntate con
fitentis, putà in additione hæreditatis, & hu
iuſmodi; tunc enim præiudicat etiam parte
abſente, aliàs ſecus, Bar. in d. §. ſi quis abſen
te. num. 7. & cõcordan. per Maran. vbi ſuprà
295 num. 17. † unde confeſſio partis non pro-
bat titulum aduerſarij in beneficialibus,
Boe. deciſ. 89.
Reliquum eſt, vt de confeſſione in vltima volũ-
tate facta aliquid dicamus. Breuiter itaque
ſequendo doctrinam Bar. in l. cum quis de-
cedens. §. codicillis. ff. de lega. 3. facio tres con
296 cluſiones principales. Prima eſt, † quòd in
confeſſione teſtatoris, quæ ſtat in vim meræ
voluntaris diſpoſitiuæ, & iſto caſu talis aſſer
tio non præiudicat ei, etiam ſi conualeſcat,
imò etiam ſi ſit iurata, vt per Bar. vbi ſuprà;
* & doctrina Bar. eſt * communiter recepta,
Caſtren. conſi. 294. in princ. in 2. par. Alexan.
conſ. 127. num. 3. vol. 7. Soci. conſ. 294. vol. 2.
quidquid Alcia. contradicat conſilio 332. in
princ. & pro Bar. Cuma. conſ. 31. col. 1. & pro
hac cõcluſione negatiua, Soci. cõſ. 294. vol. 2.
297 Secunda erit concluſio, † quòd cõfeſſio hu-
iuſmodi, de qua dixi in præceden. concluſio.
præiudicat confitenti, ſi ſit facta notario ab-
370 Capio modò primam dubitationem, † in qua ſcrutanda ſunt ſingula verba dictę conceſſionis. Et incipiendo primò ab illo verbo
371 de caſtro mentionem faciẽte, † dico, ꝙ caſtrum in iure noſtro ſumitur tribus modis.
372 quandoq;.n. accipitur † pro quodã vniuerſali, quod cõtinet corporalia, & incorporalia

etiam iuriſdictionem, ſecundum Innoc.in c.
ex litteris.de iur.patro.vbi concludit, ꝙ ca-
ſtrum,& villa ſunt quędam nomina vniuerſi
tatem quandam denotantia, quæ in ſe con-
tinent iuriſdictionem,& honorem, diſtrictũ,
& ius patronatus.& ideò Bar.in l.ſi quando.
num.6.C.de bon.vacan.lib.10.concludit, ꝙ
373 † quando Princeps alicui concedit caſtrũ
cenſetur illud concedere cum ſua curia,& iu
riſdictione, per l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic.
præfec.vrb.& l.fin.ff.de conſtitu.prin.& per il
374 lum tex. in d.l. ſi quando.vbi habetur, † ꝙ
res conceſſa cum integro ſtatu cenſetur con
ceſſa cum pertinentijs, & omni iure ſuo, &
inſtrumentis,& omnibus fructibus, & man-
cipijs, de quo etiam per Afflict.in c.1. nu.42.
& ſequen.de cap. qui cur.vend. vbi addit, ꝙ
375 † quando vniuerſitas conceditur, veniunt
etiam omnia incorporalia, l. Princeps. ff. de
376 verb. ſignific. † & ibidem paulò ante diſſe-
rit latè, ꝙ conceſſo caſtro cenſetur etiam cõ-
ceſſum imperium rerum, & ſic tanquam ac-
ceſſoria, quando omnia eodem iure tenebã-
tur per concedentẽ, vbi ibi per eum.& pro-
bat Bal. in c.cùm Bertoldus.nu. 1.de re iud.
377 vbi concludit, † ꝙ curia eſt vniuerſitas prę-
diorum cum dignitate, iuriſdictione, & ho-
nore. Qua ratione, qui caſtrũ petit videtur
pertinentias,& diſtrictum petere, ſecundum
Bal.in l. Marcellus.ff.de rei vẽdicat. & in l.nõ
tantùm.ff.de petitio.hæred. Afflic.in c.1.nu.
20.de capi.qui curi.vend.& in c.1.in princip.
num.27.& ſeq.quid ſit inueſti. Bal.245.villa,
378 & caſtrum. in 3. par. † vbi concludit, ꝙ ca-
ſtrum continet tam corpus, quàm honorẽ,
379 iuriſdictionem,& diſtrictum. †Honor autẽ
concernit perſonam, diſtrictus autem,& iu-
riſdictio realitatem territorij, vt per eũdem
in c.inter dilectos. de fid. inſtrum. & Bal.de-
ciſionem ſequitur Barbat.licèt de ipſo men-
tionem non faciat, in addit. ad eundem Bal.
in c.1.§. fin. qui.mod. feud.amitta. poſt Ro-
380 man.conſi.444.num.7. vbi concludit, † ꝙ
caſtrum, & villa,& id genus iuriſdictionem,
& vniuerſitatẽ in ſe continent, per Innoc. in
d.c.ex literis.de iur.patron.& Fel.in c. Rodul
phus.col.6.& in addit.ad eũ, & in c.cauſam,
381 quæ.nu.12.de reſcrip.vbi cõcludit, † ꝙ dona
ta, vel cõceſſa ciuitate, vel caſtro, cẽſentur ẽt
conceſſi diſtrictus, comitatus,& pertinentię
vnà cũ ſuis iuriſdictione, & diœceſi, per Bar.
in l.beneficium.ff.de conſti. prin. & d.l.1.§. cũ
vrbem.ff.de offic.præfec.vrbis.& l.ſi qñ.C. de
bono. vacan.lib.10. & Alexan.in l.1.in fi.ff. de
iuriſdictio. omniũ iud. de quo ipſe meminit
ibidem nu.16. & idem firmat Aret. in conſil.
15.col.2. nu.3. vbi reprobat Bal.in c.1. de al-
lod.dicentem, ꝙ conceſſo caſtro, nõ videtur
conceſſa iuriſdictio,& loquitur Aret.in con
ceſſione, & ſeu confirmatione Caroli iiij. de
Caſtro Bagnoli cũ ſua curia facta Epiſcopo
Mantuano, de quo etiam meminit Feli.in d.
c.Rodulphus.col.9.& ꝙ conceſſo caſtro cen-
ſeatur etiam donatum merum, & mixtũ im-
perium, Pariſ.conſ.9.nu.17.vol.1.& hoc mo-
do loquitur Bal. in l.pen.nu.8. verſ.ſed nun-
quid vendita curia.C.de cond.inſtr. dum di-
cit, ꝙ caſtrum conſtat ex proprietate facien
di;& poteſtate pro ſua commoditate omni-
moda, cui iuriſdictio ineſt ex conſuetudine,
priuilegio,& cõi vſu loquẽdi. & clariùs idem
ſentit in l.2.nu.22. C. de peda.iudi.dicẽdo, ꝙ
nomine Caſtri territorium ſignificatur, cui
ineſt merum, & mixtum imperium, per tex.
in d.l.1.§.cùm vrbem.ff.de offic.præfec.vrb.li
cèt ille tex.rationem diuerſitatis habeat, vt
infrà dicemus in 2.ſpecie vniuerſitatis. & ad
hoc facit Bal. in l.diuortio.§. ſi vir in fundo.
ff.ſolut. matr. in ea quæſtio. quam ponit dè
muliere, quæ dedit caſtrum in dotem, quod
habebat territorium,& iuriſdictionẽ. Et hoc
modo intelligitur id, quod dicũt Docto. dũ
382 alibi aiunt, † ꝙ iuspatronatus alicui com-
petit ratione caſtri, vel villæ, dicitur poſſide-
ri per ipſum caſtrum, vel villã, Millis in ſuo
repertorio in uer. poſſeſſor caſtri. & ante cũ
Rot.deciſ.141.poſſeſſor.in nou.quæ air, ꝙ di
gnitas, ſiue caſtrum videtur hoc ius præſen-
tandi poſſidere. & prædictis cõſentit ẽt Cu-
ma.conſ.162.col.2.dum concludit, ꝙ ſi Prin
ceps donat, uel cõcedit ciuitatem, caſtrum,
vel ſimilia, cẽſetur etiam cõcedere omnia re-
383 galia, ẽt ſi nõ ſint expreſſa. † Et hoc modo
intelligitur, quod alibi dr̃, deſtructo caſtro,
ſiue extincto omnem ſuam iuriſdictionẽ, &
& territorium effici caducũ, de quo latè per
Bal.cõſ.322.in primis cõſiderandũ eſt.in fin.
col.1.in 4. par.quod quidem puto, qñ fuit ta
liter deſtructum, quod nullæ reliquiæ ſuper-
ſint, nec ſpes reædificationis, per Feli.in c.cũ
dilecta.col.fi.nu.22.de reſcript. vbi loquitur
384 †in eccleſia, vel monaſterio de caſtro deſtru
ctis ſine ſpe reparationis, ꝙ non retineat iu-
ra, quæ ante habebat. & hoc modo intelligi-
tur ẽt quæſtio, quàm ponit Alex.in l.cœtera.
385 §.fi.ff. de leg.1. † quod ſi dñs caſtri legat, vel
concedit caſtrum vniuerſitatis ipſius caſtri,
cẽſetur concedere iuriſdictionem, quam ha-
bet in dicto caſtro, & ſic liberare ipſum ab
omni iuriſdictione. Idemq; firmat Ancha.
conſi.141. in fi. quod cum poſſeſſione caſtri
trãſit iuriſdictio. Imò ſecũdum Bal.in l.ſi ea
lege.ad fi.C.de vſu.& Fabia.de Mõte in tract.
de emp.& vendi.in 6.q. prin.nu.11.& ſeq. cõ-
cludit, ꝙ vẽdito caſtro cenſetur vendita iu-
riſdictio, prædicta ratione, quia caſtrum eſt
quid

quid vniuerſale comprehendens ſub ſe iuriſdictionem prout ēt uilla, & oppidum. Idem etiam firmat Felin. in c. Rodulphus. col. 6. ad fin. & in addit. ad eum. de reſcript. firmando illam cōcluſionem, ꝙ ſi Princeps donat, uel concedit mihi ciuitatem, uel caſtrum cēſeatur etiam cōcedere diſtrictū, & pertinētias, cū ſua iuriſdictione, & diœceſi; Afflic. in c. 1. §. ſi verò feudum res fuit. de conceſſio. inueſtit. latius firmat inueſtitū de caſtro cenſeri ēt inueſtitū de iuriſdictione, & mero impio. & Roma. conſ. 444. firmiter cōcludit, vēdita medietate caſtri venire medietatem iuriſdictionis. Et hoc modo intelligitur Bal. conſil. 134. conſiderādum eſt, ꝙ iuriſdictio. in prin. in 4. parte. in antiq. dum concludit, ꝙ iuriſdictio ſignificatur ſub nomine caſtri. & Alber. in l. imperium. nu. 49. ff. de iuriſdic. omni. iudic. vbi cōcludit, ꝙ appellatio caſtri apta eſt comprehendere iuriſdictionem, per Inno. in
386 d. c. ex litteris. de iurepatronat. † Et ꝙ caſtrum ſit uniuerſale, not. in l. 1. quod cuiuſq; uniuerſi. & ſuccedens in huiuſmodi caſtro cenſebitur vniuerſalis ſucceſſor iuriſdictionis, & territorij, ut tenet Nicol. Boe. deciſ. 104. nu. 45. & eſt bona deciſ. Rot. 141. poſſeſſor. in nou. quæ concludit, ꝙ poſſeſſor alicuius villæ, aut ciuitatis, cuius vigore competit ius præſentādi ad aliquam eccleſiam ibi, uel alibi ſituatā, pot ad eam pręſentare, licet aliàs nūquā præſentauerit, qa dignitas, ſiue caſtrum videtur hoc ius præſentandi ſemper retinuiſſe, & poſſediſſe, per Inno. in c. cū ſuper. de cau. poſſeſ. & propriet. & d. c. in litteris. non obſtante bello moto ſuper dicto caſtro, uel villa, modo tamen ſit mota lis ſuper iure præſentandi. Qua ratione Cutt. in addit. ad Bal. in d. §. ſi. in uerſ. prouincia. concludit, ꝙ nomine caſtri continentur corporalia, & incorporalia, & iuriſdictio, per Bart. in d. l. ſi quando. C. de bon. vaca. lib. 10. poſt Hoſtieu. & Io. Aud. in c. in litteris. de iurepatro. ubi tenent, ꝙ villa, & caſtrum ſunt nomina uniuerſitatem ſignificantia, quæ continent iuriſdictionem, locum & diſtrictum, & eos refert, & ſequitur Ancha. in c. acceſſoriū. nu. 18. verſi. mihi videtur contrarium dicendum. de reg. iur. in 6. Et Albe. de Roſa. in l. fi. nu. 9. verſ. quæro, an habens iuriſdictionem ī villa, & caſtro poſſit imponere collectas ibi habitantibus. C. de iuriſdi. omn. iu. & nu. 11. verſ. itē quæro, an in generali donatione caſtri. in fi. & Bal. in c. 1. an ſi. princ. de cōtrouer. inueſti. ubi concludit, ꝙ in dubio omnia nomina vniuerſitatis ius, & factum ſignificār, & ideò nomen Caſtri ſignificare proprietatem, iuriſdictionem ſucceſſorum, & ꝙ inueſtitus de caſtro intelligitur inueſtitus de totibus corporalibus, & incorporabilibus. & ſequitur Iacobi. de Sancto Georg. in tracta. feud. in verb. Dictiq; vaſalli. num. 5. dicens, ꝙ villa, & caſtrum ſunt quædam annexa vniuerſitatem deſignantia, quæ obtinēt honorem, diſtrictum, & iuriſdictionem, & hoc modo conceſſo caſtro cenſetur etiam Princeps conceſsiſſe omnimodam iuriſdictionem, ut ſuprà dixi; & habetur per Corn. conſ. 189. in princ. uol. 4. per Bald. in c. 1. col. 2. quid ſit inueſtitura, & alios concordan. de quibus per eum. & idem Corn. conſ. 321. nu. 8. eo. uol. dū reſpondit, ꝙ conceſſa ciuitate, cenſetur etiā conceſſa iuriſdictio, & idem in caſtro, quia non ſit pars ciuitatis alicuius, & loquitur in donatione caſtri per dominum particularē alteri facta cum pertinentijs &c. ꝙ veniat iuriſdictio, molendina, & omnia iura ad ipſum caſtrum, & donantem pertinentia. Et hoc modo recognoſcens caſtrum cenſetur & iuriſdictionem in caſtro recognoſcere, ſecundum Oldra. conſ. 121. per totum. Et hoc modo tunc ſecundum Iaſ. conſil. 146. col. 2. uerſi. 2. principaliter ſunt. uol. 2. præſcripto caſtro, cenſetur præſcripta iuriſdictio. & notat Bal. in l. ſi aliena. §. hoc iure. ff. de uſucap. ꝙ pręſcripto caſtro pręſcribitur iuriſdictio, quæ illius territorio cohæret, ſecus ſi perſonæ. & vendito caſtro uel parte caſtri, cēſetur uendita iuriſdictio, Roma. d. conſ. 444. nu. 8. ſequitur Iacobi. de ſancto Georg. in tractat. feu. in uerbo. Dictiq; uaſalli. nu. 5. ubi uult, iuriſdictionem, & ius exigēdi pedagia adiacere caſtro, & ei cohærere, per tex. in l. creditor. §. fi. ff. de actio. emp. ad inſtar ſeruitutum realium, quæ debentur à re rei, & rem ipſam concomitantur quocunque uadat, & ad quæcunque tranſeat, per tex. in l. uia cōſtitui. §. quicunque. ff. de ſerui. ruſt. prædi. & ideò in conceſſione caſtri iuriſdictionem ēt uenire, de quo etiam per Caſtr. d. conſ. 187. nu. 1. ubi reſpondit, idem eſſe, etiam ſi in cōceſſione imperium, & iuriſd. minimè expri-
387 matur. † Et hoc ex qualitate rei conceſſæ, & ex dignitate cōcedentis, & eius, cui fit cōceſſio, ità Bald. in c. 1. §. in generali. nu. 4. ſi de feu. fuer. contro. ubi concludit, ꝙ ex dignitate concedentis, & eius, cui fit cōceſſio, appellatione caſtri non ſolùm muri ipſi continentur, & habitationes, ſed etiam vaſalli, & homines. Et ſequitur Aluaro. in c. 5. nu. 3. & ſeq. poſt Bal. ibi de capi. qui curi. uendi. dicēs, in generali donatione caſtri, uel loci ab ipſo Principe, cenſeri etiam translatum imperium, per dictam rationem, ꝙ iuriſdictio cohæreat territorio. Idem reſpondit Ruin. cōſ. 37. nu. 2. uol. 4. quòd in donatione ciuitatis, uel caſtri uenit iuriſdictio, & redditur

tam

ram criminalium, quàm ciuilium cauſarũ.
388 † Sic & creditor in caſtro pignorato iuriſdictionem exercere poterit, ut per Neguſan. in tract. de pigno. in 1. membro 3. part. principa. Et hæc quidem vera ſunt non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, uidelicet, ubi cõſtat apud caſtrum eſſe iuriſdictionem, & imperium, & hoc in primis eſt neceſſariũ pro prædictorum verificatione, ità declarat Caſtrẽ. conſ. 406. ſatisfaciendo ſingulis. colum. 2. in princ. verſi. ſed reſpondeo iſta procederent. in 1. par. tunc enim tanquam cohærens caſtro benè ueniret. Et ita expreſsè loquitur Oldra. conſi. prædicto 121. nu. 16. & declarat Bald. & Afflict. in locis ſuperius adductis, & Roma. d. conſ. 444. Præter id, ꝙ oportet, ꝙ ẽt tunc aliquid ſonãs generalitatem additum ſit in conceſsione, uel donatione, ut putà, cũ integro ſtatu, uel omni iure ſuo, uel ſuis pertinentijs, ut per Afflic. in locis ſuperius adductis. Vnde Afflict. in d. c. 1. in princ. nu. 26. quid ſit inueſtit. concludit, ꝙ cõceſſo caſtro, uenit etiam iuriſdictio, ſi modo feudum habet uaſallos, alias ſecus, ſicut & eo caſu iuſpatronatus ueniret, Roma. cõſi. 368. in prin. Quinimmò in cõceſſione caſtri etiam cum d. clauſula generali, ſiue ſpeciali non ueniũt ea, quæ ſunt diuerſæ profeſſionis, & per conſequens nõ ueniunt iuriſdictionalia, per ea, quæ ponit Imol. in c. ſedes. nu. 14. de reſcrip.
389 dicens, † ꝙ in conceſſione villæ factà ꝑ epiſcopum cum omnibus iuribus ſuis, non ueniunt ſpiritualia, ut decimæ, & ſimilia, quia diuerſam qualitatem profeſſionis habent. Et hoc modo ſumendo caſtrum diceretur habere iuriſdictionẽ, ſicut eccleſia ſumitur aliquando pro uniuerſali iure, ut per Bar. in l. 1. §. pen. ff. uti poſſide.
390 Aliquando, & ſecũdo modo † ſumitur caſtrum pro perſonis, & hominibus in eo habitantibus, inquit Bar in l. ſi finita. §. ex hoc edicto. in fi. ff. de dam. infec. & in l. 1. C. de libe. exhiben. ubi in recuperatione fienda caſtri conſiderat, an caſtrum ab aliquo uolũtariè detineatur, & ſic ſumit ibi caſtrũ pro hominibus, in quibus cadit uolũtas. & clarius Boe. deciſ. 320. nu. 5. dum concludit, ꝙ caſtra non poſſunt cõdere ſtatuta, licèt poſſint collectas imponere. & hoc modo loquitur Pariſ. conſ. 20. nu. 57. & ſeq. uol. 1. ubi firmat, ꝙ caſtrum poteſt uendi, & conſiderari tanquam quid uniuerſale differens à territorio, per Bal. in c. 1. de capi. qui curi. uendi. & probat Bal. conſ. 150. ſuper eo, quod quæritur. col. 2. in 3. par. aliàs 359. in prima parte. dum uult, ꝙ regimen in ſe cõtineat nedum territorium materiale, ſed etiam vniuerſitatem gentium Regi obedientium. & clarius in l. 1. §. initiũ. nu. 4. in fi. ff. de offi. præfec. urb. & l. 2. ff. de iuſt. & iur. & hoc modo etiam intelligunt Doc. ubi dicunt caſtrum, uel uillã, poſſe, vel non poſſe quicquam ſtatuere, de quo per Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Imo. conſ. 34. viſis. col. 2. Roma. cõſ. 180. col. 1. ubi reſpondit, priuilegium alicui terræ, aut patriæ conceſſum cenſeri conceſſum hominibus; & Abb. in c. quæ in eccleſiarum.
391 nu. 5. de conſtitu. dum dicit poſt alios, † ꝙ uilla, uel caſtrum recognoſcens ſuperiorem poteſt ſtatuere ſuper rebus ſuis, ſed non poteſt ſibi pœnã imponere, quia appoſitio pœnæ deriuat à iuriſdictione, quam nõ habet, poſtquam recognoſcit ſuperiorem, ei de facto ſaltem obediendo, per ea, quæ ponit Bal. conſi. 433. ſtatuto communis Aſſiſij. col. 2. in
392 2. par. ubi concludit, † ꝙ prouinciæ nomẽ generaliſſimum eſt, & etiam incolas comprehendit propter ſuam latitudinem in modo ſignificandi à iure. & ad hoc facit l. prouinciales. cum glo. ff. de uerb. ſignifi.
393 Aliquando, & tertio modo † ſumitur caſtrum, prout de iure communi ſimpliciter ſumitur, uidelicet pro corpore materiali, & ipſo ædificio munito muris ſeu vallo, prout cõcludit Bar. in tract. qui ſint rebell. in uerſ. Lombardiæ. nu. 4. poſt Io. And. in d. c. ſi ciuitas. de ſenten. excom. in 6. & hæc eſt doctrina Inno. & aliorum in c. cum ad ſedem. de reſti.
394 ſpol. & etiam infrà dicemus. † Clarum eſt enim, ꝙ caſtra de iure communi non habẽt iuriſdictionem, quia eo iure nihil eſt deputatum caſtro, quod de eius iuriſdictione, uel pertinentijs ſit, ut inquit Innoc. vbi ſuprà. præſumitur enim ſuppoſitum illi ciuitati, cui magis adiacet, Anchar. conſi. 310. in fin. Nec etiam dicatur, ꝙ de cõſuetudine caſtra habent territorium, Pari. conſil. 16. col. pen. nu. 23. uol. 4. Quia hoc eſt falſum, & à iure reprobatum, ſequitur Bal. in c. 1. §. in generali. nu. 4. ſi de feu. fue. cõtro. inter domi. & agna. vbi vult, ꝙ caſtrum ſint ipſi muri, & habitationes ipſius, adeò ꝙ in conceſſione caſtri nõ
395 venirent vaſalli, † niſi ex dignitate concedentis, & ex qualitate perſonæ, cui fit cõceſ-
396 ſio, aliud eliciatur. † Et hoc caſu caſtrum non ſonat in aliquod vniuerſale, ſed in rem ſingularem, ut Domus, Palatiũ, & huiuſmodi, prout ipſemet reſpondit d. conſi. 245. villa, uel caſtrum. in 3. par. Idem etiam probat Bar. d. conſ. 196. ciuitati Camerini. nume. 6.
397 Præterea ciuitas † ponitur pro loco muris circundato, & qui muro finitur, l. 2. & l. Alphenus. ff. de uerbo. ſignifi. & d. c. ſi ciuitas. & apertè firmat Hoſtien. c. Piſanis. col. fi. de re-
398 ſti. ſpol. ubi concludit, † ꝙ facere caſtra noua alicui non licet cum æmulatione, uel iniuria

inria alterius, nec etiam uetera incaſtellarè,
quæ non probãtur fuiſſe habita à Principe.
idem tenet Henrich. Boich. ibidem, ubi ad-
399 dit, † ꝙ priuato licet habere caſtra, uel for
talicia, dummodò non ad æmulationem al-
400 terius, † quod non præſumitur in dubio.
401 Sic & forum † accipitur pro iuriſdictione,
aliquando etiam pro loco materiali, ut per
Cano. in rub. de for. compe. Barba. nu. 48. &
ſeq. & propterea Albe. de Roſa in l. imperiũ.
nu. 50. ff. de iuriſdict. om. iud. & Oldra. in cõſ.
121. quos refert, & ſequitur Fel. in c. Rodul-
402 phus. nu. 16. de reſcript. dicunt, † quod in-
ueſtitus de caſtro non cẽſetur inueſtitus de
caſtro, & mero imperio, Bald. in c. 1. de allod.
403 concludens, † ꝙ ſi princeps concedit ca-
ſtrum non uidetur concedere iuriſdictionẽ,
quicquid Aret. d. conſ. 15. col. 2. eum repro-
bet, & malè. nam licèt imperator poſſit con-
cedere iuriſdictionem cuicunq; in quocũq;
caſtro, uel villa, per tex. in c. licèt cauſam. de
probat. & Bal. in c. 1. de natu. feu. non tamen
hoc negat Bald. in d. c. 1. de allod. ſed dicit, ꝙ
in dubio non cenſetur concedere, d. c. licèt
cauſam. & inter rationes, quas Oldra. ubi ſu
prà adducit, illæ mihi videntur vrgentiſſimæ,
404 videlicet, † ꝙ caſtrum illud appellatur ex
communi uſu loquendi, quod muro tenus
cingitur, territorium uerò id, ꝙ non, &
ſic appellatione caſtri non uenit territoriũ,
quod diuerſimodè appellatur, & ſecernitur.
405 † Item quia adiacentia rei donatæ, ſiue cõ-
ceſſæ, ſi ſunt ſeparabilia non veniunt acceſ-
ſoria ad principalia, de quo tamen latè per
Boe. deciſ. 212. nu. 22. cum plu. ſeq. ꝙ territo-
rium eſt huiuſmodi, & nedum eſt diuiſibile,
ſed diuiditur à caſtro, pariete medio, per l. ſi
quis duas. §. 1. ff. cõmunia prædio. & l. quod
in rerum. §. 1. ff. de leg. 1. Quia vnum ab alte-
ro ſecernitur loco, & qualitate, l. ſi quædam.
C. de præd. mino. & ideò Bal. notabiliter cõ-
cludit, ꝙ in cõceſſione caſtri cum territorio
uenit uniuerſitas quædam prædiorum in-
tra fines poſitorum, c. 1. de capi. qui curi. vẽ-
di. per tex. in l. 1. §. territorium. ff. de verbo. ſi-
gnifi. & Afflict. in c. 1. in princ. nu. 3. uerſi. vel
diſtingue magis breuiter, &c. quid ſit inue-
ſtitura. nec enim dixit ſimpliciter in conceſ-
ſione caſtri id procedere, ſed cum miniſte-
rio dixit in cõceſſione caſtri cum territorio
ſimul. Et ſecũdum ſupraſcripta intelligi de-
bet Bal. in l. pen. nu. 4. de condic. inſer. ubi cõ-
406 cludit, † ꝙ curia eſt locus tam intra, quàm
extra caſtrũ, qui ab ipſo caſtro defenditur, &
habitantes ipſum caſtrum. & Paul. de Caſt.
conſil. 406. ſatisfaciendo ſingulis. col. 2. in
407 princ. in 1. par. ubi concludit, † ꝙ etiam ho
die ſi Papa concedit alicui unum caſtrum,
non tranſit ad ipſum imperium, ſed rema-
net penes rectorem prouinciæ, niſi expreſsè
dicatur. & hoc de facto videtur, ut ille ait, eã
ratione, quia iuriſdictio, & imperium eſt pe-
nes ipſum ſuperiorem in ſignum ſuperiori-
tatis, quæ non ueniunt cũ caſtro, niſi penes
ipſum ſint. Ità & eccleſia quandoq; ſumitur
pro quodam corpore ſolo, copioſè Bal. in l.
1. §. pen. ff. uti poſſide.
408 Hinc eſt, ꝙ ſi aliquis ingreditur ciuitatem
habentem caſtrum ſubiectum ratione ſub-
iectionis, uel iuriſdictionis, ſi ante eam tenẽs
erat in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis caſtri,
utiq; tunc dicitur acquiri etiam quaſi poſ-
ſeſsio iuriſdictionis huiuſmodi iam forma-
tæ, ſecus ſi nondum erat formata; ut cõclu-
dit Anto. de But. in c. in cauſa. nu. 20. uerſ. 4.
ſic concludit. de cauſa poſſe. & proprie. & ibi
nu. 22. addit, ꝙ ſi agitur de acquiſitione qua
ſi poſſeſsionis iuris alicuius caſtri, uel ciuita
tis ex ſolo ingreſſu ciuitatis, uel caſtri cũ ap-
paratu iuriſdictionali quæritur quaſi poſ-
ſeſsio; ut ibi per eum. Idẽ etiam tenet Aret.
in l. 3. in princ. nu. 9. uerſi. extra glo. ff. de acq.
409 poſ. dixit poſt Bal. † quod capta poſſeſsione
caſtri non intelligitur capta poſſeſsio, uel
quaſi iuriſdictionis, niſi ſubſequente exerci-
tio, quia caſtrum, ut dicit ibi Bart. pro loco
ædificij ſumitur, & pro illius ædificijs, & ſic
tunc cõſideratur tanquam res particularis,
& non pro territorio, ſed, ut palatium, ſeu
domus limitata muris, uel foſſis, & alijs adia
centibus, prout firmat Pariſ. conſ. 20. nu. 50.
& ſeq. uol. 2. qui loquitur in vẽditione caſtri
cum curtili, ſerralijs, ędificijs, &c. poſt Feli. in
c. licèt cauſam. col. 2. in princ. de probat. ubi
tangit remiſsiuè, quid ſit ciuitas, caſtrum, &
villa plur. concord. adducẽdo, & in c. Rodul-
410 phus. in princ. de reſcript. vbi ait, † ꝙ ciui-
tatis appellatione in materia ſtricta, venit
ſolùm id, ꝙ murorum ambitu terminatur,
411 † & alias largè loquẽdo comprehenduntur
ſuburbia, & territorium ipſius; ꝙ & Corn.
uoluit conſ. 224. nu. 14. uol. 2. dum cõcludit,
ꝙ ciuitatis appellatione ueniunt etiam ca-
ſtra, & eius villę, hoc in materia larga, uel in-
differente, vt dixi per Feli. in d. c. Rodulphus.
col. 4. in prin. in 2. limita. & nu. 7. Bar. in l. 1. §.
ſiue autem intra. ff. de no. ope. nũc. ubi cõſtituẽ-
do remiſsiuè differentiam inter ciuitatem,
caſtrum, & villam, dicit, quod ciuitas eſt, quę
muro cingitur, & caſtrũ eſt fortalicium ex-
tra ciuitatem, dum allegat l. quicunque. C.
de ſi. lim. lib. 11. & pro hoc ponderat tex in c.
ſin. in uerſi. caſtrorum. de reſtit. ſpolia. & ad
hoc facit Cran. conſ. 19. nu. 2. ubi concludit,
ꝙ caſtrum, aut villa non habent iuriſdictio-
nem. Idem uoluit Oldra. conſ. 121. num. 6. &
ſeq.

412 ſeq. dum concludit, † ꝙ caſtri appellatione non venit territorium ex diuerſitate vocabulorum, l. ſi idem. C. de codicil. & probat Aluaro. in c. 1. nu. 4. de capi. qui curi. vendi. in illa quæſtione, an recognoſcẽs caſtrum in feudum intelligatur recognoſcere territorium. & pulchrè Bar. in l. ſequitur. §. qui viã. ff. de vſucap. dum concludit, ꝙ caſtrum poteſt eſſe vnius, & iuriſdictio alterius.

Et pro hac concluſione facit Bal. in l. data opera. nu. 100. C. qui accuſa. non poſſunt. quatenus concludit, ꝙ appellatione caſtri non continetur iuriſdictio, & imperium, ſi in cõceſſione de iuriſdictione, & imperio etiam mentio facta ſit, quia aliàs illa verba ſuperfluerẽt, etiam ſi iuriſdictio, & imperium caſtro cohærebant, ſecus ſi ſimpliciter de caſtro facta fuiſſet mentio, cui cohærebat iuriſdictio, & imperium, per Caſtr. conſil. 416. ſatisfaciendo ſingulis. nume. 4. in 1. par. ubi diſputando illam quæſtionem, an in donatione, vel cõceſſione caſtri ſimpliciter facta, veniat iuriſdictio, merum, & mixtum imperium, concludit ita demum venire, ſi cõſtet, ꝙ apud ipſum caſtrum ſit merum, & mixtũ imperium, quia ſcilicet illi cohærebãt ex ſeparatione facta à ciuitate, & à prouincia. & ante eum probat Bar. in l. 1. C. de excuſa. mu ne. lib. 10. & ſequitur Caſtr. conſil. 187. notandum. col. 3. verſ. nec obſtat, quod notat Bar. &c. in 2. parte.

413 Illud autem non omitto, † ꝙ cùm caſtrum
ſumi poſſit diuerſis modis, oporrebit actorẽ
414 ꝓbare debere, de quo ſenſerit cõcedẽs, † q2 in dubio fieri debet interpretatio cõtra eũ, qui nititur verbis diſpoſitionis, ſm Bal. in c. 1. nu. 4. verſi. 5. quia appellatio ciuitatis ambigua eſt, &c. quib. mod. feu. amitt.

Et hæc, ꝙ attinet ad vim verbi prædicti, & mentionem factam de caſtro,

Videndum eſt nunc breuiter de iuriſdictione, & imperio, in quibus diù non eſt laborandũ, quia de his ſunt iura clara in tot. tit. ff. de offic. eius, &c. & ff. de iuriſd. om. iud.

Circa verò territorium res ipſa maiorem habet difficultatem; quia in iure noſtro ſumitur diuerſis modis, quos ſcire oportet, vt videamus, quid contineatur ſub eius ſignificatione, & quid per illud dicatur cõceſſum.
415 † Etenim territorium ſumitur tribus mo-
416 dis. † Primò pro iure terrendi, & ſummouendi, d. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb.
417 ſigni. † idemq; ſignificat, ꝙ diſtrictus. Bal. in d. c. 1. §. fin. nu. 2. verſ. adde, dicũt quidam. quib. mod. feu. amitta. vbi concludit poſt Hoſtien. in c. non eſt. de ſponſ. ꝙ omne territorium, omnis diſtrictus prouincia prouinciæ poteſt appellari, auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oport. i. in quo diſtrictu, vel territorio, inquit ille. diſtrictus autem ſignificat vaſallos, & iuriſdictionem territorij
418 ſimul, ut ibi per eum, nu. 4. vbi infert, † ꝙ nemo poteſt prohibere, ne quis vadat ad diſtrictum alterius, & ibi addit nu. 4. ꝙ diſtrictus quidam exponunt, ideſt, homines ſubditi, alij dicũt, ideſt, iuriſdictionem territorij, ipſe autem dicit, ꝙ hæc omnia ſunt diſtrictus, & in c. 1. in prin. num. 8. de capi. qui cur.
419 vendi. concludit, † ꝙ ſe habet territorium caſtri ad caſtrum, ſicut diœceſis ad ciuita-
420 tem, † & ciuitatis appellatione in materia odioſa, prout etiam loquitur Bal. non venit comitatus, Soci. conſi. 86. in princ. volu. 4. Et hoc caſu ad quem ſpectat territorium, ſpe-
421 ctat & iuriſdictio, † quia iuriſdictio dicitur in territorio ſuppoſitiuè, ſicut dominium,
422 & ſeruitus in prædio, † ſic præſcripto territorio, dicitur & iuriſdictio eſſe pariter præſcripta, ut poſt Bal. latè in territorio loquẽs, pro Duce Florentiæ contra Ducem Ferrariæ, reſpondit Soci. iu. conſi. 146. col. 2. vol. 3.
423 & abundè dixit Bal. † ꝙ iuriſdictio in territorio eſt tanquam nebula ſuprà paludem.
424 Et alibi Aret. conſi. 77. nu. 3. † concludit, ꝙ diſtrictus dicitur ad differẽtiam localem ciuitatis, & eius comitatus, & ꝙ ſtatutũ loquens de ciuitate, & comitatu nõ comprehendit diſtrictum, & ꝙ propriè loquẽdo diſtrictus eſt dominium, vel territorium accedens ciuitati in ſubſtantia. Et ideò dicunt Docto. ꝙ aliud eſt habere dominium terrarum, aliud habere iuriſdictionem, & diſtrictum, vt notat Bal. in d. §. fi. nu. 1. in fi. per illum tex. in princ. verſi. & ſuprà diximus. & in terminis Oldra. conſi. 176. ad fi. ubi concludit, ꝙ aliud eſt territorium, quod quidẽ ſignificat ſuperioritatem coerctionis, aliud diſtrictus. Et ꝙ eorum appellatione, & commemoratione non comprehendantur proprietates, & immobilia ſita in territorio, induiduo ferè Alex. conſil. 76. num. 6. vol. 2. vbi concludit, ꝙ habere territorium nõ denotat, quòd dominium rerum particulariũ ſpectet ad dominum territorij, & ad eum, q habet ius territorij; ſed denotat ſubiectum, & materiam, in qua quis habet exercitium iuriſdictionis, per d. l. pupillus. §. territoriũ. ff. de verbor. ſignifi. & concor. de quibus per eum, & ꝙ propterea nõ ſequitur, bona ſunt intra fines, & in tali territorio, ergò particulare dominium ſpectat ad dominum terri-
425 torij. † Et ꝙ territorium denotet iuriſdictionem, & eam ſecum trahat, firmat Ioan. Longouallius in repetitio. l. imperium. nu. 203. ff. de iuriſd. om. iud. poſt Bar. in l. 1. ff. eodum quærit, an conceſſo caſtro remaneat

iuriſdi-

iuriſdictio. licèt Soci.conſi.15.num.5.& ſeq.
volum.3. velit, aliud eſſe territorium, aliud
iuriſdictionem. Et in propoſito Bal.conſilio
419.ad euidentiã præmittendum eſt.in prin.
426 in 1. par. dum concludit, † ꝙ honor con-
ſiſtit in obſeqnijs, & honorantijs,quæ alicui
præſtãtur, diſtrictus autem eſt territorium,
cui iuriſdictio ineſt, c.vbi periculum.de elec.
in 6. Comitatus autem eſt naturalis perti-
nentia ciuitatis. Idem firmat Caſtrẽ.cõſ.85.
viſis dictis ordinamẽtis.nu.3.in 1.par. dicẽs,
quòd diſtrictus eſt territorium,in quo iuriſ-
dictio exercetur.& Aret.d.conſ.77.num.3.&
427 ſeq. † vbi concludit, quòd diſtrictus poteſt
accipi duobus modis. Vno modo inquantũ
diſtinguitur à iuriſdictione, & honore, & ſic
accipitur pro exequutione meri,& mixti im
perij. Secundo modo accipitur ad differen-
tiam localem ciuitatis, & comitatus. Vnde
ſtatutum loquens de ciuitate, & comitatu
non comprehendit diſtrictum. & ſubdit, ꝙ
licèt non viderit vnquam hoc benè declara-
tum, tamen putat, quòd diſtrictus propriè
eſt dominium, vel territorium accedens ci-
uitati intra fines, intra quos quidquid eſt
dicitur territorium, d. §. territorium. & co-
mitatus, per Bal.in d.l.1.§.cùm urbem.ff. de
offic. præfec.vrb. & clariùs in propoſito Bal.
conſ.97.proponitur, ꝙ domini vicarij.nu.2.
428 in 3.par.dicẽs,†quòd vaſalli veniunt in cõ-
ſequentiam territorij, cuius glebis ſunt affi-
xi,quia eos vniuerſitas territorij terret,& cir
cumſcribit, & conſ.293. thema. in prin. in 4.
par.dicens, quòd territorium reſpectu ſubie
429 cti,& materię,eſt iuriſdictio impreſſiuè,†&
licèt cohęreat ſolo vniuerſali,non tamen co-
hęret ſolo certo alicuius priuati,& quòd iſta
ſunt ſeparata iuriſdictionale,& priuatum.&
adhuc clarius ipſe in rub.num.2.tit.quæ ſint
regalia. vbi concludit,quòd territorium ni-
hil aliud eſt,quàm terræ ſpatium munitum,
430 & armatum iuriſdictione:†& idem in mari
ſubijcit, habito reſpectu ad alueum maris,
licèt potius dicatur diſtrictus illud aquę ſpa
cium munitum iuriſdictione, & imperio, vt
ille ait; & eum refert, & ſequitur Felin.in c.
Rodulphus.num.15.& nu.18.in princip. de
reſcrip.in verbo territoriũ. vbi in effectu con
cludit, ꝙ territorium eſt vniuerſitas agrorũ
intra fines cuiuſq; loci, in qua magiſtratus
illius loci ius terrẽdi,id eſt ſummouendi ha-
bet, vt dicit tex.in d.§. territorium. ſubdens
poſt Abb. per eum citatum, ꝙ territoriũ di-
citur id totum, vbicunq; quis habet pote-
ſtatem terrendi, ſeu diſtringendi, illud totũ
dicitur de ſuo territorio,ſeu diſtrictu, per d.
§. territorium. quia territoriũ à iuriſdictio-
ne, & terrendo dicitur, & ſic habet iuriſdi-
ctionem inhærentem glebæ, vt ille ait. Idem
firmat Roman. conſil.79.num.3.dum con-
cludit, ꝙ bona dicuntur ſub illius iuriſdi-
ctione eſſe, in cuius territorio ſita ſunt. Idẽ
per omnia reſpectiuè Dec. conſ.534.nu.6.&
431 ſeq.vbi addit,†ꝙ territorium,& diſtrictus
pro eodem poſſunt accipi,quia territorium
dicitur à terrẽdo, diſtrictus autem à diſtrin-
gendo, ideò vbicunq; quis habet poteſtatẽ
terrendi, ſeu diſtringendi, ille locus dicitur
de territorio, ſeu diſtrictu ſuo: atq; idem in
eadem cauſa repetit conſi.649.nu.16.& ſeq.
& vtrobiq; refert, & ſequitur Bal. vbi ſupra,
& latè Boe.deciſ.227.num.7. quem etiã Bal.
refert,& ſequitur Iaſ.conſi.146.colum.3.uer.
ſic.6.facit.vol.2.& ibi latè diſputat per totũ,
an territorium poſſit eſſe ſine iuriſdictione,
& è contrà,amplectendo affirmatiuam.con-
tra quem in eadem cauſa, apertè conſuluit
Bolognin.conſil.14. Curt.ſen.conſ.56. Boer.
deciſ.227.num.8. & conſentit Alciatus in d.
432 §. territorium. vbi concludit, † quòd qua-
tuor ſunt nomina eiuſdem intellectus,ſ. ter-
ritorium, diſtrictus, comitatus, & diœceſis.
quod vltimum,an verum ſit, videri poteſt ex
traditis per Feli. in loco ſuprà citato. & pro-
bat Bald, in l. ſi teſtm̃.in fi. C. de inſti. & ſub-
ſtitu.dicens,ꝙ iuriſdictio, poteſtas, & diſtri-
ctus idẽ ſunt.& hęc fuit ſolennis deciſ.Laud.
quam refert, & ſequitur Card.in Clemẽtina
paſtoralis.verſi.ut illud.num.2.de re iud.vbi
concludit, quod diſtrictus, territorium, &
diœceſis quaſi pro eodem ſumuntur,& nihil
aliud ſunt, quàm agrorum vniuerſitates in-
tra fines cuiuſq; loci exiſtentes, vbi quis ob-
tinet ius imperãdi,per Doct.in §. territoriũ.
433 & ibi num. 4. addit, † ꝙ de iure ſolus Im-
perator habet territorium, ſiue diſtrictum,
cęteri autem Reges, & comites non habent,
quia non fundant intentionem ſuam de iu-
re communi, prout fundat Imperator, quò
434 †ad ius reddendum, & iuriſdictionem exer
cendam, ius gladij; non tamen quòad re-
rum proprietatem. & quòd hæc verba, Ca-
ſtrum, Terra, Territoriũ in inueſtitura,& re-
cognitione nihil aliud ſignificent,niſi quod-
dam vniuerſale, iuriſdictionem, & ſuperio-
ritatem oſtendens, concludit Purpurat. cõ-
ſil.574.colum.1.in fi.& ibi addit, quòd terri-
torij appellatione non venit,niſi dominium,
non autem proprietates in territorio exiſtẽ-
tes: & ſic territorium in effectu eſt ius terren
di, & iuriſdictio intra fines loci in vniuerſo
ſolo, prout propriè loquitur d.§.territoriũ.
Sed differt territorium à Curia,vel curte,de
quibus loquuntur iura per Soci.citata in d.
l.1.in princ.ff.de acqui. poſſe.videlicet tex. in
d.c.cũ Bertoldus. de re iudica. & in d. c.1.§.
item

435 item ſi quis. quib.mod.feu. amitta. † quia
curtis, vel curia ſignificant propriè iuriſdi-
ctionem, & dominium rerum intra fines cu-
riæ exiſtentium, vt reſpondit Aret. conſi. 15.
nume. 1. vbi expreſsè concludit, ꝙ curtis de
ſui natura ſignificat quoddã vniuerſale ius,
ſub quo comprehenditur principaliter iu-
riſdictio loci, & ſucceſſiuè dominium rerum;
quoniam curtis, & curia eſt locus extra ca-
ſtrum, qui defenditur ab hominibus caſtri,
& pertinet ad protectionem, & iuriſdictionẽ
caſtri, & niſi deſignaret iuriſdictionem, non
poſſet eſſe vniuerſitas, ex hoc ſolo, ꝙ domi-
nium omnium rerum, quæ ſunt in uno loco
pertineret ad vnum, per Bar. in l. Tiria. §. 1. ff.
de lega. 2. & ità etiam reſpondit Soci. conſil.
86. num. 5. vol. 1. licèt in effectu curia ſit ver-
bum æquiuocum, & multipliciter ſumatur,
vt ille ait. Et ità intelligi debet Bal. conſ. 326.
Rex Romanorum. nu. 8. & ſeq. in 1. par. dum
cõcludit, quòd diœceſis, & territorium ſunt
nomina vniuerſalia, d. §. territorium. compre
hendentia quidquid eſt intra fines vniuerſi-
tatis, d. §. cum vrbem. & d. conſi. 293. dum in-
quit, ꝙ territorium cohæret ſolo vniuerſali,
non autem ſolo alicuius particularis, & pri-
uatæ perſonæ. & conſ. 322. in primis conſide-
randum eſt. nume. 22. in 4. par. dicens, quod
qui emit certas poſſeſſiones ab eccleſia ſub
nomine territorij, non autem ſub nomine
agrorum, tunc conſequitur etiam iuriſdi-
ctionem, & immunitatem, quam habebat
eccleſia. & idem in terminis firmat Bal. in d.
437 c. 1. §. fin. qui mo. feu. amitta. dicens, † ꝙ ha-
bere iuriſdictionem, & diſtrictum aliud eſt, &
aliud habere dominium terrarum. Idem re-
petit Oldrad. conſ. 195. laudare uos, & com-
mendare. num. 2. in 2. par. dum concludit, ꝙ
438 † territorium eſt tam in aqua, quàm in ter
ris, quia licèt aqua ſit in ſuperficie, tamen
territorium eſt in ſolo. & ità Bal. debet intel-
ligi in conſi. 202. ad euidentiam præmitten-
dum eſt. col. 2. in fi. in ea. par. 2. dum conclu-
dit, quòd ſucceſſor territorij, vel iuriſdictio-
nis dicitur vniuerſalis, non autem ſingula-
ris ſucceſſor; intelligi debet enim Bal. in ter-
ritorio propriè, ſcilicet vniuerſitate agrorũ,
in qua quis habet ius terrendi, & diſtringen
di, & ſic iſto caſu qui habet dominium terri-
torij, dicitur habere ius terrendi, & diſtrin-
gendi, & ſic in effectu iuriſdictionem in di-
cto ſpatio terræ, non autem ſignificat domi-
nium proprietatis agrorum, vt concludit
Alexan. conſi. 76. nume. 6. vol. 2. dicens, quòd
439 † aliud eſt habere dominium territorij, a-
liud bonorum particularium in territorio
exiſtentium. & idem latè probat idem Socin.
conſi. 127. num. 2. cum plur. ſeq. vol. 1. & con-
440 ſilio 181. vol. 2. vbi loquẽs in eo, † qui habet
territoria, ſeu terras intra fines curiæ alte-
rius, an præſumantur dictæ terræ pertinere
ad eum, cuius eſt curia, mouet difficultatem
in fauorem eius, cuius eſt curia, & territo-
rium, per Bal. in d. rub. C. de cõtrahen. emp.
& d. c. cum Bertoldus. de re iudica. per quæ
monetur Soci. in d. l. 1. in princ. ff. de acquir.
poſſeſs. in contrarium citatus, poſtea con-
cludit, ꝙ in dubio bona ſita intra fines præ-
ſumuntur eſſe illius, cuius ſunt fines, quan-
do .ſ. agitur de re priuati, putà in priuato,
qui vendidit prędium intra certos confines,
& apparet, quòd confines ſunt illius, prout
ſic intelligitur loqui Bal. in d. rub. ſi verò du-
bitatur, an bona ſita intra fines territorij ali
cuius domini, vel caſtri, & non reperiuntur
per aliquẽ poſſideri, nec apparet, cuius ſint,
tunc fortè, vt ille ait, præſumerentur illius
domini, per Caſtren. in d. l. 1. in princ. & hoc
vbi agitur de dominio pleno. vbi verò agitur
de finibus, & iuriſdictione, tunc res ſitæ in
territorio alicuius præſumuntur illius, cu-
ius ſunt fines, quòad iuriſdictionem, non au
tem quòad dominium rerum particulariũ,
* vt eſt * communis opinio relata per Port. in
ſuis concluſio. lib. 5. concluſio. 12. verſi. quo-
ad proprietatem, &c. vbi latiſſimè de hac
quæſtione, & antè eum per Boſs. in ſua pra-
xi char. mihi 631. num. 243. titulo de Prin-
cipe. vbi ſic intelligit motiuum in contrariũ
factum, & Soci. in d. conſi. 127. monetur etiã
per Hoſtien. & Abb. in c. ſi diligenti. de præ-
ſcrip. Et ità procedat, quod dicit Rui. cõſ. 16.
num. 7. & conſ. 40. nu. 14. vol. 1. dicens, quòd
bona exiſtẽtia in territorio alicuius ab alijs
non occupata, præſumũtur eſſe domini ter-
ritorij, & quod dicit conſil. 53. num. 4. vol. 4.
quòd bona in dubio cenſentur eſſe illius ca-
ſtri, cui magis ſunt propinqua. Et hoc modo
intelligi debet Soci. conſ. 86. num. 6. loquens
in materia probandi iuriſdictionem, & locũ
441 eſſe de territorio alicuius, † ꝙ illud, quod
eſt intra fines præſumatur eſſe de finibus, vel
illius, cuius ſunt fines. & Pariſ. conſi. 16. nu.
22. vol. 4. poſt Oldra. Abb. Feli. & alios per eũ
442 citatos, concludit, † quòd dominus territo
rij non præſumitur dominus reſpectu pro-
prietatis rerum ſituatarum in eius territo-
rio, ſed ſolùm reſpectu iuriſdictionis. Et ità
debent intelligi, quæ ſuprà in contrarium
ſunt dicta. Præterea allegata in contrarium,
443 † quòd conceſſo caſtro cum territorio, vel
cum pertinentijs intelligatur conceſſum to-
tum territorium, & omnia intra fines terri-
torij exiſtentia, procedunt, quantum ad cõ-
cedentem, & eum, cui fit conceſſio, ſecus au-
tem quoad tertium, vt latè poſt plures con-
cordan,

cordan.per eum citatos,declarat Curt.in d.
tracta.feu.in 2.par.ſub nu.40.verſic.aduerte
tamen, quia per tales inueſtituras nó uide-
tur probari dominium Principis. & hãc in-
terpretationem amplectitur Natta ſibi ipſi
contrarius conſi. 313. loquens in caſtro Ce-
reti cum paſcuis, pratis, gerbis, & nemori-
bus,iuriſdictionibus,& pertinentijs ſuis có-
ceſſo,quòd per hoc prædia intra dictum ter
ritorium exiſtentia, & quæ per inueſtitum
poſſidentur,non præſumuntur feudalia,niſi
quatenus per alias probationes appareat li
mitatè de dictis bonis conceſſis,ſed dicta in-
ueſtitura dicitur conceſſa non quantum ad
dominium,& proprietatem prædiorum,ſed
ſolùm quantum ad iuriſdictionem. Et ideò
Hoſtien. inquit in d. c. nimis. de iureiuran.
444 † quòd prædia exiſtentia intra fines feudi
non prǽſumuntur feudalia,ſi multa ſunt al-
445 lodialia in dicto territorio, † quia à iure
primæuo omnis terra libera eſt,niſi in quan-
446 tum violentia eſt illata, † & ꝙ dicitur om-
nia,quæ ſunt in regno, præſumi in dominio
Regis.intelligi,quoad iuriſdictionem.ſequi-
tur Afflict.qui cócordan. citat in deciſ.267.
nume. 4. & ſequen. licèt ipſe loquatur in ca-
ſu, quo Rex, vel Barro agit contra poſſeſſo-
rem prædij intra fines exiſtentis, & ità has
opiniones contrarias conciliat Port.vbi ſu-
prà colum.pen. verſi. concorda has contra-
rias opiniones.vbi concludit,ꝙ opinio Soci.
& ſequac.in dict.l.1. procedit, ubi agitur de
finibus,& iuriſdictione, item vbi prædia à
nemine ſunt occupata. & ſecundum hanc
opinionem fuit iudicatum Mediolani, vt
plures teſtãntur, de quibus Roland. à Val-
le dicto conſil. 82. numero 14. volum. 2. vbi
etiam loquitur, quando de territorio facta
eſt mentio in conceſſione.

Si igitur res intra fines poſſideatur per ali-
quem priuatum, tunc res eſt clara, quòd
etiam ſi is ſit forenſis,non præſumantur bo-
na huiuſmodi eſſe domini territorij, reſpe-
ctu dominij rerum particularium, argu-
mento Imperatoris, qui licèt ſit dominus
totius orbis, l.deprecatio. ff.ad leg. Rhodiã
de iactu. intelligitur tamen, quoad iuriſdi-
ctionem tantùm, non autem quoad domi-
nium rerum particularium,ſecundum gloſ.
& Bart.in proemio digeſtorum. Et ratio eſt,
inquit Socin. vbi ſuprà nume. 5. in fin. quia
ius territorij habere, denotat habere iuriſ-
dictionem,d.§.territorium. Sed aliud eſt, in-
quit ille,habere dominium terrarum, aliud
habere iuriſdictionem, & diſtrictum; ſunt
enim hæc diuerſa, per l. non hoc. C. vnde le-
gi.& c. in præſentia. de probat. & confirmat
Ripa tit.de rei vendica.reſponſo 10. in fin.&
ſequen.vbi concludit,quòd dominium præ-
diorum non comprehenditur appellatione
territorij,prædicta ratione, quia ſeparatum
eſt dominium proprietatum à dominio ter
ritorij,& diſtrictus, & quòd nullam habent
inter ſe affinitatem, & ad hoc citat pulcher-
rimum conſilium Oldrad. dicto conſil. 176.
factum tale eſt; In vertice cuiuſdam montis
eſt quædam planicies, & in medio planiciei
eſt quædam eccleſia. nume.2. & ſequent. vbi
apertè concludit, quòd appellatione terri-
torij, & diſtrictus non continentur proprie-
tates, quia primum ſonat coerctionem ſu-
perioritatis,per dict.§.territorium.& c. licèt
cauſam. de probat. proprietatis autem ap-
pellatio dicitur dominium nudum à for-
mali ſeparatum, & cum eo coniunctum,
vnde iſta nihil habent inter ſe commune;
& ſubdit, quòd territorij appellatione,
non venit ſolùm ſitus villæ, vel caſtri, nec
proprietates comprehendit, licèt præſum-
ptio ſit, quòd eſt de pertinentijs villæ ſe-
paratæ ab alia per terminos, & ſic de iu-
riſdictione illius villæ iuriſdictionem ha-
bentis. Sequitur Boe. dict. deciſ. 227. nu-
mero decimoſexto. & dictum conſilium Ol-
drad. refert etiam, & ſequitur Dec. con-
ſilio 483. numero decimo, vbi ob id con-
cludit, quòd proprietates, & prædia non
comprehenduntur appellatione territorij,
diſtrictus, vel iuriſdictionis, quia dicta ver-
ba ſonant in ſuperioritatem coerctionis;
dicto §. territorium. proprietas autem di-
citur nudum dominium, quæ inter ſe nihil
habent commune, vt ibi per eum. Et pro
hoc faciunt etiam, quæ ponit Didac. pra-
cti. quæſtionum cap. 37. in principio, vbi
447 concludit, † quòd dominus alicuius ci-
uitatis, villæ, vel caſtri habens iuriſdictio-
nem ciuilem, & criminalem in eis nullum
ex hoc habet dominium in paſcuis publi-
cis illius territorij, ſed ea pertinent ad vni-
uerſitatem, & ſub illius dominio cenſen-
tur, l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de re-
rum diuiſio. cum pluri. concordan. & au-
ctoritatibus per eum citatis, ſed benè do-
minus iuriſdictionis poterit vti etiam di-
ctis paſcuis, & nemoribus tanquam ha-
bitator, & incola illius loci. Idem etiam
reſpondit Stephan. Bertrand. conſilio 49.
numero quarto, volumine primo, in prima
448 parte, dicens, † quòd licèt quoad iuriſ-
dictionem,territorium ſit domini loci,dict.
§.territorium.cum ſimilibus, non tamen ha
bet fundatam intentionem, quoad domi-
nium bonorum particularium,vt puta,do-
morum, terrarum, & aliorum prædiorum,
per Abb. in dicto cap. nimis. de iureiurand.

& idem reſpondit clarè conſi.241.num.6. &
ſeq.vol.eo.Addit Alcia.conſi.178.nu.2. ꝙ ſo-
lent iſti nobiles recognoſcere etiam allodia-
lia Principibus, vt quandoque poſſint vti-
liore titulo ſe iuuare ex abundantiore cau-
tela, non autem ꝙ velint ſibi præiudicare in
iure ſuo. Quod vltimum non puto verum,
quia non eſt veriſimile, quòd quis rem pro-
priam velit vt feudalem recognoſcere, quia
ſpecies donationis eſſet, quæ non præſumi-
tur in prudente, l.cum de indebito. ff.de pro
ba.cum vulg. Et latè etiam hanc concluſio-
nem probat Rolan.à Valle d.conſi.44. num.
49.& plur. ſeq. volu.3. vbi addit, ꝙ aliud eſt
habere territorium, aliud dominium rerũ
449 particularium exiſtentiũ in territorio. † Et
plus voluit Aret.conſi.15.num.2. & ſequen.
ꝙ prædia in territorio exiſtentia ſi ſunt ho-
diè culta, vel habent ſigna culturę, ꝙ etiam
retrò præſumuntur fuiſſe culta, nec dicun-
tur fuiſſe conceſſa per concedentem genera-
lem dominum, putà Imperatorem, & quod
plus eſt, etiam quòd tempore conceſſionis
Imperatoris eſſent in nullius bonis, adhuc
non dicuntur conceſſa, quia non dicuntur
fuiſſe in dominio Imperatoris, quia fiūt oc-
cupantium, ſed requiritur, ꝙ is, cui fuit fa-
cta conceſſio probet poſſeſsionem immemo
rabilem; tunc enim diceretur acquiſita vir-
tute dicti tituli. cuius tamen opinio non vi-
detur omnino tuta, quia procedit ſolùm ha
bita conſideratione ad primæuum ius na-
turale, non autem vbi dominia poſteà fue-
runt diſtincta, Socin.in d.l.1.in princ. in pri-
mis uerbis.ff.de acquir.poſſeſſ. addit Bal. in
450 l.procuratore.C.de procur. † ꝙ ſi quis ven-
dit prædia ſua, & omnia iura, quæ habet in
tali territorio, non tamen venit ius colligen
di cenſum, quod venditor habet in certis do-
mibus ſitis in illo territorio, nec etiam iu-
riſdictio, quam ibi habet, quia illa iura nihil
habēt commune cum proprietatibus, quas
intendit ſolùm vendere venditor, licèt verba
ſint generalia. ſequitur Natta conſ.94. nu.2.
citat etiam Ripa vbi ſuprà Socin. d.conſilio
127.& Abb.in d.c.ſi diligenti. in 2. notab. &
clarè concludit, ꝙ aliud eſt habere territo-
rium, & diſtrictum, & ſic, ut ipſe dicit, iuriſdi
ctionem, & ius eam exercēdi aliud eſſe, aliud
dominium prædiorum, & ibi declarat Caſt.
in d.l.1.ut procedat in dubio, & in eo, qui ha
bet territorium, ideſt, ius terrendi; tūc enim
his duobus cōcurrentibus prædia, quę ſunt
intra fines, præſumuntur eſſe illius domini,
aliàs ſecus. & idem clarè firmat Bal.in d.rub.
quæ ſint regal. dum concludit, quòd Prin-
ceps eſt dominus territorij, & maris ſibi ſub-
iecti, non tamen ſequitur, quòd ſit dominus
prędiorum, vt ſuprà dixi. Et ad hoc faciunt,
quæ tradit Rip.in titu. de diuerſ. reſcrip. re-
ſpon.12.nume.2. dum concludit, quòd licèt
Delphinus in toto Delphinatu habeat iura
Imperij, dominium, & iuriſdictionem, tamē
intelligitur in vniuerſo, ſed non ſequitur, ꝙ
ſit ſupremus dominus, & habeat iura Impe
rij in particulari, ſcilicet tali, & tali loco,
quemadmodum quis poteſt eſſe dominus
gregis collectiuè, & in vniuerſo, & tamen ali-
qua corpora gregis ſint alterius, per Bartol.
in l. 1. ad fin. ff. de rei vendicat. Ad idem fa-
ciunt in propoſito tradita per Cur.ſen.con-
ſilio 56. numero 9. in princip. dum conclu-
dit poſt Bald.per eum citatum, quòd terri-
torium eſt quid vniuerſale, quod recipit au-
gumentum, & diminutionem reſpectu iuriſ-
451 dictionis.& nu.10.in prin.addit, † ꝙ caſtra
exiſtētia in territorio alicuius ciuitatis, de-
bent viuere ſm leges ipſius ciuitatis, & etiā
ſtatuta ciuitatis ſuperioris debēt approba-
452 ri per inferiorem, † quia aliàs abſurdum,
& inhoneſtum eſſet, quod lex inferioris of-
fenderet legem ſuperioris, ut inquit Socin.
conſilio 288.numero quarto, in princip.uo-
lum.2.& latiùs Ioan.de Ami.conſilio 20.nu-
453 mero 20.& ſequen.dicens, † quòd loca ſub-
iecta ciuitati, licèt alteri infeudata, debent
cogi ad ſeruandũ ſtatuta, leges, & conſuetu-
dines illius ciuitatis, quę eſt caput, niſi con-
trariæ conſuetudines ſint ibi receptæ. Et ꝙ
conſuetudo ciuitatis, & loci extendatur ad
loca particularia illi ſubiecta, dummodò nō
habeant propriam conſuetudinem, vide la-
tè per Pariſ.conſilio 25.nume.42. & ſequen.
454 uolum. 4. † & ubi agitur de interpreta-
tione actus, ſtatur interpretationi vicino-
rum, Crauet.conſilio 248.ſub numero 8.uo
455 lumine ſecundo. Id quòd procedit, † etiam
ſi dominus caſtri ſeparati à ciuitate condi-
diſſet ſtatutum, quòd ubi ſtatuta loci ſui
non loquantur, ſeruetur ius commune, vt
reſpondit Alciat. in caſtro Aronæ conſil.77.
in princip. Et in propoſito Cnet. ubi ſuprà
clariùs numero 12. in fin. concludit, quòd
dominus caſtri Luzariæ habet territorium,
& iuriſdictionem totius agri Luzariæ, & cō-
ſequenter habet etiam territorium, & iuriſ-
dictionem in agro adiecto territorio anti-
quo per alluuionem. & numero 13. in fine,
& ſequent. plus uoluit in propoſito, quòd
aliud eſt dominium rerum particularium
conſiſtentium in poderio alicuius caſtri,
aliud iuriſdictio; & poſt Bald. & Aluarot. in
dicto capit. primo, de capi. qui curi. ven-
455 di. inquit, † quòd vendito caſtro cum
pertinentijs, & curia, ſeu territorio non ve-
niunt bona priuatorum, inferens, quòd do-
minium

minium rerum, & proprietatum particula-
rium eſt penes homines Luzariæ, & domi-
nium territorij eſt penes ipſum caſtrum, &
dominum caſtri, & conſequenter clarè pro-
bat, ꝙ aliud eſt dominium territorij, aliud
dominium prædiorum territorij, ſiue in ter
ritorio, ideſt, iuriſdictione alicuius cõſiſten-
457 tium. † Verum eſt, ꝙ conſultatio ſua prin
* cipalis * communiter nõ recipitur, quia te-
net alluuionẽ mutare iuriſdictiones, quod
etiam in eadem ſpecie conſuluit Bologni.
conſi. 14. Sed eſt contra communem, vt fa-
tetur ipſemet Curt. ibi, & apertè conſuluit
Iaſ. conſ. 146. volu. 2. Boſſ. in ſua praxi crimi.
tit. de Principe nu. 277. & ſeq. Et ad prædi-
cta faciunt, quæ ponit Franc. in c. ad deci-
mas. nu. 4. de reſtitu. ſpol. in 6. vbi concludit
458 per illum tex. † ꝙ eo ipſo, ꝙ cõſtat rem eſſe
intra fines alicuius parochię, iura parochia-
lia illius rei pręſumuntur ad dictam eccleſiã
pertinere, ſicut, vt ille ſubiecit, de iuriſdictio
ne Epiſcopi præſumuntur eſſe omnia, quæ
ſunt ſita intra eius diœceſim, & idem præſu-
mendo in caſtris, & villis, vt pręſumantur eſ-
ſe quoad iuriſdictionem de illa ciuitate, in
cuius territorio ſunt ſita, per nota. per Io.
And. in d. c. nimis. de iureiurã. & notata in l.
qui ex vico. ff. ad municip. Qua de re Caſtr.
conſ. 56. videtur dicendum præfatos magni-
ficos. nu. 2. in 2. par. concludit, ꝙ licèt mons,
de quo agebatur in caſu ſuo, eſſet de terri-
torio, ſeu tenimento hominum, ſeu caſtri de
Malado, non propterea ſequitur, ipſum mõ
tem, quantum ad dominium, & proprieta-
tem eſſe illorum, cùm poſſit eſſe aliorum etiã
extraneorum, vel forenſium, per l. libertus. §.
ſola. ff. ad municipa. ſed ſolùm arguitur, ꝙ ſit
de iuriſdictione eorum: & iſta ſtant ſimul, ꝙ
ipſi habeant iuriſdictionẽ ſuper dicto mon-
te, & tamen dominium, vel proprietas in to-
tum, vel pro parte ſit aliorum; ad inſtar Im-
peratoris, qui dicitur dominus totius or-
bis, quantùm. ſ. ad iuriſdictionem, non autẽ
quantùm ad proprietatem prædiorum, vt
ille ait, & ſupra dixi. Faciũt, quæ ponit Affli.
poſt Iſer. in c. 1. §. illud quoque. num. 53. in ti.
de prohib. feu. aliena. per Federi. vbi conclu-
dit, ꝙ ea, quæ ſunt intra fines Regni, vel Bar-
roniæ non præſumuntur omnia eſſe Regis,
vel Barronis, niſi quoad iuriſdictionem, per
Hoſtien. in d. c. nimis. de iureiurand. dum
concludit, quòd licèt aliquis poſſideat præ-
dia aliqua intra territorium, & Barroniam
alicuius domini, non tamen præſumuntur
eſſe feudalia, ſed vt eum interpretatur Bar-
ba. conſi. 57. colum. 5. in fin. & ſequen. volu. 4.
ſolum dominus habet fundatam intentio-
nem ſuper vtili, vel directo dominio di-
ctorum bonorum, intelligendo, vt infrà
dicam.
Et ad hoc tendit id, quod dicit Felin. poſt Bal.
per eum citatum in c. cum cauſam. colum.
459 3. in princip. de teſti. † quòd teſtes depo-
nentes de territorio tenẽtur reddere ratio-
nem etiam non interrogati, quemadmo-
dum de dominio, diſtrictu, iuriſdictione, &c.
vt ibi per eum. Et amplius addit Luc. de Pen
na in d. l. 2. ſub nume. 12. C. de fund. limo-
460 tro. lib. 11. † quòd territorium dicitur, ubi
habetur iuriſdictio in temporalibus, licèt
aliquando pro diœceſi capiatur. & ità etiam
in propoſito mentionis territorij, iuriſdi-
ctionis, &c. quòd intelligantur hæc vnum
eſſe reſpectu dominij iuriſdictionalis, tenet
Corn. conſ. 35. num. 10. & 12. volum. 1. idem
probat Ioan. de Ami. conſil. 25. nume. 28.
dum concludit, quòd domini bonorum ha-
bent fundatam intentionem, quòd bona
ſint in eorum territorijs, quoad dominium
vniuerſale, iuriſdictionem, & protectionem.
461 Secundo modo † accipitur territorium
pro vniuerſitate agrorum ſine iuriſdictio-
ne, ſecundum aliquos allegantes eandem l.
pupillus. d. §. territorium. in verbo vniuer-
ſitas agrorum intra fines, &c. & ſic ſumitur
non pro vniuerſitate reſpectu iuriſdictiona-
lis dominij, ſed pro prædijs impropriè, ta-
men dicitur hoc caſu territorium. & ità lo-
quitur Socin. d. conſil. 15. nume. 5. & ſequen.
volum. 3. dum concludit, quòd caſtra non
habent iuriſdictionem, ſed benè habent ter-
ritorium, quia aliud eſt territorium, aliud
iuriſdictio, aliud ius paſcendi. Et iſto caſu
adhuc territorium eſt quid vniuerſale, quia
vniuerſitas dicti loci habet ius aliquod in
vniuerſo, vt ibi. idem probat Alciat. conſil.
481. colum. 2. loquens in caſtro Luzariæ, &
ibi nume. 5. addit, quòd vendito caſtro, non
venit territorium. & hoc modo ſumitur ter-
ritorium etiam per Iaſon. conſ. 102. num. 2.
& per totum. volum. 1. loquentem in vna
Placentina caſtri Caurſij, diſputando illam
462 quæſt. † an recognoſcens caſtrum in feu-
dum ab aliquo cenſeatur etiam recogno-
ſcere territorium, ideſt proprietates agro-
rum; & concludit, quòd non: niſi dictum ſit,
Prout in eo caſu vna cum pratis, paſcuis, ne-
moribus, &c. ad dictum caſtrum pertinenti-
bus, quia tunc omnia præſumuntur feuda-
lia, vt ipſe concludit. quòd & probat Ruin.
conſi. 108. vol. 2. & pro Iaſ. reſpondit Cepha.
conſi. 127. & conſi. 205. vbi ait, ꝙ hæc opinio
eſt vſu recepta. Rolan. conſ. 83. vol. 2. & Burſ.
conſ. 2. nu. 49. & plur. ſeq. & quando in con-
ceſſione verba ſunt vniuerſalia, Purpura.
conſilio 574. vbi de uniuerſali verbo Cum

Tt 2 omni-

omnibus terris,&c.& Socin.conſi.166.nu.6. volum. 2.

Veruntamen hæc concluſio apud me ſemper fuit dubitabilis,& periculoſa, maximè propter illud verbum Spectantibus, & pertinentibus,vt infrà latè demonſtrabo. Et pro hac ſententia ſtat Silua. conſi.61.Bellon.conſ.10. & poſt plures cōcordantes per eum citatos pulchrè tuetur Craue. conſ.54.nu.9. Natta conſ.446.Rolan.à Valle conſ.2.vol.3.Alciat. conſi.178.nu.2.Rolan.conſ.44.nu.49.& ſeq. vol.3.& Natta conſ.303.& cōtra Iaſ. pariter
* reſpondit Curt.iu. conſ.188. Et iſta eſt * cōmunis opinio,teſte Burſat. conſ.41. in prin. & latius cōſ.46.nu.23.& ſeq. & nu.16.& latè probat Purpura.conſ.85.vol.1.

Vera igitur reſolutio præſentis quæſtionis eſt, vt conſultatio Iaſ.d.conſ.101.poſſit procedere ità demum, quando agitur de conceſſione ſimpliciter facta alicui de caſtro, ſeu terra aliqua cū iuriſdictione,&c. & territorio cum pratis,paſcuis,nemoribus,&c.nullo alio adiecto verbo reſtrictiuo, ſecus autē ſi verbum aliquod reſtrictiuum ſit appoſitū, putà Dicto caſtro,ſeu concedenti ſpectantibus,aut pertinentibus, prout tamen erat in caſu Iaſ.& ità poſt alios per eum citatos cōcludit Hierony.de Monte in tract. fi. regū.c. 89.nu.6.& ſeq. quia iſto caſu probari oportet quot,& quæ eſſent illa bona, quæ ad dictum caſtrum, vel concedentem pertinerēt, vt infrà dicam,vel niſi prædia expreſſa in cōceſſione appareat fuiſſe teuta, & poſſeſſa vt feudalia. Et cum Alcia.vbi ſuprà tranſit etiā Burſat.conſ.2.nu.49.& plu. ſeq. & ità intelligi debent auctoritates ſuprà citatæ in contrarium, vt etiam habetur apud Siluan.cōſ. 88.& Rolan.conſ.82.vol.2.vbi poſuit, qualiter probentur bona eſſe feudalia.

463 Tertio modo † ſumitur territorium pro aliquo prædio particulari exiſtente, vel ꝙ quis habet in territorio vniuerſali alterius loci, vt per Bal. in Authentica hoc amplius. in fi.verſi. modo accidit, quod quædam eccleſia conceſſit in emphyteoſim quoddam territorium vſque ad vineam magnam,nunquid vinea includatur, &c. C. de fideicommiſſ.& probat.Afflict.deciſ.156.& deciſ.167. Capic. deciſ. 96. nume.1.& 59.& per tot. & Grammat.deciſ.79.in princ.& in fi. Rolan.à Valle conſ.3.nu.22.vol.2.

464 Quod modo attinet ad pertinentias,† cōſiderandum eſt,ꝙ caſtro nihil corporale adiectum reperitur, quod ſit de eius pertinentijs,niſi aliunde probetur,quid ſit adiectum
* pro pertinentijs,ſecundum Innoc.& * communiter ſcribentes in c.cùm ad ſedem.de reſtitut.ſpolia.& in c.cum Bertoldus. de reiudica. & proptereà videtur; quod neceſſaria ſit probatio pertinentiarum huiuſmodi reſpectu corporalium, vt infrà dicam.

465 Remanent † modo illa verba Spectantia, & Pertinentia, quæ quidem, vt breuiter me expediam., participia reſoluuntur in relatiuum, & verbum præſentis temporis, ſicq; conditionem important, ad tradita per Docto.in l.Stichum,qui meus erit. ff. de lega.1.
466 † & ſic referetur ſolùm ad id, ꝙ concedens habebat in dicto caſtro, & territorio, ideò oportet aliūde cōſtare de iuribus cōcedentis,l.ſi ſic legatum.§.1.vbi Bar. Alex. & alij.ff.
467 eo. † Conſtat enim, ꝙ illa verba Spectare, & Pertinere important ius ratione poſſeſſionis, vel dñij,l.verbum illud pertinere.ff. de verbo.ſignificat. Caſtren. in l.ſolemus. in princ. ff. de iud. & res ad aliquem pertinere dicitur,vbi peti poteſt per eum ratione proprietatis, vel poſſeſſionis, Natta conſil.384. nume.8.& eſt optimus tex.cum glo. in l.1.in verbo inſtrumenta ad puberem pertinētia. C.de in lit.iuran.vbi glo.exponendo verbum illud Pertinentia, inquit, vel quia ſua, vel ſibi debita, vel ab eo poſſeſſa, per d. l. verbum illud pertinere. ff. de verbo.ſignifi. quamuis aliàs maximè etiam in materia latè interpretanda verbum Pertinere importet dominium,& poſſeſſionem, d. l.verbum illud pertinere. cum concordan. per Nattam conſil. 235.nu.12.& de eo, qui dicit rem ad ſe ſpectare iure dominij,vel quaſi,Corn.conſ.201. in princ.volum.1.Alexan. conſi.43. in princ. volu. 4. loquens in verbo Spectare, & Pertinere poſito in libello, & conſil. 89. nume.3. volum.5.Iaſ.in l.ſerui electione.§.1.in fine. ff.
468 de legat. 1. † & quod verbum Spectare in libello poſitum accipiatur ſolùm quoad dominium, poſt But. conſil. 9. colum. 2. & ibi addit,æquipollere verbo Pertinere.& in materia teſtium, quòd fiat interpretatio contra eos, Alexand.conſil.89. nume.3. volu.5. & ſic verbum Pertinere eſt verbum ambiguum, gloſ.in l. ſi quis intentione ambigua. ff.de iud.ad dominium tantùm refertur,Hoſtien.in c. licèt. de probat. Doctor. in l. verbum illud pertinere. ff. de verbor.ſignificat. Non deſunt tamen,qui voluerunt verba, & vocabula iſta æquiparari,Alexan.dicto conſilio 43.volum.4.Aret. conſilio 6.in ſecunda dubita.gloſſ.in c.inter dilectos.in verbo pertinere. de fide inſtrumentorum. ubi Felin. numero vndecimo. vtcunque ſit, oportet ſaltem in caſu iſto de poſſeſſione conſtare vigore dicti verbi. Vnde ponderando etiam illud verbum Pertinere, oportet probare, quæ,& quanta bona, per ea, quæ ponit
469 Alexan.conſi.96. nu.4. vol. 5. † loquens in conceſ-

ēconceſſione alicui facta de ſiluis, & nemori
bus omnibus ſpectantibus ad cōcedentem
in tali loco, ꝙ oportet probare dno, videli-
cet, quid, & quantum pertineret ad conce-
dentem,& quid,& quātum ſiluoſum ,& ne-
moroſum . & verbum Pertinere, poteſt etiā
importare poſſeſſionem, vt per eundem cōſ.
98.nu.2.vol.5. & ꝙ verbum Pertinere impor
tet nedum ius dominij , vel quaſi , ſed etiam
poſſeſſionis bonæ fidei,vel iuris in re,eſt glo.
optima in l.1.§.penul.in verbo pertinet.ff.de
ope.nou.nunc.Corn.conſi.219.nu.4.volu.1.
& ꝙ illud participium Pertinens exponi de-
beat,ideſt,ſi pertinet,probat Crau.cōſ.293.
nu.5. vol.2. loquens de participio Pertinen-
tibus,quia relatiuum ſine copula ſtat reſtri-
ctiuè ad ea tantùm,quæ pertinēt, vnde pro-
bandum eſt,quæ,quot,& quanta eſſent,quę
pertinent,Rolan.a Valle latè conſ.82.nu.18.
vol. 2. & idem de verbo Deſcendentibus , ꝙ
iſtud participium exponi debeat per verbū,
& relatiuum, ꝙ facit conditionem , latè Iaſ.
conſi.115.num.4.vol.4.& de participio Exi-
ſtentia, ꝙ reſoluatur in relatiuum, & parti-
cipium præſentis temporis, Alex. conſil.25.
470 nu.5. vol. 7. ſic & illa verba † in tranſactio-
ne,vel compromiſſo, De, & ſuper omnibus li
tibus , & differentijs inter partes ipſas pen-
dentibus,& vertentibus,reſoluuntur in rela
tiuum, & verbum præſentis temporis , cum
ſint participia, & conſequenter non probāt
exiſtētiam aliquam litium inter partes , niſi
abundè probentur, Alex.conſi.124. nu.5. &
ſeq.volu.2.& ꝙ illud participium Spectanti-
bus , & Pertinentibus reſtringat diſpoſitio-
nem præcedentē,reſpondit Alcia.conſi.481.
in princ.& nu.3. & idē de verbo Demonſtra-
tas,reſpondit Alex.conſ.117.num.3.vol.1.&
mentio facta de exiſtentibus in tali loco , in-
telligitur de his, quæ exiſtūt ex vi participij,
quod reſoluitur in relatiuum , & participiū
præſentis temporis,Alex.conſi.25.num.4. &
ſeq.vol.7. Sed tamen fatetur ſpectare per illa
verba Natta conſi.636.nu.36.vol.3.& num.
471 189. Sic † & in diſpoſitione , in qua fuit di-
ctum Pro rata tangente illi, verbū illud Tan
gente intelligitur,ideſt,quatenus tangit, id-
eſt,ſi tangit,Rui.conſ.131.nu.9.in fi.vol.1.&
latè pariter in verbo Pertinentibus, etiam ſi
confines ſint additi, quod ſit neceſſe proba-
re,quid,& quantum pertineret,per de Mōte
472 in tracta.fi.regnndo.c.89.col.fi.† Et in ter-
minis legati aquæ ſpectātis inſtitutis, Mari.
Anguiſol.cōſ.91.col.1. & ꝙ maria, & alia in-
tra territorium comprehenſa dicantur cō-
ceſſa,& de pertinentijs,Socin.iun. conſi.106.
nu.3.vol.2.Sic & diſpoſitio loquens de tenē-
tibus talia bona facit conditionem,& opor-
tet,ꝙ probetur,qui ſint,qui tennerunt,pul-
chrè per Ripam in ſuis reſponſis lib.1. tit. de
exequu.rei iudica.reſpon.2.nu.5.

Verbum autem Spectare ad proprietatem re-
fertur,glo.in c. cum eccleſia Sutrina. in ver-
bo ſpectaret.de cau.poſſ.& proprie.

Et certum eſt , ꝙ verbum Pertinere importat
dominium, & poſſeſſionem , vt per Nattam
conſi.235.nu.12.& verba Spectare , & Perti-
nere dicuntur ambigua prolata alia ratio-
ne,quàm dominij,Alex.conſi.89.nu.3.vol.5.
& quidquid ſit in propoſito, negari non po-
teſt,quin neceſſariò probari debeāt , quæ p-
tineant,ponderando illud participium Per-
tinentium,quod exponi debet,ideſt, quæ p-
tinent.relatiuum enim illud,Quę,ſine copu
la reſtringit præcedentia,l.ea tamē adiectio.
ff.de lega.3.& in terminis per Corn. conſ.35.
nu.11.volu.1.vbi concludit,ꝙ in venditione
caſtri cum iuribus, & pertinentijs ſuis , quæ
pertinebant ad auctorem venditoris , non
venit , niſi id , quod probatur pertinuiſſe ad
dictum auctorem venditoris.

473 Quinimmo verbum † illud Pertinere com-
prehendit etiam id, quod actione perſonali
alicui debetur,Soci.conſi.8.num.4.in princ.
vol.1.Verum eſt, ꝙ iſta verba Spectantia , &
Pertinentia non important dominium , vt
per Burſat. conſi.9. in princ. pertinere enim
ad me dicitur, quod ego poſſum petere, vel
ratione proprietatis, vel ratione poſſeſſio-
nis,Natta conſ.382.nu.8.

Vnde ex præmiſſis eliciuntur infraſcriptę con-
cluſiones principales in hoc 1.dubio. Qua-
rum prima eſt, ꝙ caſtrum in iure noſtro di-
474 uerſimodè ſumitur. † Et primò,pro vniuer
ſitate hominum minima , ſicut & Villa , ad
differentiam maximæ, quæ eſt prouincia, &
475 magnæ , quæ eſt ciuitas . † Et hæc minima
vniuerſitas nullam habet iuriſdictionē, niſi
ſit à ciuitate ſeparata:ità Bar.in l.1. in fin.ff.
de dam.infec.& ità accipi debet locus Bart.
in l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucap.dum for-
mat quæſtionem in nobili acquirēte iuriſdi
476 ctionē in caſtro alieno,† & iſto caſu iuriſdi
ctio dicitur eſſe de pertinentijs caſtri, vt latè
477 p Nattam conſ.405.col.2.in fi. † Sicq; illo
caſu in donatione, vel conceſſione caſtri ve-
niret etiam iuriſdictio , & merum , & mixtū
imperium in caſtro ſeparato à prouincia, &
ciuitate,aliàs ſecus,quia caſtra nullā hn̄t iu-
478 riſdictionē,ſm Bar.vbi ſ̃,† & ideò in diſpoſi
tione facta de caſtro ſimpliciter nō venit ter
ritorium caſtri,niſi ſit acceſſorium,& depu-
tatum,& aſsignatum caſtro,non etiam ven-
dens , vel concedens caſtrum cenſetur ven-
dere , vel concedere prædia . ſic ſi ſimplici-
ter quis vendat talem locum non expreſſo

nomine caſtri, Roman. cõſ.444. nu.9. Et ra-
479 tio eſt, † quia iſta ſunt inter ſe diuerſa no-
mine, & conſequenter & ſubſtãtia, l. ſi idem.
C. de codicill. cũ cõcord. de quibus per Albe.
in l. imperium. nu.45. ff. de iuriſd. omn. iud. &
in l. fi. col.5. C. eo. & per Bald. in c.1. nu.4. verſ.
7. quia ſeparata ſunt ſignificata, & voces ſi-
gnificantes. de capita. qui curi. vendi. & nu.
2. verſic. ſed in contrarium arguit. & nu.2. in
fin. dum diſputat illam quæſtionem, an co-
gnoſcens caſtrum cenſeatur etiam recogno
ſcere territorium, & iuriſdictionẽ, & ibi nu.
480 8. in 2. fundamento pro iſta parte inqt, † ꝙ
ex communi vſu loquendi caſtrum appella-
tur, quod murotenus cingitur, territorium
verò id, quod eſt extrà, & ſubdit, ꝙ ſicut ap-
pellatione ciuitatis non continetur diœce-
ſis, ità nec caſtri vocabulo territorium, & in
materia ſtricta eſt text. in c. Rodulphus. Et
ibi notant Docto. de reſcrip. Idem dixit Bar.
in tracta. qui ſint rebelles. in verbo Lombar-
481 diæ. nu.4. dicens, † ꝙ caſtrum dicitur quaſi
caſa alta, foſſis munita, ſeu vallo. Idẽ firmat
Oldrad. conſil.121. nu.5. & ſeq. dicens, ꝙ ca-
ſtrũ eſt id, quod murotenus cigitur, territo-
rium autem eſt id, quod extra eſt. Bal. in cõ-
482 ſil.357. nota. nu.1. in 5. par. † dum conclu-
dit, ꝙ ciuitatis appellatione propriè nõ ve-
nit territorium, niſi aliud appareat de men-
te diſponentis ex præcedentibus, vel ſubſe-
quentibus, aliàs ꝙ in dubio territorium na-
turaliter venit acceſſoriè ad ciuitatem. Et
iſtud eſt, quod dixit Innoc. in c. cùm ad ſedẽ.
483 de reſti. ſpol. † ꝙ caſtro nihil corporale de-
putatum eſt à iure, quod ſit de eius pertinẽ-
tijs. Et apertius Io. And. in c. ſi ciuitas. de ſen
ten. excom. in 6. dicens, ꝙ caſtrum poteſt eſſe
ſine diſtrictu, & territorio, ideſt, iure terrẽdi,
& ſumitur pro eo, ꝙ murotenus cingitur. ſe-
quitur Narta conſi.214. nu.14. Idemq; pro
484 bat Boe. dec. ſ.212. nu.23. dum inquit, † ꝙ
vendita curia, in qua ſit feudum, tamẽ illud
non venit, niſi ſit facta mẽtio de eo, & nu.24.
ad fi. poſt Bal. Albe. & plur. cõcord. per eum
485 citatos, concludit, † ꝙ conceſſo caſtro etiã
cum pertinentijs, vel cum omnibus iuribus,
quæ ibi concedens habet, ꝙ nõ veniunt niſi
illa, quæ de iure, vel cõſuetudine caſtro aſſi-
gnata reperiuntur, & minus venit ius peda-
486 giorum, † quia illa ſunt quid diuiduum à
caſtro, ſicut corda à baleſtra, benè tamẽ ve-
niunt munitiones, & alia, quę ad eius perpe-
tuam defenſionem ibi poſita ſunt, quanquã
non ſint affixa, vt tormẽta, trabucheli, bali-
ſtæ, arma, & ſimilia, vbi ſcilicet agitur de ca-
ſtro propriè, quod eſt fortalitiũ, quod à cu-
487 ſtodia dictum eſt quaſi caſa arcta, † quia
fortalitia non debent eſſe nimis ſpacioſa, vt
paucis indigeant ad cuſtodiam, vel quaſi ca
ſa alta dictum ſit in loco eminente, & ſic ac-
cipitur pro eo, quod murotenus cingitur
hoc loco, vt ibi per eum nu.25. & plur. ſeq. &
iſto caſu, vt ille ait nu.25. in fi. benè veniunt
in conceſſione homines pro cuſtodia caſtri
ſubditi, & obnoxij dicto caſtro; tũc enim ta-
le caſtrum, & fortalitium habet curiam, ſeu
curtim tam intra, quàm extra caſtrum, qui
eſt locus, qui ab ipſo caſtro defenditur, & in
eo cohabitantes defendunt ipſum caſtrum,
ad differentiam caſtelli, ſeu caſtellati, vt ibi
per eum nu.30. & 32. Addit Bal. in c.1. vbi ſu
488 prà verſi.4. † quia in actibus denotantibus
trãſlationem iuris de vno in alterum acceſ-
ſorium non omninò priuilegio cohærẽs, ſed
ab eo diuiſibile non venit tranſlato priuile-
489 gio, † & quod territorium caſtri ad caſtrũ
non ſolùm eſt diuiſibile, ſed etiã eſt diuiſum
pariete medio, per l. ſi quis duos. §.1. ff. com-
mu. prædio. cum alijs concordan. per eum,
& quod vnum ab altero diſcernitur loco, &
quantitate, per l. ſi prædium. C. de prædijs
490 minorum. & ſubdit nu.9. † quod vendens
prædium excepto fonte, non intelligitur re-
ſeruare, & excipere ſolum ꝙ eſt circa fontẽ,
491 † & quod appellatione fluminis non venit
Ripa fluminis, vt etiam firmat ipſe ibi ſuprà
nu.4. in fi. & nu.2. verſi. aut de per ſe. vbi in-
492 quit, † ꝙ licèt præfectus ciuitatis intelligi-
tur præfectus ipſis ciuibus, quia ſignificatio
493 ciuitatis ſumitur ex ipſis ciuibus, † tamen
ſi in diſpoſitione ſolùm mentio fiat de ciui-
tate, non veniunt ea, quæ ſunt extra ciuita-
494 tem; † aliàs autem, conceſſio fit de caſtro,
cui cohæret iuriſdictio, & quod habet terri-
torium ei dubitatum à ſtatuto, vel conſue-
tudine, tunc etiam veniret iuriſdictio, & ter-
ritorium, vt dixi, quia ſecundum ipſum, tũc
ſtatuto, vel conſuetudine ita diſponente, ve-
niunt de neceſſitate, vt ibi per eum num.11.
in fi. & probatur ſecundum eum ibi num.2.
verſi.4. quia. & nu.6. verſi.5. hoc idem appa-
ret in l.1. §. cum vrbem. ff. de offic. pręfec. vrb.
vbi Imperator ſimpliciter conceſſit vrbem,
nulla habita mentione de territorio, & ta-
men lex arguit, quòd territorium cenſetur
eſſe conceſſum, d.l.1. §. in initio. Et iſta eſt
* * communis opinio, ꝙ conceſſo caſtro ſim-
pliciter, cenſetur etiam conceſſa omnimo-
da iuriſdictio, & merum, & mixtum impe-
rium, & territorium, annexa caſtro, & quæ
ſub dominio diſponentis erant, tãquam de
pertinẽtijs, vt latè probat Rolan. à Valle cõ
ſil.42. nu.24. cum plu. ſeq. & præſertim nu.3.
495 vol.2. Pro qua facit, † quia in diſpoſitione
facta de aliqua re veniunt etiam pertinẽtia
ad eandem rem, licèt nõ ſit expreſsè dictum

de per-

de pertinẽtijs,vt per Modern. Pariſ. ſuper cõ
ſuet. Pariſien.§.1.glo.5.num.14.& in conceſ-
ſione facta de caſtro,& pertinentijs venit etiã
territorium, quando ſ. caſtrum habet terri-
torium,ſic debet intelligi Alex. cõſ.222.in fi.
vol.6.& Curt.iun.conſ.41.in princ.& idem in
conceſſione caſtri cum pertinentijs, ꝙ veniũt
etiam molendina, & alia, quæ erant conce-
dentis, Natta conſil.505.nu.26.& ſeq.uol.3.
496 † & idem de epiſcopo, quòd licèt dicatur
epiſcopus ciuitatis ſimpliciter,tamen etiam
dicitur epiſcopus diœceſis,c.xenodochijs.de
de religio. domi. habet enim ciuitas diœce-
ſim annexam de iure canonico. Et idem di-
cendum non ſolum in caſtro,ſed etiã in præ-
497 dijs,ſiue territorio,† quia ſi quis vẽdat poſ-
ſeſſiones,quas habet in caſtro, vel territorio,
tunc etiam veniret iuriſdictio,& ipſe eam ha
beret non ratione perſonæ ſuæ, ſed ratione
poſſeſſionum, ſiue territorij, vt ibi per eum
num.16.verſi.alia quęſtio.ſecus autem ſi det
vnum manſum, vel unam terram, vt ille ait
in c.1.§.fi.nu.1.& 2.in princip. quibus mod.
fend. amit.
* Et hæc concluſio * communiter eſt recepta,
prout eam prius tenuit Albe.in l.imperium.
nu.50.in fi.ff.de iuriſdic. omn.iud. dum con-
498 cludit, † ꝙ ex communi vſu loquendi ca-
ſtrum appellatur id, quod murotenus cin-
gitur,& quòd propterea caſtrum,territoriũ,
& iuriſdictio ſunt inter ſe diuerſa. & Bar. in
tract.qui ſint rebelles. in verbo Lombardiæ.
num.4.& conſ.196.ciuitati Camerini. nu.6.
verſ.præterea ciuitas. Brun.conſ.20.col.4.in
princip.cum concordan.per Boe. deciſ.212.
nu.20.& inſuper Bal. conſi.245.villa, vel ca-
ſtrum. in 3.par.& conſ.357.nota pro Duce
Turroniæ.num.1.in 5.parr.vbi concludit, ꝙ
ciuitatis appellatione non continetur terri-
torium propriè loquendo, niſi aliud appa-
reat ex diſpoſitione, vel quòd ſit de eius per-
tinentijs. Qua de re, qui recognoſcit caſtrũ,
non cenſetur recognoſcere territorium, Ol-
dra. conſil.121. vbi allegat rationem prædi-
ctam diuerſitatis nominis, Alua.in d.c.1.nu.
4.niſi ex tenore inueſtituræ,aut forma reco-
gnitionis aliud appareat, vel eodem titulo
conſtet teneri caſtrum, territorium, & iu-
riſdictionem,vt ille ait,tanquam de pertinẽ-
tijs.& eadem ratione idem firmat Alberi.in l.
fin.ad fi.C.de iuriſdic. omni. iudi. Ancha. in
reg. acceſſorium. nume.18. verſicu.ſcias ta
men.de reg.in 6. Hanc etiam concluſionem
firmat latè Boer. deciſ.227.ſub nume.12.vbi
citat Roma.in l.3.ad fi.ff.de acquiren. poſſe.
dicentem, ꝙ conceſſo caſtro non facta men-
tione de territorio, non venit territorium,
& per Iaſo.in conſ.161.vol.2.& idem Boe.vbi

ſupra num.16.ad fi. addit, ꝙ caſtrum, terri-
torium, iuriſdictio ſunt diuerſa nomina, &
nõ ſunt idem, ſecundum Albe. de Roſa.in d.
l.imperium. num.27.de iuriſdict.omn. iudi.
per d.l.ſi idem.C.de cõdi.& Oldra. vbi ſuprà
cum plur.concordan.refert, & ſequitur Soc.
iun.conſi.160.num.32.& ſeq. vol. 2.
499 Secunda eſt concluſio,† quòd Princeps cõ-
cedens caſtrum ſimpliciter cum pertinentijs
& iuribus ad ipſum caſtrum pertinentibus,
quòd iſto caſu venit iuriſdictio, molendina,
& alia iura,quæ ad ipſum concedentem per-
tinebãt eodem iure, quo caſtrum,ut Bal.cõ-
cludit, vbi ſuprà in d.c.1.num. 2. in princ. &
num.4. in fi. & d.num.1. format etiam quæ-
ſtionem in communitate Mutinæ, quæ per
Sindicum legitimè ordinatum tranſtulit ci-
uitatem Mutinæ cuidam Marchioni, an per
hoc cenſeantur etiam tranſlata molendina
ipſius ciuitatis. ſic & conceſſa ciuitate,vel ca
ſtro cum pertinentijs cenſetur etiam cõceſ-
ſa iuriſdictio,& molendina,& omnia iura ad
ipſam ciuitatem,uel caſtrum pertinẽtia, vel
ad ipſum concedentem, ut reſpondit Cror.
conſ.321.num.8.volum.4.ſecus autem, ſi nõ
conſtat,quæ pertinerent ad locũ conceſſum,
vel ad ipſum concedentem, ut in propoſito
noſtro.& Alex.conſ.23.nume.6.vol.5.inquit,
500 † ꝙ appellatione pertinentiarum caſtri,ve-
nit iuriſdictio,& omnia acceſſoria. Addit Al
ba poſt Dec.Curt.iun.& Pariſ. per eum cita-
501 tos in cõſi.64.nu.70.ꝙ † quamuis bona nõ
præſumantur feudalia,ſed allodialia, tamen
ſi fuit conceſſum caſtrum generaliter cum
pertinẽtijs, vel generaliter cum iuribus ſuis,
tunc illa generalitas declaratur ex poſſeſſio-
ne bonorum tentorum tanquam feudaliũ,
502 † quia omnia,quæ poſſidet inueſtitus in il-
lo territorio,cenſebuntur feudalia, niſi repe
riantur per particulares occupata, latè per
Nattam conſ.501.num.30.& plur.ſeq.vol.3.
& hoc,ſi ſit contentio inter dominum, & va-
ſallum,ut ibi,& conſ.505.num.26.& ſeq.& la
tius conſ.ſeq.nu.29.& plur.ſeq.& conſil.514.
num.29.& plur. ſeq. eo.& conſ.520. aliàs te-
nens prædia in loco, vbi dominus exercet
regalia,nõ pręſumitur iure feudi tenere, nec
præſumuntur feudalia, niſi plenè talia pro-
bentur,vt abundè reſpondit Bero. conſi.82.
503 col.2.& 3. vol.1.† Pertinentiarum enim ap
pellatione non cõtinẽtur molendina, & prę-
dia in territorio exiſtentia, quia vt ſæpè fuit
dictum, nihil corporale dicitur de iure con-
ceſſum caſtro,quod ſit de pertinentijs,ſed ſo
lùm pertinentiarũ appellatione veniunt ea,
quæ à ſtatuto, vel conſuetudine ordinata
ſunt, quòd ſint de pertinentijs. Idem docet
conſil.420. verba Principis.num.5. in princ.
in 1.par.

in 1.par.dicens, ꝙ pertinentiæ non ſolùm in
poſſeſſione,ſed etiam in iure, & iuriſdictione
conſiſtunt, quia caſtro nihil deputatum eſt
à iure, quod ſit de eius pertinentia, ſed tm̃
quod ab hominibus; & eorum ſtatutis con-
ſueuit certum territorium aſſignari, quod
ſibi in iuriſdictione debeat, & datijs reſpon-
dere,& vtrobiq; citat Inno.in d.c.cum ad ſe-
dem. vbi Abb.nu.11.de reſti. ſpoliato.quem
* * * omnes ſequuntur, & de * communi in
propoſito teſtatur Alexan. conſ.45.nume.1.
vol.1.conſi.51.col.fin.vol.4.& conſ.15. vol.5.
Curt.iun.conſ.41. in princ. Silua.conſ.58.&
* ſeq. Brun.conſ.1.& de*communi teſtatur ēt
Bellon.conſ.10.num.11.verſ. nam primò di-
citur. vbi concludit, quòd cōceſſo caſtro cū
pertinentijs, omnia, quæ ſunt in territorio
caſtri præſumuntur allodialia,niſi ex aduer-
ſo probetur bona, de quibus contenditur
eſſe de pertinentijs; ibiq; multos cōcordan.
* allegat. & eſt * communis opinio, quòd per-
tinentiarum appellatione non veniunt bo-
na particularia in territorio caſtri exiſtētia,
vt latè probat Port. in ſuis concluſionibus
lib.5.cap.57.etſi in venditione, vel conceſſio-
ne dictum ſit caſtrum, & territoriū cum om
nibus terris cultis, & incultis exiſtētibus in-
tra territorium pertinētibus ad caſtrum ip-
ſum, vel ipſum concedentem, etiam ſi cum
finium expreſſione diſpoſitio facta ſit; ſecus
ſi non fuiſſet appoſitum uerbum Pertinen-
tibus, uel niſi probetur de iure concedentis,
ut abundè reſpondit Crauet.conſil.293. per
quinq; col. uol. 1. Idem reſpondit Soci. iun.
conſ.160.num.5.& ſeq.vol.2.loquens in lega-
to, conceſſione,& uenditione caſtri cum om
nibus, & ſingulis pertinentibus, quòd non
comprehendantur poſſeſſiones: & ideò licèt
aliqui uelint, aliud eſſe, an conceſſio loqua-
tur de caſtro cum ſuis iuribus, & pertinen-
tijs abſq; ſpecificatione aliqua talium iuriū,
& pertinentiarum, aliud,ſi contineat caſtrū
cum ſuis iuriſdictione, paſcuis, bannis, teſ-
quis, cenſibus, montibus, nemoribus, pra-
tis,paſcuis, &c. ut primo caſu non cenſean-
tur ſita intra territorium,eſſe de pertinētijs.
Secundo autem caſu ſecus; tamen ut ſuprà te-
tigi impugnando Iaſ.contrarium eſt uerius,
ut etiam probant Curt.iun. Afflict.& Brun.
504 † ut ſolùm bona ſpecificata intelligantur
eſſe eius,cui fuit facta conceſſio, reſpectu iu-
riſdictionis,non autem ad probationem, ꝙ
ſint feudalia & de dominio illius, ſaltem niſi
ſpecificatio bonorum facta ſit per confines:
505 & ſequitur Craue.conſi.54.num.9. † Verū
eſt, quòd conceſſio Principis in eius præiu-
dicium latiùs interpretatur, quàm diſpoſi-
506 tio priuata, † quia primo loco in conceſ-
ſione caſtri cum ſuis pertinentijs, uel ſuis iu-
ribus, ueniunt etiam molendina ad conce-
dentem pertinentia, ſecus autem in diſpoſi-
tione priuata,ut per Rolan. à Valle cōſi.10.
507 nu.32.& plur.ſeq.uol.3.† ſecundum alios il-
la uerba, in conceſſione, & inueſtitura facta
de caſtro, poſſeſſionibus, terris cultis, & in-
cultis, &c. non operantur, ꝙ omnia expreſ-
ſa dicantur feudalia,niſi maior fiat ſpecifica
tio,& certior bonorum prædictorum,maxi-
mè ſtante uerbo Pertinentium, ut latè per
eundem in conceſſione caſtri Gazoldi cōſ.2.
num.16.& plur.ſeq.eod.uol.etiam ſi inueſti-
tus omnia bona poſſideat, ut ibi per eum.&
latiſſimè hanc partem etiam in conceſſione
Principis probat ipſe conſ.44.uol.2. niſi pro
betur ex aduerſo,quod pleraq; bona territo
rij erant feudalia. & in caſtro Bagnoli Aret.
conſi.15.num.1.in fi.& ſeq.ubi poſt Bal.in d.
c.1.de capita. qui curi. uendi.concludit,ꝙ ſi
508 † Imperator concedit mihi caſtrū cū perti
nētijs,molēdina, quæ erāt cōitatis propria,
nō cōprehēdūtur ēt ſi addat cū iuribus ad
ipſū caſtrū pertinētibus. Et eſt rō, ut ille ait,
qa primo caſu nō ueniunt molendina prædi
cta,quia illa uerba Cum pertinētijs intelligū
tur de pertinentibus ad ipſū concedentē, vel
ad ipſum caſtrū ſed ea nō erant concedētis,
nec erāt caſtri ergò &c. ſecus aūt in ſecundo
509 caſu.† Et in ſpecie de molendinis,ꝙ nō ſint
de pertinētijs caſtri, Imo.in l.3. in prin.circa
finem.ff. de acquir.poſſeſſ. & ibi Alex.col.pe
nul.& conſil.222. in fin.uol.6. Rui.conſil.45.
col.1.uol.1.cum concordan.per Cepha.con-
ſil.144.nu. 10. & ſeq. ubi loquitur in molen-
dinis,& poſſeſſionibus,quòd non ueniunt in
diſpoſitione de caſtro cum pertinentijs, uel
omnibus iuribus ſuis, poſt Ruin.& Bal. per
eum citatos, niſi conſtet, quòd eodem iure
teneant caſtrum, & poſſeſſiones, Iacobi. de
Sancto Georg.in tracta. feu.in uerbo dictiq;
uaſalli. il ſecundo, num. 1. & ſeq. Boſs. in ſua
praxi.tit.de regal.nu. 40. uel molendina per-
tinerent ad concedentem,tūc enim ea, & cę-
tera omnia, quæ ſunt ad inſtructionem ca-
ſtri, uenirent in conceſſione cum pertinen-
tijs, Cepha.conſ.150.nume.14. per Inno.ubi
ſuprà, Soci. conſ.47.nume.4.uolum. 1. Dec.
conſi.516.num.23.& Curt.iu.cōſi.158.num.
28. & ſequē. loquens in caſtro, & curia, uel
curte, quod idem ſonant, ut ibi per eum, &
Soci.in l.1.in prin.nu. 27. uerſi.& præſuppo-
no,ubi inquit, ꝙ aliud eſt habere territoriū,
ſiue curiam, & curtem, quæ poteſt eſſe ſine
iuriſdictione,aliud habere iuriſdictionem.ff.
de acquir. poſſeſſio. licèt aliter ſentiat in cōſ.
166.num.2.in fi.& ſeq.uol.2. & curia conceſ-
510 ſa cum pertinētijs,uel iuribus ſuis, † ꝙ nihil
operetur

operetur dicta conceſſio in illo nerbo Perti-
nentijs, uel iuribus ſuis, niſi aliunde conſter
de eis. & ibi nu. 50. addit, quòd non veniunt
molendina priuatarum perſonarum, nec ēt
prædia culta, quia talia præſumuntur anti-
quitus fuiſſe priuatarum perſonarum, ſequē
do Inno. vbi ſuprà, pro quo plur. concordā.
allegat, & Aret. d. conſ. 65. & dictum Inno. re-
fert, & ſequitur etiam Socin. iu. conſ. 65. nu.
28. vol. 1. vbi & pro concordan. allegat Bal. &
* Soci. ſeni. conſil. 47. & * communem eſſe opi-
nionem, firmant Moder. Pariſienſ. §. 1. glo. 5.
nu. 14. vbi addunt idem eſſe dicere, Cum per-
tinentijs, quod cum adiacentibus, vel omni
511 iure ſuo. † Vnde in eccleſia illud, quod eſt
circa eccleſiam per 30. pedes dicitur illius ec
cleſiæ, quòd autem eſt circa rem profanam
per quinq; pedes de pertinentijs rei dicitur
eſſe, Guid. Pap. conſ. 71. ſub num. 5. verſic. 2.
quia. & in addit. ad eum. & ibi addit, ꝙ porta
eſt de pertinentijs rei. Et in propoſito, ꝙ iu-
riſdictio, & merum, & mixtum imperium, ità
demum ſint de pertinentijs caſtri, & territo-
rij, vbi adhærent caſtro, & territorio, latiùs
ipſe firmat num. 44. & 47. & ſeq. dum format
quæſtionē, an in conceſſione caſtri compre-
hendatur territorium, & iuriſdictio; & con-
cludit, quòd ſi territoriū, & iuriſdictio erāt
annexa caſtro tēpore conceſſionis, tunc iſto
caſu vtrunq; venit, ſicut & merum, & mixtū
imperium, ſi pariter erat ei tunc annexum,
& generaliter etiam molendina, & alię perti-
nentiæ, quæ erant annexæ caſtro, & in domi
nio diſponentis tempore conceſſionis; ſecus
autem ea, quæ erant in dominio priuatorū,
512 vel aliorum, † vel etiam ipſius concedentis
ratione perſonæ ſuæ, vel ex priuilegio, aut
aliàs & non ratione caſtri, & tanquā de per-
tinentijs caſtri, & ad hoc allegat Bal. in c. 1.
in princ. de capitane. qui cur. vendi. & benè,
num. 10. ubi expreſſè concludit Bal. ꝙ reco-
gnoſcens caſtrum cenſetur etiam recogno-
ſcere territorium, & iuriſdictionem, ſi eodē
titulo poſſidebantur territorium, & iuriſdi-
ctio, quo caſtrum, ſecus autem ſi diuerſo ti-
tulo, vel nō conſtat de titulo poſſeſſoris, nec
etiam concedentis, ſiue eius, à quo fit reco-
gnitio, argumento l. ſi cum patrono. ff. de bo
no. poſſeſſio. & notatur per Inno. in d. c. cùm
ad ſedem. Modern. Pariſ. vbi etiam citāt An-
cha. in c. acceſſorium. de reg. iur. in 6. Bar. in l.
1. §. cum urbem. ff. de offi. præfect. vrb. Caſtrē.
conſi. 406. ſatisfaciendo. in 2. parte. de Monte
in tracta. de emptio. & uendi. in q. 6. in 3. mē-
bro, & plures alios concordan. & quòd ſic
debeat intelligi, & limitari dictum Oldra. cō
ſil. 221. Bal. & * communiter Docto. in l. fin.
de iuriſdicti o. omn. iud. & Iacobi. de Sancto
Georgio in verb. de caſtro Rubei montis. in
ſuo tracta. feud. & ſic etiam debet intelligi
Alex. d. cōſi. 224. in fin. vol. 6. dum concludit,
513 † quòd in venditione caſtri cum pertinen-
tijs non ueniunt res particulares, quas ven-
dens habebat in caſtro, & territorio, ut. ſ. id
procedat, quando uenditor nō habebat eas
eodem iure, quo caſtrum, & territorium. Idē
firmant Modern. Pariſ. vbi ſuprà num. 61. vbi
apertè firmant, quòd recognoſcens in feudū
caſtrum non cenſetur ex hoc recognoſcere
iuriſdictionem, ſecundum Oldrad. cōſil. 21.
ad primum. vbi. ſ. ex forma inueſtituræ hoc
non colligitur, quòd etiam nō recognoſca-
tur iuriſdictio, aliàs autem in dubio, ſi non
conſtat de titulo, & pertinentijs, venit ſolùm
caſtrum materiale, ut ibi per eum latè.
514 Quæ cum ità ſint, † ſuperuacua cenſetur
quodammodo nuncupatio, & commemora
tio pertinentiarum in quaſi diſpoſitione, &
eo maximè cùm & ſi non exprimantur, tamē
veniunt de iure, vt ſuprà dixi, citando Mo-
515 dern. Pariſ. in d. §. 1. in gl. 5. num. 14. † Vnde
Princeps concedens caſtrum ſimpliciter cen
ſetur illud concedere cum ſua curia, & iuriſ-
dictione, etiam ſi id non ſit dictum, d. l. 1. §. cū
vrbem. ff. de offic. præfect. urb. ità concludit
Bar. in l. ſi quando. num. 6. C. de bono. van-
cant. lib. 10. & hoc procedit, quando caſtro
cohæret curia, uel iuriſdictio tanquam an-
nexa caſtro. & ità intelligitur Innoc. in c. ex
literis. de iure patrona. dum concludit, ꝙ
516 † caſtrum, & villa ſunt quædam nomina
vniuerſitatem quandam ſignificantia, quæ
in ſe continēt dignitatem, ſiue honorem iu-
riſdictionis, diſtrictū, & ius patronatus. Idē
firmat Natta cōſi. 405. dum cōcludit, quòd
conceſſo caſtro, cui cohærent pertinentię, ſ.
iuriſdictio, & imperium, ueniunt etiam per-
tinentiæ, etiam ſi nihil ſit dictum de pertinē
tijs, venit & comitatus, qa eſt naturalis quę-
dam acceſſio, & naturales pertinentiæ, ut in-
quit Bal. cōſ. 419. ad euidentiam. in princ. in
1. parte. & cōſ. 97. proponitur. nu. 2. in 3. par-
517 te. dum concludit, † quòd conceſſo caſtro,
ueniunt & uaſalli in conſequentiam territo-
rij. Idem repetit conſi. 357. nota pro Duce
Turroniæ. nu. 1. in 5. par. dum concludit, ꝙ
518 † nomine ciuitatis propriè nō continetur,
nec uenit territorium, ſed quod communi-
ter dicūt territorium naturali ratione acce-
dere ciuitati. Idem tenet Aret. conſi. 15. col. 1.
in fi. uerſi. 2. eſt præmittendum. vbi conclu-
dit, quod qui donat caſtrum, uel curiam, in
qua habet iuriſdictionem, & dominium ea-
rum rerum, quæ ſunt in curia, uel quæ ad cu
riam pertinent, intelligitur etiam donare
iuriſdictionem, & proprietatem rerum hu-
iuſmodi.

iuſmodi. & quòd ſecundùm * communem
opinionem conceſſo caſtro intelligatur con
ceſſum territorium,& iuriſdictio annexa ca-
ſtro, quæ ſub dominio concedẽtis erat tem-
pore conceſſionis, firmat latè Dida. practa.
quæſtio.cap. 1.nu.9. ad fin. in 9.concluſione.
519 illud enim generale eſt, † quòd omnia,quæ
pertinent ad aliquid,ſub illius noĩe veniunt,
cum de eo etiam ſimpliciter diſponitur,pro-
ut latè reſpondit Socin. iu.conſi.65.num.28.
vol. 1. loquens etiam in diſpoſitione ſimpli-
citer facta de caſtro, quòd nihilominus ve-
niant pertinentia ad illud abſq; aliqua eorũ
mentione, per Bar.in l.prædijs.§.balneum.&
§.ſeq.ff.de lega.3.& in l.Seiæ.§. Tyrandæ.ff.de
fun. iuſtruc. id quod multis exemplis in om-
ni materia, & multis iuribus,& auctoritati-
bus exornant Modern. Pariſien.§.1. gl.5.nu.
14.& ibi num.ſeq. declarat, hoc procedere
in his corporalibus, ſiue incorporalib. quę
ſunt annexæ, & dependentes, & de proprie-
tate, & iuribus ſui principalis, & quæ cum
iſto vnum integrale cõſtituunt, & ſunt eiuſ-
dem qualitatis, & vnitæ rei principali; ſecus
520 † autem in pertinentijs, quæ ſunt diuerſæ
qualitatis ex quadam commoditate anne-
xatę rei principali,quia illę non veniunt,niſi
dicatur cum pertinẽtijs. & pulchrè idem re-
petit num.44. & ſequen. formando quęſtio.
521 in vaſallo,† cui cõceſſum eſt caſtrum,ideſt,
alta domus abſq; iuriſdictione,quam poſtea
ipſe vaſallus ab alio acquiſiuit,an dicatur eſ
ſe acceſſorium caſtro, ſicut prædia aucta, &
addita per eum illo caſtro. Et ità debent in-
telligi, quæ ipſimet Moderni Pariſ. ponunt.
522 §.8.gloſſ.5.columna.1.& per totum, † vbi
idem firmant in conceſſione rei, quòd ve-
niãt etiam horti, etiã ſi plures ſint, ſiue ſint
ſub eadem clauſura,ſiue non, dummodò ta-
men ſint cohærentia, & dependentia rei con
ceſſæ ex diſtinctione patrisfamilias.& ibi ad-
523 dũt,† quod hortus,vel ſimilia dicuntur do
mui acceſſoria, ſi ad ea habetur acceſſus per
domũ, & eius gratia ſunt parata; niſi eſſent
magni momenti; & ibidem de molendino,
de appothecis, & ſimilibus. & ante eum fir-
mat clarius idem Bal.in d.c.1.num.2.in fine.
524 de capitan.qui curi. vendi. † dum conſide-
rat, quòd quædam ſunt, quæ accedunt ca-
ſtro,vel rei,de qua diſponitur, & accedũt de
neceſſitate, quia ſunt aſſignata, & deputata
rei ex lege,ſtatuto,uel conſuetudine,quę ne-
ceſſitatem inducunt, & iſto caſu appellatio-
ne rei veniunt talia acceſſoria,aut non acce-
dunt de neceſſitate, ſed ità demum, ſi expri-
mantur,& tunc nõ veniunt,ſi non expriman
tur, per aliqua verba ampliatiua; & ità ipſe
intelligi debet ibi numero 3. in princ. dum
concludit,quòd vendita curia cum ſuis iuri-
bus,& pertinẽtijs quibuſcunque cenſetur vẽ
dita, & quę ipſe in oppoſitum dicit ſub nu.9.
per l.ſi quando.C.de bon.vacantibus.lib.10.
quòd adiacentia rei donatæ non cedunt in
donatione,vel conceſſione rei ſimpliciter fa-
cta, niſi ſit dictum de integro ſtatu, vel cum
omni iure, contra glo.ibi.& prędicta procul
dubio uera ſunt, ut dixi, ubi molendina, &
huiuſmodi reperiantur poſſideri per priua-
tos,uel alios non dominos directos caſtri, &
loci, Alcia.conſ.481.num.9. & ibi etiam cla-
rè declarat hanc quęſtionem, an, & quando
conceſſo, vel uẽdito,aut legato caſtro, com-
prehendatur territorium, & cõcludit,nõ cõ
prehendi territorium,& iuriſdictio, ſi caſtro
non erat acceſſoria,ſed perſonæ ipſius conce
dentis,quia tũc etiam ſi dictum ſit cum per-
tinentijs ſuis,tamẽ nõ veniret iuriſdictio cõ-
ceſſa perſonæ,& illi cohærens,imò nec etiam
prædia ipſius cõcedentis intra illud territo-
rium; maximè ſi erãt allodialia ipſius, ſecus
autem, ſi erant eiuſdem iuris cum ipſo ca-
525 ſtro, † & ſecus etiam, ſi concedẽs dixiſſet,
Cum iuribus non ipſi caſtro pertinentibus,
ſed ipſi cõcedenti pertinẽtibus, quia & hoc
quoq; caſu, ſi ad eum pertinebant, nõ autẽ
erãt rei uenditę acceſſoria, etiam ueniunt:&
loquitur in legato caſtri Luzariæ. Id quod
vltimum ego temperarem, ſi eſſemus in uen-
ditione ex quãtitate pretij, Bal.in rub. C.qui
teſta.face.po. & ſic ibi Alcia.declarat, quali-
ter intelligatur illa regula, q; in legato rei ue
niant etiam acceſſoria. Et ideò ſecundum
Bal.in l.1.ff.de conſti.Princip.conceſſa,vel do
nata ciuitate,vel caſtro, uenit iuriſdictio, &
oĩs redditus cãrũ ciuiliũ, & criminaliũ, & in
c.1.de capi.q cur.vẽdi.latè Rimi.conſ.37.nu.
526 11.uol.4.† & ideò ſi res ſit vendita cum iu-
ribus,& pertinentijs ſuis, ſolùm ea,quę ſunt
de natura rei venditæ veniunt, non autem
cætera etiam cohærentia, & contigua,ut la-
tè per Barb.cõſ.16.nu.8. vol.1. & ità intelligi
debẽt q̃ ponit Hier.de Mõte ĩ tract.fi.regũd.
527 c.80.nu.3.dum uidetur tenere, † q; perti-
nentiarum appellatione ueniunt molẽdina,
niſi ſint priuatorum, per Bal. in c.1.de capi-
tane.qui curi.uẽdi. & Fabia.de Monte per eũ
citat. & ibi etiam addit,quòd pertinẽtiæ di-
cuntur ea, quæ non ſolùm in poſſeſſione, ſed
etiam in iure, & iuriſdictione conſiſtunt, ut
ſuprà, intelligãtur, quando nõ reperiuntur
poſſideri per priuatas perſonas, ſed ipſum
cõcedẽtem tãquam de pertinẽtijs, & eodem
iure, quo caſtrum tempore conceſſionis,
aliàs ſecus, ut ſuprà diximus; aliàs enim non
eſſent de pertinentijs. & ità etiam debet in-
telligi Cephal. conſi.3.nu.42.& ibi plur.ſeq.
uol.1.

vol.1.vbi concludit latè, quod in cóceſſione
feudali de caſtro cum pertinentijs compre-
hendatur molédina, & cætera id genus poſt
plures auctoritates per eum citatas. Etenim
intelligi debet, qñ agebatur de caſtro cóceſ-
ſo cum pertinétijs, & molendina, & alia poſ-
ſidebantur per ea concedentem, vt reſpodit
Rui.conſ.13.num.7.volum.4.quatenus con-
cludit, quòd in conceſſione facta per Carolú
quartum Imper. de curia Zenę cuidam Mo-
naſterio, quòd ex ea non dicatur ius aliquod
quæſitum monaſterio, niſi aliunde conſtet,
quòd illa curtis, ſeu curia poſſideretur per
Imperatoré, vel ad eum pertineret. & latiùs
conſ.37.eo.uol.Marza.conſ.4.num.16.& nu.
129. & pulchrè Bero.conſ.61.num.18.vol.1.
528 † Ineſtitus enim tenetur probare de iure
inueſtientis, Craue.cóſ.124.num.11. & ante
eum Alex.cóſ.121.num.12.& ſeq.uol.2.& la-
tè Rolan.cóſ.46. nu.63.& 66.vol.3. vel opor-
tet probare, quòd conceſſa tenerentur per
cócedentem, vt ſuprà dixi. & ſic oporteret
oſtendere, quòd molédina fuerint conceden
tis dictum caſtrum tempore cóceſſionis, uel
quod illud teneretur tanquam de pertinen-
tijs caſtrorú. Et quòd dicimus de molendi-
nis, idem dicédum de cæteris omnibus im-
mobilibus exiſtétibus intra territoria, per
ea, quæ ſuprà diximus. Qua de re id, quod
alibi dicunt Docto. quòd quidquid eſt intra
fines, cenſetur eſſe de pertinétijs rei princi-
palis, Hoſtié.in c.ſi diligenti. de præſcriptio.
Caſtren.& Soc.in l.1.ff.de acquir.poſſeſſio.in
princ.conſ.166. vol.2. Brunus cóſ.34. Socin.
iun.conſ.65.num.68. vol.1. ſic accipiendum
529 puto, † quoad ſuperioritatem, & prædomi-
nium, quoad recognitionem, non auté quò
ad plenam proprietatem, ut latè declarant
Modern.Pariſien.§.46.num.6. & ſeq. & infra
dicemus etiam. alias enim ex diametro pu-
gnaret iſta cóclusio cum dicto Inno. in d.c.
cùm ad ſedem. de quo ſuprà diximus abúdè.
530 Tertia concluſio eſt, † quòd in diſpoſitio-
ne de caſtro, & territorio videtur compreh é
di quædam uniuerſitas prædiorum intra fi-
nes poſitorú, l. pupillus. §. territorium. ff. de
verbo. ſignifica. inquit idem Bal.in d.c.1.nu.
5.& ſequen.de capitane.qui curi. vendi. ſub-
531 dens, † quòd cum vniuerſitas conceditur,
omnia etiam incorporalia ueniunt, l. prin-
532 ceps.ff.de uerbo. ſignificat. † & quòd pro-
pterea iſto caſu, ſecúdum Innoc. villa, & ca-
ſtrum ſunt quædam nomina uniuerſitatem
quandam deſignátia, quæ vt etiam ſuprà di
xi, in ſe continét iuriſdictionem, honorem, di
ſtrictum, & ius patronatus, c. cú Bertoldus.
de re iudica. & c. ex litteris. de iure patro. &
dicta l.1.§.cum urbem.ff.de offic.præfec.vrb.

cum co. ordan. de quibus per eum. & ſic
iſto caſu caſtrum, & territorium quoddam
totum conſtituunt intra certos fines poſi-
tum, d.§.territoriú. ità ut recognito caſtro,
cenſeatur etiam recognitum territorium, &
iuriſdictio, ut ille ait num.6.in princip.quia
tunc territorium, & iuriſdictio ſubiacet, &
ancillatur caſtro táquam acceſſoria. & iſto
caſu verificatur, quòd qui præfigitur, & de-
putatur officialis caſtro, cédetur etiam terri-
torio deputatus, & iuriſdictioni. addit ille
ibidem uerſi.9. quòd iſto caſu appellatio ca-
ſtri apta eſt comprehendere iuriſdictionem,
per Innoc. in d.c.ex literis. de iurepatronat.
quia ut ſuprà etiam dixi in prima cóclusio-
ne, quádo iuriſdictio, & territorium túc de-
putata, & deſignata caſtro ſub nomine ca-
ſtri erant, uenit etiam territorium, ſicut ſub
nomine ciuitatis uenit etiam territorium,
& eo magis in caſu, quando territorium ex-
primitur pro iuriſdictione. quoniam qui có
cedit locum cum ſuis finibus, videtur cóce-
dere quidquid intra fines continetur, l. qui
fundum.§.ſi fundus.ff. de contrahen. empt.l.
fundi.ff.de actio. empt. & Bal. ait in loco ſu-
prà citato num.3.in princip.verſ.8.quia. Idé
firmat ipſe in d.c.1.§.fi.num.2. quibus mod.
feud.amitta.dum concludit, quòd aliud eſt
habere dominium terrarum, aliud habere
iuriſdictioné, & diſtrictum, & ſi quis cócedat
vnam terram, vel vnum manſum terræ, non
dicitur cócedere diſtrictum, uel iuriſdictio-
nem; ſecus autem ſi concedat uniuerſitaté
caſtri, dicto §.cum urbé.& ſubdit, quòd om-
ne territorium, omnis diſtrictus prouincia
poteſt appellari, ſic exponédo uerba authé.
qua in prouincia, C.ne filius pro patre. Qua
in prouincia, ideſt, in quo diſtrictu, uel terri-
533 torio. Conſiderádum eſt autem, † quòd ter
ritorium non eſt de ſubſtátia iuriſdictionis,
quia arbiter, qui non habet territorium po
teſt citare, c.1.de foro competen.in 6. ità te-
net Bal.in cap.1.§.poſſeſſiones. in fine.de pa-
cte Conſtan.
534 Quarta concluſio eſt, † quòd dominus ca-
ſtri habentis iuriſdictionem, nó dicitur do-
minus rerum exiſtentium intra fines dicti ca
ſtri, niſi quoad exercitium iuriſdictionis, ut
firmat latè Iacobi. de Sancto Georg. ubi ſu-
prà, & ità etiam cóclud it Alex.conſil.76.nu.
6.uol.1.Soci.in l.1.in princ.num.25.ff. de ac-
quir.poſſeſſio. Felin.in c.ſi diligéti.num.2.de
præſcrip. loqués in domino diſtrictus, quòd
non præſumatur dominus bonorum intra
fines exiſtentium, Abba.& concordan. de q-
bus per eum. Brun.d.conſi.1.Curt.Iu.d.con
ſil.41.Ruin.conſi.39.num.14.uolum.1.Bello.
conſi.1.num.13.Natta conſi.213.numero 2.
cum

cum plur. concordan. per eos citatis. Rimi-
nal. conſ. 545. num. 5. vol. 3. Boſs. in ſua praxi
criminali tit. de Principe, nu. 356. cum pluri.
ſequen. Et hæc concluſio parum dubitabi-
535 lis eſt; † quoniam aliud eſt caſtrum, & iu-
riſdictio, aliud vniuerſitas agrorum intra fi-
nes dicti caſtri, & iuriſdictionis conſiſtens, &
nihil habet commune proprietas prædiorũ
cum iuriſdictione, & caſtro ipſo, ut cõcludũt
Modern. Pariſienſ. vbi ſuprà num. 45. poſt Ol
dra. conſ. 176. factum tale eſt, Bal. in l. procu-
ratore. C. manda. & in pluribus alijs locis, &
præſertim, in c. 1. in fin. quib. mod. feud. amit
ta. & pluribus alijs concordan. per eum cita-
tis. Omnia enim iſta inter ſe differunt pluri-
mùm. ſ. caſtrum, iuriſdictio, territorium, &
proprietas prædiorum in territorio conſiſtẽ
rium, ut ibi per eum numero prędicto, & per
Soc. per eum non citatum in l. 1. in princ. ff.
de acquiren. poſſeſſio. Sed maior eſt dubita-
tio in habente dominium iuriſdictionis, &
territorij, an etiam intelligatur eſſe dominus
vniuerſitatis prædiorum intra fines territo-
rij exiſtentium, quò ad plenum dominium,
& proprietatem, de qua ſuprà diximus abun
dè. Et prædictam concluſionem firmat latè
Bal. in d. c. 1. nu. 6. cum plur. concordan. ver-
ſic. Oldradus de Laude item quæſijt, an reco
gnoſcẽs caſtrum ſe tenere in feudum, videa-
tur recognoſcere territorium, & iuriſdictio-
nem territorij, &c. de capi. qui curi. vẽd. vbi
concludit tandem num. 7. in fi. & magiſtrali-
ter num. 11. in fine, quòd ex quo caſtrum, &
territorium ſunt diuerſa nomina, diuerſitas
etiam eſt in ſubſtantia, l. ſi idem. C. de condi.
& propterea recognito caſtro, nõ cẽſetur re-
cognitum territorium, niſi ſtatuto, uel con-
ſuetudine territorium ſit aſſignatum, vel de-
putatum caſtro, ut ſuprà diximus in prima
concluſione.

Quinto illud etiam eſt certiſſimum, ſecundum
Imo. in l. 3. in fin. principij. ff. de acqui. poſſeſ.
536 † quòd in contractibus pertinentiarum ap
pellatione non ueniunt bona particularia
contrahentis; loquentem in eo, qui poſſidet
caſtrum, & etiã aliquas res particulares ſuas
in territorio caſtri, ſi uendat caſtrum cũ per-
tinentijs, non cẽſetur vendere illas res parti-
culares, ſed ſolùm intelligitur ſenſiſſe de iu-
riſdictione territorij vniformi caſtro vnita.
ſequitur Alexan. conſi. 222. uolumine 6. & eſt
* communis reſolutio, quòd in conceſſione
537 † caſtri cum iuribus ſuis, iuriſdictionibus,
& pertinentijs bona ſtabilia, pẽſiones, ſeu fi-
cta annua, quæ poſſidentur per inueſtitum,
non præſumuntur feudalia in præiudicium
inueſtiti, niſi probentur per cõcedentem ea
eſſe de pertinentijs, aut tenta per inueſtitum
tanquam feudalia, aut tãquam de pertinẽ-
tijs, Alexã. cõſ. 85. num. 18. in fin. & ſeq. vol. 4.
538 † Vel niſi maior pars bonorum, quæ tenẽ-
tur per inueſtitum, probentur eſſe, uel ſint
feudalia, c. 1. de controuerſ. inter maſculum
& fœminam. vbi item Bal. Aluar. & alij cum
concordã. de quibus per Curt. iunio. d. cõſi.
41. num. 2. ubi infert ad vaſallum & emphy-
539 teotam, † quòd poſſunt cogi ad oſtẽdẽdum
inueſtituram, aliàs omnia, quæ poſſident, cẽ
ſebuntur feudalia, & emphyteotica: aliàs au
540 tem † bona præſumuntur in dubio libera,
& allodialia, ut latè ibi per eum nu. 5. & hæc
omnia repetit d. cõſ. 158. & idem pro iſta cõ-
cluſione, ut dixi, firmant Modern. Pariſiẽ. d.
§. 1. in glo. 5. num. 47. in illa quæſtio. an cõceſ-
ſo caſtro ueniat & territorium, iuriſdictio,
molendina, & alia ipſius cõcedentis, quæ per
eum tenebantur alio iure, quàm ut de per-
tinẽtijs caſtri, ut ſuprà retuli in 2. concluſio.
541 Quòd † ſi in ſentẽtia nedum de caſtris, &
pertinentijs, ſed etiam uniuerſaliter de pra-
tis, vallibus, uillis, terris, &c. mentio facta
fuiſſet, utiq; forſitan aliud eſſet dicendum,
Silua. ubi ſuprà, Iaſ. conſ. 108. num. 27. uol.
2. Alba cõſ. 64. nu. 70. & ſic diſtinguit Craue.
conſ. 234. col. 2. uol. 2. vbi diſputando in caſu
ſuo, an domus appellatione cum pertinẽtijs
comprehendatur apotheca, tangit, quòd ap
pellatione caſtri, & pertinentiarum non ue-
niunt res ſpeciales ſitæ in territorio caſtri, ẽt
ad concedẽtem pertinẽtes, ſed tantùm iuriſ-
dictio cohærens territorio, non autem alia,
quæ ſunt diuerſæ qualitatis. & conſi. 243. nu
542 mero 4. in fin. & ſequẽ. dum concludit, † quod
aliud eſt, ſi in conceſſione, uel uẽditione ca-
ſtri cum territorio dictum ſit cum omnibus
terris cultis, & incultis exiſtentibus intra di
ctum territorium, aliud autem, ſi dictum ſit
cum omnibus terris cultis, & incultis ad ip-
ſum caſtrum pertinẽtibus uel cum pertinen
tijs, quia primo caſu comprehenduntur om
nia intra limites dicti territorij exiſtentia.
Secũdo autem caſu probare oportet, quę, &
quot ſint illa bona ad caſtrum pertinentia,
aliàs in reliquis nihil operatur diſpoſitio, tã-
quam incerta, & obſcura, propter illud uer-
bum Pertinentibus, uel pertinẽtijs, quod eſt
participium, & reſoluitur in uerbum, & rela-
tiuum, ideſt, quæ pertinent, ut etiam ſuprà
dixi. Idem & latius firmat de Monte in d. tra
cta. fin. regũd. c. 89. per totum. & ante eos idẽ
firmat, & tenuit Alex. non citatus per eos, cõ
ſil. 14. num. 3. & ſequen. uol. 7. loquens in cõ-
543 ceſſione caſtri cum oĩbus pertinẽtijs, † quod in
dubio concedens nõ intelligatur cẽſuiſſe de
nemoribus, aut alijs bonis, quæ ad eum per-
tinebãt, ſed ſolùm de illis, quæ ſunt eiuſdem
qualita-

qnalitatis cum caſtro, uidelicet de iuriſdi-
ctione,& huiuſmodi non diuerſæ qualitatis.
Non omirto autem, ꝙ in hoc puncto cauen-
dum eſt à Socin. in d.l.1. in princip. ff. de ac-
quiren. poſſeſſio.

Quia in primis conſidero, quòd Soci.etiam in
loco ſuprà citato parùm ſibi ipſi cõſtat,quia
prius paulò ante dixit, quòd non valet iſta
conſequentia, aliquis eſt dominus terri-
torij, ergò & vniuerſitatis agrorũ, ergò, &c.
l.qui ſalsò,aut varia.ff.de teſti.vt ex eo videre
eſt d.num.27.verſ.ſed in præſentiarum potes
notabilius reſpondere,defendendo Pau.&c.
& ſic Soci. primò negauit apertè, quod po-
ſteà incontinenti affirmauit. & hanc repu-
gnantiam nemo eſt, qui eam aduerterit ha-
ctenus; quem viderim. pugnat etiam ſibi ipſi
Soci. quò ad ea, quæ ipſe in contrarium re-
ſpondit d.conſil.127.vol.1.de quo ſuprà me-
mini in princip.

Secundò quia conſidero,ꝙ ipſe Soci.in curia,&
curte loquitur, de quibus loquuntur etiam
iura per eum citata, quæ continent corpo-
ralia,& incorporalia, à quibus ſecũdum vnũ
ſignificatum longè diſtat territorium,ut ſu-
544 prà dixi,vt ibi per eum num.25.† Prætereà
vbi etiam accipiamus territorium pro iure
vniuerſali, ſecundum alium ſenſum, de quo
etiam ſuprà,tamen adhuc non videtur,ꝙ do
minus caſtri, & territorij iure poſſit dici do-
minus prædiorum pleno iure intra illud cõ-
ſiſtẽtium, ut uoluit Soc.quoniam accipi de-
ber pro vniuerſali quodam prædominio, &
vniuerſalitate iuris in prædijs ipſius territo-
rij, ut ſuprà diximus in 3. concluſione, alle-
gando Bal.qui dixit, quòd territorium ſigni
ficat quandam vniuerſitatem prædiorum,
non autem dixit ipſa prędia,& ſeu pro quo-
dam dominio directo, quod recognitionem
in feudum, uel cenſum ſonat, & ità intelligi
debet Soc.in d.l.1.in princ.ff. de acquir. poſ-
ſeſſio. ſuprà citatus, & alij concordan. ibi ci-
tati, quia iura, & auctoritates per eum ci-
tatæ aliud non inferunt,nec ſonant, aut con
cludunt,& pręſertim d.1.§. item ſi quis.quib.
545 mod. feud.amitta.in 1.verſ. † ubi quis põt
habere feudum in curte alterius; quo caſu
non eſt dubium,quòd talis dominus non ha
bet plenum dominium dicti feudi,ſed ſolam
recognitionem tanquam dominus directus
feudi. Et iſtud eſt, quod alibi dicunt Docto.
quod Rex, uel Princeps eſt dominus omniũ
rerum conſiſtentium in ſuis iuriſdictionib',
vel territorijs in vniuerſo,& tamen eorũ ſub-
diti ſunt dñi rerum particularium cõtenta-
546 rum ſub uniuerſali † rei venditione, tamẽ
non competit principi, ſed ſubdito, ut poſt
Bat. & coucordan. per eum citatos firmat

Aymo ſuper cõſuet. Aluer. tit.7. arti.9.nu.5.
& ſequen. Idem reſpondit Bertran.cõſ.37.in
547 princ.vol.1.dicens,†quòd quamuis territo
rium ſit domini ciuitatis, uel caſtri, quòad
iuriſdictionem,d.§.territorium.cum ſimilib.
tñ in cæteris,putà, quoad paſcua, & alia, eſt
hominum,ciuium,& incolarum,l.omnes.C.
de ope. pub. cum concordan. de quibus per
eum. & idem repetit in cõſ.34.num.12. eod.
uol. dicens, quòd dominus habet intentio-
nem fundatam,quòad iuriſdictionem,nõ tñ
quoad feudũ, vt ibi per eum. & apertius idẽ
reſpondit ipſe conſ.49.num.3.in princ.uerſi.
nec dicatur,ꝙ idem dominus,cum ſit dñs lo
ci,& territorij, &c. & num.ſeq.uol.eo. ubi ẽt
citat Abb. & alios in c.nimis. de iureiurand.
Idemq́; etiam dicunt Docto.in d.l.1.ff.de ac-
qui. poſſeſſio. quos refert, & ſequitur Ruin.
conſ.13.in prin.& ſub num.8.vol.4. ubi pro-
pterea concludit, ꝙ ſi Imperator concedit,
vel donat alicui caſtrum, uel curiam, ex tali
cõceſſione non eſt fundata intẽtio illius, cui
fuit facta, contra poſſidentes bona in dicto
caſtro, uel curia,nec etiã caſtrum ipſum cen
ſetur fuiſſe in bonis Imperatoris, niſi aliun-
dè probetur,ꝙ ſpectaret, & pertineret ad eũ;
putà, quod is,cui fuit facta conceſſio,poſſe-
548 dit rem conceſſam. & ibi addit,† quòd vbi
non probaretur bona per aliquem poſſide-
ri, cenſeretur, & præſumeretur eſſe illius ci-
uitatis,cuius eſt territorium, ſic intelligẽdo
Caſtren.& Soci.vbi ſuprà, quos etiam decla-
rat, & intelligit Curt.Iun.conſ.41.num.9. vt
procedant in eo, qui eſt dominus territorij,
& iuriſdictionis, ſecùs in eo, qui eſt dñs iuriſ-
dictionis territorij, &c.item nec ubi bona re
periuntur poſſideri per eum. Et quòd hæc
declaratio ſit uera, expreſsè eam tenet decla
rando Socin.vbi ſuprà,Moder.Pariſien.§.46.
qui eſt penul. in c.9.nume.14. cum pluribus
549 ſequen. † dum quærit,an quælibet res ſita
in territorio alicuius dñi,præſumatur eſſe al
lodialis,an uerò feudalis,uel cenſualis,ità ut
dñs territorij,& loci,ſub quo res eſt ſita, quã
alius dicit allodialẽ,habeat intẽtionem fun-
datam,quòd omnes res ſint feudales,vel cen
ſuales. Et primò arguit in fauorem domini
territorij,quia habens territorium limitatũ
ab antiquo eſt fundatus de iure communi
ſuper toto territorio, & conſequenter ſuper
qualibet parte, argumento l.pupillus.§.ter-
ritorium.ff.de uerbo.ſignificatio.& l.forma.
§. ſi uero quis agrum.ff. de cenſi. & pro eo ẽt
adducit Io.Fab.in l.1.colum.2.uerſ.ſed ſi po-
tes, &c.C.de ſum.Trin.& fide catholi.ſubdẽs
Modern. Pariſ.quòd ſecundum Io. Fab.Spe.
tenuit, quòd omnia cenſentur teneri à do-
mino territorij. allegat etiã Io. Fab.in l.1.C.

de iur.emphy.vbi dicit, ꝙ quælibet res præſu
mitur cẽſualis, uel emphyteotica, ſi reſiduũ,
vel maior pars territorij eiuſdẽ iuris ſit, de-
inde arguit pro poſſeſſore, & dño particula-
550 ri, ſeu proprietario fundi, † ꝙ i dubio quę-
libet res præſumitur libera, l. Imperatores. &
l. cuius. ff. de ſerui. vrba. prædio. & ꝙ nulla res
præſumit feudalis, vel cẽſualis, per Bal. in c.
cæterũ. ad finẽ. de iudicijs. ſed allodialis, per
eundem in c. 1. §. inter filiam. ſi de feu. fuer. cõ
trou. inter dom. & agna. & ꝙ dñi terrarum ci
uitatum, vel caſtrorum ſolũ habẽt intentio-
nem fundatã in rebus ſitis in eorum territo-
rijs, quoad iuriſdictionẽ, per omnes Cano. in
c. ſi diligenti. de pręſcriptio. & plures alios cõ
cordã. per eũ citatos, & maximè per Iacobi.
de Sãcto Georg. in tract. feu. in verb. Dictiq;
vaſalli promiſerunt recognoſcere. & in verb.
Quiq; inueſtiti præſtiterunt fidelitatẽ. Qm̃
ẽt ſupremus Princeps nõ eſt fundat' in dñio
rerum particulariũ, ſed ſolum quoad iuriſdi
ctionem, & protectionẽ, gl. & Doct. in l. benè
à Zenone. C. de quadri. præſcrip. tãdem dicit
eſſe concludendũ, & diſtinguendũ cum Soc.
in d. l. 1. q. ſ. habẽs territorium limitatum in
certo iure ſibi competente in illo territorio,
& tunc eſt fundatus in qualibet parte, d. l. æ-
de ſacra. §. fin. ff. de contrahẽ. empt. & d. c. 1. §.
item ſi quis. quib. mod. feu. amitta. & ibi Bal.
& ſic diſtinguit, ꝙ aut dñs ſuperior habet iu
riſdictionẽ territorij, & tunc eſt fundatus in
qualibet parte, quoad iuriſdictionẽ tm̃, non
551 aũt in dñio directo, † quia iuriſdictio nihil
habet commune cũ proprietate rerum, nec
cũ feudalibus, aut cenſualibus: aut verò ha-
bet dñium ipſius territorij, & ſic ſaltem dire
ctum terrarũ ſitarum in eodem territorio,
& tũc quilibet fundus territorij præſumitur
recognoſci in feudum, vel cẽſum ab eo tanq̃
dño directo: ſi uerò habet territorium limi-
tatum in dñio directo terrarum, & ẽt iuriſdi
ctione earũ, & tũc erit fundatus in utroq;, ſ.
iuriſdictione, & dicto dñio directo; ſicq; in-
telligit Soc. ubi ſuprà, & cõſ. 86. in cauſa com
munitatis. uol. 1. quod dicit repetitum cõſi.
169. vol. 2. & cõſ. 127. viſis capitulis. uol. 1. qđ
dicit repetitum conſi. 181. vol. 2. & ſubdit, ꝙ
iſta diſtinctio eſt clauis, & neceſſaria, qa qñq;
inuenitur aliquis inueſtitus de iuriſdictione
caſtri, uel territorij alio non adiecto, & tũc ip
ſe nõ põt aliud prætendere, q̃ iuriſdictionẽ.
Aliqñ inuenitur inueſtitus de caſtro, vel ter-
ritorio, vel latifundio amplo, certis limitib.
deſignato, & ſic de ipſo dñio vniuerſitatis a-
grorũ cũ ſuis fundis, & cẽſibus intra eoſdẽ li
mites cõſiſtẽtibus, ſiue cũ iuriſdictione, ſiue
ſine, & tũc ipſe ſolũ habet intẽtionẽ fundatã,
ꝙ qlibet poſſeſſor teneat eũ recognoſcere in
feudũ, vel cenſum, nec res p̃ſumitur allodia-
lis, niſi hoc clarè ꝓbetur p poſſeſſorẽ, & hoc
caſu intelligit Io. Fab. ubi ſup. ſecus ſi territo
riũ, & latifundiũ nõ appareat cõſiſtere in cer
tis finibus, & limitibus, qa tũc ceſſat intẽtio
dñi p̃dicti, ẽt ſi p̃dia, de quibus agitur, ſint vi
cina p̃dijs ſubiectis ipſi dño, ut ibi per eũ nu.
7. Et ex iſtis apparet, inqt ille, ꝙ dns territo-
rij nõ eſt fundatus in utili dñio, ſiue in pro-
prietate rerũ ſitarũ in ſuo territorio, ſed tm̃
in dñio directo feudali, vel cẽſuali, ut ibi p eũ
552 verſ. ſed aduerte. Et p̃dicta ꝓcedunt † de pla
no in rebus, quæ occupatæ, & poſſeſſæ repe-
riuntur p aliquos particulares, nec apparẽt
derelictę; ſi uerò nullus inueniatur poſſeſſor,
tñ cõſtat, ꝙ aliàs fuerũt cultæ, tũc licẽt, ut il-
le ait, Caſtrẽ. Aret. Soc. & alij in d. l. 1. idem di-
cãt, quod de terris, q̃ reperiũtur per aliquem
poſſideri, tñ ipſe cõtradicit ibi nu. 8. verſ. ego
aũt ſum in alia ſentẽtia. diſtinguẽs, ꝙ aut p̃-
dia ſunt diù culta a poſſeſſoribus, aut noui-
ter: primo caſu fundata eſt intẽtio dñi, quo-
ad dñium directũ, ut ſuprà; ſecundo aũt ca-
ſu erit fundata ẽt quoad vtile, & plenũ dñiũ,
& proprietatem, ſicut ẽt in poſſeſſis per ip-
ſum dñm, uel eius auctores plenum habet
dñium. licẽt iſte ſecundus caſus ſit cõtra cõ-
munẽ, ut ille ait. Stãte igitur prædicta decla-
ratione, q̃ neceſſaria, & uera eſt, patet, ꝙ de-
ciſio Soc. & aliorũ in oppoſitũ citatorũ, q. ſ.
dñs territorij præſumatur dñs prædiorũ, &
uniuerſitatis agrorũ, ꝓcedet, & intelligetur
reſpectu directi dñij cocernentis recognitio-
nẽ, vel in feudũ, uel in cẽſum, nõ aũt plenum
dñium agrorũ, ergò nõ ſequitur, ꝙ quis cũ
ſit dñs territorij, i. vniuerſitatis agrorũ, par-
tem habeat in utili, & pleno dñio agrorum,
qui per alium tenẽtur, niſi quoad directum
dñium recognitionem prædictam cõcernẽs.
553 Quod ergò ex ſentẽtia Soc. dicitur, † bona
quælibet ab aliquo poſſeſſa pręſumi allodia-
lia, ideſt aliundè non recognita, de quo latè
per Soc. iunio. conſ. 75. nu. 22. cum plur. ſeq.
uol. 1. intelligitur, niſi probetur dominium
territorij ex parte domini.
Negari tñ nõ põt, quin quæſtio ſit ſatis dubia,
an dñs caſtri, iuriſdictionis, & territorij, dica
tur etiam dñs pręediorum, quæ per alium tẽ-
pore cõceſſionis non reperiebantur poſſide-
ri per aliũ, pp varietatẽ ſcribẽtiũ. Sed hacte-
n' hęc poſterior ſentẽtia mihi uerior viſa eſt.
Circa ſecũdum principale dubium ſuprà pro-
554 poſitum, † an oporteat eum, cui facta fuit
conceſſio probare de iure concedentis tem-
pore conceſſionis in rebus, & iuribus con-
ceſſis, duo membra conſtituenda ſunt. Alte-
rum ſit reſpiciens iuriſdictionalia, alterum
reſpiciens corporalia bona.

Circa

Circa primum non puto diutiùs elaborādum,
555 † qm̄ notiſſimi iuris eſt, oēs iuriſdictiones
ad Principem pertinere,vel ad habentē cau-
556 ſam ab eo, † & oīs iuriſdictio temporalis,
& ſpiritualis ab ipſo Deo eſt, & Chriſto Ieſu
mediatè,vel immediatè, ſecundum Innocē.
Hoſtiē.Archid. Ant.de But.& Abb. quos re-
557 fert,& ſequitur Afflic.deciſ.39.nu.8. † & ꝙ
variæ fuerint opiniones Doct. vnde imperiū
habuerit originem. Alij.n.vt Innoc.in c.no-
uit.de iud. dixere, ꝙ neſciunt,vnde habuerit
originem. Alij dixerunt,ꝙ à gladio,vt per gl.
in c.1. de pac. iur. firman. Alij, ꝙ à fortuna,
Doct.in l.digna uox.C.de legi. Alij,ꝙ à Deo,
ſcilicet Imperium,& etiam Papatus,& quòd
558 † fraternizant,glo.in §.ſancimus. Authen.
quomodo oporteat Epi. Quod ſi Imperiū,
559 & Papatus fraternizant,† Imperium tñ eſt
maior natu, quia ante Papatum fuit, vt ait
Ioan.And.in addit.ad Spec. in tit. de iuriſdi-
ctio.omni.iud.in prin.in uerbo maximè.Alij
autem, & pleriq; concludunt, ꝙ à violentia,
uoluntate tñ Dei permiſſiua cōcurrente, ut
concludit Alberi. in l.cunctos populos.C.de
ſumma Trini. & fid.catho. quem ſequuntur
Card. Præpoſi. Ant.de Roſa. Pet. de Monte,
quos refert, & ſequitur Fel. in c.cùm non li-
ceat.ad fin.nume.13.de præſcrip. & vltra eos
Bal.in d.l.benè à Zenone.in 1.lect.in fi. C. de
quadr.præſcrip.voluit.n.Deus omnipotens,
ut ille ait, ꝙ Populo Romano totus orbis
ſubiugaretur, & ꝙ poſteà ipſe conſtitueret
560 Imperatorem, † cuius auctoritas fuit po-
ſteà in euāgelio, & per eccleſiam approbata.
Et ꝙ Cęſareum imperiū ſit à Deo ꝓbat Bal.
in d.l.1.col.1.verſ.ego addo,& dico.C.de ſum
ma. Tri.& fide cathol.per tex.in §. fin. Auth.
561 de nō alienan.† Clarū eſt igitur in iure no-
ſtro, ꝙ poſt imperiū Babylonicum ſeu orien
tale,& poſt imperium Perſarum, & Mędorū,
& Gręcorum oīs poteſtas,& auctoritas tem-
poralis imperij, cępit eſſe penes Populū Ro-
ma. qui mox lege Hortēſia lata in Imperato
rem trāſtulit omnē iuriſdictionem,l. 1. ff. de
conſtit. Princi.& l.2.§.cum legē.C.de vet.iur.
562 enucle.† & tunc oīs iuriſdictio temporalis
apud eū pro tempore eſſe cępit,c. oīs iuriſdi
ctio. de extraordi.capi. feud. & ità concludit
Alex. cōſ.16.nu.13.& 19.vol.5.poſt Bal. cōſi.
251.ſentētia, quā tulim⁹.in prin.in 5.par.vbi
inquit, ꝙ oīs iuriſdictio, & oīs diſtrictus eſt
apud Principē, ut meritò mundi dñm ſe ap-
pellauerit,l. deꝑcatio.ff.ad leg. Rhod. de iac.
d.l.benè à Zenone. de quadri. præſcript.l. cū
quærebatur.C.vnde vi.quē propterea corpo
ralē Deū in mundo fatetur Bal.in c.1.§.præ-
tereà.il 1.nu.23.& 24.de prohibita feu.alien.
per Fede.ſicut ēt Rex Francorū ſuper oēs re-
ges dr̄ eſſe, ſupra quem eſt auctoritas Impe-
ratoris de iure,licet non de facto,Bar.in l.ho
ſtes.ff.de capti. & poſtli. reuer. quamuis Ol-
drad.cōſ.64.per totū,conetur ſuſtinere, Im-
peratorem non eſſe dñm totius mundi,tā de
iure naturali,quā gentium,& ciuili,ac etiam
diuino, eius tamen dicta cōfutat Micha. Vl-
currini. in tracta. de regi.mundi. §. ſed poſt-
quam. & aure eum multa poſuit etiam Si-
gno. de Homode.conſi.218.num.9.

Sed circa hoc dubium,vnde Imperator iuriſdi-
ctionem habuerit,vr̄ dicendum, ꝙ à Deo im
mediatè habuerit,nō autem à Pop.Rom.qa
Imperator maiorem habet iuriſdictionē, &
poteſtatem,q̄ haberet Pop.Roman.l. Barba
rius.in fi.ff.de offi.præfec.Lucas de Penna in
l.fi.num.32.C. de loca. prædio.ciuil.lib.11.&
ideò eius poteſtas eſt anormala, & nulla lege
clauditur, ſm Bal.in l.2.nu.11.C.de crimi.ſa
crilegij.& cōſ.327.pridie.n.col.3.in 1.part. Et
ꝙ oīs iuriſdictio Principis ſit notoria, & iu-
ris, & de iure, probat Bal.in l.2.nu.55. C. de
ſeruitu. & aqua. Et ꝙ ad eum oīs iuriſdictio
563 † pertineat,& ab eo tanquā à fonte fluat,&
refluat, ſicut flumina fluunt, & refluunt ad
mare,firmat Bal.in c.1.§.ad hoc.de pace iur.
firmā.alias de allodijs.Curt.ſen.conſi.66.col.
2. Probus in addit.ad Ioan. Monach.in c.ne
aliqui.nu.6.de hęre.in 6.poſt And.de Iſern.in
c.2.ſi inter dñm,& agnar. Iaſ.in l.qui Romæ.
§.Seia.nu.15.ff.de verb.obligat.vbi cōcludit,
564 † ꝙ Papa,& Imperator ſunt tanquam ma-
re circa iuriſdictionalia,quod non augetur,
nec minuit per cōcurſum fluminum,& ideò
565 ipſi † cōcurrunt cum quolibet ordinario,
& inferiore.& Bal. in l.fin.§ fin.in fi.C. de ap-
pell.ubi dicit mixtū imperiū eſſe apud ipſum
fontē,i. apud ipſum principē, & eius mēbra,
ſicut ſunt pręſides prouinciarū,nō aūt apud
Pręlatos. & Ancha. conſil. 310. tres dñi. nu.
566 5. ubi ait, † quod oīs iuriſdictio tēporalis
ad Imperatorē deriuatur,vt à ſole radij mul
ti, & ab vna arbore multi rami, quorū oīum
vnitas ſeruatur in origine.& Thom.Grāmat.
vot.28.nu.12.dū dicit,ꝙ iuriſdictiones in re-
gno fluūt à Rege, & refluunt ad Regem.& la
tiùs deciſ. Neap.46.nu.1.& ſeq. & varijs mo-
dis comprobat Alex.cōſ.16.& 24.circa prin.
567 uol.5.ità † quod ēt minima iuriſdictio nō
poteſt conferri, niſi auctoritate principis
mediata, uel immediata, dicit Alexan. dicto
conſi.24.num.2. poſt Bal.in c.1.§.1.num.18.
de pace Conſtan. ubi concludit,omnem iu-
riſdictionem, & diſtrictum eſſe apud Cęſa-
rem, & omnes dignitates ab ipſo emanare,
l.prima §. primo.ff.ad leg. Iul.de ambi.Bart.
conſ.72.nu.2. per illum tex.& latius Soc.cōſ.
165.nu.1.uol. 2.Et ꝙ omnis iuriſdictio perti

Vu 2 neat

neat ad Imperatoré, firmat Alex. d. conſ.16.
nu.13.& conſ.24.nu.3.uol.5.ità quod de iure
fundata eſt intentio illius, qui allegat omné
iuriſdictionem, & poteſtatem diſtringendi
pertinere ad Imperatorem, ſecundum gl. in
clemé. paſtoralis. in verbo diſtrictum. de iud.
Cano. in c. fin. de offi. Archid. l. deprecatio.
ff. ad leg. Rhod. l. bene à Zenone. C. de qua-
drié. præſcript. c. quo iure. 8. diſtinct. per quę
iura ità etiam concludit Probus in c. fin. nu.
568 8. de iud. in 6. † vbi idem dicit in Rege Frã
ciæ, Duce Mediolani, & alijs non recogno-
ſcentibus ſuperiorem. Idem firmat Afflict.
in c.1.nu.10. & ſequen. de capitan. qui curi.
uendi. & probat etiam Parlamen. Delphin.
deciſ.542. in 2. par. etiam ſi inferior præten-
dat' ſpoliũ factum à ſuperiore, vt ibi per eũ,
569 vbi concludit, † ꝙ propterea qui exercet iu
riſdictionem in territorio alicuius, dicitur
facere ei iniuriam, & uiolare eius territoriũ,
& hoc vltimum repetit cõſ.582. num.2. in 2.
570 par. † & de dignitatibus regalibus, quæ ha
bent iuriſdictionem annexam, ac nobilitaté
præſtant, per ea, quæ not. in c. 1. quis dica.
Dux, Comes, vel March. Capic. deciſ.32.nu.
10. & ſequé. quòd earum collatio pertineat
ad Imperatorem, probat Bal. in c.1.nu.3. de
feu. mar. Idemq; dicẽdum eſt in iuriſdictio-
ne, mero, & mixto imperio, cæteriſq; regali-
bus, de quibus in titulo, quæ ſint regalia. in
vſibus feudo. Alex. conſ.74.nu.7.vol.4. vbi lo-
quitur de ſalinarijs, & pedagijs, quòd ſint de
571 reſeruatis Principi. † & de iure ſtudij, vt ibi
per eũ nu. 9. & flumina nauigabilia, portus,
& ripatica, ut ait Ripa in l. quamuis. nu.14.
ff. de flumi. & ponit cauſam, quare flumina
nauigabilia dicantur de regalibus, & ha-
betur in d. tit. quæ ſint rega. & Bal. conſ.455.
caſus talis eſt, Sereniſſimus Princeps. in 1.
par. ubi addit, ꝙ ſoli Principi leges permit-
tunt de his diſponere. Et de imperio, ꝙ ſit de
regalijs, habet per Afflict. deciſ. Neap.122.
nu.3. prout etiam de decurſu aquarum, pi-
ſcationes, electio & deputatio notariorum
ad banchum iuſtitiæ, cõcludit Curt. ſen. cõſ.
24.nu.3. & de redditu ſalinarum, & gabella-
rum, Caſtré. cõſ.63. ꝙ dictus redditus. in fi.
in 1. par. & de gabella piſtrini panis loquitur
572 Soc. conſ.7. vol.3. vbi addit, † ꝙ regalia hu-
iuſmodi non poſſunt alienari in præiudiciũ
ſucceſſorum: & ibi in princ. concludit, quòd
ius exigendi gabellas eſt mixti imperij, & de
redditu ſalinarum, ꝙ cõprehendatur appel-
latione regaliũ in cõceſſione, probat Cuma.
conſ.162. in prin. addit tñ Grammati. deciſ.
573 105.nu.23. & ſeq. ꝙ pedagium, † & gabella,
quoad ius imponendi, bene eſt de regalibus,
ſed poſtquam ſemel eſt impoſita per princi-
pem, eius exactio non eſt quid regale: & idem
574 in redditibus annuis, † & cõſequenter actũ
eſſe, ꝙ regalia huiuſmodi per inferiores ab ip
ſo principe nõ poſſunt obtineri, nec haberi,
niſi à principe, & ideò petẽs ea in iudicio dẽt
cõceſſionem oſtẽdere, ex quo ſunt reſeruata
principi ſoli priuatiuè, ita ꝙ non alijs. prout
in pedagijs, vel guidagijs, & ſalinarijs probat
Io. And. in c. ſuper qbuſdã. §.1. ibi, Imperato-
rum, uel Regum, &c. de verbo. ſignifi. & l. eum
qui. & l. ſeq. ff. co. tit. Afflic. ſuper cõſtit. regni.
in 3. par. tit. de mater. poſſeſſio. artic.1. glo.1.
nu. 21. & de iure exequendi, facultate legiti-
mandi, iuriſdictionem exercendi, &c. Item
redditus piſcationum inter regalia connu-
meratur, c.1. quæ ſint rega. intelligendo tñ ſe
cundum Aluaro. ibi, & Dec. cõſ.197. vbi ẽt lo
quitur de iure venãdi, aucupãdi, & iure piſcã
di, quamuis neget eſſe de regalibus. Item de
hortis publicis cãpeſtribus, & alijs regalib.
dicit Io. de Ami. conſ.8.nu.55. ꝙ. ſ. talia ſunt
ipſius principis, & ius creãdi tabelliones, ut
tradit Nico. Boe. deciſ.204.nu.19. ẽt quoad
iuriſdictioné. Idé probat Bal. in cõſ.161. ꝓpo
nitur, ꝙ cõe Terdonę. col.2. in 3. par. dicens,
omnes iuriſdictiones pertinere ad ſupremã
poteſtatem Imperatoris. & cõſ.370. verba re-
ſcripti. in ꝑin. & nu.2. in ea. par. dicẽs, ꝙ vecti
galia, quẽadmodum & cętera regalia perti-
nent ad Imperatorem de iure communi, li-
cèt in Italia hoc non ſeruetur, quia Cæſar ea
non percipit de facto, ſed oĩs ciuitas. & muni
cipium habens publicum ſolũ ad ſe ſpectans
ratione publici ſoli vectigalia percipit, & ità
vſurpatum videmus, nec poſſumus mũdum
reuãgare, & iamdiù obſeruata immutare, vt
ille ait. ſequitur Ruin. cõſ.22.nu.3. uol.1. dũ
firmat, ꝙ oĩs iuriſdictio, & diſtrict' eſt apud
principem, niſi prius eum alteri conceſſerit.
Idem firmat Bald. conſil.233. factum, ſuper
quo conſilium petitur. numero ſecundo. in
d. tertia parte. dicens, quòd Imperator eſt
dominus in capite totius iuriſdictionis, per
l.1.§. cùm vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. & cũ
plu. concordan. de quibus per eum. Et quòd
pedagia, cum ſint de regalibus, non poſſint
de iure inferiores à Prĩcipe colligere, niſi ha-
beant priuilegium, firmat Bal. conſillo 9. in
cauſa paſſagij. in ſecunda parte, & conſilio
369. ius percipiendi pedagium. in ead. par.
575 vbi concludit, † quòd iſta iura pedagio-
rum ſunt ſpecialiter reſeruata ſuperiori in
ſignum ſuperioritatis, ſicut & cætera rega-
lia, per tex. in l. competit. C. de præſcriptio.
30. anno. vnde qui deducit ea in iudicium,
dicitur allegare dominium in iudicio, ut per
Socin. in ſuo tracta. de nomin. per totum. &
Dec. conſilio 443. ubi loquitur in pedagijs,
quod

quòd ſi per priuatum non niſi cum priuile-
gio,& conceſſione obtineri non poſſunt,uti-
que abſolutè concludendũ eſt,priuatum in-
capacem eſſe iuriſdictionalium, quia quòd
576 † fieri non poteſt, niſi cum principis di-
ſpenſatione, vtique impoſſibile dicitur eſſe
de iure, Abb.in c. quod Dei. num.8. de ſtat.
577 mona. † & quòd iuriſdictionalia non poſ-
ſint in aliquem transferri ſine principis li-
centia, Bal. conſil.133. factũ, ſuper quo, &c.
colum.2.in quarta parte. in antiquis. Vnde
etiam non poteſt quis eam à ſe abdicare ſine
licentia Cæſaris, l. penul.ff. de offic. præſi.
578 In † generali enim, & indefinita conceſ-
ſione nunquam venit, niſi ius, quod habet
concedens, & hoc in titulo lucratiuo, Af-
flict.in c.1.nume.51.de capi. qui curi. vendi.
Qua ratione Caſtren. conſil.406.ſatisfacien
do ſingulis. numero 4. in prima parte. con-
579 cludit, † quòd de iure, & ſui natura impe-
rium, & iuriſdictio eſt penes principem in ſi-
580 gnum ſuperioritatis, † quia iura regalia
ſunt ad decus, & honorem imperialis, & re-
giæ celſitudinis, Afflict. in conſtit. ea, quæ
ad decus. in princip. & ibi in mero imperio
exemplificat, quòd ſit de regalibus, cum
plur. concordan. & clarius ibidem nume. 6.
& in c.1.nume.33.de capi.qui curi.vendi.ad-
dit angarias perangarias, & paſſagia, ac ius
tractæ, & exituræ computari inter regalia,
& nume. 52. & molendina exiſtentia in aqua
caſtri, niſi ſint priuatorum. Præpo. tamen
in d.c.1. colum.4. tenet, molendina iure pri-
uato per priuatum haberi non poſſe, & ius
competens caſtro eſſe de pertinentijs caſtri.
& latius de mero imperio, quod ſit de rega-
libus, per Afflict. d. conſtitutione ea, quæ
ad decus. colum.1. Item redditus ſalinarum
ſunt etiam de reſeruatis principi: poſſunt
tamen per eum concedi, vel locari ſimplici-
ter, Dec. conſil. 292. in princip. loquens in
ciuitate Florentiæ. Furni autem non ſunt de
* regalibus, ſecundum * communem opinio-
nem Doct. in d.c.1. in verbo argentariæ. quæ
ſint regal. quam ſequitur Zaſ. conſilio 16.
581 nume. 6. volum.2. † Item redditus ſalina-
rum ſunt de regalibus, in titulo quæ ſint re-
ga. Poteſt tamen per principem in feudum,
vel emphyteoſim concedi, vt per Gofre. in
l. generali.§. vxori.ff.de vſufruct.lega. vbi at-
teſtatur, ſe vidiſſe literas Imperatoris bul-
latas de auro, qui concedebat Archiepiſco-
po Arelatenſi ſalinas tanquam regalia.
582 Conſequens eſt igitur, † vt dixi uectigalia,
583 † quæ quidem dantur, ut itinera tuta
fiant, aliàs quòd ea exigentes ad reſtitutio-
nem teneantur, Bal. de pact. iur. fir. §. con-
uentionales. & iuriſdictionem non poſſe ha-
beri iure proprio, ſed à principe, & ipſo ſu-
periore, ad quem pertinet haberi debere ex
conceſſione, vel permiſſione, ut dicit Rofre.
in ſuis libellis de interdicto vnde vi. ubi fir-
mat, quod ius exigendi pedagium, non niſi
ab Imperatore haberi poteſt, per tex. in l.1.
C. de vectig.& commi.& l. 1.& 2.C. noua ve-
ctig. inſti. non po. & de iure cudendi mone-
tam, quòd pertineat ad Imperatorem ſo-
lùm de iure, & aliquibus alijs ex conſuetu-
dine, uel priuilegio, ponit Guid. Pap. de-
ciſ.490. & in iuriſdictione loquitur Bald. In
584 † molendinis autem aliud eſſet dicendum,
quia iure priuato, poſſunt poſſideri, maxi-
mè quæ ſunt ſuper flumine priuato, ſecun-
dum Præpoſi. Alexan. in c.1.colum.4.de ca-
pi. qui curi. vendi. Bald. in d. conſil.161. lo-
quẽdo, ut ille ait, de iure Romanorum, quo
cauetur, iuriſdictionem exerceri non poſſe,
niſi per magiſtratus, qui diuerſis nomini-
bus appellantur, quorum creatio ad prin-
cipem pertinet, ut dixi, per tex.in l.1.§.cum
urbem. ff. de offic. præſid. cum alijs, de qui-
bus per eum. facit tex. in l. 1. §. ius publi-
cum.ff. de iuſt. & iur. & l. priuatorum. C. de
iuriſdictio. omn. iudi. Idem ſentit Alber. de
Roſa. in l.fin. nume. 12. colum.7. in fin.eod.
585 titulo. ubi dicit, † quòd priuati non poſ-
ſunt iuriſdictiones poſſidere, quòd ſi iure pri
uato haberi, poſſideri, vel exerceri non po-
teſt, ergò nec in alium transferri, l. inter ſti-
pulantem.§. ſacram.ff.de verborum obligat.
& ità firmat Bal. ad literam in dicto c.1.§. ad
hoc. nume. 3. de pace iur. firman. & in c. 1.
quæ ſint regal. & in lege priuatorum, Iaſon.
conſil.146. colum.4. verſic. tertiò, ultra au-
ctoritates. uolum 2. & quòd iuriſdictio non
niſi à ſuperiore haberi poſſit, firmat Bar. in
l. ſi quis vi.§. differentia. in fi.ff. de acquir. poſ
586 ſeſſio. † Sic & in feudis regalibus, quòd om-
ne cõmerciũ ſit prohibitum, ſine domini cõ-
ſenſu, Afflict. deciſ.232. nume. 3. facit id, quod
not. Bal. in l.& ſi dotis. colum.fin. verſic. ſed
quomòdo cognoſcam, utrum res ſit in com
587 mercio. C. de iur. dot. ubi concludit, † quòd
quando res non poteſt alienari, propter per-
petuam rei qualitatem, ut res ſacra, religio-
ſa, &c. tunc non dicantur eſſe in cõmercio
noſtro. quamuis & pro feudis quaternatis,
quæ ſunt publica detur etiam interdictũ de
re priuata, vt per And. de Iſer. in c. imperialẽ.
§. illud quoq;. nu.70. in fi. de prohib. feu. alie.
per Feder. Nec ab iſta opinione receſſit Bal.
588 in Authen. hodie. C. de iudi. † licèt dicant
eos, qui habent imperium iure proprio, poſ-
ſe egredi terminos iuris communis, propter
criminis enormitatem. Intelligi enim debet
iure proprio, id eſt, iure ordinario, l. penult.

589 §.cùm propriam.ff.de offic.eius, &c.† Nam
iuriſdictio ordinaria competit illis tantum,
qui ſunt electi à collegio, vel vniuerſitate, vel
ab aliquo ſuperiore, vel confirmati, vt per l.
more maiorum. & Doctor. in l.2.ff. de iuriſ-
dict. omn. iudi. & ità concludit Abb. in cap.
cùm ad eccleſiam.num.5.& ſeptimo, de offi.
ordi. & melius in c. quæ ſimul. num. 2. eod.
590 titulo, dicens poſt alios, † quòd iuriſdictio-
nem ordinariã dat princeps, vel cõſuetudo.
Eam autem rationem eſſe puto, quam ponit
Bal. in conſil. 439. Apulus. colum.2. verſic.3.
591 probatur. in 3. parte, † quia omnis iuriſ-
dictio eſt poteſtas de iure publico introdu-
cta, d.l.1. §. publicum.ff.de iuſt.& iur. & glo.
in definitione iuriſdictionis in l. imperium.
in glo.magna.ff.de iuriſdict.omn.iudi.quam
* Docto. * communiter ſequuntur ibi, dum
592 concludit, † iuriſdictionem eſſe poteſta-
tem de publico introductam cum neceſſita-
te iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ. ſe-
quitur Paul. de Caſt. in conſil. 179. in cauſa.
colum.1.verſi.2.ratio.in ſecunda parte. poſt
Bal. in d. §. ad hoc. nu.3. & idem firmat Bal.
in capi.2.de duo.fra.à capita. inueſti.dicens,
593 † quòd habens diſtrictum, uel iuriſdictio-
nem dicitur perſona publica. ſequitur Sil-
uan. in tracta. de feud. recogni. capite 100.
& 103. & pro ea datur interdictum de locis
publicis, & ſacris, l.ſecunda.§.quædam.ff. de
interdict. quem ità intelligit Bal. in l.1.col.2.
C.ſi de momẽtan.poſſeſſ. fue. appel. & ſentit
Anchara. conſilio 141. numero 5. vbi dicit,
594 † quòd licet priuata perſona non poſſit
præſcribere iuriſdictionem, vel imperium, ta
men in caſu ſuo non eſt illa priuata perſo-
na, ſed publica, quia præſes eſt prouinciæ in
ſuo territorio, in quo iuriſdictionem exer-
cet. Et ratio poteſt eſſe, quare iuriſdictio per
595 priuatum præſcribi non poſſit, quia † quæ
non ſunt in commercio noſtro, non præſcri-
buntur vllo tempore, ſecundum Bal. in l.ſu-
per longi. numero 13. C. de anna. exceptio.
in principio.
Quantùm ad ſecundum membrum, res pen-
596 det ab illa quæſtione, † an dominus iuriſ-
dictionis, & territorij præſumatur etiam do-
minus agrorum in ea exiſtentium, de qua ſa
tis ſuprà fuit uiſum. Et tenendo partem ne-
gatiuam, dubio procul concludendum eſt,
597 † oportere probare de iure concedentis,
ut ſuprà latè probaui in ſecunda concluſio-
ne præcedentis articuli.
Supereſt modò tertium dubium ſuprà propo-
598 ſitum, † nunquid is, cui fuit facta conceſ-
ſio, potuerit iura huiuſmodi conceſſa ſubij-
cere alicui fideicommiſſo. Et breuiter in hoc
conſiderandum eſt, qualis fuerit huiuſmodi
conceſſio, quia ſi perpetua fuit pro ſe, & hæ-
redibus ſuis citra feudi commemoratio-
nem, res erit aperta pro affirmatiua: quia
599 † in re ſua quilibet eſt moderator, & arbi-
ter; ſi verò pro deſcendentibus, uel maſcu-
lis, & huiuſmodi facta ſit, non potuerunt
illa ſubijci alicui fideicommiſſo, Bar. in l. ut
iuriſiurandi.§. ſi liberi. ff. de oper. liberto. &
alibi ſæpè per Doctor. legendo, & conſulen-
do, quos longum eſſet recenſere.
600 Si verò eſſemus † in ſimplici conceſſione,
nullam aliam perſonam, quam eius, cui fuit
facta conceſſio, reſpiciente, & iſto caſu re-
ſpectu iuriſdictionalium exiſtimo eam per-
ſonalem iudicandam eſſe; quia huiuſmodi
iuriſdictionalia ad differentiam aliorũ, quæ
ſunt ad quoſcunque tranſitoria, ut habetur
in l.quòd dicitur.ff.de uerbo. ſignificat.& in
locis communibus, illa non ſunt ſui natura
tranſitoria ad hæredes, & alias perſonas:
quia in dubio iuriſdictionalia cenſentur cõ-
ceſſa precario nomine, per Bal. in l.2. col.3.
C. de ſeruitu. & aqua. & Bar. in l. ſequitur.
§. ſi uiam.in fin. ff. de vſucapio. quatenus for
mat quæſtionem in nobili exercente iuriſdi-
601 ctionem in caſtro alieno, † quòd ſi deijcia-
tur ab exercitio iuriſdictionis, huiuſmodi iu
riſdictio non acquiritur deijcienti; ſed con-
uolat ad Imperatorem, niſi aliud ſonet con-
ceſſio, ut ibi per eum. Et ad hoc facit, quia
conceſſio iuriſdictionalium, & regaliũ cenſe-
tur perſonalis ex parte dantis, & accipien-
tis, Calca. conſi. 102.
Non omitto autem illud, quod ſæpè dixit Bal.
602 † quod iuriſdictio, quoad territorium, eſt
tanquam nebula ſupra paludem.

Hoc fuit omiſſum per errorem, & cadit ſuprà
in x 1. q. ante nu. 164.

Illud autem non prætereo circa hanc quæſtio-
nem, & articulum, an filij ſuperſtitum voca-
ti intelligantur ità demum ſubſtituti, ſi pa-
rentes eorum ſuperſint, & ſic reſtrictiuè, an
verò demõſtratiuè, ſubijcio caſum ſuperio-
ribus menſibus mihi propoſitum in vna Pla
centina de Cigallis.

1 Carolus Teſtator — 2 Ioannes

3 Aurelius — 4 Hermes — 7 Barth. — 5 Io.Fœlix — 6 Sẽproni⁹.

8 Carolus capitaliter bannitus — Ioãnes, Q. Metell⁹, Horati⁹.

Caro-

Carolus primus hæredem ſibi vniuerſalem inſtituit Ioannem eius fratrem, & poſt eũ Dominos Aurelium, & Hermetem filios Domini Ioannis, & eorum primogenitos, & primogenitos primogenitorum, & vltimo eorũ decedẽti voluit, ꝙ ſuccedat alius ex filijs dicti Domini Ioannis, qui erit dignior, & poſt eum digniorem quandocunque deceſſerit eius primogenitum, & ſucceſſiuè de primogenito in primogenitum, donec eius linea durabit, & ſic ſucceſſiuè de digniore in digniorẽ, & cuiuſlibet dignioris primogenitũ, donec durabit linea maſculina deſcendentium omnium pręfati Domini Ioannis fratris ſui, & ſi contingat &c.

Mortuo dict. teſtatore, & alijs, ſuprà nominatis ordine, quo ſuprà, & tandem dicto Dño Carolo iuniore, quia capitaliter fuit condemnatus, orta eſt contentio inter Dominũ Ioannem iuniorem filium Dñi Ioã. Fœlicis ex vna, & Dominum Horatium filium Domini Sempronij ex altera primogenitos eorũ parentum, quis eorum debeat admitti.

Pro diſcuſſione igitur præſentis cauſæ tria videnda ſunt.

Primum eſt, an Do. Io. Fœlix pater Do. Ioannis principalis noſtri tempore eius mortis fuerit dignior Do. Sempronio eius fratre.

Secundum eſt, an oportuerit eum ſupereſſe tẽpore defectus linearum D D. Hermetis, & Aurelij pariter fratrum prius vocatorum, & hoc ad effectum ſucceſſiuæ admiſſionis eius primogeniti.

Tertiò, an conſideranda ſit dignioritas inter dictum Do. Ioannem primogenitum dicti Do. Io. Fœlicis, & Do. Horatium primogenitum dicti Do. Sempronij.

Circa primum dicendum eſt breuiter, dictum Do. Io. Fœlicem fuiſſe digniorem Dom. Sempronio, donec vixit, & ratione ætatis; quia maior ætate erat, & ratione diuitiarum, vt aliàs fuit dictum. Nam quamuis an dignior quis altero dicatur, pendeat à iudicis arbi-
* trio, vt eſt * cõmunis opinio, de qua ꝑ Dec. in c. ſedes. nu. 8. de reſcript. tamen hac in re, in qua teſtator habuit rationem conſeruãdę agnationis, videtur, ꝙ is dignior dicatur, qui eſt ditior: quia per diuitias agnatio melius cõſeruatur, l. ſi quis à liberis. in fine princip. ff. de libe. agnoſcen. & ideò quis nedum propter ſcientiam, & mores, ſed etiam propter diuitias, inquit Innoc. in c. pen. nu. 1. de reſcrip. quem honorẽ ipſe appellat, dignior dignoſcitur, & nobilitatem appellat Alex. ad Bal. in l. Imperatores. §. 1. ff. de decurionibus. & pulchrè Alber. ibidem in princ.

Et non etiam eſt dubium, ꝙ ſenectus nobilitat hominem, vt aliàs dixi, per l. ſemper. ff. de muner. & honor. & ità dicit Alberic. vbi ſuprà, nume. 3.

Et hæc quidem concluſio de plano procedit in præſenti ſpecie, quia non fuit probatum exaduerſo, quòd Do. Sempronius eſſet miles grauis armaturæ Regis Philippi, & Venetorum, vt exaduerſo prætenditur: quia
* præter id, ꝙ * cõmuniter Doctores in l. centurio. ff. de vulga. & pupillar. vbi Ripa nu. 9. milites noſtri temporis non gaudent priuilegijs militum iuris antiqui, qui erant nobiles: tamen vbi etiam contraria opinio eſſet vera, oporteret probatũ eſſe, quòd ille erat matriculatus, l. eos. C. de offic. magiſtr. milit. lib. 12. & l. ex eo tempore. ff. de teſtam. milita. & quod iurauerit mortem ſubire pro Republica, & alia requiſita habuerit, de quibus per Bal. conſi. 455. recolo. in princ. in 5. part. & ꝙ etiam morauerit in caſtris, & fuerit in numero ſtipendiatorum, ſeu ſalariatorum, Ripa vbi ſuprà.

Præterea vbi etiam requiſita probara eſſent neceſſaria ad aſſumptionẽ militię, & ſic probatum fuiſſet dictum Do. Sempronium militem fuiſſe, nihilominus militia huiuſmodi nihil obeſſet, quominus dictus Do. Io. Fœlix dicatur fuiſſe dignior, eo potiſſimùm fundamento, quia miles non dicitur habere dignitatem, vt concludit Bar. in d. l. ex eo tempore. nu. 3. ff. de teſtamen. milit. & eſt bonus text. in l. pen. ibi, militiæ, vel dignitatis. C. de pact. ponderando illam alternatiuam, quæ propriè cadit inter diuerſa, vt ſignãret poſt alios plures per eum citatos Iaſ. ibi num. 3. concludit, ꝙ militia non eſt dignitas, ſed nec etiam nobilitas. inferens propterea ad deciſionem antiquæ illius quæſtionis, an doctor præferatur militi, ꝙ cum Doctoratus ſit dignitas, militia autem nequaquam, iure merito deciſum fuit doctorem præferendum militi.

Et inſuper cùm in dicto Do. Io. Fœlice vltra naturalem nobilitatẽ cõcurreret duplex qualitas ſcilicet ſenectutis, & diuitiarum: in dicto autem Do. Sempronio vna tantùm, ſcilicet militiæ, profectò duplex funiculus ſtrictius vrget, & præualere debet, l. pen. ff. quod met. cauſ. cum vulgar.

Ad ſecundum, quod maiorem habet difficultatem, breuiter etiam puto negatiuè concludendum ad effectum, de quo quæritur, ſcilicet admiſſionis dicti eius primogeniti. nã quamuis ad effectum ſucceſſionis in bonis, de quibus agitur, in perſona Do. Io. Fœlicis oportuiſſet eum extare tẽpore defectæ lineę dicti Do. Aurelij, vt dicimus in materia primogenituræ, ꝙ ad hoc vt primogenitus ſuccedat, nõ ſufficit eum ante alios natum,

niſi

niſi etiam is extet tempore delatæ ſucceſſionis, ſeu feudi aperti, vt eſt text. in l. Titius. in fi. ff. de ſuis, & legit. Alba conſi. 106. per tot. & probatur etiam in l. ex facto. §. ſi quis autem ſuſceperit. ff. ad Trebellian. quem textum ad hoc expendit Bald. in conſil. 275. in 1. part. & concordan. per Menoch. conſil. 97. col. 1. & ſeq. vol. 1. Grammat. deciſ. 1. nu. 17. in 3. fundamento, dum concludit, ꝙ ius filiationis extinguitur cum perſona, non tamẽ ius ſucceſſionis, nec quò ad alios effectus, ut ibi, & p Menoch. vbi ſuprà num. 109. verſ. ita pariter &c. concludens ꝙ quantùm ad alios effectus, qui non reſpiciunt effectum eius ſucceſſionis, ſufficit quandoq; eam extitiſſe, licèt non ſuperuixerit tempore delatę ſucceſſionis, inter quos eſt iſte, ad effectum, ut eius primogenitus patruo præferatur, de quo p Tiraquel. de primogenitu. q. 3. Grammat. d. deciſio. 1. loquens in filio ſecundi geniti, qui quidẽ ſecundogenitus deceſſit mortuo primogenito, & ſuperſtite patre communi, ꝙ filius ſecundigeniti præferatur tertiogenito eius patruo, ea potiſſimùm ratione, quia nepos repreſentat perſonam patris, & ſubintrat in eius locum, §. reliquum. authentic. de hæred. ab inteſt. & §. cum filius. Inſtitut. cod. Grammat. vbi ſuprà nu. 16. ad fi. & ex vi ſubrogationis, vt ibi per eum. Imò etiam ex propria perſona poteſt dici vocat' talis primogenitus ad patrui excluſionẽ, quia in diſpoſitione vocantur primogeniti, & hoc maximè, quando feudum eſt indiuiſibile, aliàs ſecus, vt ibidem per eum: & probat Aret. conſ. 262. nu. 1. in fin. quidquid aliàs Menoch. reſpectu repreſentationis contradicat conſil. 269. nu. 48. in fi. vol. 3. & reſpectu ſecundi nu. 27. in fi. & ſeq. etenim eius conſultatio confunditur ex his, quæ dixi ſuprà, & Tiraquel. de primogenit. q. 40. nu. 59. & plur. ſequen. Id quod optimè conuenit huic noſtræ ſpeciei. nam ſi dictus Do. Ioãnes primogenitus Do. Io. Fœlicis prædefuncti admitteretur ad excluſionem Do. Sempronij, ſi ſupereſſet, multò magis debet excludere eius primogenitũ, & hoc ſatis apparet prouiſum per teſtatorẽ noſtrum, dum dixit, ꝙ ſi contingat ipſorum ſcilicet Hermetis, & Aurelij lineam extingui vltimo decedenti ſuccedat alius ex filijs dicti Do. Ioannis eius fratris, qui erit dignior, & poſt ipſum, quandocunq; deceſſerit, eius primogenitũ, & ſic de digniore in digniorẽ &c. illa enim verba, Succedat q erit dignior, reſpiciunt caſum, quo ipſe dignior velit ſuccedere, ꝙ eum oporteat ſupereſſe tempore obitus vltimi dictorum priorum fratrũ, de quo nunc non agitur, alia autem verba, Et poſt eum, quandocunq; deceſſerit, reſpiciũt eius primogenitũ, vt habeat ipſe ſuccedere, etiã ſi pater eius dignior iamdiu etiã ante mortem ipſius teſtatoris prædeceſſiſſet, ponderando illud uerbum, Quandocunque, quod ſignat compendioſam ſubſtitutionem, quæ complectitur omnia tempora, & vulgarem ſubſtitutionem, quæ in ſe continet caſum impotentiæ, & voluntatis, & qui caſus impotentiæ comprehendit etiam caſum mortis Dom. Io. Fœlicis, etiam viuente teſtatore, ut pulchrè per Ruin. conſ. 28. in fine, vol. 2. Bar. & alij in l. centurio. ff. de vulgar. & pupillar. quamuis quandocunq; hoc non ſit perpetuum, vt per Menoch. d. conſi. 269. nu. 44. & plur. ſequen. vol. 3.

Eſt verum, ꝙ hæc vulgaris regulatur ſecũdum naturam fideicommiſſariæ in aliquibus, vt concludit Alciat. conſ. 488. his ſuperioribus diebus. nu. 14.

Nec poteſt probabilis ratio differentiæ adduci inter primogenitum, & digniorem iſto caſu: tum quia ſic qualitas primogenituræ ſemel quæſita, ideſt ab ipſo natiuitatis exordio nunquam amittitur, ità nec qualitas digni̇oritatis ex ætate quæſita, & etiã ex diuitijs, niſi maior qualitas exaduerſo probet, vel hic, ꝙ non durauerit, prout tamen præſumitur duraſſe, ad tradita per Doctores in l. ex perſona. C. de probat. quamuis hæc qualitas dignioritatis potuerit variari per acquiſitionem dignioritatis, quæ fieri potuit per Dom. Sempronium, nõ tamen fuit variata. Et hęc poſſibilis variatio non habet alterare diſpoſitionem rei reſpectu ſtatus, in quo reperitur, vt inter cętera videmus i iure fideicommiſſi, quod habet ſubſtitutus pendente conditione, de quo per Bar. in l. is poteſt. nu. 8. & ſeq. ff. de acqui. hęred. licèt fieri poſſit, vt ad nihilũ redigatur, putà, ſi ſubſtitutus decedat pendente conditione, l. 1. §. pro ſecundo. C. de cadu. tollen. Et eſt etiam poſſibile, quod dignioritas augeatur in eo, qui eſt dignior. & ſic ſufficit æquiparationem adeſſe in caſu, de quo agitur, l. Stichus. ff. de manum. teſtam.

Nec eſt verum, ꝙ primogenitura ſit fundata in iure repreſentationis, quę ſolùm habet locum in ſucceſſione aſcendẽtis, vel patrui, de quo in §. cum filius. Inſtitu. de hęred. quę ab inteſta. Dec. conſ. 1. quia verius eſt, eam quoque locum habere in ſucceſſione tranſuerſalium ex veriſimili mente cõſtituentis primogenium, maioratum, ſeu primogenituram, Didac. practic. qq. cap. 38. car. 271. col. 3. in 11. concluſio. per totam. & d. §. cum filius. ſolùm procedit in hęreditate, quæ iure communi defertur.

Non etiam potentius ius, aut maiorem ſpem

ſuccedendi in primogenitura pro ſe, & eius prole habet ſecūdus, vel tertius genitus, qui viuente primogenito deceſſit, quàm habuerit D.Io.Fœlix viuētibus eū antecedentibu', & tamen euacuata linea primogeniti admittitur linea ſecundi, & ſic deinceps, vt infrà dicam, ergò, arguendo ab identitate rationis, l.adigere.§.quamuis. ff.de iure patrona. l. illud. ff. ad leg. aquil. & concordan. per Alex. conſi.54.nu.3.vol.4.cum vulgar.

Non poteſt ergò linea Dom.Sempronij admitti ad ſucceſſionem huiuſmodi, niſi prius euacuata linea, & colonello Dom.Io. Fœlicis dignioris, prout teſtator voluit admitti aliū digniorem ex dictis fratribus, niſi prius euacuata linea dd.Hermetis, & Aurelij, prout ēt videmus in terminis primogenituræ, ſi quis decedat relictis plnribus filijs vocatis ordinatè ad primogeuituram aliquam, ꝙ quilibet eorum admittitur gradatim ſecundum eorum naſcentiam, ità tamen ſecundo loco natus non admittitur, niſi prius expleta linea primo loco nati, & ſic ſucceſſiuè, vt eſt tex. in c. 1. de natu. ſucceſ. feu. quamuis ille tex.loquatur in diſpoſitione vocante proximiorem, quæ differt à materia primogenituræ, vt poſt Caſtr.de quo infrà Menoch.conſ. 269.ſub nu. 50.volu.3.& ad inſtar ſucceſſorij edicti, vt in vna Hyſpalenſi maioratus reſpōdit Caſtr.conſi. 164.col.5.in fi.verſi.applicādo igitur ad caſum noſtrum.& verſi.& quouſque aliquis ſuperierat de primo capite. in 2.par.& in l.is poteſt.ff.de acq.hæred. Afflict. in c.1.in fi.ſub nu.77.verſi.& pro iſta opinione.de ſucceſ.feu. Celſ.poſt Bal. per eum citatum conſi.49.nu.17.22.& 27.de quibus non meminit Cepha.qui idem tenet, Cephal.cōſil.251.ſub nu.22.& alibi ſæpè per Doctores. & loquitur Bal.ſuprà per Celſum nu. 27. citatus, quando teſtator inſtitutis pluribus eius liberis dixit, ꝙ bona vadant de liberis in liberos, & vnus eorū deceſſit pluribus filijs relictis, ꝙ illi patruis præferantur. & plures concordan.citat Didac.vbi ſuprà, & ibi car. 272.col.2.in prin. addit, ꝙ id, quod dicitur, patruum cum nepote admitti in ſucceſſione, non procedit, vbi res ad vnum tātum eſt peruentura, vt hic.

Et ità in ſimili fuit iudicatum per Senatū Mediolani de anno 1581.die vigeſimatertia Nouembris in cauſa terræ Syluani inter Comites de Petra ſcilicet Carolum ex vna, & Alphonſum ex altera cōiunctos meos in caſu, quo Comes Brunorius de Petra quinq; habens filios, ſcilicet Manritium, Herculē, Clementem, Carolum, & Brunorium prælegauit feudum Syluani dicto Co.Mauritio eius primogenito, & voluit, ꝙ poſt eius mortem ſuccedat filius eius maior natu, & ſic ſucceſſiuè, ità ꝙ maior natu ſemper ſuccedat. & mortuo dicto Com. Mauritio ſine filijs ſuccedant alij eius filij, videlicet primogenitus, & maior natu, vt ſuprà ordine ſucceſſiuo.& mortuo dicto teſtatore, ſucceſſit Co. Manritius Epiſcopus Vigleuani, quo mortuo ſucceſſit Co. Hercules, & eo viuente deceſſit Co.Clemens relicto dicto Co.Alphonſo eius filio. Poſteà deceſsit dictus Co. Hercules ſecundus genitus dicti Com. teſtatoris ſine filijs. Vnde ſuper ſucceſsione dicti feudi orta eſt contentio inter Co. Carolum quartum genitum dicti teſtatoris, & Co.Alphonſum filium dicti Com. Clementis tertiogeniti dicti teſtatoris defuncti viuente dicto Co. Hercule ſecundogenito. & tandem, vt dixi, Senatus determinauit, dictum Co. Alphonſum præferendum eſſe dicto Co.Cerolo eius patruo, motus ſupradictis rationibus: quidquid contrarium reſponderit Menoc. conſil.269. vol.3.

Nec obſtat ſi dicatur, ꝙ non euenit caſus ſubſtitutionis prædictæ, quia vltimo dictorum Hermetis, & Aurelij decedēte facta fuit ſubſtitutio de digniore, & eius primogenito, & linea Aurelij non fuit euacuata, quia adhuc viuit filius eius, licèt ſit capitaliter bānitus, & ſic nō eſt mortuus naturaliter, prout importat verbum, Decedēti, de quo ſuprà l. ex facto.§.ex facto.ff. ad Treb. l.Statius. quę eſt antepen.§.Cornelio Fœlici.ff.de iure fiſci.

Quoniam reſpondetur, ꝙ imò ſtāte Decreto, ꝙ taliter bannitus poſsit impunè offendi, filius ille habetur pro mortuo, gl. in §. relegati.Inſtitu.quib.mod. ius patr. pote. ſolui. & concordan.per Alex.conſi.23.nu.8.in 8.fundamento, vol.1.vt ibi per eum, & hoc iure in dies vtimur.

Vnde ſufficit dictum Do. Io. Fœlicem ad tempus eius mortis fuiſſe digniorem, poſtquam teſtator digniori tatem in tempus futurum ſolùm deſideranit, vel ad tempus euenientis conditionis, vel mortis dicti dignioris, ponderando verba illa ſuperius relata; nec minus dictus Do. Ioannes dici debeat primogenitus dignioris, licèt eius pater iam mortuus eſſet, quia illa verba, Et poſt ipſum, quā docunq; deceſſerit, eius primogenitum, illa pronomina Ipſum, & Eius ſtant demonſtratiuè illius, qui quandoq; fuit dignior, vel tēpore euenientis cōditionis, vel mortis eius, l.Mela.in princ.ff.de alimen.& c.bar. legat.& concordan.per Alciat. cōſ.484. facie prima. nnm.12.loquens in diſpoſitione vocante ſuperexiſtentes, & eorum filios, ꝙ nō requiratur, eos ſupereſſe tempore euenientis cōditionis, ſed ſufficit, ꝙ extiterint tempore teſtamen-

ſtamenti,ut eorum liberi admittātur, & cōſil. 96. verba pacti.vbi loquitur in caſu, quo fuerat dictum, ꝙ filius maſculus primus, & deſcendentes ex eo de maiore in maiorem ſuccedant in bonis.

Et ideò licèt illud pronomen, & poſt ipſum, regulariter ſit reſtrictiuum ad præcedentem, & ſic videatur reſpicere eum digniorem, qui erit tempore euenientis conditionis, Bart.in l.1.ff.de recepta. & concordan.per Pariſ.cōſ. 28.nu.32.& ſeq. vol.2. cōcludentem eam dictionem eſſe relatiuam, & repetitiuam præcedentium qualitatum, nihilominus hæc concluſio non eſt perpetua. etenim nō procedit,quando illud pronomen eſt ambiguū, quia ad plura poteſt referri; tunc enim non ſtat relatiuè ad omnia præcedentia, vt concludit Corn.conſi.97.col.5.in princ.vol.1.& concordan. per eundem Pariſ. conſi.86.nu. 57. vol. eod.

Præterea illud pronomen, & relatiuum ità demū repetit omnia præcedentia, quando purè,& ſimpliciter fuit probatum, aliàs ſecus, vt cōcludit Bar.in l.ſi cui. la 1.§.1.ff.de leg.1. quatenus concludit,ꝙ ſi inquiſitus,vel accuſatus, ꝙ cognouit Bertam vxorem Sempronij reſpondit ſe cognouiſſe dictam Bertam, non ideò tamen cēſetur fateri eam vxorem Sempronij.ſic & fideiuſſor cōuentus per creditorem reſpondēdo petitioni, & libello aduerſarij, negando narrata prout narrantur, non cenſetur negare ſe eſſe fideiuſſorem, ut poſt Spec.per eum citatum,ſequendo etiam Bar.vbi ſuprà reſpondit Corn.cōſi.303.col. pen.in fin. vol.1. inferens ad reſponſionē datam articulo,& poſitioni factę per aduerſarium, ꝙ A. fecit teſtamentum ſolemne ſcriptum manu B. Sed ſic eſt, ꝙ in præſenti ſpecie non ſimpliciter teſtator relationem habuit ad digniorem, qui erit tēpore euenientis conditionis, ſed ad digniorem, qui erit tēpore obitus ipſius dignioris, vt ſuprà probaui,ponderādo illa verba,Et poſt ipſum filium digniorem, quandocunque deceſſerit &c. ergo &c.

Et ex his ceſſat,quod dicebatur D. Ioā. Fœlicē tanquam digniorem non poſſe dici vocatū, cùm non poſſit demonſtrari, quia is non ſuperfuerit tempore euenientis conditionis, ad quod tendunt argumenta facta per Menoch.d.conſi.259. in prima dubitatione cōtra Co. Clementem Petram.

Etenim dici poteſt in primis,ꝙ ſatis dicitur ipſe vocatus ex eo, ꝙ teſtator vocauit digniorem quemcunq; pro tempore, licèt nō fuerit admiſſus,quia non adfuit tempore purificatæ dictę conditionis,l.cum ita.§.in fideicommiſſo.ff.de legat.2. & ad hoc facit, quia paria ſunt, ꝙ qs ſit nominatus nomine proprio,vel ſimpliciter,ſeu in genere,putà in diſpoſitione vocante ſuperſtitem, vt poſt Dec. & concordan.per eū citatos Simon de Pręt. in tracta.de interpretat. vlt. volunta. lib. 3. car.321.nu.15.

Secundò dico,ꝙ etſi id verum eſſet, tamen non ſequitur, ꝙ eius primogenitus ſit excluſus ſtante diſpoſitione dicti teſtatoris vocante primogenitum dignioris quandocunq; decedentis,qui propterea ex perſona ſua, vt in feudo,in quo maſculi ſunt vocati,ꝙ illi omnes dicantur uenire ex perſona ſua, c. 1.§. 1. qui feu. da. poſſ. & in c. 1. de ſucceſſio. feud. Ripa in l.ex facto.§.ex facto.nu. 19.in fi.ff. ad Trebel.Bar.in l.vt iurisiurandi.§.ſi liberi. in prin.ff.de ope.liber.& ſuprà etiam dixi citando Aret.d.conſi.162.nu.1.in fi.

Quamnis igitur D. Ioannes filius D.Ioan.Fœlicis non poſſit dici natus ex patre, qui fuerit tempore purificatæ conditionis, tamen fuit eius primogenitus tempore, quo pater eius mortuus eſt.

Vnde patet malè ſenſiſſe Menoch. vbi ſuprà in 2.dub.nu.18. & ſeq.dum cōcludit,Com.Alphonſum filium primogenitum Com. Clementis non poſſe dici vocatum, quia nō reperitur nominatus in diſpoſitione illa,& ꝗa pater eius nō etiam eſt vocatus. etenim qdquid ſit reſpectu aliarum rationum, quibus ipſe vtitur, & quas nō diſcutio, quia nō faciunt ad rem præſentem, & non intendo iudicium meū interponere inter illos DD. paris apud me affectionis, & coniunctionis, dico,ꝙ iſtæ duæ rationes non poſſunt ſubſiſtere, quia verius eſt etiam Co. Clementem fuiſſe vocatum,non tamen admiſſum, quia non adfuit tempore obitus eius, qui eum præueniebat,& id ſuprà ſatis probaui.

Et inſuper dixi nihil refragari, quominus dici poſſit vocatus eius filius, poſtquam diſpoſitio dictabat, ꝙ mortuo primogenito reliqui filij ſuccedant, videlicet primogenitus,& maior natu,& poſt eum eius primogenitus &c. Fortius autem in propoſito idem dicendum eſt,ex quo concurrit clauſula compendioſæ ſubſtitutionis factæ dicto D. Ioā. Fœlici,de qua ſuprà fuit ſatis dictum.

Non etiā obſtat, ꝙ ex quo D. Bartholomæus alius ex dictis fratribus,qui erat Iuriſconſultus,& ſenior D.Ioā. Fœlice pręcedebat eum, & ſuperuixit D. Ioan. Fœlici, non potuit D. Io.Fœlix dici vnquam dignior ex dictis filijs. vt de ſe patet,& probatur ad inſtar ſecundigeniti,qui non poteſt dici primus,donec vixit primogenitus, quoniam primus eſt, quē nemo antecedit,l.proximus.ff.de verb.ſigni.

Quia reſpōdetur,ꝙ quidquid ſit reſpectu dicti D. Bar-

D. Bartholomæi, tamen reſpectu dicti D. Sempronij D. Io. Fœlix ſemper fuit dignior, & hoc ſufficit, quia agitur inter primogenitum ipſius,& dicti D. Sempronij, ſicut ſecũdogenitus dicitur primus reſpectu tertij, & ſic deinceps,& probatur per Gramma.dicta deciſio.1.& ſuprà retuli, & clarius Caſtren. Didac.& alios ſuprà citatos, quatenus concludunt ſpectandam eſſe lineam cuiuſlibet, & eam iuxta natiuitatis ordinem euacuandam.

Nec dicatur, ꝙ aliud eſt dicere, ꝙ D. Io. Fœlix fuerit dignior D. Sempronio, aliud ꝙ fuerit dignior abſolutè cæteris filijs D. Ioannis eius fratris ad effectũ admiſſionis ipſius, vel eius primogeniti,quia primo caſu nõ loquitur diſpoſitio teſtatoris: ſecundo autem caſu verba diſpoſitionis non conueniunt dicto D. Io. Fœlici, quia eum ſemper præceſſit D. Bartholomæus frater dignior, ergo in eo,& conſequenter nec in eius primogenito non poteſt verificari diſpoſitio dicti teſtatoris, l.4.§.toties.vbi Caſtren.ff.de dam.infect. cum vulgar.

Quoniã huic obiectioni, in qua ſtat tota difficultas iſtius controuerſiæ, reſpõdetur, ſolutionem patere ex his, quæ ſuprà dixi. Nã cũ teſtator cõſiderauerit lineam cuiuſlibet dignioris pro tẽpore, vt apertè legitur ex verbis inſtrumenti ſuprà relatis, certè linea D. Bartholomæi extincta eo mortuo,quia nullos ſuſcepit liberos, locus fuit lineæ dicti D. Io.Fœlicis vti dignioris.nam etſi is iam prædeceſſiſſet, remanſit tamen eius linea conſiderata per teſtatorem. & ſic nõ eſt verum,ꝙ teſtator rationem habuerit dignioris tantùm. Quamuis ergò D. Io. Fœlix nunquam fuerit dignior omnibus propter mediã perſonam D.Bartholomæi, fuit tamen dignior cæteris, & ſublato de medio D. Bartholomæo,linea D.Ioan.Fœlicis præferenda eſt D. Sempronio,& eius lineæ,quemadmodum in materia primogenituræ ſecũdusgenitus reſpectu tertijgeniti dicitur primus, licèt viuat primusgenitus;itã ꝙ etiam ſi contingat ſecundumgenitum præmori primogenito, & poſteà deficere lineam primogeniti, ſubintrat linea ſecũdi ad excluſionem tertijgeniti, & eius lineæ, & tamen conſtat ſecũdogenitum nunquam fuiſſe primum reſpectu omnium, vt ſuprà probaui. & ideò mentio facta de digniore in propoſito noſtro referri debet ad alios minus dignos, & reſpectu eorum,non autem reſpectu omnium, quod patet ex illis verbis, Et ſic de digniore in digniorem: aliàs enim diſpoſitio teſtatoris expiraſſet,& finem recepiſſet in primo digniore cõtra verba apertè ipſius, qui omnes pro tempore, digniores vocat, & eorum lineas reſpectiuè,non autem abſolutè, vt præſupponit obiectio prædicta.

Ex his itaq; patet, ꝙ tota difficultas ſtat ĩ hoc, ſcilicet in intelligentia,& interpretatione illorum verborum ibi.Et vltimo eorum decedenti ſuccedat alius ex filijs D. Ioannis fratris mei,qui erit dignior, & poſt eũ digniorẽ quandocunq; decedẽtem ſuccedat eius primogenitus &c.quia contra D. Ioannem iuniorem primogenitum dicti D. Io. Fœlicis vrgere videntur duo.

Alterum eſt proprietas verborum.

Alterum verò ſtat in contradictione, & repugnantia, quæ aliàs ſurgeret ex illismet uerbis.

Et primũ probatur ſic ponderando illud pronomẽ, Et poſt eum, & iterũ illud Eius,quod eſt relatiuum præcedẽtium. nam cùm teſtator vocauerit eum, qui erit dignior tempore obitus vltimi deſcendentiũ D D. Hermetes,& Aurelij,& poſt eum eius primogenitũ, certè vis dictorum verborum importat repetitionem dignioris,ſeu habent relationẽ nõ ſimpliciter ad quemlibet digniorem, ſed ad eum digniorem, qui erit tempore eueniẽtis conditionis, & ſic ꝙ poſt eum digniorem, q erit tempore dictæ cõditionis,ſuccedat primogenitus eiuſdem,qui ſcilicet repertus eſt dignior eo tunc.Vnde cùm D.Io.Fœlix non fuerit dignior tempore dictæ euenientis cõditionis,quia non erat amplius in rerum natura, quia qualitas adiecta verbo debet eſſe tempore verbi,l.Titius.ff. de teſtam.milit.cũ vulgar. & conſequenter D. Ioannes non poteſt dici primogenitus eius, qui fuit tempore euenientis conditionis prædictæ, ſed ſolum primogenitus eius, qui fuit longè ante dictam conditionem. & propterea dicitur natus non ex eo digniore, quem teſtator expreſſit,& vocauit,ſed ex alio,argumento l.ex facto. quæ eſt 17. §. ex facto.ibi, Poſt deportationem verò ſuſceptus quaſi ab alio &c. ff. ad Trebel.

Secundum verò probatur, quia eſſe natum ex digniore, qui fuit tempore dictæ conditionis,de quo loquutus eſt teſtator, & non eſſe natum ex eo,ſunt contraria, vt de ſe patet, ergo &c. prouiſio enim facta in vno caſu cẽſetur contraria facta in caſu contrario, Bal. in auth.ſed etſi quis.nu.7.ad fin. C.de ſecundis nupt. & relictum ſub vna cõditione cenſetur ademptum ſub contraria cõditione, Cephal.conſi.17.nu.20 & ad hoc adducitur conſultatio Soci.iun.conſi.112.in princ.vol. 3. loquentis in ſubſtitutione facta de ſuperſtite,& eius filijs,ꝙ filij eius, qui ſint nati ex eo, qui iam deceſſerat non dicũtur ſuperſti-

tis

tis filij, & conſequenter non debent admitti tanquam ſubſtituti,& maximè,quia eſſe ſuperſtitem , & non eſſe ſunt contraria, vt ibi per eum.

Sed huic obiectioni putaui ſatis ſuperq; ſatiſfactum in prioribus ſcriptis citando Alciat. conſ.484.nu.12.qui loquẽs in caſu, quo fuerat facta ſubſtitutio de filijs ſuperexiſtentibus,& ſi ille nollet , vel non poſſet ſuccedere, vocauit nepotes ex dictis ſuperextantibus, concludit , ꝙ licèt aliqui filij dicti teſtatoris non ſupereſſent tempore euenientis conditionis,tamen eorum filij cẽſentur vocati,qa illa verba, Ex dictis ſuperextãtibus ſtant demonſtratiuè,non autem reſtrictiuè, ac ſi teſtator dixiſſet, eorũ filios,quos ſuprà appellaui ſuperexiſtẽtes, maximè quia nulla ſubeſt ratio, cur magis teſtator voluerit vocare filios ſuperexiſtentium,quàm non ſuperexiſtentium,& voluit conſeruari bona in agnatione ſua . quæ omnia in præſenti ſpecie cõcurrunt,aliàs enim intentio teſtatoris, quæ fuit ſumma deliberatione conſeruare in omnibus primogenitis filiorum fratris ſui,& ẽt in alijs tranſuerſalibus poſteà vocatis , tota corrueret per non exiſtentiam dictorum filiorum tẽpore euenientis conditionis,quod non eſt dicendum .

Quo fit,vt cauendum ſit à Soci.iu.in cõtrariũ allegato,prçter,id ꝙ in caſu ſuo ceſſabat dicta ratio conſeruandæ agnationis , quæ militabat in caſu Alciat. & noſtro.præter id,ꝙ ipſe Socin.dixit caſum illũ eſſe valde dubitabilem.& hanc Alcia. interpretationem probat Corne.conſi.57.ſub num.2. verſ.inſuper dictus Franciſcus &c.& col.pen.verſ. & tunc relatiuum eorum &c.vol.1. de quo non meminit Alciat.& Corn.ſequutus eſt Pariſ.quẽ etiam refert,& ſequitur Decia.conſi.55.nu.26.vol.3.& ſic remouentur rationes Soci.iu. quæ in effectu ſunt magis ſubtiles,quàm veræ in iudicando , & conſulendo, maximè in præſenti caſu,per ea,quæ ſuprà dixi.

Circa tertium ſtante reſolutione præcedentis dubij,de qua ſuprà,facilis eſt reſolutio,ꝙ ſcilicet inter dictos primogenitos non ſit conſideranda dignioritas:quia hæc qualitas dignioritatis per teſtatorem requiſita fuit in parentibus eorum,vt clarè legitur ex verbis teſtamenti ſuprà relatis , non etiam in eorũ primogenitis , ergo quod in eis dictum non fuit , habetur pro omiſſo, l. cum prætor. in princ. ff. de iud. Ioan. de Anan. conſilio 22. in fin. cum ſimilibus , vbi quòd qualitas adiecta in inſtitutione etiam vni perſonæ non cenſetur repetita in ſubſtitutione , & probat Alciat. vbi ſuprà columna ſecunda ſub num. 1.

ARGVMENTVM.

Quæ ſint exceptiones repellentes agentem ex fideicommiſſo , quominus poſſit obtinere, etiam ſi probaſſet extrema neceſſaria ad victoriam .

SVMMARIVM.

1 *Exceptioni quæ ſint repellentes agentem ex fideicommiſſo.*

2 *Cõtraueniſſe fideicommiſſo ex quibus quis dicatur.*

3 *Alienans rem fideicommiſſo ſubiectam, vel conſentiens alienationi per alium factæ dicitur fideicommiſſo contraueniſſe. Quod declara, vt nu.9.*

4 *Renuncians expreſsè fideicommiſſo , vel tacitè patiendo illud præſcribi dicitur fideicommiſſo contraueniſſe.*

5 *Ex eo non debet fructum quis conſequi, qui nixus eſt impugnare.*

6 *Voluntas teſtatoris eſt indiuidua, ideò non poteſt dici, quòd ei ſit in parte tantùm contrauentum.*

7 *Fideicommiſſo grauatus cenſetur honoratus ſub cõditione, ſi voluntati defuncti paruerit.*

8 *Conditio eſt indiuidua.*

10 *Aliud eſt alienare, aliud alienanti conſentire.*

11 *Vocatus ad fideicommiſſum ſi patiatur hæredem aliquid alienare ipſo præſente, & non contradicente, non poterit rem alienatam reuocare adueniente caſu fideicommiſſi, quicquid ſit de pretio.*

12 *Præſens non habetur pro conſentiente , quando non poteſt actum impedire.*

13 *Præſens qui non poteſt actum impedire , debet ſaltem proteſtari de iure ſuo.*

14 *Præſcriptio eſt ſpecies alienationis, & nu.258.*

15 *Per ſimplicem diuiſionem inter vocatos ad fideicommiſſum non dicitur renunciatum fideicõmiſſo.*

16 *Promiſſio de non contraueniendo non operatur renunciationem fideicommiſſi.*

17 *Promiſſio de non contraueniendo , & ſi non apponatur expreſsè , tamen tacitè ſemper ſubintelligitur, cum ſit de natura contractus.*

18 *Promiſſio de non contraueniendo quandoq; non inducit obligationem, putà ſi adijciatur cõſenſui præſtito alienationi per alium factæ.*

19 *Clauſula promiſſionis de non contraueniendo debet intelligi ſecundum naturam contractus, cui adijcitur. & nu.48.*

20 *Clauſula promiſſionis de non contraueniendo, vnà cum clauſula promiſſionis non petendi aliquid in perpetuum, operatur renũciationem fideicommiſſi.*

21 *Clauſula Perpetuò ratas habere partes diuiſas , & perpetuò attendere, operatur renunciationem fideicommiſſi .*

22 *Si promiſſioni de non contraueniendo adiecta ſit clauſula De rebus diuiſis nihil petere in perpetuum aliqua ratione , vel cauſa , quæ dici, aut excogitari poſſit; cenſetur fideicommiſſo renunciatum.*

23 *Vbi*

23 Vbi verba ſunt prægnantia, & cum clauſula promiſſionis de non contraueniendo iuncta eſt iurium ceſſio per verba de futuro, cenſetur fideicommiſſo renunciatum, & nu 27.

24 Fideicommiſſo coæquali, & coæqueuo cenſetur renunciatum per clauſulam de rebus diuiſis promiſſit nihil petere in perpetuum aliqua ratione, vel cauſa, quæ dici, aut cogitari poſſit.

25 Clauſula Renunciauit omni legum auxilio, & omni iuri, an operetur renunciationem fideicommiſſi.

26 Fideicommiſſo puro an ità cenſeatur renunciatum, ſicut conditionali.

28 Clauſula conſtitutionis procuratoris in rem ſuam an operetur renunciationem fideicommiſſi.

29 Facultas alienandi cenſetur data per conſtitutionem procuratoris in rem ſuam, & nu. 31.

30 Verba Videbitur, & Placuerit important arbitriũ boni viri, non mandatum cum libera.

32 Clauſula Abſoluerunt ſe inuicem ab omni eo, & toto, quod quilibet eorum quomodocunque ex quacunque cauſa petere poſſet, an operetur renunciationem fideicommiſſi.
Et quid ſi nulla alia ſubeſt, & quid præſumatur, vt nu 33.

34 Vbi verba tantùm præſens tempus reſpiciunt, nunquam dicitur præiudicatum fideicommiſſo conditionali.

35 Promiſſio euictionis, & de defendendo fideicommiſſario ſic præiudicat, vt non poſſit amplius habere regreſſum ad illam partem.

36 Clauſula euictionis licèt non ſit expreſſa, tamen ſubintelligitur inter diuidentes ignaros qualitatis rei.

37 Clauſula Promiſſionis de faciendo ea, ad quę tenetur uigore diuiſionum, an operetur renunciationẽ fideicommiſſi, ſicut clauſula promiſſionis defendendi ſub obligatione bonorum, & ab omni perſona, communi, collegio, & ab omni hippotheca, &c.

38 Clauſula euictionis non extenditur ad euictionem factam ex natura rei, præſertim quando euincitur illius facto, à quo euincitur, vel auctoris ſui; ſed tantum ad euictionem ſecutam ex facto tertij, vt nu. 39. 42. & 44.

40 Diuidentes ſimpliciter cenſentur ſe inuicem obligaſſe de euictione, niſi actum ſit, quòd quilibet periculum ſuſcipiat pro parte ſua.

41 Diuiſio vicem obtinet venditionis, quando pars vnicuiq; aſſignata fuit æſtimata, ſecus ſi inæſtimata, quia tunc vim habet permutationis, vt nu. 43. & 73. Contra nu. 74.

45 Promittens de euictione non tenetur, ſi res euincatur ex natura rei, & hoc data ſcientia rei, ſed ſi promittens ignorauit, tenetur ad damna & intereſſe.

46 Promittens de euictione tenetur re euicta ex natura rei, ſi apparet contrahentes voluiſſe etiam comprehendere hunc caſum.
Ex quibus autem hoc actum cenſeatur tacitè, nume. 53. & 54.

47 Clauſula euictionis iuncta etiam cum clauſula promiſſionis de non contraueniendo non extenditur ad euictionem ſecutam ex natura rei.

49 Promittens de euictione non poteſt ipſe, nec eius hæres euincere etiam ſi velint euincere ex natura rei.

50 Quando hæreditas non eſt damnoſa, facto inuentario hæres non poteſt renunciare iuri ſuo, ſed tenetur ſtare facto defuncti.

52 Quando partes promiſſerunt de euictione ex natura rei tacitè, vel expreſsè, quæ ſit differentia, an res euincatur per tertium, an per cohæredem, vel eius hæredem.

55 Si diuidentes dixerunt, quòd nemo eorum teneatur de euictione, tunc quilibet cenſetur ſuſcepiſſe periculum partis ſuæ, & nec etiam tenebitur ad pretij reſtitutionem.

56 Si vnus tantùm promiſiſſet alteri ſe nolle teneri de euictione, tunc tenebitur ad pretij reſtitutionem, ſecus ſi hoc fuiſſet reciprocum, vt in diuiſionibus.

57 Clauſula Renunciauit omni iuris, & legum auxilio, non inducit renunciationem fideicommiſſi, niſi verba ſint concepta in futurum, putà competenti, & competituro, vel quod competere poſſit.
Et quid ſi ſit iuratum nu. 58. & 61.
Et quid ſi ſit reſeruatum ius fideicommiſſi, vt nume. 59.

60 Renuncians omnibus exceptionibus non cenſetur renunciare exceptioni orienti ex eodem fonte.

62 Clauſula cogitata & incogitata ciuiliter eſt intelligẽda, nec inducit renunciationem fideicommiſsi, niſi data ſcientia fideicommiſsi.

63 Renunciatio generalis non operatur renunciationem fideicommiſsi, quando aliud ius competebat renuncianti, quam ius fideicommiſsi.
Et quid ſi ſit adiectum iuramentum, vt num. 64. & 66.
Et quid data ignorantia fideicommiſsi, vt nu. 65.

67 Clauſula Ad habendũ, &c. & quidquid voluerit, vel placuerit faciendum, &c. non importat fideicommiſsi renunciationem, ſed arbitrium boni viri. Contra nu. 71.
Et omni in caſu ſalua eſt actio ad pretium; nunquã enim cenſetur renunciatum, niſi quo ad rem, ut poſſeſſor moleſtari non poſsit, in quem fuit facta alienatio, vt nu 68. & ſeq. Contra nu. 72.
Et caſu quo cenſeatur renunciatũ, intelligitur alienatione ſecuta, vt nu. 70.

72 Si in diuiſione aſsignatæ fuerunt partes pleno iure, & ad habendum, &c. tunc cenſetur renunciatum fideicommiſſo.

75 Clauſula De perpetuo attendendo, & firmiter obſeruando, præiudicat fideicommiſſo, ſaltem concurrente clauſula renunciationis omni iuris & legum auxilio.
Contrà nu. 77.

76 Si cum promiſsione attendendi, & non contrauenien di concurrat pactum de non petendo, &c. cenſetur renunciatum fideicommiſsio.

78 *Clauſula de non contraueniendo aliqua ratione, vel cauſa quæ dici, aut excogitari poſſit, &c. intelligitur rebus ſic ſtantibus.*
Et quid ſi concurrat ſcientia fideicommiſſi, vel qualitatis rei, nu. 79.

80 *Iuri de futuro regulariter non poteſt renunciari, niſi ius ſit quæſitum re, vel ſpe.*

81 *Verba generalia in dubio non referuntur ad ea, quę pendent ex teſtamento, niſi inſpectis verbis teſtamenti.*

82 *Contentis in teſtamento renunciari non poteſt, niſi de teſtamento ſit facta mentio.*

83 *Actus, qui poteſt vim accipere ex cauſa de præterito, & de præſenti, non includit cauſam de futuro.*

84 *In dubio fieri debet interpretatio, vt non comprehendantur iura de futuro.*

85 *Difficilius præiudicatur iuri de futuro, quàm de præſenti.*

86 *Per promiſſionem de attendendo, & firmiter obſeruando non dicitur renunciatum fideicommiſſo, etiã ſi adſit clauſula de non contraueniendo, &c. & verba ſint generalia & ampla.*
Et hoc ſiue diuidentes ſciebant, ſiue ignorabant fideicommiſſum, & nu 87.
Item procedit, vel data æqualitate diuidentium, ſiue inæqualitate, vt nu. 88. & ibi quomodo conſideretur inæqualitas.

89 *Quando fideicommiſſum eſt reciprocum non poteſt prætendi læſio, & ei facilius renunciatur.*

90 *Diuiſio facta per ſententiam iudicis, quò ad renunciationem fideicommiſſi, nihil plus operatur, quàm diuiſio facta à partibus.*

91 *Iuramentum in diuiſione non inducit renunciationem fideicommiſſi.*

92 *Ex diuiſione facta per patrem inter filios non diſſoluitur fideicommiſſum.*

93 *Per promiſſionem de attendendo, & firmiter obſeruando non renunciatur fideicommiſſo, etiam ſecuta alienatione per inſtitutionem hæredis.*
Et hoc etiam ſi nulla cauſa ſubſit contraueniendi, quàm ratione fideicommiſſi, vt nu. 94.
Etiã ſi ſimus in fideicõmiſſo reciproco, & nu. 95.
Et tanto magis quando ſumus in fideicommiſſo inæquali reſpectu portionis, vel ætatis diuidentium, vt quia vnus ſenex, & ſine prole, alter iuuenis, vt nu. 96.

97 *Clauſulæ tanquàm acceſſoriæ non ampliant contractum diuiſionis ad effectum renunciationis fideicommiſſi, ſed intelliguntur ſecundum naturam diuiſionis, vt eorum effectus duret, quantum diuiſio, quæ confunditur eueniente caſu fideicommiſſi.*

98 *Clauſulæ vt plurimum ſolent apponi potius ex ſtilo notariorum, quàm ex deliberata mente contrahentium. Contra nu. 99.*

100 *Si ſit facta renunciatio cum proteſtatione reſeruationis fideicommiſſi, an attendatur renunciatio, an proteſtatio.*

101 *Per reſeruationem fideicommiſſi auiti non dicitur paterno renunciatum.*

102 *Clauſula quietationis generalis non præiudicat fideicommiſſo.*

103 *Si partes promiſſerunt non venire contra diuiſionẽ aliqua ratione, vel cauſa, non dicitur renunciatum fideicommiſſo, etiam ſi ſcirent extare fideicommiſſum. Contra nu. 104.*

105 *Per clauſulam de non contraueniendo cenſetur cogitatum de omni remedio, per quod poſſet quis contrauenire.*

106 *Scientia fideicommiſſi qualiter probetur, latè vſq; ad numerum 115.*

115 *Singulæ clauſulæ poſitæ in diuiſionibus non operantur fideicommiſſi renunciationem, ſed plures ſimul coadunatæ ſic, & nu. 133. Contra nu. 116.*

117 *Per ceſſionem iurium, & renunciationem, non dicitur fideicommiſſo renunciatum, niſi verba reſpiciant futurum tempus, & nu. 122. & 125.*

118 *Si in compromiſſo, vel laudo diuiſionis fuit dictum De omnibus litibus, & differentijs, & iuribus hactenus motis, vel quæ moueri poſſent in futurum quauis cauſa, vel ratione reſpectu talis hæreditatis, non præiudicatur fideicommiſſo.*

119 *Clauſula generalis reſtringi debet ad ſpecificata, ſi poteſt ſalua ratione recti ſermonis.*

120 *Generalis ceſſio, ſeu renunciatio omnibus iuribus, quæ habet, & habere ſperat, quomodo intelligatur, & cur fideicommiſſo cenſeatur renunciatum; & ibi exempla talium renunciationum, nu. 126. vſque ad 129.*

121 *Si vltra generalem renunciationem fuit appoſitum iuramentum non requiritur ſcientia fideicommiſſi.*

122 *Clauſula renunciationis exceptioni non ſic facti pręſentis inſtrumenti, & cuicunq; probationi, & defenſioni, an præiudicet fideicommiſſo.*

124 *Quando renuncians nullum ius habet, quàm ius fideicommiſſi, cenſetur renunciare fideicommiſſo.*

130 *Renunciatio non operatur peremptionem fideicommiſſi, niſi concurrente ſcientia fideicommiſſi, vel qualitatis rei.*

131 *Quando dicatur ſubeſſe alia cauſa, quàm fideicommiſſi in remiſſione facta in diuiſione; & quid in dubio præſumatur.*

132 *Clauſula conſtituentes dictas partes ſe inuicem tenere, & poſſidere, &c. importat fideicommiſſi renunciationem.*

134 *Fideicommiſſo an in dubio cenſeatur renunciatum, & nu. 136.*

135 *Reciprocum fideicommiſſum nõ dicitur oneroſum.*

137 *Agens ad fideicommiſſum ex perſona eius, qui fideicommiſſo contrauenit, nullatenus eſt audiendus.*

138 *Alienaſſe dicitur, qui paſſus eſt contra ſe præſcribi.*

139 *Habens cauſam à fiſco præſcribit quadriennio: & ibi latiſſimè declaratur materia l. 2. et l. benè à Zenone. C. de quadri. præſcrip. quando locum habeat vſq; ad nu. 13.*

140 *Priuari non debet quis iure ſuo ſine iuſta cauſa, & ſine facto ſuo.*

141 Non

141 Non præſumitur, quod princeps cõcedat rem alienam niſi ex iuſta cauſa,& ex certa ſcientia.

142 Licèt fiſcus,& princeps ſint ſemper ſoluendo, tamen durũ eſt cum eis litem habere,& durius executionem.

154 In præſcribendis rebus ſoli tria requiruntur titulus, bona fides, & poſſeſſio continua decem annorum inter præſentes,vel viginti inter abſentes.

155 Præſcriptio longi temporis non procedit,ſi ſit ciuiliter interrupta per aduerſarium.

156 Is, contra quem longo tempore præſcribitur, debet ſcire ius ſuum, aliàs non currit præſcriptio longi temporis,& nu. 183.

157 Pendente conditione fideicommiſſi nulla currit præſcriptio reſpectu dicti fideicommiſſi.

158 Non valẽti agere nõ currit præſcriptio,et nu.296.

159 Contra fideicommiſſarium non admittitur minor præſcriptio triginta,vel quadraginta annorum.

160 Vbi lex diſponit, quod nulla currat præſcriptio, ibi non ſufficit curſus 40.annorum, ſed maius tempus requiritur.

161 Non eſt opus docere de titulo expreſſo in præſcriptione 10.vel 40.annorum,& nu.164.

162 Idem operatur prolixitas 30.vel 40.annorum cum bona fide, quod in præſcriptione longi temporis poſſeſſio decennalis cum bona fide, & titulo.

163 Vbi ius commune reſiſtit,vel præſumit contra præſcriptionem, neceſſe eſt docere de titulo, etiam in præſcriptione 30.vel 40.annorum.

165 Vbi ad validitatem præſcriptionis oportet conſtare de tit.requiritur verus,non putatiuus,nec procuratus à non domino.

166 Bona fides eſt neceſſaria etiam in præſcriptione longiſſimi temporis, quæ tamen præſumitur ex titulo vero,vel poſſeſſione diutina.

167 In præſcriptione rei fideicommiſſo ſubiectæ mala fides præſumitur in poſſeſſore coniuncta perſona.

168 In probanda poſſeſſione 30.vel 40.annorum oportet probare initium,& finem dicti temporis, & continuationem.

169 Cõtinuatio poſſeſſionis pręſumitur ꝓbatis extremis.

170 Cum dubitatur,an ſit probata pręſcriptio, in dubio fieri debet interpretatio contra allegantem pręſcriptionẽ,quia ipſe debuit benè,et concludenter probaſſe pręſcriptionem.

171 Pręſcriptio de facili præſumi non debet, quia eſſet præſumere negligentiam alterius.

172 Res fideicommiſſo ſubiectæ, & prohibitæ alienari quando præſcribi poſſint, quibusue concurrentibus,& quanto tempore.

173 Prohibita alienatione expreſſa, cenſetur prohibitus quilibet actus alienationis,& præſcriptionis.

174 Res feudalis,vel emphyteotica præſcribitur ſpatio 30.vel 40.annorum.

175 Hæredes illius,qui paſſus eſt præſcribi rem feudalem,vel emphyteoticam,non poſſunt agere ad rem præſcriptam contra eum, qui præſcripſit, vel eius hæredes.

176 Titulus in præſcriptione fideicommiſſi debet haberi ab extraneo penitus.

177 Titulus habitus à camera, quæ grauato ſucceſſit propter eius debitum,non dicitur haberi ab extraneo penitus.

178 Titulus,qui pro non titulo habetur,nulla eſt in conſideratione,quò ad præſcriptionem.

179 Titulus habitus ab illo,qui vendit tantùm ius,quod habet in re, habetur pro non titulo.

180 Aliud eſt rẽ vẽdere,aliud ius,quod quis habet in re.

181 Qui vendit ius,quod habet in re, nõ tenetur de euictione,niſi rem tradat.

182 Præſcriptio ceſſat in re prohibita alienari publica prohibitione.

184 Dicens ſe præſcripſiſſe pacto redimendi,debet probare negligentiam hæredis illius, cui tale ius competit,quæ nulla eſt, niſi data ſcientia huius iuris.

185 Exceptio præſcriptionis nõ nocet ſubſtituto,ſi ignorauit alienationem,vel ius reuocandi ei adhuc non competebat vel ignorabat fideicommiſſum.

186 Præſcriptio in fideicommiſſo,& feudo decurſa contra patrem non nocet filio,& hoc,quia præſumitur in eo ignorantia, & nu.197.

187 Qui ſucceſſit in factum,& ius alterius,iuſtam habet ignorantiam,& nu.281.

188 Ignorantia non præſumitur ratione coniunctionis ſanguinis.

189 Dominus iuſtè dicitur ignorare factum ſui procuratoris; item ea, quæ in iudicio acta ſunt, in quo nec ipſe,nec eius procurator interuenit.

190 Ignorantia probatur per proprium iuramentum, & nu.2‹0.

191 Res per pręſcriptionem quæritur propter deſidiam, & negligentiam dominorum.

192 Ignorans non dicitur conſentire.

193 Neſciens dicitur non poſſe agere.

194 Præſcriptio feudi præiudicat etiam non natis, & nu.221. Contra nu.219.

195 Statur iuramento hæredis dicentis ſe non habuiſſe notitiam inſtrumentorum repertorum in hæreditate,niſi poſt aditam hæreditatem.

196 Ignorantia præſumitur,vbi non probatur ſcientia.

198 Agenti filio petitione hæreditatis contra detinentem bona hæreditaria,ſi non probetur notitia paternæ diſpoſitionis non currit præſcriptio.

199 Præſcriptio mero iure contra ignorantes an currat, & an tam contra eos,qui habent probabilem ignorantiam, quàm contra eos, qui non habent, & nume 202.

200 Ignorantia non excuſat,ſi adhibita diligentia,potuit rei notitia haberi.

201 Nulla diſpoſitione caueri poteſt, quod tempus currat ignoranti.

203 De iure canonico pręſcriptio nõ currit impedito,vel ignoranti etiam mero iure.

204 Præſcriptio non currit,niſi poſtquàm ceſſit, & venit dies experiundi, & ſit purificata per actionis natiuitatem.

205 Præſcriptio non currit contra fideicommiſſarium, ſi ei nondum ſit aperta via agendi, quia ſcilicet, alius ſit in medio, vel quia is, ad quem ſpectat, nondum ſit natus, vel ſit minor.

206 Non valenti agere, ſed impedito impedimento iuris, nulla ipſo iure currit præſcriptio.

Quod cum habeat naturalem rationem in ſe, procedit etiam in præſcriptione ſtatutaria, vt nu. 207. & 215.

208 Statutum præcludens viam agendi de nullitate non includit filiumfamilias, quia non poteſt agere, & nu. 224.

209 Statutaria præſcriptio abbreuians oẽs præſcriptiones non currit vxori reſpectu dotis ſuæ, dum manet in matrimonio, niſi ſit declaratum maritum vergere ad inopiam.

210 Statutum diſponens præſcriptionem currere in præiudicium ignorantis, vel eius, qui non poteſt agere, non valet, tanquàm iniuſtum, & iniquum.

211 Subſtitutus ſub conditione ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, non poteſt interim agere, & ſic ei non poterit obijci aliqua præſcriptio.

212 Præſcriptio non ſumit initium contra conditionale debitum ante euentum conditionis.

213 Ante diem, & conditionis euentũ nõ cõpetit actio.

214 Præſcriptio nõ currit ad explicandũ actum aliquẽ, niſi poſtquàm ille actus cœpit poſſe explicari.

216 Alienata re prohibita alienari ſtatim admittuntur illi, qui non alienauerunt, nec alienationi conſenſerunt gradatim.

217 Patre alienante rem prohibitam alienari, ſtatim admittitur filius ad reuocandum, nec hoc caſu vſusfructus quæritur patri.

218 Præſcriptione decurſa contra patrem, filij etiam ſi ſint hæredes patris, poſſunt reuocare ſic alienata, ſecus ſi defunctus expreſsè alienaſſet.

220 Proclammata, quæ fiunt bonis publicatis, non præiudicant nondum natis, licèt ſecus ſeruetur in fideicommiſſo conditionali quòad viuentes.

222 Filiusfamilias exiſtens in poteſtate patris dicitur impeditus impedimento iuris, vnde interim contra eum præſcriptio dormit in iudicialibus, & in quibus vſusfructus patri quæritur.

223 Filius in poteſtate patris non habet exercitiũ actionis, ſed reſidet apud patrem.

225 Contra impeditum currit præſcriptio, ſi de facili potuit remouere impedimentum.

226 Prælato excommunicato nõ currit tẽpus conferendi beneficia vacantia, niſi vbi is fuit negligens in impetrando abſolutionem.

227 Qui põt facere, vt poſſit, iam poſſe facere videtur.

228 Filius poteſt cogere patrem, in cuius poteſtate eſt, vt cõſentiat reuocationi alienationis bonorum aduentitiorum, & nu. 323.

229 Præſcriptio non currit contra eum, qui non poteſt agere, etiam ſi impedimentum, quo impeditur, culpa ipſius prouenerit.

230 Exceptio præſcriptionis ceſſat, vbi cauſa tractanda eſt ſecundum æquum et bonum, vt eſſet coram Senatu, vel Conſilio.

231 Exceptio præſcriptionis dicitur eſſe præſidium iniquum, & iniquiſſimum, & nu. 233.

232 Arbiter, vel arbitrator non debent attendere exceptionem præſcriptionis, & nu. 234.

235 Decretum excludens non contradicentes in tempore bonis poſitis ad cridas eſt iniquum, nec debet attendi, vbi proceditur ſecundum æquitatem.

236 Ex ſola negligentia non debet quis ius ſuũ amittere, niſi in caſibus à iure communi expreſſis.

237 Pater, qui non contradixit cridis, quoad bona feudalia, non præiudicauit filio, nec ſibi, ſecundum æquitatem.

238 Vaſallus non petens inueſtituram infra annum, & menſem, à feudo excluditur de rigore, ſecus de naturali æquitate

239 Malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit.

240 Nihil eſt ęquius, quã qđ res domino ſuo reſtituatur.

241 In dubio contra præſcriptionem eſt iudicandũ tanquàm contra rem odioſam, & nu. 260.

242 Qui ſe defendit ex tempore dicitur ſe defendere ex circonuentione.

243 Ignorantia præbet iuſtam cauſam obtinendi reſtitutionem in integrum.

244 Aduerſus lapſum præſcriptionis cuiuſcunque etiam maior reſtituitur in integrum ex capite probabilis ignorantiæ, & nu. 248. & 249.

245 Hæres habere dicitur probabilem ignorantiam, ſi dicat, ſe ignoraſſe hactenus tale inſtrumẽtum. idem in legatario dicente ignoraſſe legatum.

246 Quadriennium datum a lege ad petendum reſtitutionem in integrum eſt vtile à principio, & non currit ignoranti læſionem, etiam per cẽtum annos, & vltrà, & nu. 277.

247 Ignorans non poteſt dici negligens.

250 Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem ex capite ignorantiæ competit etiam vltra centũ annos, & amplius, vbi vide latiſſimè, & nu. 259.

251 Non reperitur præſcriptio 60. vel 50. annorum, ſed vltra quadragennariam datur centenaria, & ſupra eam immemorabilis.

252 Ignorãtia non eſt probabilis quę allegatur per coniunctum, vel vicinum niſi ſit cauſata ab abſentia, vel aliundè, quàm ex ſimplici ignorantia.

253 Præſcriptio eſt introducta, vt ſit litium finis, & ne dominia ſint ſemper in incerto.

254 Defenduntur Doc. licèt tot contrarietates inter eos reperiantur, quoniam id procedit propter incertitudinem quæſtionum, non vitio Doctorum.

255 Melius eſſet leges omnia terminare, & quampauciſſima iudicantis arbitrio committere.

256 Prætor nonnunquam varietatem non repellit, & conſilium mutantis non aſpernatur.

257 Varietas admittitur in Doct. vbi reddit rationes varietatis, aliàs ſecus.

258 Quod multipliciter intelligitur, & diuerſimodè, eius veritas ignoratur.

261 *Opinio eſt amplectenda, quæ fauet æquitati, & conſcientiæ.*
262 *Conſcientia didicit maledicta contemnere.*
263 *Reſtitutio in integrum datur contra præſcriptionem, quæ currit ignoranti.*
264 *Ignorantia ſola [illegible] ſufficiat aduerſus lapſum 40. annorum, vt detur reſtitutio.*
265 *Præſcriptio non currit contra ignorantem ius ſibi competere, licèt currat contra ſcientem ius competere, ſed ignorantem contra ſe præſcribi.*
266 *Præſcriptio de iure Codicis fuit introducta.*
267 *Præſcriptio 40. annorum pleniſſimam tribuit ſecuritatem, inſpecto iure ordinario, non autem inſpecto iure extraordinario, vt eſt reſtitutio in integrum, & nu. 275.*
268 *Lex generaliter loquens non cenſetur cogitare de iure extraordinario.*
269 *Lex generaliter loquens non intelligitur derogare iuribus particulariter diſponentibus.*
270 *Soluens minori cum auctoritate iudicis, & curatoris conſequitur pleniſſimam liberationem, niſi ſoluat ex falſa cauſa, vel aſſertione, vel conſumpturo, quia tunc reſtituitur.*
271 *Liberatio priuilegiata eſt.*
272 *Dominus ſemel ſemper eſt dominus, niſi ex facto ſuo deſinat eſſe, & nu. 305.*
273 *Is, contra quem præſcriptum eſt, non deſinit eſſe dominus.*
274 *Lex ſemper eſt certa eorum, quæ ſunt in rerum natura.*
276 *Præſcriptio 40. annorum ignoranti non currit; & ibi latè de ratione.*
278 *Reſtitutio non eſt concedenda, vbi non conſtat de probabili ignorãtia, ſed ſubeſt præſumptio ſcientiæ.*
279 *An ſcientia præſumatur, ex quo partes habitant in loco, vel ibi propè, vbi ſunt bona præſcripta, vel ſi adſit coniunctio ſanguinis.*
280 *Vicinus non præſumitur ſcire ea, quæ ſolent in ſecreto fieri, nec ea quæ modico temporis ſpacio expediuntur, nec quæ à communiter accidentibus non ſolent eſſe nota vicinis, vel coniunctis.*
282 *Regula, quod coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti quomodo procedat, & quæ præſumatur ſcire coniunctus.*
283 *Reſtitutio in integrum ad hæredes tranſmittitur, & nu. 295.*
284 *Nepos præſumitur ignorare teſtamentum aui, in quo eſt fideicommiſſum.*
285 *Filius præſumitur ignorare contenta in teſtamento patris.*
286 *Filius hæres matris iuſtè allegat ignoraſſe inſtrumentum dotis, & rem fuiſſe in bonis patris.*
287 *Actus momentanei non tranſeunt in notorium, niſi fuerint geſti in loco publico in conſpectu populi.*
288 *Ad excludendum reſtitutionem non ſufficit probare ſcientiam inueſtituræ in genere, niſi etiam probetur ſcientia tenoris illius.*
289 *Qui ſemper, & continuè penes ſe aliquas ſcripturas habuit, præſumitur, quod eas fuerit ſcrutatus, & ſciat earum tenorem.*
291 *Faciens mentionem de aliquo inſtrumento præſumitur, quòd habeat notitiam de contentis in eo.*
292 *Quãdo adeſt præſumptio ſcientiæ, tunc non eſt ſtandum iuramento allegantis ignorantiam.*
293 *Inſtrumentum crediti præſumitur fuiſſe penes creditorem, quia creditores ſolent diligenter cuſtodire ſcripturas creditorum ſuorum.*
294 *Ex curſu 40. annorum non præſumitur ignorantia, ſed ſcientia, ideò tunc allegans ignorantiam debet eam plenè probare aliter, quàm per iuramentum.*
297 *In præſcriptione ineſt tacitus conſenſus eius, contra quem præſcribitur.*
299 *Taciti & expreſſi par eſt virtus.*
300 *Filij alienantis debent facere fidem de abſtinentia ab hæreditate patris, ſi volunt reuocare alienationem factam per patrem.*
301 *Si pater patitur contra ſe præſcribi, hæc negligentia non nocet filijs, etiam ſi ſint hęredes patris, quominus poſſint reuocare, ſi veniunt ex perſona propria.*
302 *Præſcriptio decurſa contra patrem minus nocet hęredi filio cum beneficio legis, & inuentarij, quàm ſi ſit hæres ſimpliciter.*
303 *Filij an admittantur ad reuocandum alienata per patrem ante eorum natiuitatem.*
304 *Dominium non poteſt ſtare in pendenti.*
306 *Subtilitas nimia reijcitur.*
307 *Licèt bonorum ſubiectorum fideicommiſſo dominium transferatur per alienationem factam per patrem ante natiuitatem filiorum, tamen ipſis natis reſoluitur.*
308 *Alienatio facta de re prohibita alienari per ignorantem ignoranti ſubſiſtit, & ſolùm vocatis ſupereſt actio ad pretium, & hoc ſi alienans ſit ſoluendo, & nu 313.*
309 *Vbi adeſt expreſſa prohibitio alienationis, alienatio eſt ipſo iure nulla.*
310 *In exceptionibus reus eſt actor.*
311 *Alienatio, quæ ſtatim poteſt reuocari, non iuſtificatur per ignorantia vtriuſq; contrahentis.*
312 *Ignorantia vnius, vel duorum non debet nocere tertio, ad quem deuoluitur res alienata.*
314 *Fideicommiſſarius agens ex perſona eius authoris, qui fideicommiſſo contrauenit, non auditur.*
Si verò veniat ex perſona propria, an, & quando audiatur à num. 315. vſq; ad finem quæſtionis, & hoc tam ſi ſit hæres ſimpliciter, quàm ſit ſit cum beneficio inuentarij.
317 *Hæres cum beneficio inuentarij ex perſona propria non poteſt reuocare alienata per defunctum, ſi lucrum ex hæreditate capiat, & nu. 320.*
318 *Inuentarium immunẽ hæredem minime facit, quominus teneatur ſtare facto defuncti, & eius obligationem ſeruare.*
321 *Eſt valde pretioſum non carere laribus auitis, cum in rebus maiorum plurima affectio cadat.*

322 *Qui alienauit, etſi non admittatur ad reuocandum, tamen admittitur tãquam pater, & legitimus adminiſtrator filij ad dictum fideicõmiſſum vocati. Contrà nu. 323.*

324 *Filio vtilius eſt reuocare alienata per patrem viuente patre, quàm eo mortuo, quia tunc ſi eſſet hęres patris, non admitteretur ad reuocandum.*

325 *Pro bonis, in quibus patri vſusfructus quęritur, pater agit, pro alijs verò filius.*

326 *Filio in poteſtate patris non datur curator, ſed datur rebus filij familias ad actionem mouendam, vel ſuſcipiendam, quo caſu ſufficit, quòd pater conſentiat in petitione curatoris.*

327 *Vſusfructus patri non quæritur, quando filius reuocat bona fideicommiſſo ſubiecta per patrem alienata.*

328 *Filius, qui conſenſit alienationi factæ per patrem de bonis prohibitis alienari, an poſſit officio iudicis contra patrem agere.*

329 *Fideicommiſſo conditionali an poſſit præſcribi.*

330 *Præſcriptio longi temporis ei non nocet, qui ignorauit ius ſibi competere.*

331 *In dubio præſumitur, quòd quis ignoret ius ſibi cõpetere, et quæ ignorãtia proſit, quæ nõ, et nu 335.*

332 *Præſcriptio probanda eſt per fundantem ſe in ea, cum ſit quid facti.*

333 *In præſcriptione longi temporis probari debet titulus bona fides, & continuata poſſeſſio, ſecus in præſcriptione longiſſimi temporis.*

334 *Bona fides præſumitur in præſcriptione longiſſimi temporis.*

336 *An corã Senatu, & conſilio, qui iudicant ſola facti veritate inſpecta, audiatur exceptio ꝓſcriptionis.*

QVAESTIO XIIII.

CAPIO modò XIIII. principalem quæſtionem, quæ nũc ſe offert diſcutienda, in qua ꝑcutiendo exceptiones, quæ vt pluriuiùm repellunt
1 agentem, † dico eas eſſe. Primam, ꝙ is ſit indignus fideicommiſſo, qa illi contrauenit, vel aliàs illi renunciauit ex perſona ſua. Secundam, quia ſit hæres, aut aliàs ſucceſſor alicuius, qui fideicõmiſſo huiuſmodi renunciauit. Tertiam exceptionem præſcriptionis.
2 Circa primum articulum, † breuiter dico, ꝙ agenti ex fideicommiſſo quandoq; opponitur, ꝙ ipſe contrauenit fideicommiſſo aliqualiter ex modis infraſcriptis. Primò, ſcili
3 cet, † quia is alienauit rem aliquam fideicõmiſſo ſuppoſitam. Secundò, quod ipſe con
4 ſenſit alienationi per alium factę. † Tertiò, ꝙ renunciauit fideicõmiſſo expreſsè. Quartò, ꝙ tacitè illi renũciauit, patiendo illud præſcribi. Et ꝙ attinet ad primũ modũ contraueniendi, res eſt expedita contra agentem, ꝑ text. in l. cum pater. §. libertis. quæ eſt 79. ibi, eos. n. ad fideicõmiſſum inuitaſſe videntur, q iudicio paruerunt, &c. ff. de lega. 2. Eſt enim præceptum diſponentis, cui in parte cõtrauenies factus eſt indignus à toto eius beneficio, c. defleat. de reg. iur. & l. cum, qui ædes. ff. de vſuc. & apertè etiã id probatur in d. §. libertis. ibi Alioquin perabſurdum erit, vt ab altero partem alienatam petat, qui partem ſuam alienando perdidit, &c.
Et pro hac concluſione contra fideicommiſſa
5 rium agentem, † facit regula c. ex eo. de reg. iur. in 6. de qua per Bar. in l. poſt legatum. ff. de his, quibus vt indign.
6 Prætereà cõſiderandum eſt, † ꝙ non põt dici in parte contrauentũ diſpoſitioni inſtituentis, quin tota ſit lęſa. qm̃ voluntas inſtituentis eſt indiuidua, l. eum, qui. in prin. ff. de his, quibus vt indign. l. quidam eulogio. C. de iu
7 re deliberan. † Et hæres grauatus fideicommiſſo cenſetur honoratus ſub conditione, ſi
8 voluntati defuncti paruerit, † quę conditio eſt indiuidua, l. etiam. ff. de leg. 1. & ita in terminis reſpõdit Ang. conſ. 168. teſtator. nu. 2. & ſeqtur Crot. in vulg. §. diui. reprobata opinione Iaſ. qui tenuit contrarium. Et ad hoc videnda ſunt, quę abundè ſuprà poſui in 10. quæſtione principali in tertia inſpectione.
Circa aũt ſm modũ contraueniendi per cõſen
9 ſum alteri alienanti præſtitũ, † cõſiderandũ eſt, ꝙ aut ſumus in caſu tacito ꝑ ſolã ſciam alienationis, & patientiã; & iſto caſu puto, ꝙ nõ dicatur iſte ſic cõſentiẽs contraueniſſe fi
10 deicõmiſſo, † qa aliud eſt alienare, aliud alienanti conſentire, & ità cõcludit Caſt. in d. §. libertis. nu. 1. & ſic intelligo talẽ regulã procedere in tali tacito cenſenſu. q. ſi ipſe cõſenſit alienationi partibus præſentibus, & ſic expreſsè; certè idẽ eſſet dicendũ in hoc 2. modo contraueniendi, qđ fuit dictũ in primo, & ita intelligo d. §. libertis. ibi, Nec dedit alienandi voluntatẽ, &c. quia hoc caſu cẽſetur fideicõmiſſo renũciare, vt etiã animaduertit Caſt. vbi ſ. nu. 3, Idẽ ẽt reſpondit Alex. cõſ. 8. nu. 4. & ſeq. vol. 4. vbi citat glo. in l. cũ propo
11 nas filios. C. de pact. quæ vult, † ꝙ ſi duos filios, quos inſtituit, grauat ad inuicẽ de reſtituendo, ſi vnus decedat ſine liberis, & cõtingat alterũ ex eis aliquã rẽ alienare, altero fratre præſente, & nõ contradicente, & contingat alienantẽ prædecedere ſine liberis, nõ poterit, qui tacitè cõſenſit, rẽ illam alienatam reuocare, per l. quoties ab omnibus. C. de fideic. & d. §. libertis. quidquid ſit de pretio.
* & ſubdit Alex. vbi ſ, ꝙ licèt illa glo. ſit * communiter reprobata in eo, quòd vult, præſen
12 tem haberi pro conſentiente, † tñ quia præ-

ſens

ſens non habetur pro conſentiente, qñ non
poteſt actum impedire, ſed quando conſtat
ipſum conſenſiſſe alienationi, ut ſuprà dixi,
cenſetur renunciaſſe fideicommiſſo, per d. l.
quoties. & quando ergò conſenſus fuit præ-
ſtitus parte præſente, procedit iſte caſus, ſe-
cùs ſi eſſemus in conſenſu ſimpliciter præſti-
to cauſato à ſimplici ſcientia, uel patientia,
vt dixi, & ità intelligit Dec. conſ. 163. col. 3. cir
ca principium, quatenus concludit, ꝙ ſi et
duobus vaſallis alter alienauit feudi partẽ,
altero conſentiente, & poſteà decedat ſine
prole, poterit, qui conſenſit, reuocare alie-
natum. intelligo enim eum loqui in ſimplici
conſenſu præſtito, non etiam in præſtito par
te præſente. & comprobat Brun. conſ. 80. nu.
81. & plur. ſeq. dum inquit, non eſſe differen-
tiam inter alienantem, & conſentientẽ alie-
nationi in materia feudali, & ſimili, & reſpõ
det ad illud, quod dicitur de præſente, qui
13 † non potuit actum impedire, &c. quia ſaltẽ
debet proteſtari de iure ſuo, & non conſenti-
re, prout in domino, qui reperitur præſens.
alienationi factæ per emphyteotam, ut ibi
per eum. & Caſtren. vbi ſuprà, refert, & ſequi-
tur Anguiſſola conſ. 9. nu. 17. lib. 6. Cõſenſus
igitur iſte expreſſus præſtitus parte præſen-
te excludit cõſentientem agentem ad fidei-
commiſſum ex quouis capite, ut per Caſtrẽ.
& alios vbi ſuprà.

Nec poſſet conſtitui differentia inter iſtum cõ
ſenſum, & illum, qui ex ſcientia, & patientia
elicitur poſt lapſum tempus præſtitutum ad
14 præſcribendum, † quia præſcriptio eſt ſpe-
cies alienationis, per Docto. in d. §. diui. &
infrà dicam.

Quòd autem attinet ad tertium modũ amit-
tendi ius fideicommiſſi, quod in effectu perti
net ad materiã alienationis, res verſatur in
magno pelago, maximè in materia diuiſio-
nis, & conuentionis inter uiuos. In qua, ut eã
non omittamus, breuiter conſtitui poſſunt
duæ principales concluſiones. Quarũ pri-
ma eſt, an per ſimplicem diuiſionem inter vo
catos ad fideicommiſſum dicatur renũcia-
tum fideicommiſſo. Altera eſt, an idem dicẽ
dum ſit ſtantibus clauſulis, quæ multoties
poni ſolent in inſtrumentis diuiſionẽ, & con
uentionum huiuſmodi.

15 * Circa † primam breuiter * cõmunis eſt re-
ſolutio omnium ſcribentium pro negatiua,
ut docet Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres. in
* 1. q. ff. de verb. obligat. & ibi per * oẽs Docto.
& alibi ſæpè legendo, & conſulendo. Quò ve
rò ad ſecundam cõcluſionem principalem,
eius reſolutio pẽdet à diſcuſſione clauſula-
rum prædictarũ, quas ſingillatim libet per-
16 currere. Prima igitur ſit illa † clauſula Pro-
miſſionis de non contraueniendo, quæ non
operatur renunciationem fideicommiſſi, &
ita tenet Bar. in d. l. qui Romę. §. duo fratres.
17 in 2. q. ff. de verb. obligat. † quia etiam ea cir
cunſcripta, i. non expreſſa, tamen ex natura
cõtractus, ſicut & cuiliber alterius, ſubintel-
ligebatur, ut reſpondit Rui. poſt concordã.
per eum citatos conſ. 138. nu. 9. vol. 2. loquẽs
in caſu, quo fuerat promiſſum de non con-
traueniendo aliqua ratione, uel cauſa de iu-
re, vel de facto in perpetuum, &c. & ad hoc ci
tat Bal. & Alex. Soc. conſ. 43. nu. 8. uol. 4. & eſt
* * communis opinio, Alba cõſ. 29. nu. 15. & Ri
minal. iu. cõſ. 204. nu. 61. & plur. ſeq. vol. 2. Ro
lan. conſ. 51. nu. 16. vol. 4. & Burſat. conſil. 64.
* nu. 33. & plur. ſeq. & de * communi Rolã. cõſ.
34. num. 75. & ſeq. uol. 4.

18 Eſt autem conſiderandum, † ꝙ promiſſio de
nõ contraueniẽdo qñcũq; non inducit obli-
gationem, putà, ſi ſit adiecta cõſenſui præſti-
to alienationi factæ per alium, vel renuncia-
tioni, tñ cum talis contractus non ſit obliga
torius, quia qui cõſenſit, patitur, ſed non ſe
19 obligat, † pariter dicta promiſſio debet in-
telligi ſm naturam illius, Anguiſſola lib. 2.
conſi. 27. ſub nu. 3. & nu. 5. in fi. & lib. 7. conſi.
20 18. nu. 3. † ſit de hac clauſula promiſſionis de
non contraueniendo cum clauſula promiſ-
ſionis non petendi aliquid in perpetuum, ꝙ
tunc dicatur renũciatum fideicommiſſo, eſt
* * cõis, Burſat. cõſ. 97. nu. 13. † & in clauſula de
21 ꝑpetuò ratas habere partes diuiſas, & per-
* petuò attendere, ꝙ ſm * communem idem
operetur, num. 17. Sed hæc clauſula idem eſt
cum præcedenti.

22 Hęc autem concluſio declaratur primò, † vt
procedat, etiam ſi huic clauſulæ adiecta ſit
alia clauſula, De rebus diuiſis nihil petere in
perpetuum aliqua rõne, vel cauſa, quæ dici,
aut excogitari poſſit: ſpreta opinione Ioan.
And. de qua infrà in 20. concluſio. ità tenet
Rui. d. conſi. 138 nu. 9. vol. 2. Et hãc opinionẽ
** vti magis ** communem, teſtatur Soci. d. cõ
ſil. 43. num. 8. in fi. vol. 4.

23 Sed certè † ubi verba ſunt prægnãtia, & iun-
cta eſt dicta clauſula promiſſionis de non cõ
traueniendo cum iurium ceſſione per uerba
de futuro, veritas eſt, ut dicatur fideicommiſ
ſo renũciatũ, vt infrà dicã in d. 20. cõcluſio.

24 Secundò declaratur hæc concluſio, † vt pro-
cedat, ẽt ſi fideicõmiſſum ſit æquale, & coæ-
quæuum, Riminal. iun. d. conſ. 204. nu. 30. &
ſequen. & nume. 66. contra Ang. in d. §. duo
fratres. qui per alios damnatur, Rui. conſil.
138. ſub num. 9. vol. 2.

25 Tertiò declaratur, † ut non habeat locum
ſupradicta concluſio, quando etiam con-
currit clauſula renunciationis omni iuri,
& lo-

& legum auxilio, vt poſt Dec. Rui.& Soc.iu.
per eundẽ citat. tenet Burſat. cõſ.49.nu.33.
Quartò declaratur ſupradicta concluſio, vt
26 † procedat, etiam ſi fideicommiſſum ſit pu-
rum, Bar.in d.l.duo fratres. in 2.q.& concor
dan.per Rui.conſ.139.vol.2.Sed contrarium
eſt uerius in puro,ad differentiam conditio-
nalis,ſtante tamen ſcientia diuidentis,ut ibi
per Ruin.vbi ſuprà per totũ,& ſignãter nu.9.
Quintò declaratur ſupradicta concluſio, vt
27 † non procedat, quando eidem clauſulæ ad-
iecta ſunt verba pręgnantia,vt cõcludit Ro-
lan. conſi.34.num.77.vol.4.
28 Secunda ſit clauſula † conſtitutionis procu-
ratoris in rem ſuam, quia non operatur fi-
deicommiſſi renunciationem, Abb.d.conſil.
29. ità ut poſſint omnia facere, &c. ibidem,
Gozadin.conſ.45.num.19.& conſ.36.nu.14.
Et hæc clauſula æquipollet clauſulæ, de qua
infrà, Pancirol.conſ.59.nu.79. Et hanc par-
tem defendit Ruin. conſ.137.num.7.vol.2.
29 † concludens per dictam clauſulam non cen
30 ſeri datam facultatem alienandi, † quia illa
uerba Videbitur & placuerit,important ar-
bitrium boni viri, non autem mandatum
* cum libera,& de * communi Soc.iu.cõſ.116.
num.60. verſi. præterea, &c. vol.1.
31 Contrarium † tamen, ꝙ imò dicatur conceſ
ſa facultas alienandi, & ſequuta alienatione
dicatur fideicommiſſo renunciatum, voluit
Bar. in d.§. duo fratres.in 8.q.& cum eo trã-
* ſeunt * communiter Doct.& hoc etiam tenet
Alba,vbi ſuprà.& abundè Borgnin.deciſ.36.
nu.23. Pancirol.vbi ſuprà nu.76.d.conſi.59.
32 Tertia eſt clauſula, † Abſoluerũt ſe inuicem
ab omni eo, & toto, quod quilibet eorum
quomodocunq; ex quacunq; cauſa petere
poſſet. Et hæc clauſula, vt multi dicunt,im-
portat renũciationem fideicommiſſi, Rimi-
33 nal.iun.conſ.459.nu.23.vol.4. † ſi nulla alia
cauſa ſubeſt,prout præſumitur,nu.25. & ſu-
prà dixi in 1.concluſio. & ꝙ nulla alia cauſa
ſubeſſe præſumatur, latè Menoch. conſilio
87.numero 20.
Et pro iſta concluſione,& ꝙ nulla alia cauſa,vel
* ius præſumatur fuiſſe, eſt * cõmunis, Rolan.
conſ.74.nu.91.vol.4. Soc.iu.conſ.116.nu.51.
& ſeq.uol.1. & in abſolutione generali etiam
per uerba de futuro, Bal.conſ.440. in princ.
in 3. par.ſequitur Gozad.conſ.36.num.13.&
conſi.45.nu. 19.& quãdo dicatur alia cauſa
ſubeſſe,dicam infrà concluſio.20. & abundè
hanc cõcluſionem probat Borgnin.d. deciſ.
* 36.nu.23.vbi etiam de * communi.
Contrarium tamen tenet Ruin. cõſ.137.& cõſ.
ſeq.nu.9.uol.2.loquens ẽt in caſu [illegible] dicta
clauſula eſt iũcta cum clauſula promiſſionis
de non contraueniendo, & in clauſula quie-
tationis ampliſſima,poſt Bal.conſi.18.nobi-
lis vir Vanes. & cõſ.440. factum proponitur.
in 3.par. Et ꝙ per iſtam clauſulam non dica-
tur præiudicatum fideicommiſſo,reſpondit
Alba cõſ.29. ſub nu.7.11.& 15. quod & pro-
bo, per rationes per eum adductas.
Prior autem ſentẽtia ſic eſt accipienda,ut pro-
cedat ità demum, ſi uerba incerta ſint in tẽ-
pus futurum,& illud reſpiciunt, ſecùs ſi ſolũ
præſens tempus, ẽt ſi adſit iuramentum, ut
pulchrè declarat poſt alios Rui. cõſ.137.nu.
14.& ſeq. vol.2. neq;.n. aliàs cenſetur actum
de fideicommiſſo conditionali, ſed ſolùm de
puro, ſeu purificato,ut ibi per eum.& quòd
34 † ubi uerba tempus præſens tñ reſpiciunt,
ꝙ non dicatur fideicommiſſo conditionali
præiudicatum, Ang.conſ.287. Corn.conſil.
249.ad fin.uol.1.Cuma.cõſ.108.col.fin. Dec.
conſ.86.col.3.verſ.non obſtat.& cõſ.495.nu.
15.Rip.in d.§.duo fratres.nu.47.Gabriel.lib.
4.tit.de fideicom.concluſio.1.nu.24.
35 Quarta eſt clauſula † promiſſionis defendẽ-
di,& de euictione, quę nocet fideicommiſſa-
rio ſic promittenti, ut nõ poſſit amplius ha-
bere regreſſum ad illam partem,Riminal.iu.
cõſ.459.nu.22.vol.4. Et caſus iſte reputatur
indubitabilis per multos Doct. latè Rolan.
* conſ.34.nu.30.in fi.& ſeq. vol.4.& de * com-
muni Burſat. cõſ.237.nu.3.uol.3.Et idem de
promiſſione de euictione quomodocunque
res euincatur, Dec.conſ.287.in fi.& latè per
Borgnin. deciſ. 36. num.9.
36 Et hæc † clauſula euictionis,licet nòn ſit ex-
preſſa, tñ ſubintelligitur inter diuidentes
ignaros qualitatis rei, vt poſt cõcordan. per
37 eum citatos, Borgnin. deciſ.36.nu.8.† & de
clauſula promiſſionis defendẽdi ſub obliga-
tione omnium bonorum, &c. ab omni per-
ſona,communi, collegio, & ab omni hippo-
theca, &c. quod habent eũdem effectum re-
nũciationis fideicommiſſi, firmat etiam ip-
ſe ibi nu.19.& ibidem nu.20.ſubijcit idem in
clauſula promiſſionis de faciendo ea,ad quæ
tenẽtur vigore dictarum diuiſionum.& pro
hac concluſione rñdit Burſat. conſ. 87.nu.
15.vbi ad hoc citat Curt.ſen.Dec.& Soc.iun.
38 Sed † contrà Alex.conſ.21.nu.6.& ſeq.uol.5.
Riminal.iu.conſ.204.nu.39.& 90.vol.2.& la-
tiſſimè per Rolan. conſ.51.nu.9.& plur. ſeq.
& p tot.uol.4.qñ euincitur ex natura rei,&c.
ut ibi latiſſimè. & hoc nõ obſtante,ꝙ ex poſt
facto res ſit ad inęqualitatem redacta,ut ibi
per eum col.fin. quamuis in hoc vltimo Me-
noch.conſ.87.num.84.& ſeq.contradicat de
quo tñ uide eũ nu. 92.& ſeq. Et inæqualitas
adeſſet, ſi vnus habebat filios, alter non, Al-
ba conſ.74. nu.10. & quòd inæqualitas non
conſideretur, probet Riminal.[illegible] conſ.204.
nu.66.

nu.66.vol.2. & pariter contra iſtam concluſionem Gozad.conſ.45.nu.6.& num.19.poſt Bal.per eum citatum.& hoc de plano procedit, qn̄ euincitur ex facto eius, à quo euincitur, uel auctoris ſui, latè Rolan.vbi ſuprà, & Rip.in d.§.duo fratres.num.43.per tex.in l.licèt.ff.de dot.præleg. Anguiſſola conſil.2.nu.24.lib.3. & concordan. per Craue.conſ.211.num.6. uol. 2. Nec ob id dicta clauſula poteſt dici otioſa, quia poteſt applicari illis bonis, quæ fortè erant alienata, vt per Rimin.iun. ubi ſuprà num.99.

39 Promiſſio † ergò de euictione, & de defendē
do in omnem caſum deber intelligi de promiſſione, & de euictione, quæ ſequeretur ex facto tertij, non autem de ea, quæ prouenit ex natura rei, vel ex facto illius, cui promittitur, ſeu eius auctoris, quia ad eum caſum non porrigitur dicta promiſſio, niſi in ſpecie eo caſu fuerit promiſſum, ſecundum Bar.in
* d.§.duo fratres. in 1.q.Bar.Bal. & * communiter Doct.in d.l.ſi familiæ.C.famil.erciſcun. Rui.conſ.137.nu.12.& ſeq.lib.2.Sed hoc vltimum, quando concurrunt multæ aliæ clauſulæ, non tenet Soc.iun.conſi.116.nu.63.volum.1. & num. ſequen.

Quòd ſi promiſſio de defendendo ſit concepta in omnem caſum, &c. vtiq; eſt renūciatoria fideicommiſſi, vt latè probat Rui.conſ.137.col.1.in fi. verſ.& magis, &c. & col.ſeq.vol.2.

Pro declaratione itaq; iſtius dubietatis pertinentis ad caſum d.l.ſi familiæ.C.famil.erciſc. conſiderandi ſunt plures caſus. Primus eſt,
40 † quando partes ſimpliciter diuiſerunt bona, & tunc cenſetur quilibet ſe obligaſſe de euictione vnius alteri, & inuicem, niſi actum ſit, quòd quilibet eorum mutuum periculū ſuſcepiſſet, & ſic quilibet pro parte ſua eam accepiſſet periculo ſuo. Et iſte eſt caſus in d.
41 l.ſi familiæ. Et ratio eſt, † quia diuiſio vicē obtinet vēditionis, vt ibi omnes tradunt, & in ſpecie Bar.in l.1.C.communia vtriuſq; iu di. Curt. iun.conſ.115.in fi. Rui. conſil.137.nu.3.uol.2.ubi probat hunc caſum.

Declaratur ſupradicta concluſio, vt non proce
42 dat, † qn̄ euictio ſequeretur ex natura rei, ſeu qualitate conuentionis, ut cōcludit Craue.d.conſ.21.num.6.vol.2.

43 Secundò, quatenus dixi † diuiſionem venditionis vim obtinere, & eſſe ad eius inſtar, declaratur, ut procedat, qn̄ partes vnicuiq; aſſignatæ fuerunt æſtimatæ, ſecùs autem ſi inæſtimatæ: quia tūc eſt ad inſtar permutationis, vt poſt concordan.per eum citatos, concludit Borgnin. Caualcan.deciſ.36. numero 4. in princ. & ità debet intelligi Rolan.conſi.51.num.6.vol.4. quatenus dixit, diuiſionem vim habere permutationis, quamuis permutatio ſit inſtar venditionis, Decia.conſil.53.num.55.vol.3. Quod tamen an verum ſit, latius infrà dicam in 6. clauſula.

44 Secundus caſus eſt, † qn̄ promiſſerunt etiam diuidentes ſibi inuicem de euictione; & iſto caſu ſi tempore diuiſionis, quilibet eorum ſciebat qualitatem rei, & vinculum ei annexum, tunc ſi pars vnius euincitur ex natura & qualitate rei, ſeu ex facto, & ordinatione auctoris communis diuidentium, quod idē eſt, ac ſi ex facto proprio illius, à quo euincitur, & tunc omnes uolunt, quòd ceſſet obli-
* gatio de euictione, gl.& * communiter Doct. in d.l.ſi familiæ.Rolan.d.conſ.51.vol.4.& cōcordan.ſuprà citat. & ſignanter Alex. d.conſil.21.nu.6.& ſeq.uol.5.Craue.conſi.211.nu.6.uol.1. Et ratio eſt, quia hæc promiſſio euictionis ſimpliciter facta intelligitur ſecundū naturam contractus, Alexā.vbi ſuprà. Idem probat Soc.conſi.31.nume.7.uol.4. loquens in euictione emanata ex compromiſſo pro diuiſione exinde facta, ꝙ nihilominus non extendatur ad caſum, ubi pars vnius euincitur ex natura rei, vel facto auctoris diuidentium, ꝙ reprobatur. Idem, ac ſi factum eſſet ipſius, à quo res euincitur, & tunc ceſſat diſpoſitio l.uendicantem.ff.de euictio. Idē probat Alban.conſ.24.Rui.conſ.151.uol.2.Dec.conſ.411.Aret.conſ.3.num.38.conſi.34.conſilio 45. Natta conſ.470.num. 13. Ripa in d.§.duo fratres.num.101.& de euictione, quæ ſequitur ex facto antiquiorum, Craue.conſilio 24.num.1.

45 Declaratur autem iſte caſus, † vt procedat data ſciētia, de qua ſuprà, dummodò ea adfuerit tempore diuiſionis, Rolan.d.conſilio 51.numero 10.

Sed ſi promittens ignorauit qualitatem, tunc ea euicta, tenetur ſolùm ad damna, & ad intereſſe, ut reſpondit Anguiſſola conſil. 27. in fi. libro 2.

46 Secundò declaratur iſte caſus, † vt procedat, niſi ex aliquibus alijs cōiecturis appareat dictos contrahentes in promiſſione euictionis voluiſſe etiam comprehendere hunc caſum. Sed quia hoc pendet à ſequenti caſu, ad eum me remitto.

47 Tertiò declaratur, † ut procedat etiam non obſtante promiſſione de non contrauenien-
48 do, † quia intelligitur ſecundùm naturam contractus, ut ſuprà tetigi. quidquid Alciat. cōſ.256.in fine, uoluerit, per regulam l.uendicantem. ff. de euictio. Etenim illa regula nō procedit in iſto caſu, in quo etiam ceſſat euictio negatiua. etenim iſto caſu euincēs di ci[illegible]rauenire, inquit Alex. d.conſil.21. num.[illegible]n. uol. 5.

49 Quartò declaratur, † vt non procedat iſte caſus,

caſus,& glo.in d.l.ſi familiæ. quãdo res euin-
citur per eum,qui promiſſit de euictione,vel
50 eius hæredem,† etiam ſi hæres velit iuri ſuo
renunciare,cum enim ſit hæres,& hęreditas
non ſit ei damnoſa,facto inuẽtario,tenetur
ſtare facto defuncti, ità latè probat Decia.
* conſi.55.nu.85.vſq; ad finẽ. vol.3.& de* cõi
in alienatione feudi antiqui facta per vaſal-
lum,ꝙ eius hæres non poſſit eam impugna-
re,Curt.iu.in tracta.feud.in 3.par.nu.148.
Et hæc diſtinctio de plano procedit, ſi defun-
ctus nedum ſe,& bona ſua obligauit,ſed etiã
hæredem ſuum,& eius bona, de quo per Af-
flict.deciſ.200.& deciſ.ſeq.
51 Tertius caſus eſt, † quando apparet inter
partes actum eſſe expreſsè, vel tacitè ex ali-
quibus veriſimilibus cõiecturis euictionem
promiſſam eſſe, vt præſtetur, etiã ſi ſequuta
ſit ex natura rei,vel facto auctoris, ita decla
* rat Alex.conſi.21.volu.1.Et eſt* communis
opinio,ſecundum Alex.Alcia. conſi.123. ſu-
perioribus annis.nu.5.& conſi.138.nu.3.ad
fi.& conſi.526.ad fi.Sed certè Alex. vbi ſuprà
non meruit ad hoc allegari, vt ſuprà retuli,
52 & probat Alciat.d.conſi.526.in fin. † Et iſto
caſu, ſi per alium, quàm per cohæredem res
euincatur,putà,ſi res ſit feudalis, & euinca-
tur per dominum,tunc ſaltem eſt locus reſti
tutioni pretij, ſi verò euincatur per cohære-
dem, vel eius hæredem, tunc intrat diſpoſi-
tio l.vendicantem. ff.de euic. vt ibi per eum.
53 Prima igitur erit † coniectura prædictæ vo-
luntatis,vbi expreſſa non repetitur,quando
manifeſta læſio alias induceretur, vt qa bo-
na æſt.mata cuilibet fratrum aſſignata fue-
runt, tũc enim ceſſat ratio ſuſceptionis mu-
tui periculi,Alciat.d.conſi.138.nu.3.in fi.
54 Secunda eſt coniectura, † quando reſulta-
ret magna inæqualitas,Alciat.d.conſil.526.
in fi.& in alijs locis ſuprà citatis.
55 Quartus caſus eſt, † quando dictum fuit,
quod nemo diuidentium teneatur de eui-
ctione portionis vnicuiq; obuẽtæ; tũc enim
quilibet cenſetur periculum partis ſuæ ſu-
ſcepiſſe, & ceſſat obligatio de euictione; ca-
ſus eſt in d.l.ſi familiæ.C.famil. erciſc. & non
etiam tenebitur ad pretij reſtitutionem iſto
caſu, quia reciproca interuenit traditio;
56 † ſecus ſi quis alteri promiſiſſet, ſe nolle te-
neri de euictione, tunc enim extra illum ca-
ſum tenebitur ad pretij reſtitutionem,l.em-
ptorem.§.fi.ff. de act.empt. ità ſignanter de-
clarat Iaſ.conſi.211.col.5.in prin.verſi. item
qui conuenit,&c.volu.2.& ſequitur Rebuff.
ſuper conſtitu.Reg. in 3. tomo, pag. 357. in
fin. nu. 54.
57 Quinta clauſula† Renunciatio[illegible] iu-
ris,& legum auxilio, ꝙ non inducat renun-
ciationem fideicommiſſi, niſi verba ſint cõ-
cepta etiam in futurum,putà competẽti, &
competituro, vel ꝙ competere poſſit, Rimi.
58 iu.conſ.104.nu.38.& nu.72.†vbi etiam ſi ſit
59 iuratum. volu. 2. † & reſeruatum ius fidei-
commiſſi,vt ibi,& etiam Bart. in l.Stichus.§.
60 idem quęſijt.col.1.ff.de condit.indeb.†ſicut
qui renunciat omnibus exceptionibus non
cenſetur renũciare exceptioni orienti ex eo-
dem fonte,vt in hoc propoſito arguit Crau.
conſ.211.nu.5.& ſeq.vol.2.Et pro iſta parte,
quando verba non reſpiciunt tempus futu-
rum,reſpondit Ruin.conſ.137.col.penul. in
61 princ.verſi.& inſuper.vol.2. Et abundè, † ꝙ
per dictam clauſulam non dicatur fideicom
miſſo renunciatum, etiam ſi iuramẽtum ſit
adiectum,niſi ſit expreſsè renunciatum,l.de
his.ff. de tranſac.vel de fideicõmiſſo ſit facta
mentio,probat Senat.Pedemont.deciſ.112.
num.10.& ſeq. Et licèt multùm operetur in
multis caſibus iuramentum cum dicta clau
ſula,de quibus per Roland.conſi.3.col.2.&
ſeq.vol.1.non tamen contra d.l.de his. vt ibi
* per eum nu.27. vbi de* communi. Et ꝙ hæc
clauſula non pręiudicet,niſi muliere certio-
rata de læſione,per l.2.C.de reſcind. vend.et
ſi adſit iuramentum,Purpura.conſ.510. nu.
17.& ſequẽ.niſi dicatur in inſtrumento eam
62 fuiſſe certioratã, vt ibi. Sic & clauſula,† Co-
gitata,& incogitata adhuc ciuiliter eſt intel
ligenda,Rimi.iu.conſ.35.nu.31. Et requiri-
tur etiam ſcientia fideicommiſſi, Rimi.iun.
vbi ſuprà nu.83.
63 Sed contrà,† quando aliud ius competebat
renuncianti, quàm ius fideicommiſſi, latè
Cur.iu.conſi.23.Rolan.cõſi.34.nu.92.vol.4.
& eſt 6.q. Bart. in d.§. duo fratres.& contra
hanc concluſionem latè Gozad. conſil. 53.
64 nu.19.& idem,ſi verba ſint generalia,† & iu
ramentum ſit adiectum, Dec. conſil. 345.&
de clauſula Renũciationis omni iuris, & le-
gum auxilio,per verba etiã de futuro, ꝙ cõ-
tineatur renunciatio fideicommiſſi,Cur.iu.
conſ.49.col.pen.& Rimi.iu.conſ.72.nu.105.
ex cauſa tñ de pręſenti.Cur.iu.cõſ.101.nu.7.
65 Hęc tamen clauſula† non operatur data fi-
deicommiſſi ignorantia,Rimi.iu.conſi.204.
nu.83.& ſeq. vol.2. Et vbi eſt facta mẽtio ca-
ſus,vnde ius competebat,conſ.243.in fi.vol.
3.limitatur, quando aliud ius non ſuberat,
per eundem conſi. 176.nu.4. Et illud etiam
de ignorantia non procedit, quãdo fuit fa-
66 cta mentio de cogitatis, & incogitatis, † &
fuit iuratum, quia tunc iuramẽtum exten-
ditur etiam ad incogitata, Bero.conſi.201.
nu.7.& ſeq.vol.1.& hęc clauſula Omni iuris,
& legum auxilio, æquipollet clauſulę pro-
miſſionis de non cõtraueniendo, de qua in-
ſtà

frà dicam concluſio.16.Et verba vniuerſalia
comprehendunt etiam incogitabile,Craue.
conſi.194.col.5.& ſeq.volu.2.Imò & genera-
lia, dummodò in genere poſſit ius iſtud, de
quo quæritur,cogitari,Gabriel.lib.6. tit. de
reg.iur.concluſio.4.nu.8.maximè ſi iuramē-
tum ſit adiectum nu. 14. De virtute tamen
iſtius clauſulæ latè ꝑ Gozad.conſ.69.nu.20.
67 Sexta clauſula† Ad habendum, &c. & quid-
quid voluerit, vel placuerit faciendum, &c.
non importat fideicommiſſi renūciationē,
vt in caſu Bar.in §.duo fratres.in 8. q. q̃a illa
verba important arbitriū boni viri,Rim.iu.
conſi.204.nu.40.& plur.ſeq.& nu.92.vſq; ad
* numerum 111.vol.2.& de * communi Alba
conſi.74.nu.7.Et differt hæc quæſtio Bart.à
quæſtio. Io.And. de qua infrà concluſio.19.
* & de * cōmuni contra Crot.Simon de Præt.
in tract.de interpret. vlt. vol.lib.3.pag.372.
col. 3. in fi.& de hæred.inſtitutio. infrà con-
cluſio.x1. in 7.ampliatio. Et omni in caſu
68 † ſalua eſt actio ad pretium, Bart.vbi ſuprà,
* & cæteri * cōmuniter,Corn.conſ.340. nu.2.
vol.1. & poſt eum etiam Soci.iu.Cepha.con
ſil.371.nu.25.etiam in alienatione per hęre-
dis inſtitutionē,vt ibi,Simō vbi ſuprà, nu.6.
Alciat.conſi.148.conſi.539.conſi.561.& cō-
ſi.577.Ripa in d.§.duo fratres.nu.84.ad fi.&
hoc,ſiue ſequuta ſit alienatio,ſiue non, Bor
69 gni.d.deciſ.36.nu.15.† & ꝙ non dicatur fi-
deicommiſſo renunciatum,niſi quòad rem,
vt poſſeſſor, in quā fuit facta alienatio, mo-
leſtari non poſſit,Cepha.conſi.371.nu.24.&
ſeq. Simon vbi ſuprà, nu.6. Item intelligitur
70 * † alienatione ſequuta, ſecundum * com-
munem,Simon vbi ſuprà, Alba vbi ſuprà, &
* conſ.74.& eſt * communis opinio, quam in
uitis dentibus fatetur Borgni. deciſ.36.nu.
15. & quam conatur vitare, quando fuit di-
ctum pro hæredibus.Sed dicit contra tex.in
l.ſicut.§.ſi debitori.ff.quib.mod.pig.vel hip-
pothe.ſoluit.
71 Contrarium tamen†pro renunciatione,te
nent multi per Gabriel.in ſuis concluſio.lib.
6.tit.de fideicom.concluſio.6. nu.29. Sed ea
declaratur,vt ibi in ſeq. Et ꝙ per dictā clau-
ſulam dicatur fideicommiſſo renunciatum,
quando eſt concepta per verba generalia, &
prægnantia,putà,Quidquid voluerit faciē-
* dum,&c.ſecundum * communem, latè Ro-
lan.conſi.34.nu.74.& plur.ſeq.volu.4. vbi de
verbo Voluerit, & verbo Placuerit, iuncto
cū verbo vniuerſali Quidquid; & Menoch.
conſ.87.vbi latè. & pro effectu iſtius clauſu-
læ,latè ibi per eum nu.15.& plur. ſeq. quādo
nulla alia cauſa ſuberat,vt ibi num.20. & de
* * communi,ꝙ dicta clauſula importet fidei-
commiſſi renunciationem,Rimi. iun. conſi.
* 204.nu.40. vol. 2. & de * communi ſeq̄nēdo
Menoch.Burſat.conſil.795. nu.12.in princ.
volu.2.Et hanc partem, latè tenet Panci rol.
conſi.58.nu.79.& ꝙ in caſu d.8.q.Bar. dica-
tur fideicōmiſſo renunciatū,Bireta conſ.69.
nu.5.in princ.vbi citat Craue.Pariſ.Neuiza.
* & Gabriel. vbi ſuprà. & de * communi Bor-
gnin.d.deciſ.36.nu.x1.in fi.& plu.ſeq. & Bur
ſat.conſ.87.nu.14. & ſeq. Et inſuper dictam
quæſtionem octauam Bart. intelligit Bero.
conſi.130.nu.32. volu.2. quando de hæredi-
bus nulla eſt facta mentio. Sed iſtud eſt me-
ra vanitas, Simon de Præt. vbi ſuprà col. 4.
in princip.
Et contra actionem ad pretium reſpondit Ga-
briel.conſi.125.nu.18.quando fideicommiſ-
ſum eſt reciprocum, vt ibi per eum. & latiùs
per Panciro. conſi.54. nu.57.& ſeq. damna-
tur Corn.quando alienatio eſt facta per hæ-
redis inſtitutionem.
Et hęc fuit opinio Ang.in d.§.duo fratres.in 5.
q. quod ſcilicet per dictam clauſulam dica-
tur fideicommiſſo renunciatum,& ſic per li-
centiam alienandi,vt per eum, & cōcordan.
ſequendo,tenet Roland.d.conſ.34.nu.78.&
* plu. ſeq. vol.4. vbi etiā teſtatur de * cōmuni.
Eſt verum,ꝙ Ang.loquitur in clauſula,de qua
primo loco fuit dictum in 1.concluſio. in 2.
declarat.qui propterea damnatur per alios,
vt ibi dixi. Et ponderat Rolan.vbi ſuprà ver
bum,Videbitur,& Placuerit. Quod tamen
ab alijs impugnatur, quaſi viri boni arbi-
trium ſolùm importet, nō meram etiam li-
centiam alienandi,vt conſiderat Rui. conſi.
137.nu.7.vol.2.
Sed primam partem, ꝙ per clauſulam faculta-
tis alienandi ſibi inuicem datam per ipſos
diuidentes etiam data ſcientia fideicōmiſſi,
& per clauſulam etiā adiectum, Et deinceps
quidquid voluerit faciēdum, quod non di-
catur fideicommiſſo renunciatum, reſpon-
dit latè Menoch.conſi.371.nume.1.& ſeq. &
nu.15.& plur.ſeq.interpretando diuerſimo-
dè dictas clauſulas. Sed malè, iudicio meo,
& contra communem.
72 Quòd ſi bona diuiſa † inuicem fuerunt ſibi
ipſis aſſignata, vel relaxata pleno iure, & ad
habendum, &c. tunc fortè poſſet obtinere
illa opinio, quæ fauet renunciationi fidei-
commiſſi,vt reſpondit Bireta in vna Placen.
conſi.69.col.1.& 2.
73 Et iterum ſi in diuiſione † partes vnicuique
aſſignatæ fuerunt æſtimatæ tali æſtimatio-
ne, quæ faciat venditionem, vtiq; cenſetur
ſatis fideicommiſſo renunciatū inter ſcien-
tes fideicommiſſum;ità concludit Borgnin.
d.deciſ.36.nu.3.& ſeq. Eſt verum,ꝙ tunc ca-
ſus iſte eſt extra dictam deciſ.Bart. in d. 8. q.
Conſtat

Conſtat tamen, quòd quādo in diuiſione facta eſt æſtimatio, tunc non obtinet vim venditionis, ſed eſt ad inſtar permutationis, Soci. iu. conſi. 50. nu. 25. volu. 4. de quo non meminit Borgni. vbi ſuprà, qui cōcordan. citat. Quod tamen non puto, vt ſuprà dixi.

74 Sed hæc declaratio non eſt vera, † quia ſiue partes ſint æſtimatæ, ſiue non, ſemper verū eſt dicere, diuiſionem ſimilem eſſe venditioni, l. 1. vbi glo. & Docto. C. commun. vtr. iud. & concordan. per Cepha. conſi. 595. num. 3. vol. 4. Simon de Præt. de interpretatio. vlt. volun. char. 373.

75 Septima clauſula † de perpetuò attendendo, & formiter obſeruādo præiudicat fideicommiſſo, vt reſpondit Rui. conſi. 119. vol. 2. Gabriel. de fideicom. lib. 6. cōcluſio. 1. nu. 47. Menoch. conſi. 87. num. 33. Burſat. conſi. 64. nu. 34. ſaltem quando concurrit clauſula renunciationis omni iuris, & legum auxilio, vt ibi per eum. Eſt verum, quòd Menoch. plur. citat, qui nihil de hoc dicunt, Curt. ſen. Soci. iu. & hanc partem latè probat Pancirol. cōſ. 59. nume. 82. verſi. atteſt prætereà, &c. dicens, hanc eſſe deciſ. Io. And. ad Spec. titu. de teſta. de qua mox dicam. Sed certè, ut infrà in 20. concluſ. dicam, Io. And. deciſ. non ſtat in puris finibus promiſſionis de attendēdo, & nō

76 contraueniendo, † ſed etiam concurrit pactum de non petendo, &c. & eo caſu poſſent procedere, quæ ad idem ponit Borgnin. & de

* * communi d. deciſ. 36. nu. 10. ad fi. & ſeq. loquitur enim in clauſula promiſſionis de attendendo. & de non contraueniendo aliqua ratione, iure, vel cauſa, quæ dici, vel excogitari poſſit: & ad hoc expendit deciſ. Io. And. &

* de * communi, quòd dicatur fideicommiſſo renunciatum per clauſulam promiſſionis de non contraueniendo, & de non petēdo qdquam de rebus diuiſis in perpetuum, aliqua ratione, vel cauſa, quæ poſſet excogitari data ſcientia fideicommiſſi, Burſat. conſil. 64. nume. 29.

77 Sed quando † ſimpliciter fuit promiſſum attendere, & obſeruare, & non contrauenire, &c. vt cantat hæc concluſio, quòd tunc non dicatur fideicommiſſo renunciatum, tenet

* Bar. in d. §. duo fratres. in 2. q. & eſt * communis opinio, Alba conſil. 29. nu. 15. in princ. & idem etiam firmat Cur. iu. conſi. 274. nu. 43. in fin. & plur. ſeq. volu. 3. vbi hoc declarat. Et contra dictam concluſionem tenet Boe. deciſ. 147. quē refert, & ſequitur Gabriel. dict. concluſio. 1. in fi. num. 47. tit. de fideic. & Io. And. vbi ſuprà loquitur in longè diuerſa ſpecie. & hanc partem probat Ruin. conſil. 177. nu. 8. ante fin. verſic. & probatur clarè. & nu. ſeq. vol. 2. vbi etiā damnat Io. And. Sed malè; quia, vt dixi, ipſe non ſtat in finibus promiſſiuis de attendendo, & de non contraueniendo, & dicam infra in 20. concluſ. Et pro

78 hac parte facit, † quia clauſula pronuſſionis de non contraueniendo aliqua ratione, vel cauſa, quæ dici, aut excogitari poſſit, &c. intelligitur rebus ſic ſtantibus, ut ibidem per

79 eum nu. 11. † niſi etiam concurrat ſcientia fideicōmiſſi, ſeu qualitatis rei, vt ibi per eū, & col. pen. poſt princ. verſic. & per hoc etiam datur reſponſio, &c. & quòd per ſimplicem promiſſionem de non contraueniendo iure, vel de facto, non dicatur fideicommiſſo renūciatū, Bal. cōſi. 84. in 1. par. Bar. in d. §. duo fratres. in 1. q. Bal. conſi. 440. nu. 1. in 3. par. &

* eſt * communis opinio, Ripa in d. §. duo fratres. nu. 38. Rolan. conſi. 34. nu. 73. & ſeq. vol.

* 4. & de * communi Gozad. conſi. 36. col. fin.

80 nu. 12. rationem eſſe, † quia iuri de futuro regulariter non poteſt renunciari, l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. ff. de lega. 2. niſi ſit ius re, vel ſpe quæſitum; Bero. conſi. 130. nu.

81 33. vol. 2. Secundò, quia verba † generalia in dubio non referuntur ad ea, quæ pēdent ex teſtamento, niſi inſpectis verbis, &c. l. de his.

82 ff. de tranſactio. † cui renunciari nō poteſt, niſi de teſtamento ſit facta mentio, vt per eum, vbi ſuprà nu. 34. & ſeq. & cum iuramen

83 to, ut ibi. Tertiò, quia † actus qui pōt vim accipere ex cauſa de præterito, & de præſenti, non includit cauſam de futuro, inquit Bal.

84 vbi ſuprà, qui citat bona iura, † & ſic in dubio debet fieri interpretatio, ut non comprehendantur iura de futuro, d. §. ſi ſub cō-

85 ditione. Bero. vbi ſuprà, num. 40. † difficilius enim præiudicatur iuri de futuro, quàm de præſenti, per eundem conſi. 131. colum. pen.

* in princ. co. & pro iſta concluſione de * com-

* muni Dec. conſ. 167. in princ. & de * communi per Rimi. iu. d. conſi. 204. num. 61. & plur. ſeq. vol. 2.

Ampliatur prima concluſio ſupradicta ſecundum communem, Ripa in d. §. duo fratres. nu. 44. Rolan. d. conſi. 34. nume. 75. volu. 4. 5.

86 † etiam ſi adſit clauſula de non contraueniendo, ut ibi per eos. & probat idem Rolā. conſi. 51. nu. 16. eo. uol. & etiam ſi ſint verba generalia, & multùm ampla, Bero. conſ. 130. num. 12. in primo caſu. vol. 2. Et etiam ſi dictum ſit de non contraueniendo diuiſioni vllo vnquam tempore, aliqua ratione, vel cauſa, Rip. vbi ſuprà nu. 46. in 2. & 3. amplia. Grat. conſ. 17. num. 44. & plur. ſeq. uol. 1. Sed contra Marzar. de fideicom. q. 59. colum. 2. Grat. conſil. 60. uolu. 1. Sed à priore non eſt recedendum.

87 Secūdò ampliatur ſupradicta cōcluſio, † ut procedat, ſiue diuidentes ignorabant, ſiue

ſciebant

ſciebant fideicõmiſſum, Bero.vbi ſuprà, Bal. cõſil.440.colum.penult. in fi.in tertia parte. Imò nedum ſcientia facti, ſed & iuris eſt neceſſaria, etiam iuramento nõ obſtante, Bal. vbi ſupra colum. fin.

88 Tertiò ampliatur hæc concluſio † ſtante pręſertim inæqualitate diuidentium, de qua ſuprà dixi in prima concluſio. Bar. in d. §. duo fratres. in ſecunda quæſtione. Bero. cõſi. 131. numero primo. volum. 2. Sed etiam ſi æquale, & reciprocũ ſit fideicõmiſſum, idem erit dicendum, Bero. conſilio 130. numero 12. in primo, & tertio caſu. uolumine 2. & ibi declarat, quòd non dicitur æquale, quando eſt inter patruum, & nepotem, ſed imò dicitur coęquęuũ, & æquale, quãdo eſt inter æqualiter inſtitutos, & ſubſtitutos, & ibi numero decimo. niſi eſſet diuiſio facta inter aliquos, quorum aliquis filios habebat, alius non, vt per eundem Bero. conſilio 132. volumine eo. & Alba conſ.74.nume.10. Nec eſt differentia reſpectu ætatis, Bero. d. conſilio 131. in fi. eod.

89 volum. 2. † nam quando fideicommiſſum eſt reciprocum, non poteſt prætendi læſio, Bal. d. conſilio 436. nume. 2. in tertia parte. De hoc tamen abundè per Alexã. in d. §. duo fratres. nume. 28. Et in fideicommiſſo æquali, Borgni. deciſ. 36. nu. 26. Nam quando fideicommiſſum eſt reciprocum, & æquale, vtique ei facilius renunciatur, nec vltra poteſt prætendi læſio, Menoch. conſilio 96. nu. 18. in fi. & ſeq. vol. 2.

90 Quartò ampliatur † in diuiſione facta per ſententiam iudicis, Bal. conſilio 440. numero 1. in tertia parte. Roland. d. cõſi. 34. num. 76. uolum. quarto. Ripa in d. §. duo fratres. numero 97. & in laudo etiam prægnantiſſimo, Bero. conſilio 130. num. 14. uolum. 2. declarando, ut ibi num. 39. & ſequen. & in compromiſſo, & in laudo Gozad. conſilio 36. numero 13. & non eſt differentia inter diuiſionem factam per iudicem, & per partes, Anguiſſola conſil. 8. in fi. lib. 10. & abundè conſilio 3. lib. 3.

91 Quintò ampliatur, † etiam ſi ſit iurata, ſm * communem, Ploc. cõſ. 63. nu. 5. Ripa in d. §. duo fratres. Sed vide Bero. d. conſ. 130. nu. 35. & ſeq. uol. 2. & Ripam in d. §. duo fratres. in 1. queſt. Bar. nu. 98. & latius in 5. nu. 71. & ſeq. & num. 77. & idem Riminal. iun. conſil. 204. num. 7. & ſeq. vol. 2.

92 Sextò ampliatur, † vt procedat in diuiſione facta per patrem inter filios, ut latè per Menoch. conſ. 87. num. 82. vol. 1. & num. 98.

93 Septimò ampliatur, † etiã ſi ſit ſequuta alienatio per inſtitutionem hæredis, ſm * communem opinionem, etiam extranei, ſecundũ multos, Simon de Præt. de interpreta. vltim. volunta. lib. 3. char. 322. colum. 3. de quo per Riminal. iun. cõſi. 23. nu. 251. & ſeq. vol. 1. Sed cõtrà per eum conſ. 80. nu. 40. & latius Panciro. conſi. 59. num. 80.

94 Octauò ampliatur, † etiam ſi nulla alia cauſa ſubſit contraueniendi, quàm fideicommiſſi, Ripa in d. §. duo fratres. numero 46. in quinta ampliatio.

95 Nonò ampliatur, † vt procedat etiam in fi* deicommiſſo reciproco, ſecundum * communem opinionem, Ripa in d. §. duo fratres. nu. 46. in fi. in 6. ampliat. & num. ſeq.

96 Decimò ampliatur, † ut ſupradicta concluſio eò magis procedat in fideicommiſſo inæquali reſpectu portionis, vel ætatis diuidẽtium, ut quia unus eſſet ſenex, & ſine prole, alter iuuenis, Ripa vbi ſup. in d. §. duo fratres.

97 Octauò † conſiderandum eſt, quòd clauſulæ tanquam acceſſorię non ampliant contractum diuiſionis ad effectum renũciationis fideicommiſſi, Curt. iun. conſil. 274. in fi. nume. 49. uolum. 3. etiam quòd alias eſſent ſuperfluę, ut ibi. Sed ſic eſt, quòd iſtæ clauſulæ dicuntur incidẽter poſitæ ad robur diuiſionis, qui eſt actus principalis, ergò debent intelligi ſecundum naturam ipſius, ut tamdiu durent, quamdiu ipſa diuiſio, quæ confunditur eueniente caſu fideicommiſſi, ità Bal. conſilio 440. columna ſecũda poſt med. verſiculo in contrarium arguitur ſic, &c. in tertia parte. ſequitur Gozad. conſilio 36. numero 13. & conſilio 45. nume. 19. & late hoc comprobat Ruin. conſilio 137. numero 10. verſiculo & confirmatur hoc, quia clauſula poſita in exequutione, &c. uolum. 2. loquitur in clauſula promiſſionis de attendendo, & de non contraueniendo, &c.

Hanc tamen obiectionem latè declarat pluribus modis in hac materia Menoch. conſ. 87. numero 41. & plurib. ſequen. Ripa in §. duo fratres. num. 83. in prin. & num. 84. vbi etiam videndum.

98 Nonò non omitto, † ꝙ clauſulæ iſtæ vt plurimum ſolent apponi potius ex ſtylo notariorum, quàm ex deliberata mente contrahentium, Curt. iun. conſi. 274. in fi. vol. 3. Alba conſil. 74. num. 10.

99 Sed contrà † Menoch. d. conſilio 87. numero 41. latè etiam Rolan. conſilio 34. numero 93. & ſequẽ. uol. 4. & pulchrè etiam Riminal. iun. vbi ſuprà. num. 41. & ſeq.

100 Decimò † aduertendum eſt ad renunciationem factam cum proteſtatione reſeruationis fideicommiſſi, an attendatur renunciatio, an uerò proteſtatio, de quo uidendũ eſt ꝑ Menoch. cõſ. 87. & ꝑ Ceph. cõſ. 253. n. 15. & plur. ſeq. uol. 2. & cõſ. 296. nu. 40. & plur. ſeq. uol. eo. & de reſeruatione iuriũ vide Pancir.

 conſi.

cōſ.59.nu.76.in 3.fūd.& nu.85.ad fi.& ante eos Ioan.Andr.in addit.ad Spec.tit.de teſtamen.§.in primis.nume.27.in fi.verſ. item nec quando expreſsè reſeruauerunt, &c. Conſiderandum tamen eſt, quòd licet ſit reſeruatum fideicommiſſum auitum, non tamen dicitur paterno renunciatū, Simon de Prę. in tracta. de interpretatio. vltima. volunta. char. 373.num.9.

102 Vndecimo clauſula† quietationis generalis non præiudicat fideicommiſſo, Gozad.d. conſi.numero 19.

103 Duodecimò † conſiderandum eſt, ꝙ ſi partes promiſſerunt non venire contra diuiſionem aliqua ratione,vel cauſa, nō dicitur renunciatum fideicommiſſo, Gozad. ibidem poſt Bal. per eum citatum conſil.440.in tertia parte.etiam ſi ſciret fideicommiſſum extare,ut ibi,& apertius conſilio 36.nume.12. in 2.& 3.fundamen.& conſil.45.numero 19.

104 †Sed de hac clauſula,quòd ſtet pro renunciatione fideicommiſſi, Panciro. conſil. 59. nume.82.& Dec.conſilio 287. in fi.dicens, ꝙ per clauſulam generalem de non contraueniendo dicitur renūciatum fideicommiſſo, per Ioan. Andr. ad Spec.tit.de teſta.per eum citatum: qui tamen loquitur in alia ſpecie. & de hac clauſula ceſſionis iurium, latè vide

105 per Borgni.d.deciſ.36.nume.17.† Et per iſtam clauſulam de non contraueniendo cenſetur cogitatum de omni remedio,per quod quis poſſet contrauenire, Bero.d.conſi.201. num.6.uol.1.

106 Decimotertiò † vidēdum eſſet etiam,qualiter ſciētia fideicommiſſi probetur, de quo
* habetur apud Bar.in d.§.duo fratres.& * cōmuniter Doct. & Bero. conſil.103.nume.16. vol.2.& plur.ſequen. et per de Prę. de interpretatio. vltima.vol.char.373.col.1. in fi.vbi

107 † habetur de commemoratione teſtamēi, in quo adeſt fideicōmiſſum, vel per relationem aliquorum in eo diſpoſitorum, vel quia hæres ex teſtamento, de quo agitur, dixit ſe hæredem, Bero. vbi ſuprà.

108 Item ex ſolutione † legati præſumitur ſciētia, Bal. conſil.440.col.fin.in princ.in 3.par. Simon de Præt. vbi ſuprà nu.9.in fi. Dec.cōſ. 267.in princ.& conſ.287.num.16. & nu.15.in fi. uel aliquid ſcriptum in teſtamento adimpleuit, ut per Gozad.nu.15.in fi.& de vtroq; Soci.iun.conſi.116.num.43.& ſeq.uol.1.& de aliquo adimplemento ex contentis in teſtamento, Dec. d. conſil.267.

109 Item per ſamam † de teſtamento:item per additionem hæreditatis. item per aliam obſeruantiam teſtamēti,Simon de Præt.vbi ſuprà,putà,ſi ſoror fuit tacitata,& fratres inſtituti, qui ſic etiam totum poſſederunt,Abb. conſ.19.in princ.in 2.pat.verſ.eſt & alia ſcientiæ coniectura &c.

110 Item ſi publicè † corā ſeptem teſtibus fuit publicè in domo confectum,Abb.vbi ſuprà.

111 Item ſi fuit† repertum in hæreditate,Abb. vbi ſuprà.

112 Item per aditionem † hæreditatis ex teſtamento, Dec. vbi ſuprà.

113 Item ex aditione † hæreditatis poſt immixtionem, Dec. d.conſi.267.

114 Item ſi habuerunt† fideicōmiſſum penes ſe,vel ſuper d.fideicommiſſo litigarunt,Panciro.conſi.59.nu.83. Et alijs quampluribus modis, de quibus per Crane.conſ.255.vol.2.

115 Decimoquartò † non omitto, ꝙ ſingulæ clauſulæ poſitæ in diuiſionibus non operantur fideicommiſſi renūciationem,de quibus per Bar. in d.§.duo fratres.& ibi per Docto. ſecus ſi plures ſint coadunatæ, Bero. conſil. 132. col.pen.uol.2. Panciro l.conſ.59.nu.99. & ſequen.Bireta conſ.69.& abundè per Borgnin. deciſ.36. Bero.conſ.130.num.35.verſ. præterea & 2.uol.2.Burſat.conſ.64.nu.28.in fi.& plur.ſeq.Rui.cōſi.152.col.pen.& ſeq.vol. 2.& pulchre Soc. iu.conſ.116.num.63.uol.1.

116 Sed contrà † Bal.conſ.440. in princ.& in fi. in 3.par. Gozad conſi.26.& conſi.45. Rip.in §.duo fratres. nume.46. in 2.3.& 4. ampliat. nu.46.& ſeq.Rolan.d.cōſ.51.nu.16.uol.4.Alba cōſ.74. & cōſ.29.nu.14. & plur. ſeq. vbi de plurib. clauſulis, & latè Rui.conſ.137.vol.2.

117 Decimoquintò † eſt etiam aduertendum, ꝙ per ceſſionē, & renunciationem iuriū non dicitur renunciatum fideicōmiſſo, qñ verba non reſpiciūt tempus futurum,nec ſunt apta cōprehendere iura de futuro, ut in quęſt. Bar.4.& 5.in d.§.duo fratres.& fortius etiam probat Alba d.cōſ.29.ſub num.15.verſ.& pariter per illa verba cedit,dat,& renūciat, &c. loquēs in caſu, quo diuidentes inuicem ceſſerūt in parte ſibi obuēta omne ius,quod cōpetit,& competere pōt quouiſmodo,& titulo, &c.ꝙ potius cēſeatur poſita ad corroborationem diuiſionis,quàm ad fideicommiſſi derogationem, & ità tenent Doct. poſt Bar.
* in d.§.duo fratres.in 6.quæſt.& de * communi Gozad. conſi.53.num.16.

Huiuſce autem concluſionis varia proponun-
118 exempla. Quorum primum eſt,† qñ in diuiſione, uel laudo diuiſionis, & cōpromiſſo fuit dictum de oībus litibus,& differentijs,& iuribus hactenus motis, vel quæ moueri poſſent in futurū quauis rōne,uel cauſa talis hęreditatis,ut rñdit Bal.& eum refert,& ſequitē Gozad. cōſ.36.nu.13.& cōſ.45. nu.19.& ſic ēt poſt Bal.rñdit Bero.cōſ.130.n.14.vol.2.& nu.
119 ſeq.†Quia clauſula gñralis reſtringi dēt ad ſpecificata, ſi pōt ſalua rōne recti ſermonis,

ut

vt ibi per eum, & latius num. 39. & ſequen.
120 Secundum eſt exéplum † in caſu, quo fuit
dictum De omnibus iuribus, quæ habet, &
habere ſperat, quia intelligitur ex cauſa de
præſenti, vel de præterito, Bero. conſi. 130. nu.
36. & ſequen. vol. 2. & nume. 39. & ſeq. Quod
tamen intelligit ipſe, niſi aliud ius, quam fi-
deicommiſſi ſperabatur, conſil. 131. num. 7.
nolu.u. eo. & iſtud exemplum probat Grat.
conſil. 17. nume. 45. vol. 1. per Bar. in d. §. duo
fratres. quæſtio. 6. Sed declarat etiam ipſe eo
modo, quo ſtatim dixi, Grat. conſ. 70. nu. 6.
& 16. volum. eo. & infrà dicam in 2. exemplo
contrariæ partis.

Contrarium tamen, ꝙ dicta clauſulaCeden-
tes, &c. omnia iura, & actiones reales &c. cō-
petentes, & competituras quomodocunq;,
& qualitercunq; in, de, & ſuper dictis bonis
diuiſis, & eorum cauſa, & occaſione, &c. im-
portet fideicommiſſi renūciationem, tenuit
Borgnin. deciſ 36. num. 17. per deciſ. Io. And.
* de qua mox dicemus, & dicit * communem
eſſe opinionem, reprobata opinione Alb. de
qua ſuprà & plur. concordan. quos ipſe ibi
citat verſ. nec licet dubitare, &c. Sed certè
deciſ. Ioan. And. non facit ad præſentem ſpe-
ciem, ſed aliud agit, de quo infrà in ſequen.
concluſio. & fideicommiſſum eſt reciprocū,
vt latè probat Socin. iun. conſ. 116. nume. 56.
& ſequen. volum. 1.

Et hæc opinio facilè obtineret duobus concur
rentibus. Alterum ſcilicet ſcientia fideicom-
miſſi. Secundum, quod nulla alia cauſa erat
de præſenti, & de futuro, vt tradit Bar. in d.
* 6. quæſtione, & * communiter alij cum eo,
Ruin. conſilio 151. nume. 8. & ſeq. vol. 2. Soci.
iun. vbi ſuprà.

Quod ſi etiam uerba ſint admodū generalia,
puta, quia dictū, Quæ quouiſmodo habere
poteſt etiam in futurum, tunc hæc quoque
cauſa & ius fideicommiſſi continetur, Ruin.
d. conſil. centeſimo quingenteſimoſecundo
numero 10.
121 Et iterum ſcientia † fideicommiſſi non re-
quiritur, iuxta l. de his. ff. de tranſactio. quan
do fuit renunciatum omni iuris, & legum
auxilio, & alij cuicunq; iuri ſuo, & legum, &
ſtatutorum cum iuramento, Ruin. d. conſi-
lio 152. nume. 10.

Quia etiam idem Borgnin. vbi ſuprà num. 22.
122 d. deciſ. 36. † voluit, clauſulam renunciatio-
nis exceptioni non ſit facti præſentis inſtru-
menti, & cuicunq; probationi, & defenſioni,
importare fideicommiſſi renūciationem, ci-
tando Bero. conſ. 130. nu. 35. vol. 2. & Burſat.
conſ. 64. nu. 32. verſ. quia quintò, &c. Sed ma-
lè loquitur in ſimplici renunciatione exce-
ptionum, & defenſionum, quia Bero. loquitur,
quando fuit renunciatum omnibus exce-
ptionibus, & remedijs ſuis cū clauſulis alijs
multùm prægnantibus, & Burſat. loquitur,
quando concurrebat etiam clauſula Perpe-
tuò habendi firmas, & ratas dictas diuiſio-
nes, & portiones diuiſas, & eas perpetuò at-
tendere, & obſeruare, & cum iuramento.
123 Rurſus † ſi uerba reſpiciunt tempus futu-
rum, tunc ſatis dicitur fideicommiſſo renū-
ciatum, ſecundum vnam opinionem, quæ ta
men damnatur per Gozad. conſil. 45. nu. 16.
in fi. & ſequen. etiam ſi ſit dictum de fideicō-
miſſo, vel ſubſtitutione, vt ibi per eum. & ꝙ
per verba futuri temporis dicatur fideicom
miſſo renūciatum per ceſſionem iurium hu-
iuſmodi, defendit late Ruin. conſilio 119. nu-
mero 17. & ſequen. volum. 2. & maximè quan
do verba ſunt prægnantia, ſecundū opinio-
nem Ioan. Andr. vt ibi per eum, col. fin. quæ
ſententia probabilior videtur, & vſu foren-
ſi recepta.

Contrarium tenēt multi, quos refert, & ſequi-
tur Craue. conſ. 24. num. 33.

Et dubio procul diceretur fideicommiſſo renū
124 ciatum, † quādo nullum aliud ius, quam
fideicommiſſi competebat renuncianti, Ro-
lan. conſil. 34. numero 92. volum. 4. Bar. in d.
5. & 6. quæſtio. d. §. duo fratres. & concordā.
per Riminal. iunio. conſilio 343. numero 9.
& plur. ſeq. & num. 25. & ſeq. vol. 3. & conſil.
* 459. nume. 21. & plur. ſeq. vol. 4. & de * com-
muni teſtatur Rolan. vbi ſuprà.
125 Quòd ſi verba † eſſent magis efficacia, & ius
de futuro comprehendentia, aliud eſſet dicē
dum, ꝙ tunc imò dicatur fideicommiſſo re-
nunciatum, per Ioan. And. in addit. ad Spec.
titu. de teſtam. §. in primis. verſ. quòd ſi dica-
tur. loquentem in caſu, quando fuit promiſ-
ſum ſtare diuiſioni, & de rebus diuiſis nihil
alter ab altero petet in perpetuum aliqua ra
tione, vel cauſa, quæ dici, vel excogitari poſ-
ſet, data tñ fideicommiſſi ſcientia, Alex. in d.
§. duo fratres. nu. 16. Bero. conſ. 130. nu. 22. in
prin. & in fi. & ſeq. & nu. 37. vol. 2 & opinio Io.
* And. eſt * cōiter recepta, Borgnin. d. deciſ. 36.
nu. 17. tūc. n. certum eſt iſto caſu cenſeri ſub-
latum fideicōmiſſum, vt ſuprà etiam tetigi
latiùs in 10. concluſio. licèt aliqui diſſentiāt,
vt ibi etiam dixi, & dictā opinionem Io. And.
refert, & poſt alios ſequitur Rui. conſil. 137.
col. 1. verſ. 3. qa, &c. vol. 2. & nu. 9. & licèt cōſi.
ſeq. nu. 9. abſolutè reprobet opinionē Ioan.
And. nihilominus Bal. & Alex. qui citātur cō
tra Io. And. non benè inducuntur, quia Ioā.
Andr. non ſtat in finibus clauſulæ vnius, vt
malè contrarium præſupponitur per Ruin.
& mouetur ſub eo prætextu, quòd dicta clau
ſula acceſſoria ſit ad contractum, & ità eum

repetit, & ſequitur Ruin. dicto conſilio 119. columna fin. uolumine 2. & ſuprà etiam tetigi in 1. concluſio. in 1. declaratio.

Iſtius concluſionis modò exempla ſunt iſta.

126 Primum quidem, † quando fuit dictum de iuribus competentibus, & competituris, Ioan. Andr. & concordan. de quibus ſuprà.

127 Secundum ſit exemplum, † quando fuit dictum De omni iure, quod habent, & habere ſperant, uel expectant, ſeu habere poſſunt in rebus diuiſis, Bero. dicto conſil. 130. numero 23. volumine 2. & numero 36. & ſequen. quando ſcilicet dictum eſt de iuribus de futuro, ut ibi. & eſt doctrina Bar. in d. §. duo fratres. in ſexta quæſtione. & pro iſto exemplo, quando dictum fuit De omni iure, quod quis habet, uel habere ſperat, vel poteſt, quòd dicatur fideicommiſſo renunciatum ità demum, ſi nullum aliud ius competebat, quam fideicommiſſi, Bar. in dicto §. duo fratres. in ſexta quæſtione, & ibidem Ripa num. 77. & 78.

128 Tertium ſit exemplum, † quando fuit dictum in inſtrumento diuiſionis, Cum pactis utilibus in forma ampliſſima, ità Riminal. iun. conſilio 459. numero vigeſimo ſeptimo. volumine 4.

129 Quartum ſit exemplum, † vbi verba ſunt generalia, licèt expreſsè non dicant de iure de futuro, Grat. conſilio 60. numero 17. volumine primo. Sed contrà Ripa in d. §. duo fratres. numero quadrageſimo ſeptimo. in ſeptima ampliatione.

Hæc autem concluſio ſic ſemper accipitur, vt

130 † nõ dicatur fideicommiſſo renunciatum, niſi concurrat ſcientia fideicommiſſi, ſeu qualitatis rei in diuidente, ut per Bar. in d. §. duo fratres. in ſecunda quæſtio. & Ruin. d. conſil. 137. numero 11. uol. 2.

131 Decimoſexto aduertendum eſt, † quando dicatur ſubeſſe alia cauſa, quàm fideicommiſſi in remiſſione facta in diuiſione, vide Gozad. conſi. 45. numero 18. in fi. & ſequen. & Bero. conſilio 131. nume. 7. volum. 2. In dubio tamen non præſumitur ſubeſſe alia cauſa, Ruin. conſ. 152. num. 9. vol. 2.

132 Decimoſeptimò † rurſus cõſiderãdum eſt, quòd clauſula Conſtituentes dictas partes inuicem ſe tenere, & poſſidere, &c. importat quoque fideicommiſſi renunciationem, per ea, quæ ponit Borgnin. d. deciſ. 36. num. 18.

133 Decimooctauò addi poteſt, quòd † vbi plures aliæ concurrunt extra ſupradictas clauſulas, videlicet promiſſionis de euictione, de non moleſtando, & de perpetuò attendendo, tunc dicitur fideicommiſſo renunciatum inter diuidentes, ſecundum * communem, Burſat. conſi. 237. num. 3. lib. 3.

Poſtremò aduertendum eſt ad vnum, in quo

134 multi conueniunt, † quod in dubio cenſetur fideicommiſſo renunciatum, Soc. iun. conſ. 116. numero 58. uolum. 1. declarando, vt per Riminal. iun. conſ. 459. num. 27. & ſequen. volum. 4. Maxime ſi ſit coæquæuum, & æquale: de quo vide per eum conſi. 204. nu-

135 mero 66. uolum. 2. † Nam fideicommiſſum reciprocũ non dicitur oneroſum, Curt. iun. conſi. 22. num. 14. & Soci. iun. conſil. 116. numero 50. & ſequen. volumine 1. & Burſat. conſil. 237. num. 5. volum. 3. Et per iſtud dictum, ſi eſſet tenendum periclitarentur firmiſſima fideicommiſſa, quia pauci ſunt fideicommittentes, inter quorũ hæredes non fiant aliquæ diuiſiones cũ aliquibus ex iſtis clauſulis, quæ propter varietatem ſcribentium in ambiguo ſunt.

136 Sed † contrà Alba conſi. 74. nu. 7. Rolan. conſilio 51. num. 15. uolum. 4. quia eſſet ſpecies donationis, ut ibi, & pulchrè etiam Cepha. conſil. 296. num. 8. & ſequen. uolum. 2. & pulchrè per eundem conſil. 371. nume. 94. & ſequen. uolum. 3. & latè per Riminal. iun. cõſilio 204. per totum, & ſtatim numero 32. uolumine 2.

Redeo ad ſecundum articulum iſtius 14. quæſtionis principalis, & vltra ea, quæ dixi ſupra paulò ante, & eis ex parte inhærendo, conſtituo duos caſus. Primus eſt, an fideicommiſſarius agere velit ex perſona ſui auctoris, qui fideicommiſſo contrauenit. Secundus, an agere intendat ex perſona propria. Primo

137 caſu res eſt in aperto, † quòd nullatenus ſit audiendus parte opponẽte, quia ſi eius auctor repelleretur, ipſe quoq; erit repellẽdus, l. cum à matre. C. de rei vendicat. l. hæredem. ff. de reg. iur.

Capio nunc quartum, & vltimum modum renunciationum, ſcilicet per præſcriptionem.

138 † quia qui paſſus eſt contra ſe præſcribi, dicitur alienaſſe, uulgato §. diui. In quo facio tres concluſiones principales.

Prima eſt, quæ pertinet ad quadriennalem pręſcriptionem.

Secunda reſpicit præſcriptionem longi temporis, ſcilicet decennalem inter præſentes, & vicennalem inter abſentes.

Tertia, quæ pertinet ad pręſcriptionem triginta, vel quadraginta annorum.

139 Circa primam, † illa præſcriptio intrat pro eo, qui cauſam habuit à fiſco, de qua in l. ſecunda. & l. bene à Zenone. C. de quadriẽna. pręſcriptio. Sed diſpoſitio dictorum iurium, vt etiam dixi in vna Placentina Scottorum de Varſio, breuiter ceſſat, & diuerſimodè limitatur per Docto. & maximè per Riminal. iun. in §. 1. Inſtit. quibus aliena. licet, vel

non

non.& latius per Bero.in c.ſecundo.per rot.
de rebus eccleſ.non alienan.& latè etiam per
Felin.in cap.quæ in eccleſiarum.numero 34.
& plur. ſequen. de conſtitutio. Et primò,
quòd diſpoſitio dictorum iurium eſt valdè
140 rigoroſa, † quia non debet pars priuari
iure ſuo ſine iuſta cauſa, & ſine facto ſuo, ſe-
cundum Bald.in procm. Greg. colum.2.nu-
mero 4.vbi addit, quòd non habent locum,
niſi conſtet, quòd Princeps velit vti plenitu-
141 dine poteſtatis, † quia non eſt præſumen-
dum, quòd Princeps concedat rem alienã,
niſi ex iuſta cauſa; & ex certa ſciẽtia,& quòd
ppea leuis quęlibet occaſio erroris impedit
d.l. bene à Zenone. diſpoſitionẽ, licet in di-
142 ctis iuribus ſaluum ſit ius domino rei,† tñ
durum eſt habere litem contra eum, & du-
rius habere exequutionem, licet fiſcus, &
Princeps ſit ſemper ſoluendo, Craue.conſil.
245.colum.14.in fin.& d. Bal.deciſ. refert, &
ſequitur Curt. iun.conſilio vlt.numero 7. &
ſequen. & prædicta, quòd non habeat locum
d.l.niſi conſtet, quòd Princeps vſus ſit pleni-
tudine poteſtatis, reſpondit Socin. iun.con-
ſilio 69. nume.61. & ſequen. volum.1. ſequi-
tur latius Riminal. vbi ſuprà numero 72. &
ſequen.in decima declaratio. vbi teſtatur de
* * communi contra Felin. in c. quæ in eccle-
ſiarum. in quinta limitat. de conſtitu. & Be-
ro.in c.2.de rebus eccle.non alienan.
143 Secundò, ad hoc vt procedant † dictæ le-
ges, requiritur, quod in contractu Princi-
pis interueniant ſolennitates ſubhaſtatio-
nis, de quibus habetur in l.1.& toto titulo.
C.de fid. inſtrumen. & iure haſtæ, &c. libro
10. ità concludit Bal.in l.1.colum.2.C.de hæ
red. vel actio. vendi. refert, & ſequitur Curt.
iun.conſilio vltimo. ſuprà citato numero 7.
verſ. vel aliter, & ſecundò reſpondeo, &c. &
* iſta eſt * communis intelligentia dictorum
iurium, Bero. in cap.ſecundo. ſub num.9.de
rebus eccleſ.non alienan. dicens, quòd dicta
iura ſunt exorbitantiſſima,& propterea ſtri-
ctè interpretanda, quamuis aliquis repro-
bent Bal. vbi ſuprà, de quibus per Gram.
deciſ.65. num. 35.& ſeq.
144 Tertiò principaliter dico, † quòd dicta iu-
ra, ex quò ſunt multũ rigoroſa reſtringen-
da ſunt, nec habent locum in alio Princi-
pe, quàm in Papa, & Imperatore, qui ſu-
periorem non recognoſcunt, ut concludit
Bal. ſingulariter in c.fin. de re iud.Curt.iun.
conſilio 142.& conſilio 143. per tot. & con-
ſilio vltimo numero ſexto.Socin.conſilio 46.
numero vigeſimoſecundo. volum. 4. & pro
fideicommiſſario contra fiſcum per hãc re-
ſponſionem reſpondit Socin.iun.conſil. 174:
in fin.volum.2.& contra habentes cauſam à
fiſco, ibi num.18. & Cur.d. conſi. vltimò. vl-
tra Bal. vbi ſuprà refert etiam Ange. & Iaſo.
idem tenentes, quòd dicta iura non habeant
locum in Rege, vel etiam populo libero, prę-
dicta ratione. Idem reſpondit Soci.iun.con-
ſilio 69. nu.58. & ſequen.volum.1.vbi etiam
citat Fulgo. & Bar. & loquitur in Duce Vr-
bini, & plures etiam citat Riminal.iun. in
§. 1. nume. 56. & ſequen. Inſti. quibus alien.
licet, vel non. vbi etiam in Duce Mediolani
* loquitur. & eſt * communis opinio, vt refert
Petrus Duen. reg. 238. in quarta limitatio.
Verum eſt, quòd multi in hoc diſſentiunt, Bel-
lo. conſil.59.num.8.& ſequen.vbi teſtatur de
* * communi pro iſta parte cõtraria, pro qua
infinitos pene concordan.allegat Craue.cõ-
ſilio 263. colum. pen. uol.2. vbi tamen citat
Abb.Iaſ.Dec.& vtrunq; Curt.renuiſſe primã
partem, quòd etiam in Rege non habeat lo-
cum d.l.bene à Zenone. ut etiam ſupra retu-
li. Sed quod habeant locum etiam in Duce
Mediolani, habetur in addit. ad Marti. de
Laude conſi. 29. num. 58.
145 Quartò, † non habent locum in habente
hippothecariam, qui ignorauit d.alienatio-
nem factam per fiſcum, Soci.ubi ſup.nu.23.
146 Quintò † habent locum dicta iura, vbi fi-
ſcus poſſidens bona fide donat, vel vendit rẽ
tanquam ſuam ſimpliciter, non autem pro-
cedunt, vbi fiſcus vendidit rem expreſſa cau-
ſa falſa, tamen per quam credidit eſſe ſuam,
Cyn. in dicta l.1.circa fin.C. de hær.vel actio.
uend. dicens, quòd d.l. benè à Zenone. pro-
cedit, quando fiſcus vendit aliquam rem aſ-
ſerens ſimpliciter ſuam eſſe, ſecus autem vbi
fundat ſe ſuper cauſa, ex qua eam acquiſi-
uit. & ſequitur Bal.ibi num.3. in fi. nulla fa-
cta mentione de Cyn. dicẽs, quòd aut fiſcus
ſimpliciter vendidit rem tanquam ſimplici-
ter ſuam, & tunc procedunt dicta iura, aut
tanquam ſuam ex certa cauſa, putà, ex cau-
ſa confiſcationis, & tunc poteſt euinci ab
emptore. ſequitur Socin. d. conſilio 46. nu-
mero 19. volum.4. quidquid Alciat.contra-
dicat ex capite ſuo conſilio 523.in fin. Et ra-
tio iſtius concluſionis ea eſt, vt puto, quia il-
la cauſa expreſſa in diſpoſitione ceſſat, ex
quo res non erat illius, cuius bona fuerunt
cõfiſcata, ut in propoſito reperitur, prout in
terminis ponit Rode. Suares allegar.11.nu.
5. & per tot. loquens in donatione villæ facta
per Principem cuidam tanquam de re con-
fiſcata, & ibi refert, quòd aliqui faciebant
differentiam inter fiſcum, & Principem. Hãc
autem declarationem firmat etiam Soci.vbi
ſuprà num. 19. & infinitos penè concordan.
citat Riminal.vbi ſuprà num.75.in 12.limit.
& pulchrè Iaſ.conſ.167.in princ.vol.2.vbi di-

 uerſimodè

uerſimodè reſpondit ad dicta iura.& eſt* cõmunis intelligentia, vt per Bero.in d.c.2.ſub num.9.de rebus eccleſ.non alienan.& ibi etiã addit, quòd requiritur bona fides eius, in quem fit alienatio, & traditio,vt infrà etiam dicemus.

147 Sextò,† non habent locum dicta iura de iure canonico, Patiſ.conſ.27.num.80.vol.1.& ante eum glo.in c.1.de reb.eccle.non alienan. quam ſequitur Parlamẽ. Delphina. lib.2.deciſ.200.in fi.ſecundum* communem ſententiam, de qua per Riminal. vbi ſuprà, nu.71. in 9.limitatio. Idem firmat Soc. iun.d.conſi. 69.num.61.per glo.in c.1.de rebus eccle.non alienan.& licèt I no.& Abb. reſtringant illã glo. reſpectu eccleſiæ, tamen alij ſimpliciter intelligunt eam, & generaliter, vt ille ait, ſm glo. Card.Io.Abb.& Aret.quos ipſe refert,vt ſuprà dixi in 2.limitatio Et hanc communẽ opinionem refert, & ſequitur Bero. in d.c.2. num.9.& Riminal.conſ.435.nu.20.& ſequẽ. vbi concludit, quòd diſpoſitio d.l.eſt contra ius canonicum, & diuinum, ſeu naturale,& quòd ſm eundem non habet locum de iure canonico, & in rebus eccleſiæ, & pijs cauſis.

148 Septimò addo, † quòd dicta iura non habent locum in eo,qui habuit cauſam à tyráno,ſeu aliàs iniuſto Principe, Ruin.conſ.48. num.8.vol.4.& plures aliæ notabiles limitationes traduntur per Curt. iun.in l. hæres abſens.in princ.num. 15.verſ.circa ſecundum cum plur.ſeq. ff. de iud.

149 Octauò, † diſpoſitio d.l.benè à Zenone.nõ habet locum, niſi in Principe rem ſuam, & bona fide concedente,credente non eſſe ſuam, ita quod ſi ipſe, vel is, cui fit conceſſio ſit in mala fide,non tenet diſpoſitio d. l.vt ſingulariter firmat Curt. iun.in cõſ.143. colum.2.& hanc limitationem pro ſingulari refert, & ſequitur Grammar.deciſ.65.nu.33. verſ. item dico.& num.43.verſi.nunc ſic infertur declaratio ſingularis, &c.tunc enim Princeps cenſetur ſolum dediſſe ius,quòd habet, ut ibi num. 45.

150 Nonò † dicta iura locum non habent, vbi tam actor, quàm reus cauſam habent ab ipſo Principe, vt firmat Curt.iu.in l. hæres abſens.in princip. colum.fin.ff.de iudi.vbi in fine addit, ſe ità conſuluiſſe,& obtinuiſſe etiã cum ſententiæ exequutione,cum plurib.cõcordant.de quibus per Riminal. vbi ſuprà. in 13.declaratio.num.76.& ſeq.

151 Decimò, † vltra multas limitationes per Docto. vbi ſuprà traditas, & præſertim per Riminal. in d.§. t.addo aliam, quàm ponit Alciat.conſil.169.ad fi.verſ.3. aduertendum eſt, &c. quod d.l.fin. non habet locum contra non valentem agere aliquo pacto impeditũ, per regulam generalem, quòd non valenti agere, non currit præſcriptio.

152 Vndecimò, † dicta l. benè à Zenone. non habet locum in præiudicium doris, Rolãd. à Valle conſ.81. nu.28. volum. 2. Nec etiam in re eccleſiæ, Pariſ.d.conſ.27.num.88.vol.1. & Afflict. in principio. conſtitutio. Regni. quæſt one 14.

153 Duodecimò, † non procedit, vbi Princeps alienat cum clauſula Saluo iure tertij,vt habetur in addit. ad Matt. de Laude d.conſil. 29. numero 6.

Quò verò ad ſecũdam ſpeciem præſcriptionis,

154 facio conclusionem, † quòd in præſcribendis rebus ſoli, idest, rebus corporalibus, tria requiruntur probari per reum conuentum, ſcilicet titulum, bonam fidem, & continuatam poſſeſſionẽ decennalem inter præſentes, vel vicẽnalem contra abſentes in præiudicium eius, ad quem res pertinebat; ità concludit Bal.& alij in l.longi.per illum tex. C. de præſcriptio.longi temporis. idem reſpondit ipſe conſil.450.ſuper primo puncto. in quarta parte.

Declaratur autem hæc concluſio primò, vt

155 procedat, † dummodo præſcriptio huiuſmodi non ſit interrupta ciuiliter per aduerſarium, Docto.in d.l.longi.

156 Secundò declarari t, † vt procedat ita demum, ſi adſit ſcientia, & patientia eius, ad quem res pertinebat, quòd ſcilicet is ſciuerit ius ſuum, ut eſt tex.in Authentica malę fidei. vbi Bal.& * communiter Docto.C.eo. titulo. quæ quidem ſcientia in ſucceſſore in factum alienum non præſumitur,l.fin.ff.pro ſoc.& latius infrà demõſtrabo in tertia ſpecie præſcriptionis. Et ideò hæc ſcientia eſt probanda per pręſcribentem.

157 Tertiò declaratur, † vt procedat ſupradicta concluſio, dummodò fideicommiſſum ſit purum, vel purificatum: nam pendente conditione fideicommiſſi, nulla cur-

158 rit præſcriptio, † quia non valenti agere, non currit præſcriptio, l.1. C.de anna præſcriptio.& ibi per Docto.& eſt text.apertus in l.fin.§. ſin autem ſub condirione. verſi. ſin autem auaritiæ. C.communia de lega.

Patet ergò, ꝙ præſcriptio longi temporis difficilè poteſt in hanc materia conſiderari, ſed alia longiori temporis præſcriptione opus eſſet,ſcilicet 30.vel 40.annorum, vt in ſpecie notat Bero.in c.Raynutius.num.4.de teſta.

159 vbi concludit, † ꝙ contra fideicommiſſarium ſolùm admittitur pręſcriptio 30.&40. annorum.Quinimmò fortè neceſſaria eſt in caſu iſto præſcriptio longioris temporis, quã in d.l.fin.reijci videtur omnis præſcriptio,

160 † & vbi text.diſponit, ꝙ nulla currat præſcriptio,

ſi ſit impubes, vt eſt tex. in d. l. fin. §. fin aūt. vbi
326 Bal. nu. 2. & alij not.† ꝙ filio in poteſtate
nō datur curator, ſed debet dari rebus filij-
familias ad actionem mouendam, vel ſuſci-
piendam, & ſufficit, ꝙ pater cōſentiat in pe-
tione curatoris, vt per eos, & etiam probat
Tiraq. vbi ſuprà nu. 73. Sed amplius bonum
erit, ꝙ pater etiam cōſentiat, & proteſtetur,
quod nō intendit ex reuocatione alienatio-
nis huiuſmodi vſumfructum, vel cōmodum
aliquod cōſequi, quia poſſet dubitari, an fa-
cta reuocatione, commodū vſusfructus pa-
tri quæratur, quāuis multi negatiuā tenue-
rint, quos ſequitur ſubdubi⁹ Tiraq. vbi ſup.
327 nu. 69. in fi. & ſeq.† Poſſet tñ probabiliter
defendi, vſumfructū nō deberi patri iſto ca-
ſu, quia qñ filio aliquid quærit ꝑꝑ malefactū
patris, nō etiā pater pōt vſufructum ex alie-
nata re cōſequi, vt inquit Bal. in Authentica
bona damnatorum. nu. 4. in prin. C. de bon.
dānato. niſi dicamus, ꝙ illud eſt propter de-
lictum patris, propter quod interdictum eſt
filio auxiliū aliquod præſtare patri, vt habe-
* tur in c. 1. §. ſi verò. vbi⁹ oēs notāt. de pace te-
nenda. Sed in terminis ꝙ iſto caſu patri non
quæratur vſusfructus, reſpōdit Alcia. d. cōſi.
577. nu. 3. cōcludens, ꝙ ſtante prohibitione
de nō alienando, ſi pater cōtrafecit, filiusfa-
milias ad fideicōmiſſum vocatus pōt ſtatim
alienatum reuocare, nō obſtante l. filiusfami
lias. §. cum pater. ff. de lega. 1. vbi habetur, ꝙ
ſi quis prohibitus ſit alienare extra familiā,
& cōtra faciat, filius eius emancipatus benè
pōt reuocare alienatum, ſed non filiusfami-
lias, quia ille tex. procedit ſm iuris antiqui
diſpoſitionē, quo quidquid acquirebat fili⁹
patri acquirebat: ſecùs aūt de iure nouo Co-
dicis; in tm̄ ꝙ nec etiā patri in caſu iſto vſu-
fructus quæreretur, vt pulchrè ibi per eum,
& ſuprà probaui; & ad hoc citat Cuman. &
Pute. & ego quoq; cōſului hoc anno in vna
Placentina de Ciſerchijs, & cōprobat Becc.
vbi ſup. nu. 10. ſequēdo interꝑtationē Cuma.
quamuis Alcia. nō referat. Ex quibus patet,
ꝙ nō diſtinguēdo tēpora, Zanchus in vulga-
to §. cùm ità. l. hæredes mei. ff. ad Trebell. nu.
407. malè expendit tex. in d. §. cùm pater.
328 Nō omitto ēt,† ꝙ vbi contentio eſſet cū ip-
ſo patre ſuper alienatis cōtra prohibitionē
teſtatoris, cuius fuit hęres, tunc filius abſq;
cōſenſu ipſius patris poſſet mouere actionē
contra patrem officio iudicis, vt ēt compro
bat Becc. vbi ſup. ſed quod attinet ad ꝑſen-
tē ſpēm hic agēdū nō eſt cū pr̄e. ſed cū tertio.
Reſtat videre de tertia exceptione, quę fundat
ſuper ꝑſcriptione, in qua inhærēdo his, quæ
dixi in præced. quęſt. princi. breuiter dico, ꝙ
plures faciēdæ ſunt cōſiderationes. Prima eſt,
329 an fideicōmiſſum poſſit præſcribi.† Qua in
re vr̄ negatiuè concludendum, loquēdo in fi-
deicōmiſſo cōditionali, ꝑ tex. in l. fi. §. ſin aūt
auaritię. C. cōia de lega. quæ loquitur in pręe-
ſcrip. longi tēporis. & l. cùm notiſſimi. §. illud.
C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. quę loquit in
præ-

præſcriptione longiſſimi temporis, quæ iura
volunt, quòd conditione pendente non cur-
rat præſcriptio contra vocatum, niſi à die pu
rificatæ conditionis, vt probant Doct. in l. fi-
liusfamil. §. diui. ff. de leg. 1. vbi Ripa, nu. 113.
* & pluri. ſeq. vbi teſtatur de * communi.
Contrarium tamen multi voluerũt, quòd imò
contra fideicommiſſum cõditionale currat
præſcriptio, Bar. in d. §. diui. ad fin. etiam
cum mala fide, Soc. conſ. 63. vol. 1. & concor-
dan. de quibus per Bouium de præſcrip. ſu-
per ſtatuto vrbis glo. 1. nu. 10. ſed à commu-
ni non eſt recedendum, prout eam tuetur la
tè Ripa, vbi ſuprà. Et hæc concluſio de pla-
no procedit conditione pendẽte, prout lo-
quuntur iura ſuprà citata, quicquid aliqui
contradicant in pręſcriptione longiſſimi tẽ-
poris, quia loquuntur cõtra dictum §. ſin au
tem auaritiæ. Et procedit etiam hæc cõclu-
ſio, etiam ſi fideicõmiſſarius ſit hæres illius,
contra quem fuit præſcriptum. & ratio eſt,
quia uenit ex iure ſuo, & perſona ſua, & ſolũ
ob negligentiam authoris ſui, Ripa vbi ſup.
num. 116. in fi.
330 Rurſus † etiam purificata conditione, ſi fi-
deicommiſſarius ignorauit ſibi ius compete
331 re, † prout in dubio præſumitur, l. verius. ff.
de probat. certè lõgi temporis præſcriptio ei
nõ nocet, Bal. in authẽ. malę fidei. C. de lõgi
tẽp. præſcrip. Si autẽ agatur de præſcriptio-
ne lõgiſſimi temporis locus eſſet reſtitutioni
in integrum, & etiam ex d. capite. Quòd ſi ẽt
ageretur de pręſcriptione, quã prętẽderet is,
qui habuit cauſam à grauato, certè etiã non
eſſet tũc agẽdũ de aliqua pſcriptione, Doct.
oẽs in d. §. ſin aũt auaritiæ. Ripa vbi ſ. nu. 114.
332 Secunda eſt cõſideratio, † ꝙ qui nititur pręſ
ſcriptione, debet eam probare, cũ ſit quid fa
cti, Franc. in c. 1. de præſcrip. in 6. Pariſ. conſi.
333 27. nu. 89. vol. 1. † & in præſcriptione lon-
gi temporis tria debet probare, ſcilicet, titu-
lum, bonam fidẽ, & cõtinuatam poſſeſſionẽ,
vt habetur in toto tit. C. de præſcrip. lõgi tẽ-
po. Balb. in l. Celſus. col. 4. de vſucap. & per Bo
uium vbi ſup. gl. 29. nu. 16. vbi de probatione
cõtinuatæ poſſeſſionis. Vnde reſpectu bonæ
fidei patet, eos, qui dicunt cõtrariũ, de quib.
per Bou. in alio loco ſuprà citato male loq.
obſtat. n. reg. c. malum fidei poſſeſſor. de reg.
iur. in 6. quicquid aliqui dicãt cõtrariũ pro-
cedere in actionibus perſonalibus, ſecus in
realibus. Reſpectu aũt præſcriptionis lõgiſ-
ſimi temporis aliud eſt dicendum, quia titu-
334 lus † non requiritur, & bona fides præſu-
mitur, vt habetur in locis communibus.
335 Tertiò eſt cõſiderandum † ad id, quod ſuprà
dixi de præſumpta ignorãtia in fideicommiſ
ſario, ꝙ præſumatur, & ei ſuffragetur, per
Doct. maximè Bar. in l. qui Romæ. §. duo fra-
tres. in 2. & 3. q. ff. de verbo. obliga. & id, ꝙ ali-
qui dicunt, ꝙ ſupina ignorãtia non prodeſt
fideicõmiſſario fundanti ſe ſuper ignorãtia,
per ea, quę ponit Alba cõſ. 18. & Rot. Bonon.
deciſ. 69. procedit ſecundũ aliquos in eo, qui
tenebatur inquirere id, quod ignorauit, ut
in caſu Albę, ſecùs ergò in eo fideicõmiſſario
vocato ad fideicõmiſſum, ſi dicit ſe ignoraſſe
fideicõmiſſum, & alia iura ad illud obtiuen-
dum pertinẽtia, quia ſupina ẽt ignorãria nõ
excuſat ad effectũ, de quo quæritur, maximè
quia aliàs uoluntas defuncti, quæ fuit con-
ſeruare bona in agnatione deſtrueret, ſi ex-
traneo præſcriptio prodeſſet, ut ſignanter
rñdit Decia. conſ. 118. nu. 24. volum. 3.
336 Quarta eſt cõſideratio, † ꝙ corã magiſtra-
tu, puta Senatu, Conſilio. & huiuſmodi, qui
procedunt, & iudicãt ſola facti ueritate inſpe
cta, exceptio præſcriptionis nõ audiatur, re-
ſpõdit poſt Rolan. & alios plu. cõcordan. per
eum citatos, Riminal. iun. cõſ. 249. vol. 3. & in
iudice delegato cum clauſula, Veritate facti
inſpecta, reſpondit Decia. cõſ. 108. nu. 27. vol.
3. & ſi ſciam multos contrariũ tenere, de qui-
bus per Menoch. de qq. arbitr. quæſt. 49.
Sed iſtas opiniones in profanis, & inter laicos
qñq; putaui ſic poſſe cõciliari, ut illa proce-
dat in pręſcriptione lõgi temporis 10. vel 20.
annorum, iſta autem in immemorabilis tẽ-
poris, vel 30. annorũ præſcriptione, quæ mi-
nus odioſa uidetur.

A R G V M E N T V M.

De deductionibus ſeu detractionibus quas fa-
cere poſſit hæres reus cõuentus, condem-
natus ad reſtitutionem fideicommiſſi, &
de modo probandi, & liquidandi eas.

S V M M A R I V M.

1 *Ex fideicommiſſo deducitur æs alienum teſtatoris, legitima iure naturæ debita, Trebellianica, & melioramenta.*
2 *Solutio æris alieni non cenſetur prohibita per prohibitionem de non alienando per eum factam.*
3 *Bona prohibita alienari vendi poſſunt pro ſatisfactione æris alieni teſtatoris, ſi hoc fiat bona fide, nec alia bona ſuperſint.*
4 *Hæres fideicommittentis an pro ære alieno ſibi per teſtatorem debito poſſit ſibi retinere, & ſoluere in tot bonis; & cuius temporis æſtimatio attendatur.*
5 *Quando creditor ſuccedit debitori confuſione extinguitur obligatio, quæ tamen confuſio reſoluitur, ſi ad alium hæreditas perueniat.*
6 *Hippothecaria non extinguitur, ſi creditor ſuccedat*

debitori, nec quo ad ius retinendi, nec quo ad ius agendi.

7 *Dos materna dicitur æs alienum, & vt æs alienum ex fideicommiſſo deducitur, ſi in quantitate erat debita.*

8 *Hæres, qui nullum confecit inuentarium per viam retentionis poteſt ex fideicommiſſo creditum ſuũ deducere, & æs alienum.*

9 *Legitima eſt congrua portio bonorum paternorum, quæ debetur filio ab inteſtato, ſcilicet vel tertia, vel dimidia.*

10 *Legitima filijs debetur naturali ratione.*

11 *Non poteſt dari certa regula quanta ſit portio legitimæ, quæ debetur filijs, niſi prius conſtet de numero filiorum.*

12 *Si frater inſtituat turpem perſonam debetur fratri eo caſu quarta.*

13 *Frater, vel ſoror præterita non impugnat teſtamentum totum, ſed tantum vſq; ad legitimam.*

14 *Filijs, vel nepotibus debetur legitima in bonis patris, vel aui, ſi teneant primum locum.*

15 *Matris quanta ſit legitima, remiſſiuè.*

16 *Legitimato debetur legitima.*

17 *Nepotes ex filio tenentes primum locum tempore mortis aui, an imputare debeant in legitimam dotem, vel alia habita per matrem, vel patrem, remiſſiuè.*

18 *Legitima non debetur viuente patre, vel matre, nec re, nec ſpe, niſi certis caſibus, & num 108.*

19 *Legitima eſt quota bonorum, non hæreditatis, et numero 136. Contrarium 27.*

20 *Legitima non eſt quid vniuerſale, ſed particulare, & conſiderantur corpora hæreditaria, vel iura, & actiones pro eis, & num 22.*

21 *Si hæres deſiit poſſidere bona hæreditaria culpa, vel ſine culpa ſua, dicitur ea habere ad fauorem legitimæ.*

23 *Legitima an poſſit relinqui in certo prædio, vel certa quantitate.*

24 *Legitima debetur ſecundum exiſtentiam, & valorem bonorum tempore mortis eius, in cuius bonis debetur.*

25 *Legitima quoad ius accreſcendi habetur pro titulo vniuerſali.*

26 *Legitima habetur loco alimentorum.*

28 *Legitima debetur à morte patris vnà cum fructibus, & debet aſſignari in corporibus, non in pecunia, & ex fructibus augetur, & nu. 32.*

29 *Inſtitutus in legitima eſt hæres quoad quid.*

30 *Supplementum legitimæ peti non poteſt, niſi concurrat læſio.*

31 *Supplementum legitimæ licet ſiat ipſo iure, non tamen ſit, niſi petatur.*

33 *Filius in legitima æquiparatur vero creditori, & numero 43.*

34 *Supplementum legitimæ peti non poteſt per filium, qui renunciauit ei expreſſè: item ſi ſtatutum dicat, quòd ſit contentus dato, promiſſo, vel legato per patrem.*

35 *Statutum iubens filium pro legitima eſſe contentum dato, promiſſo, vel legato per patrem, an excludat nepotem à petendo ſupplemento legitimæ.*

36 *Legitima, ſeu ſupplementum petitur actione perſonali, ſcilicet actione ex lege, vel conditione ex teſtamento.*

37 *Legitima, vel res relicta pro legitima, an poſſit per filium accipi propria auctoritate, & numero 53.*

38 *Bona defuncti non dicuntur obligata pro legitima.*

39 *Officium iudicis imploratur in petitione legitimæ.*

40 *Hippothecaria an detur pro legitima, & quando.*

41 *Petitio hæreditatis ex teſtamento familiæ erciſcundæ, vel condictio an dentur pro legitima, & numero 44. 45. & 46.*

42 *Supplementum legitimæ petitur condictione ex lege.*

47 *Filius inſtitutus etiam in re minima virtute inſtitutionis debet conſequi ſupplementum vſque ad totam legitimam, ac ſi in tota legitima fuiſſet inſtitutus.*

48 *Supplementum ipſo iure debetur, & numero 58. & 126.*

49 *Rei vendicatio competit pro legitima, quæ etiam datur contra tertium poſſeſſorem.*

50 *Si aliquid filio fuit in teſtamento relictum, quòd nondum fuit conſecutus, an debeat petere legitimam, vel ſupplementum legitimæ.*

51 *Supplementum legitimæ peti debet ab hæredibus, non à legatarijs, quando tamen ſolus hæres poteſt ſupplere.*

52 *Filia, quæ fuit dotata à patre in uita, & renunciauit non poteſt petere ſupplementum legitimæ, niſi in teſtamento fuiſſet in aliquo inſtituta, & tacitata, quia hoc ei viam aperit.*

54 *Supplementum legitimæ petitur contra, vel ſaltem præter voluntatem defuncti.*

55 *Supplementum petens non dicitur impugnare voluntatem defuncti.*

56 *Si filius iurauit obſeruare voluntatem patris, vel plus non petere, tamen poteſt petere ſupplementum legitimæ.*

57 *Pater relinquens minus legitima dicitur impius, & quodammodo non ſanæ mentis.*

59 *Legitima an detrahatur tanquam æs alienum.*

60 *Filius dicitur creditor in bonis patris, quoad legitimam, nec dicitur habere titulum merè lucratiuum.*

61 *Hæres filij poteſt detrahere legitimam, ſi non fuit detracta per filium.*

62 *Filius non habet hippothecam in bonis teſtatoris reſpectu legitimæ.*

63 *Legitima non poteſt auferri filio, etiam vt detur Deo.*

64 *Legitima viuente patre eſt quaſi debita filio.*

65 *Expe-*

65 *Expectari debet aditio hæreditatis, antequam petatur legitima.*

66 *Legitima non detrahitur de rebus legatis particulariter, niſi illa ſint meliora, vel ferè abſorbeant totam hæreditatem.*

67 *In primis ſoluitur æs alienum, & funeris impenſa, deinde legitima.*

68 *Legata diminuuntur, quando non ſuperſunt tot bona, quæ ſufficiant pro legitima, etiam ſi ſint legata ad pias cauſas.*

69 *Legitima detrahitur de fideicommiſſo vniuerſali, non de legato particulari.*

70 *Legitima an detrahatur de donatione.*

71 *Donatio dicitur habere vim vltimæ voluntatis, quando fit in vltima infirmitatè.*

72 *Legitima de quibus rebus ſit detrahenda.*

73 *An poſſit ſito certum quid aſſignari pro ſua legitima per patrem.*

74 *In quo differat legitima deſcendentium à legitima aſcendentium, remiſſiuè.*

75 *Legitima debita aſcendentibus an ſemper ſit triens.*

76 *Legitima debetur aſcendentibus naturali ratione, ſed ita demum ſi non extant deſcendentes, quod verò debeatur non ratione naturali, ſed tantum ciuili iure, num. 79.*

77 *Expreſſa pupillaris ſubſtitutio excludit matrem.*

78 *Legitima debetur aſcendentibus quaſi in recompenſationem immenſi doloris propter amiſſionem filij.*

80 *Aſcendentibus legitima poteſt aſſignari in pecunia, vel re certa.*

81 *Liberi tranſmittunt querelam non præparatam, parentes non.*

82 *Parentes poſſunt teſtari coram duobus teſtibus inter liberos, liberi verò è contrà ſecus.*

83 *Filij reuocant bona in fraudem alienata vſq; ad legitimam, parentes verò non.*

84 *Liberi grauati ſub conditione detrahunt duas quartas, parentes autem vnam tantùm.*

85 *Legitima non detrahitur contra, vel aduerſus pupillarem ſubſtitutionem.*

86 *Legitima an debeat augeri auctis facultatibus, vel minui diminutis facultatibus defuncti.*

87 *Legitima non minuitur ob donationis, nec ob legatum factum pro reſtitutione malè ablatorum, nec ob recompenſationem ſeruitutis, niſi aliter de his conſtet.*

88 *Donatio dicitur inofficioſa, quando eſt facta de omnibus bonis, vel maiore parte.*

89 *An pater ex titulo oneroſo poſſit minuere legitimam filij, & quando, & quid in matre.*

90 *Et ſi legitima debeatur de ſingulis rebus, tamen filius non poteſt eligere rem, quam mauult, ſed ei debet aſſignari in vna re, vel pluribus arbitrio boni viri, id eſt iudicis. Quod tamen fallit quibuſdam caſibus, vt ibi.*

91 *Arbitrium iudicis in aſſignanda legitima filio qualiter eſſe debeat, & regulari.*

92 *Si teſtator rem aliquam pro legitima filio aſſignauit, an, & quando poſſit recedi à tali aſſignatione.*

93 *Legatum factum filio, vel ei, cui debetur legitima, dicitur factum animo compenſandi, quando eſt de ſubſtantia, ſecus ſi de vſufructu, vel de pecunia.*

94 *Filius tacitatus, qui acceptauit legatum in pecunia factum, debet etiam acceptare ſupplemẽtum legitimæ in pecunia, ſecus ſi non acceptaſſet legatum.*

95 *Fratribus an, & quando legitima debeatur, & quanta ſit.*

96 *Legitima debetur filijs, ſiue ſint diuitès, ſiue non, ſiue ſint emancipati, ſiue non, ſiue decedat pater, ſiue mater.*

97 *Naturalibus filijs an debeatur legitima, remiſſiuè, et ibi etiam de alijs ſpeciebus filiorum.*

98 *Filio condemnato capitaliter non debetur legitima.*

99 *Debetur legitima ſolùm filijs primum locum tenentibus.*

100 *Legitima eſt loco alimentorum, & pro portione taxata in ſucceſſione.*

101 *Quæ ſit differentia inter legitimam, & alimenta, remiſſiuè.*

102 *Mulier, cui dos debet dari, vel reſtitui, interim eſt alenda, & poteſt alimenta petere, etiam ſi aliundè ſit alita.*

104 *Pater in vita tenetur alere filium, & poſt mortem relinquere legitimam.*

105 *A legitima detrahitur omne grauamen, niſi proponatur de conſenſu filij, vel ad eius vtilitatem, & fauorem, & num. 120.*

106 *Filio excluſo ab inteſtato an debeatur legitima.*

107 *Quo titulo legitima ſit relinquenda tam aſcendentibus, quàm deſcendentibus.*

108 *Tempus petendi legitimam, vel ſupplementum durat 30. annis.*

109 *In legitimam quæ ſint imputanda, latiſſimè.*

110 *Filius acceptando legatum vel ſimpliciter adeundo, an ſibi præiudicet in legitima, & quid ſi legatum ſit factum cum tacitatione, quòd plus petere non poſſit.*

111 *An legitima perdatur per non confectionem inuentarij, & num. 128. & 159.*

112 *Legitima tranſmittitur etiam non agnita, ſecus in ſupplemento legitimæ, quando filius acceptauit legatum.*

113 *Dos non debetur, niſi nuptiæ ſequantur.*

114 *Caſus, in quo non detrahitur legitima, quæ non fuit detracta per filium.*

115 *Filius detrahit legitimam, ſi vult, aliàs ſecus.*

116 *Legitima poteſt aſſignari in vita de conſenſu filij; quo caſu non augetur auctis facultatibus. Latius numero 129.*

117 *Legitima debetur à morte defuncti citrà vnà cum fructibus, etiam ſi fructus bona fide ſint conſumpti; & quid ſi legitima ſit relicta in quantitate, num. 126.*

118 *Filius ex quibus dicatur renunciaſſe tacitè, vel expreſsè legitimæ, vel ſupplemento, latiſſimè.*

119 *Teſtator cenſetur voluiſſe prohibere detractionem legitimæ ſubyciendo omnia, & ſingula eius bona fideicommiſſo.*

121 *Si filius ſit præſens teſtamento patris, & acceptet omnia in eo contenta, præiudicat ſibi, quoad legitimam; quod magis procedit, ſi iuraſſet non contrauenire, &c. & nu. 122.*

123 *Filius poteſt petere ſupplementum legitimæ, etiam ſi feciſſet hæredibus patris generalem liberationẽ.*

124 *Generalis renunciatio cum iuramento an extẽdatur ad legitimam.*

125 *Qui ſe hæredem dixit ſimpliciter non poteſt excipere de legitima, vbi expreſsè prohibita reperitur.*

127 *Legitima non perditur per filium non adimplentem voluntatem defuncti intra annum.*

130 *Dos, quæ debetur filiæ per patrem ex forma ſtatuti, debet conſtitui iuxta tempus dotationis, nec augetur auctis poſteà facultatibus.*

131 *Filius viuo patre non poteſt renunciare legitimæ, ſeu eius ſupplemento, quia non debetur ex viuo. Intellige, niſi cũ iuramento renũciaret, & nu. 134.*

132 *Stante ſtatuto, quòd dotata non ſuccedat ſtantibus maſculis, dos non debet eſſe minus legitima, aliàs repleri poteſt.*

133 *Legitima debita aſcendentibus quanta ſit, & quid ſi fratres cum eis concurrant, quomodo ſuccedant, & quæ ſit eo caſu legitima.*

135 *Quod tempus ſpectandum ſit in detractione legitimæ circa valorem bonorum, an ſcilicet mortis patris, an verò tempus detractionis, latiſſimè vſque ad num. 142.*

136 *Filia debet habere legitimam non ſolùm ex bonis, quæ erant penes patrem tempore eius mortis, ſed etiam ex his, ad quæ habebat actionem, & ad hoc ei actio cedi debet.*

137 *Res perit ei, cuius eſt, & ſic periculo domini.*

138 *Idem iuris eſt de parte ad partem, quod de toto ad totum, & num. 192.*

139 *Trebellianica non poteſt peti ante caſum reſtitutionis, & num. 205.*

140 *Relatum eſt in referente, prout iacet.*

141 *Aluuio eſt latens incrementum.*

142 *Alienatio facta à filio de bonis fideicommiſſo ſubiectis ſuſtinetur, quatenus capit legitima.*

143 *Legitima hodiè eſt triens, vel ſemis, iuxta numerum filiorum.*

144 *Filij excluſi à petitione legitimæ ſtatuto, iure communi, ab homine, renunciatione, vel aliter, an faciant partem, & an portio eorum alijs accreſcat, vel non.*

145 *Filius ingreſſus monaſterium minorum, vel alterius regulæ incapacis in communi, habetur pro mortuo.*

146 *Quando filia facit fines in manibus patris, an quoad eius legitimam ratio ſit habenda reſpectu bonorum, quæ pater poſſidet eo tempore, an ſecundum tempus mortis patris.*

147 *Fines iurata intelliguntur ſtantibus rebus, prout ſtant.*

248 *Quando legitima cepta eſt ſolui in quantitate, an ſupplementum, ſeu reſiduum ſit ſoluendum in ſpecie, an verò in quantitate.*

149 *Duo ſunt, in quibus omnium humanorum actuum conſtat effectus, videlicet poteſtas, & voluntas.*

150 *Doc. ſæpè ponunt Falcidiam pro Trebellianica, & è contra, licet propriè ſint diuerſa, & ideò dicta de vno intelliguntur etiam de alio dicta.*

151 *Trebellianica an poſſit per teſtatorem prohiberi, & an detrahatur contra voluntatem teſtatoris.*

152 *Trebellianica an poſſit prohiberi in liberis primi gradus, latiſſimè diſtinguendo plures caſus habetur vſq; ad numerum 190.*

153 *Trebellianica eſt tanquam æs alienum, quæ non cenſetur tacitè prohibita detrahi per tacitam prohibitionem de non alienando, ſed requiritur expreſſa.*

154 *Expreſſa diſpoſitio ea dicitur, quando ità conſtat de voluntate diſponentis, quòd intellectus non laborat in intelligendo, uel quando verba non poſſunt aliud importare.*

155 *Expreſſum dupliciter dicitur, verbis generalibus ſcilicet, vel ſpecialibus: & ibi latè dicitur, quomodo quid dicatur expreſſum.*

156 *Scriptum id dicitur, quod virtualiter continetur in inſtrumento.*

157 *Liberi primi gradus, an amittant Trebellianicam ob non confectionem inuentarij.*

158 *Hæres non tenetur conficere inuentarium ſubſtituto, ſed ſolùm legatarijs, & creditoribus, niſi ad effectum, vt enim non fraudet, & num. 162.*

160 *Filij primi gradus non poſſunt cogi ad cauendum de conſeruando fideicommiſſo.*

161 *Filij primi gradus non tenentur compenſare fructus in Trebellianicam, & nume. 169. licet ſit ſecus in falcidia, vt num. 170.*

162 *Trebellianica ceſſat, vbi legitima eſt ſemis. Contrà num. 187. & 211.*

163 *An per indirectum filijs primi gradus poſſit prohiberi Trebellianicæ detractio, putà, iubẽdo, quòd imputent fructus in Trebellianicam, vel quòd eam imputent in legitimam, & nu. 186.*

164 *Teſtator prohibens bona alienari non propterea poteſt ſe eximere ab obligatione dotandi, vel reſtituendi dotem.*

165 *Trebellianica poteſt prohiberi filijs primi gradus, ſi fiat hoc eorum fauore.*

166 *Valet prohibitio Trebellianicæ, quando non eſt facta in perſonam filij primi gradus, ſed imperſonaliter, & num. 189.*

167 *Licet hæres potius, quàm alius cenſeatur grauatus ad onera hæreditaria, tamen quando onus non poteſt valere in perſona hæredis, cenſetur adiectum hæredi hæredis.*

168 *Hæres hæredis grauari poteſt.*

171 *Te-*

171 *Teſtator minorem poteſtatem habet circa fructus poſt eius obitum perceptos, quàm in proprietate ipſorum bonorum circa Trebellianicam.*

172 *Filius acceptans teſtamentum, in quo Trebellianica expreſsè erat prohibita, tenetur acquieſcere dictæ prohibitioni.*

173 *Filius ſimpliciter adeundo hæreditatem, an intelligatur teſtamentum approbare, & nu. 175.*

174 *Approbatio teſtamenti etiam cum iuramento non excludit à Trebellianica, quando in teſtamẽto prohibitio detractionis erat facta tacitè, non expreſsè.*

176 *Trebellianica poteſt prohiberi filijs primi gradus, vſque ad certum tempus, vel quando grauati ſunt extraneo reſtituere, & nu. 177.*

178 *Clauſula Omni meliori modo, operatur, vt valeat prohibitio Trebellianicæ facta filijs, & nu. 188.*

179 *Si teſtator voluit hæredem eſſe priuatum hæreditate, ſi non paruit per eum ordinatis, iſto caſu hæres non deducit Trebellianicam, caſu quo non paruit, etiam ſi ſit filius.*

180 *Hæres non obtemperans voluntati defuncti, nec implens conditionem amittit hæreditatem, & tenetur ad fructuum perceptorum reſtitutionem.*

181 *Si filius grauatus non deduxit Trebellianicam eius hæres poterit detrahere.*

182 *Hæres grauatus detrahit Trebellianicam, non fideicommiſſarius: & quid ſi primus hæres non detraxit, vt nu 202.*

183 *Hæres decedens ante euentum conditionis nõ tranſmittit ius deducendi Trebellianicam.*

184 *Alienata per hæredem in vita imputantur in Trebellianicam.*

185 *Trebellianica ſolùm detrahitur de fideicommiſſo vniuerſali non particulari, & nu. 207. & 212.*

190 *Per quæ verba cenſeatur prohibita Trebellianicæ detractio, latiſſimè habetur per plura exempla vſq; ad nu. 201.*

191 *Teſtator prohibens alienationem bonorum ſuorum quorũcunque, vt perpetuò remaneant in familia, an dicatur prohibere detractionẽ Trebellianicę.*

193 *Quando teſtator iuſſit bona ſua pleno iure reſtitui ſubſtituto, an videatur prohibuiſſe Trebellianicam detrahi.*

194 *Plenariè verbum importat liberam, & abſolutam adminiſtrationem.*

195 *Hæreditas dicitur integra, licèt trebellianica deducta ſit.*

196 *Omnia verba repugnantia detractioni alicuius falcidiæ ſunt directa, quãdo apponuntur verbis communibus.*

197 *Qui totum dicit, nihil excludit.*

198 *Verbum Omne ſignificat vniuerſitatem, non tamen integralitatem ſingulorum, & cuiuslibet rei.*

199 *Verbum Plenum idem importat, quod ſine diminutione.*

200 *Geminatio multum operatur, & oſtendit magis deliberatam intentionem diſponentis.*

201 *Trebellianica interdicta filijs primi gradus extenditur etiam ad alios ſubſtitutos.*

203 *Trebellianica an deducatur de fideicommiſſo reciproco.*

204 *Trebellianica an deducatur de fideicommiſſo in donatione cauſa mortis, vel inter viuos facto, ſeu in contractu, vel pacto dotali facto.*

205 *Treballianica deducitur ſolùm de fideicommiſſo conditionali, vel in diem, non puro, & in caſu reſtitutionis, & euentus conditionis.*

206 *Legitima quando poſſit eſſe pinguior trebellianica, vel è contrà.*

208 *Trebellianica deducitur de eo, quod ſupereſt, deducta legitima debita iure naturæ.*

209 *De fideicommiſſo relicto Deo, eccleſiæ, & pauperibus legitima detrahitur, non Trebellianica.*

210 *Negans bona fuiſſe in bonis teſtatoris amittit Trebellianicam.*

212 *Fideicommiſſum quod dicatur vniuerſale, quod particulare.*

213 *Melioramentorum duæ ſunt ſpecies, alia extra rem, alia in re ipſa.*

214 *Si rem alicui oneri ſubiectam grauatus liberauit, talis impenſa ſoluenda eſt per fideicommiſſarium.*

215 *Impenſa facta in recuperando bona ſubiecta fideicommiſſo, quæ erant per tertium occupata, eſt ſoluenda per fideicommiſſarium.*

216 *Impenſæ factæ propter rem fideicommiſſo ſubiectam à grauato, putà, defendendo ea à moleſtationibus, vel ab impetu fluminis, ſunt per fideicommiſſarium ſoluendæ.*

217 *Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri.*

218 *Impenſa facta in cuſtodia rei, putà, in cuſtodiendo caſtro, ſunt reſarcienda, & nu. 238. & 225. quid autem ſit, quando ex natura contractus quis tenetur ad cuſtodiam, nu 231.*

219 *Impenſa factæ per vnum ex conſortibus in re communi, an recuperari poſſint à ſocijs, & quando, & nu. 239. & quid ſi caſtrum, putà, commune fuit amiſſum culpa, vel odio vnius, & alter recuperauit.*

220 *Feudum occupatum per Tyrannum, & recuperatum per vnum ex inueſtitis, debet reſtitui omnibus, ſolutis tamen prius expenſis factis per recuperantem.*

221 *Expenſæ factæ in recuperatione rei dicuntur neceſſariæ, & nu. 251. Item in bombardis, victualibus, & ſimilibus, & nu. 227. 230. et 240. vbi diuerſa exempla habentur.*

222 *Si vnus ex conſortibus conatus fuit recuperare caſtrum commune amiſſum, & non poteſt, an, & quando tales expenſæ ei ſint reficiendæ à ſocijs.*

223 *Qui negotium aliquod aggreditur, tria debet conſiderare, quòd ſit poſſibile, quòd vtile, & quòd non ſit alteri nimis oneroſum.*

224 *Expenſæ factæ in re communi, ità demum à ſocijs recuperantur, ſi eorum contemplatione factæ ſunt.*

225 Si res

225 *Si res principaliter pertinet ad expendentem, & modicum ad alios, præſumitur expendere non contemplatione aliorum, ſed ſuo nomine.*

226 *Quando ex aliqua cauſa permittitur alienatio rerum fideicommiſſo ſubiectarum, prius vendi debent res ſteriles, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

228 *Expenſæ, quæ fiunt gratia quærẽdorum fructuum, ex fructibus deducuntur: item expenſa, quæ fit pro temporali cuſtodia rei, non repetitur, vt eſt maritus in caſtro dotali. Et hoc, niſi quid factum ſit vltra ſolitum, putà propter bellum, & nu. 229.*

232 *Pignoris contractus fit gratia debitoris, vt eò magis pecunia ei credatur, & creditoris, vt ei magis in tuto ſit creditum ſuum.*

233 *Onus impenſæ pro conſeruatione rei pertinet ad dominum.*

234 *Impenſa ad eum pertinet, ad quem fructus, et commoda rei pertinent.*

235 *Fructus pignoris ſunt debitoris, & ſi creditor eos percipit, debet in ſortem computare.*

236 *Qui pignus accepit, tenetur ad exactã cuſtodiã rei.*

237 *Quando aliquid eſt faciendum ab aliquo, qui obligatus eſt ſacere, id debet fieri ſumptibus ſuis.*

241 *Meliorata res non dicitur, niſi ſit melior, & pretioſior facta, & niſi impenſa perpetuam reſpiciat vtilitatem.*

242 *Onus probandi melioramenta facta fuiſſe per excipientem, vel eius authores, ipſi excipienti incũbit.*

243 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

244 *Exceptio debet probari per excipientem.*

245 *Impenſa dicitur reſpicere perpetuam vtilitatem, ſi ſaltem ſit duratura per decem annos, incipiendo à die factarum expenſarum, licèt modicum tempus ſuperſit tempori relaxationis rei.*

246 *Melioramentorum in re factorum quinque ſunt, ſeu dantur exempla.*

247 *Expenſa facta in ædificando, vel reparando domos colonicas, vel dominicas debentur.*

248 *Aggerum conſtructio pro tutela agrorum ab impetu, et irruptione aquarum, eſt expenſa neceſſaria, & debet perſolui facienti.*

249 *Expenſæ factæ in plantatione arborum, vitium, & in disboſcatione terræ, & reductione ad culturam, refici debent expendenti, & nu. 250 latè nu. 259.*

252 *Expenſa facta in conſtructione foſſatorum ad beneficium agrorum pro ſanando eos ab aquis ſuperfluis reſpicit modicum tempus, non perpetuam vtilitatem.*

253 *Meliorata res dicitur ex acquiſitione ſeruitutum, pedagiorum, iuriſdictionum, & huiuſmodi.*

254 *Expenſa facta occaſione litium pro re conſeruanda dicitur expenſa in re.*

255 *Meliorationum aliæ ſunt naturales, aliæ artificiales, aliæ ciuiles.*

256 *Melioramentorum induſtrialium alia ſunt vtilia, alia neceſſaria, alia voluntaria.*

257 *Expenſa quantumcunque modica, modò reſpiciat perpetuam rei vtilitatem, eſt reficienda.*

258 *Non eſt conueniens, quòd quis lucretur cum aliena iactura, etiam quòd illa parua ſit, & nume 272. & 338.*

260 *Melioramenta debent perſolui, etiam ſi amplius non extent, putà, quia arbores plantatæ aruerunt, modò id factum ſit ſine culpa impendentis.*

261 *Melioramenta emphiteotæ, & ſimilibus ſoluuntur, iuxta impenſam factam, ſi ſit minor, quàm ſit hodiè melioratio, vel ſi ſit maior, ſecundum valorem hodiernæ meliorationis, & nu. 263.*

262 *Emphiteota non deducit melioramenta, quæ tenetur facere de natura contractus, nec de his ratio eſt habenda in ſolutione melioramentorum, & ibi exprimitur quæ ſint; ſecus in conductore, & nu. 264.*

265 *Pactum, quòd in fine locationis melioramenta perſoluantur iuxta æſtimationem duorũ amicorũ, etc. an operetur, quòd æſtimatio fieri debeat iuxta valorem temporis finis locationis, vel quid operetur.*

266 *Qualitas adiuncta verbo intelligitur ſecũdum tempus verbi.*

267 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

268 *Verba dubia contra eum ſunt interpretanda, qui ſe in illis fundat.*

269 *Interpretatio in contractibus ea magis attenditur, quæ cum iure communi conſonat.*

270 *Arbitrium datum in rebus alienis per quæcunque verba non cenſetur abſolutum, ſed ſecundum iuſtitiam.*

271 *Melioramenta facta per eum, qui tempore impenſæ erat dominus, licèt reuocabiliter, an ſint ſoluenda ſecundum valorem, quo facta fuerunt, vel ſecundum tempus reſtitutionis rei.*

273 *Melior eſt conditio, isq; præfertur, qui tractat de dãno vitando, quàm qui tractat de lucro captãdo.*

274 *Duo ſunt probanda in materia melioramentorũ, primò, ꝙ ſit impenſum, ſecundò, ꝙ res ſit meliorata.*

275 *Capitula quomodo ſint formanda ad probandum melioramenta.*

276 *Quando eſt in facultate domini, vel ſoluere melioramenta, vel pati, quòd ſeparentur à ſolo, ſi eligat ſoluere, æſtimanda ſunt, non prout valent in ædificio conſtructo, ſed prout valerent poſt ſeparationẽ tanquã rudera. Cõtra nu. 277. Cõciliatio nu. 278.*

279 *Baldi laus.*

280 *Expenſæ, & melioramenta ſunt probanda per eum, qui dicit ea feciſſe, ſi tamen ſunt modica, ſtatur iuramento dicentis ea feciſſe, ſecus ſi eſſent magis valoris, vt nu. 287. & 288.*

281 *Facta non præſumuntur.*

282 *Quod patet expreſſè, non eſt probare neceſſe.*

283 *In liquidatione melioramentorum fienda in executione ſententiæ iudex poteſt rem oculis ſubycere.*

284 *Si agitur de fideicõmiſſo antiquo, & melioramenta, de quibus agitur, ſunt facta de recenti, præſumitur, ꝙ fuerint facta per reũ cõuentũ, vel eius authorẽ.*

285 *Actus præſumitur factus per eum, cuius intereſt.*

286 *Quando ſtatus præſens poteſt concordare cum origine rei, ex præſenti præſumimus in præteritum, vt quia ager, qui nunc eſt cultus, in præteritum fuerit cultus.*

289 *Opponens de deterioratione hoc debet probare.*

290 *Structura melioramentorum probatur per teſtes dicentes ſe vidiſſe ea fieri per talem.*

291 *Teſtes in probatione melioramentorum debent deponere de communi, & certo valore.*

292 *Ad probandum melioramenta idonei teſtes ſunt, qui ea proprijs manibus fecerunt.*

293 *Valor melioramentorum probari poteſt per peritos.*

294 *Non deuenitur ad probationem per expertos, niſi quando aliæ probationes receptæ non ſunt: ſi enim ſunt receptæ, iſte nudus ceſſat.*

295 *Antequam eligantur expertes debet conſtare de hac qualitate, quòd ſcilicet ſint periti, niſi hoc eſſet notorium.*

296 *Iudex debet mandare, quod vtraque pars eligat vnum æſtimatorem, ſi poſſunt in loco duo reperiri, aliàs ſtaretur dicto vnius, & niſi pars eligat, iudex ipſe nominabit.*

297 *Periti electi à iudice an iurare teneantur, & quomodo, & quid ſi eligantur à partibus.*

298 *Quando duo expertes electi diſcordant, iudex debet eligere tertium, & mandare, quod eius dicto ſtetur concordante cum altero ex electis.*

299 *In electione expertorum non poteſt eis dari facultas eligendi tertium in caſum diſcordiæ, nec aliquis eorum poterit alium ſubſtituere.*

300 *Expertes poſſunt recuſari, vel ratione imperitiæ, vel ratione ſuſpicionis.*

301 *Appellari poteſt ab æſtimatore, & perito.*

302 *Relatio peritorum qualiter, & quomodo ſit facienda, & an parte præſente, vel citata, remiſſiuè.*

303 *Sententia lata ſuper relatione peritorum tranſit in iudicatum, etiam ſi ab ea ſit appellatum.*

304 *Aeſtimatio melioramentorum per peritos poteſt fieri etiam poſt didicita teſtificata.*

305 *Relatio per peritos ſi ſemel facta ſit, & nulliter, poteſt iterum validè fieri.*

306 *Melioramenta poſſunt etiam æſtimari per officium iudicis parte tamen citata, & nu. 307.*

307 *Si conſtat de melioramentis, licèt non de quantitate, retardatur reſtitutio rei, vſque ad liquidationem melioramentorum.*

308 *Reo excipienti de melioramentis nullum remedium competit, niſi per retentionem.*
Contrà nu. 309.

310 *Fideicommiſſarius, & omnis, qui fuit dominus, non compenſat fructus cum melioramentis. De veritate diſtinguendo latè habetur nu. 313. cum ſequen. & nu 3 1.*

311 *Si in ſententia res actori adiudicetur, & is condemnetur ad ſoluendum melioramenta, intelligi debet, quòd prius ſoluat melioramenta, & poſteà res relaxetur.*

312 *Sententia ſic debet intelligi, vt ſit conformis diſpoſitioni iuris.*

314 *Si quis facit expenſas in re aliena, & fructus percipit, inuicem compenſat fructus cum expenſa: de quo dic, vt nu. 342.*

315 *Fructus ad hoc vt quis lucretur, quid requiratur, & nu. 118. & 328.*

316 *Poſt litem cõteſtatam omnes poſſeſſores ſunt pares, quo ad fructus ſecus antè.*

317 *Colonus, qui nummis colit, facit fructus ſuos.*

319 *Emptor cum pacto retrouendendi repetit expenſas factas ad perpetuum rei vtilitatem in caſu reſtitutionis, nec eas compenſat cum fructibus perceptis.*

320 *Fructus ità demum cum impenſa ſunt computandi, quando tẽpe impenſæ res, vel fructus peti poterãt.*

321 *Poſſeſſor, etſi ratione poſſeſſionis faciat fructus ſuos, non tamen irreuocabiliter. De veritate, quando poſſeſſor faciat fructus ſuos, diſtinguendo poſſeſſorem bonæ fidei à malæ fidei, nu. 3 4.*

322 *Bona fides excuſat hæredem à perceptione fructuum, an autem requiratur titulus, nu. 326.*

323 *Bona fides præſumitur ex poſſeſſione longi temporis, ideſt, decem annorum.*

324 *Bonæ fidei poſſeſſor ſolùm tenetur ad fructus extantes tempore litis conteſtationis, & ad perceptos poſt litem conteſtatam, malæ verò fidei poſſeſſor tenetur, & ad eos qui percipi potuerunt: & an ſit differentia inter iudicium vniuerſale, vel ſingulare, & nu. 327. & 344.*

325 *Pretium ſuccedit loco rei in vniuerſalibus, ſecus in particularibus, & nu. 336.*

329 *An detur medium inter bonam, & malam fidem.*

330 *Bonæ fidei poſſeſſor nunquam tenetur ad aliquorũ fructuum reſtitutionem, niſi quatenus locupletior factus eſt.*

332 *Modus probandi, quod quis factus ſit locupletior, & an hoc præſumatur eo ipſo, quòd probatur rem ad eum perueniſſe. & nu. 333.*

335 *Ad hoc vt quis dicatur locupletior, inſpicitur tempus rei iudicatæ.*

337 *Rei vẽdicatio fructuũ eſt alia à rei vẽdicatione rei.*

339 *Nihil releuat, quòd res mea efficiatur, ſi eam poſtmodum coger reſtituere.*

340 *Fructus triennio vſucapiuntur.*

341 *Dominus percipit fructus vt fructus, bonæ verò fidei poſſeſſor, vt lucrum, pro ſua cultura, & cura.*

343 *Qui habet titulum non conſtituitur in mala fide per ſolam motionem litis, ſecus ſi ſit ſimplex bonæ fidei poſſeſſor ſine titulo.*

345 *Titulus excuſat malæ fidei poſſeſſorẽ à percipiendis.*

346 *Qui totum dicit nihil excludit.*

347 *Qui tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, an teneatur ad illos, qui percipi potuerunt per ipſum malæ fidei poſſeſſorem, vel per ipſum petitorem.*

348 *Malæ fidei poſſeſſor ſemper eſt in mora.*

QVAE-

QVAESTIO XV.

NVnc ſupereſt decimaquinta,
& vltima principalis Quæ-
ſtio, quæ reſpicit deductio-
nes, quæ ſolẽt fieri per filios,
& hęredes grauati fideicom-
1 miſſo per patrem, † quæ in
effectu ſunt æs alienum teſtatoris, legitima
iure naturæ debita, trebellianica, & melio-
ramenta facta in rebus reſtitutioni ſup-
poſitis.

Quibus inhærendo duo principaliter in hoc
2 puncto conſideranda ſunt. † Alterum eſt, ꝙ
ſolutio æris alieni teſtatoris non cenſetur
prohibita per prohibitionem de non alie-
nãdo per eum factam, vt eſt tex. in l. filiusfa-
milias. §. diui. & ibi omnes not. ff. de lega. 1. &
idem reſpondit ſignanter Soci. iun. conſi. 28.
nu. 3. vol. 2.

Et hæc concluſio de plano procedit duobus
3 cõcurrentibus, † videlicet, dummodo bona
fide ſine fraude alienatio fiat, & non ſuper-
ſint alia bona prohibitione de non alienan-
do ſuppoſita, vt probat etiam Socin. vbi ſu-
prà, per tex. in l. pater filium. in fi. prin. ibi, Si
non erit aliud in hæreditate. ff. de leg. 3. ſub-
dit, hanc concluſionem eſſe veram, & indu-
bitatam, & loquitur in ſolutione dotis vxo-
ris teſtatoris conſiſtentis in quantitate, &
* teſtatur etiam de * communi.

4 Alterũ eſt, in quo maior ſtat dubitatio, † an
hæres teſtatoris, qui in ſolutione æris alieni
huiuſmodi potuit tot de bonis teſtatoris ſi-
bi retinere in reſtitutione fideicommiſſi, ha-
bita ratione valoris bonorum ad tempus,
quo facta fuit dicta ſatisfactio.

Etenim multi tenuerunt, ꝙ ſi agatur de ære
alieno debito hæredi grauato onere fidei-
commiſſi, ꝙ intelligatur, ſeu fingatur ſolutũ
in tot bonis ipſius teſtatoris ad tempus eius
mortis, & ſic etiam æs alienum creditoribus
hæreditarijs ſolutum in tot bonis hæredi-
tarijs ad tempus ſolutionis, vt poſt Caſtr. in
l. peculium. in princip. ff. de pecul. reſpondit
Soci. iu. conſi. 170. in 1. dub. lib. 2.

Veruntamen cõtrarium verius eſſe putaui ſæ-
pè in contingentia facti, ꝙ non cẽſeatur fa-
cta hæc imaginaria ſolutio, & conſequenter
non eſſe ipſum æs alienum ſoluẽdum in tot
bonis hęreditarijs & iuxta valorem bonorũ,
qui erat tempore mortis teſtatoris, vel ſolu-
tionis æris alieni, quoniam * communis eſt
5 reſolutio, † ꝙ quando creditor ſuccedit de-
bitori ſuo, confuſione extinguatur obliga-
tio, l. debitori. & in ea Docto. C. de pact. l. vt
debitum. C. de hæredit. act. l. in imponenda.
C. ad leg. falcid. & licèt actio in dicto caſu
confuſione extinguatur, tamen ſi hæreditas
in alium deinde transſeratur, illa confuſio
facta per aditionem hæreditatis reſoluitur,
& actio ſimul extincta ex æquitate reuiui-
ſcit, vt eſt tex. in l. 2. §. 1. ff. de hæredit. vel act.
vend. & concludit Bar. in d. l. debitori. nu. 2.
Dec. ibi in 2. not. nu. 8. & Cur. iu. ibi nume. 3.
Et propterea ſi creditor ſuccedat debitori,
& per fideicommiſſum grauatus ſit alij hæ-
reditatem reſtituere, poteſt creditum ſuum
retinere, l. irritum. C. ad leg. falcid. Dec. in d.
l. debitori. col. 1. ad differentiam quando hę-
* res ipſe agit nõ cõfecto inuẽtario, & eſt * cõ-
munis opinio, etiam ſi non fecerit inuenta-
rium, vt poſt plures concordantes per eum
citatos reſpondit Roland. à Valle conſil. 65.
nu. 13. vol. 2. Nam quando hæres nedũ per-
ſonalẽ, ſed etiam hippothecariam actionẽ
habet in bonis teſtatoris, tũc licèt aditione
hæreditatis confundatur actio perſonalis,
tamen actio hippothecaria manet illæſa ꝑ
aditionem factam per hæredem fideicom-
miſſo grauatum, l. debitor. ff. ad trebell. vbi
6 habetur, † ꝙ ſi creditor ſuccedit debitori,
isq; ſit rogatus reſtituere debitori pignus,
quod habet, non extinguitur, nec quoad ius
retentionis, nec quo ad poteſtatem agendi
hippothecaria, & ità tenent ibi Bar. Pau. de
Caſt. & Alexan. Dec. in d. l. debitori. num. 7. &
Curt. iu. ibi num. 8. quo in loco atteſtantur
* hanc eſſe * communem ſententiam, Rol. vbi
ſuprà, nu. 15. & ſeq. Ad differentiam, quãdo
debitum eſt ſolum naturaliter debitum, quia
tunc abſolutè per aditionẽ hæreditatis fin-
gitur ſolutio facta, & intrat imaginaria ſo-
lutio, de qua in l. Vranius. in princ. de fide-
iuſſ. & l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolut.

Et ex his patet, cauendum eſſe à Caſtr. & Soc.
iun. de quibus ſuprà.

Vnde concludo, ꝙ illius temporis duntaxat
habenda ſit ratio, quo petitur ſatisfactio
æris alieni teſtatoris, vel ſoluti per hæredẽ,
vel etiam ſoluendi, per ſupradicta.

Capiendo autem primam deductionem, illa
iuridica eſt, l. Papinianus. §. quarta. ff. de in-
offic. teſta. Et hæc in pluribus conſiſtere poſ-
ſunt, & in primis ſolutione debitorum te-
ſtatoris, de quibus ſupra dixi in 8. q. princi-
7 pali. Secundò æs alienum † teſtatoris conſi-
ſtit etiam in deductione dotis maternæ fi-
liorum ipſius teſtatoris. hæc enim ſatis dici-
tur eſſe æs alienum, ſi in quantitate erat de-
bita, vt concludit Alba d. conſi. 6. & habetur
in toto tit. C. de bon. mater. Caſtr. conſil. 52.
& conſil. 286. in 1. par. loquens in dote ma-
terna, in qua etiam loquitur Bertazol. conſ.
107. num. 65. & ibi etiam de ære alieno teſta-
toris.

8 Non

8 Non omitto autem, † ꝙ ſi hæres grauatus
nullum confecit inuentarium, per viam retentionis ei ſuccurſum eſt, vt ęs alienum huiuſmodi, & creditum ſuum poſſit deducere, Docto.in l.debitori. vbi Dec.colum.5.C.de pact. & iterùm de iure canonico multò magis tutus erit, vt concludit Gabriel.de regul. iur.concluſio.x1.num.x1. lib.6. qui concordan. citat.

Maiorem autem habet dubitationem ſecunda ſpecies deductionis, quia hæc habet plura capita, & articulos examinandos, quos in 59.concluſiones perſtringam breuiter.

9 Prima eſt, † ꝙ legitima eſt congrua portio
bonorum paternorum, quę debentur filio ab inteſtato, ſcilicet, vel tertia, vel dimidia, Authen. nouiſſima. C.de inoffic. teſta.& reſpondit Caſtr.conſi.286.in princ.in 1.par. Ang.in conſi.300.in princ.Corn. conſil.316. nu.5.vol.1.& conſi.85.nu.17.volu.3.& conſi. 270.nu.19.vol.2.& per Bald. in d. Auth. nouiſſima.nu.x1. C. de inoffic.teſtam.

10 Et debetur † iure naturæ filijs, ibidem nu.4.
Burg.in repetitio.l.in quartam.num.164.ff. ad leg. Falcid. & iure neceſſario, & naturali, Corn.conſi.115.nu.1.vol.3.& cóſ.48.nu,24. vol.2. Non tamen aſcendentibus eo iure, vt infrà concluſio. 10. Et eſt tertia pars totius ſubſtantiæ teſtatoris, Socin.conſi.30.nu.37. vol.1.imò legitima non debetur de naturali iure, ſed à lege tantùm, ratione tamen naturali, ſecundum Soci.iu.conſ.62.nu.10.vol.3. per text.in l.cùm ratio. ff. de bon.damna.& Guid.Pap.conſ.131.& conſ.140.

Et in bonis aui paterni eſt dimidia eius, quod nepos eſſet habiturus ab inteſtato, Soci.iun. conſi.88.nu.2.vol.4. Et ꝙ ſit tertia, vel dimidia eius portionis, quam filius ab inteſtato habere debuiſſet, probat Gabri. conſilio x1.

11 num.22. Quod tamen † ego non puto, cùm
poſſit eſſe ſolum quarta tertiæ, ſi numerus filiorum quaternus tantùm erat, & vbi excedit dictus numerus, tunc non poteſt dari certa determinatio, quãta debet eſſe portio vniuſcuiuſque, niſi prius ſciatur certus numerus, d.Authen.nouiſſima.& ità concludit

12 ipſe conſ.94.in princ. † legitima autem, quę
debetur fratri, vel ſorori per fratrem, vel ſororem, quæ inſtituit turpem perſonam, pu-

13 tà alium fratrem ſpuriũ, eſt quarta. Et † fra-
ter, vel ſoror præterita, vel exhæredata non impugnat totum teſtamentum, ſed vſq; ad legitimam, Afflict. deciſ. 125. & deciſ. 204.

14 Anchar.in.q.x1.nu.5.& ſeq. † Debetur autẽ
legitima per patrem filijs, auum, vel auiam paternum, vel maternum nepotibus tenentibus primum locum, §.neq; illo. authen. de trien. & ſemiſſe. cum concordan. per Ruin.

15 conſi.186.num.1.vol.2. Debetur etiam † per
filium matri: & quanta eſſe debeat, vide per Cucum in trac.de legitima char.14.à tergo.

16 Debetur † etiam legitimato, vt per eundem

17 in princ. nu. 5. † an autem nepotes ex filio,
vel filia primum locum tenentes tempore mortis aui debeant imputare in legitimam dotem, vel alia habita per matrem, vel patrem, pulchrè vide per Ruin.vbi ſuprà.

18 Conſtat etiam, † ꝙ de iure communi non
* debetur patre viuente, ſecundum * communem opinionem, reprobata quadam gl.quæ contrarium volebat, vt teſtatur Appoſtillator ad Bald. in l.quicunque.ſub nu.15.C.de ſeru.fugitiu.

19 Secunda eſt concluſio, ꝙ legitima † eſt quo-
ta bonorum, non autem hæreditatis, l. Papi.§.quarta.ff.de inoffi.teſt. Bar.in.l.ex facto. ff.de hæred.inſti. & concordan. per Rolan.à Valle conſi.39.in prin.vol.3. & ante eum per Craue.conſi.109.nu.7.& ante eos Bertran. vtrunque poſuit conſi.33.vol.4.& plur.concord.per Corn.conſ.148.col.2.in prin.vol.4.

20 † vbi etiam quod non eſt quid vniuerſale.
Et conſiderantur corpora hæreditaria, vel iura, & actiones pro eis, Craue.conſil.109.& Afflic.deciſ.282.ſi erant in bonis teſtatoris,

21 † aliàs autem ſi hęres bona deſijt poſſidere
culpa, vel ſine culpa ſua, dicitur rem habere ad fauores legitimæ, Rui.conſi.59.num.20. volum.4.

Non tamen debet conſiderari in detractione legitimæ id, quod habebat defunctus, cum hoc vt filius non poſſit illud habere, Corn. conſ.152.nu.2.vol.1. Et pro illa concluſione
* tanquàm * cõmuni, vide multa per Bereng. in repetitio.l.in quartam.num.114.& ſeq.ff. ad leg.Falcid.vbi arguit prò, & contrà, an ſit

22 quota bonorum, an verò hæreditatis. † Et
cùm ſit quota bonorum, in ea non dicitur ſuccedi tit.vniuerſali, ſed particulari, Socin. conſi.30.nu.36.volu.1.& non eſt ſimpliciter quota portionis debitæ ab inteſtato, quia illa continet debita, & credita, hæc non;

23 Soci.vbi ſuprà nu. 38. † & an poſſit relinqui
in certo prædio, vel certa quantitate, Alcia.

24 conſi.775.nu.9.& ſeq. † & conſideratur ſo-
lùm exiſtentia bonorum tempore mortis teſtatoris, vel debentis legitimam, vt per Soci.iu.conſi.61.vol.4.latiſſimè Curt.ſen. conſ. vlt.& eſt quid vniuerſale, Natta conſil.166. nu.8.& ſeq.& ꝙ in legitima non ſuccedatur

25 iure vniuerſali, nec in quota hęreditatis, † li-
cèt quoad ius accreſcendi habeatur pro tit. vniuerſali, reſpondit Socin.conſil.30.nu.36. vol.1.& ibi nu.39.addit, ꝙ non eſt ſimpliciter quota portionis debitæ ab inteſtato, ſed quota bonorũ. Et hoc intelligitur reſpectu

partis

partis legitimæ omnſum filiorum; reſpectu
autem partis cuiuſlibet non eſt quota bo-
norũ,ſed quota proprię portionis, Gabriel.
26 conſi.94. nu.9. † Et habetur loco alimento-
27 rum,Soci.vbi ſuprà nume.4. † Imò legitima
eſt quota hęreditatis, & ſucceſſionis in om-
nibus,pręter quàm quò ad hoc, vt credito-
res pręferâtur, quia quoad eos dicitur quo-
* ta bonorum, ſecundum * communem opi-
nionem,Burſat.conſ.8. num.10. & conſi.59.
28 nu.13. † Et debetur à morte patris vnà cùm
fructibus,latè Berol.conſ.135.volu.3. Et de-
betur in proprietate cum vſufructu, §. pro-
hibemus. Authentico de trient. & ſemiſs.&
concordan.per Nattam conſ.156.num.2. &
infrà dicam concluſio.27.& eſt quid vniuer-
ſale,& augetur cum fructibus,ibidem nu.8.
intelligendo tamen,vt infrà concluſio.17.Et
debet aſſignari in corporibus hęreditarijs,
non autem in pecunia,Ruin.conſi.56.nu.6.
volu.2.& an, & quando poſſint in vſufructu
conſtitui,infra dicam concluſio.43.in 1. de-
29 claratione. † Et ꝙ inſtitutus in legitima ſit
hęres,quoad quid,Barbat. conſ.71.col. 27.
30 vol. 3. † Quoniam ſupplementum legitimę
peti non poteſt, niſi cõcurrat lęſio,&c. Alba
conſi.23.& conſi.100.Caſt.cõſi.275.in 1.par.
31 Tertia erit concluſio, quod legitimę † ſup-
plementum licèt fiat ipſo iure, non tamen
fit,niſi petatur,Corn.conſ.270. nu.19.vol.2.
32 & conſ.121.num.9.co. † & fructus ipſius de-
bẽtur,& à quo tẽpore,vide Soci. conſ.57.nu.
33.& plur.ſeq.vol.4.& ꝙ legitima debeatur
ſtatim mortuo teſtatore, Caſſan. conſil. 67.
nu.82.& debetur ſine onere, & ſine debitio-
ne,Socin.conſ.64.num.6.volu.2.& conſi.50.
num.15. vol.4.& ꝙ debeatur ſtatim mortuo
teſtatore,etiam ſi non petatur, & abſq; alia
interpellatione, latè Natta conſi.156. nu.6.
& ſeq.& nu.11. Etiam cum fructibus, vt in-
frà concluſio. 27. Et ꝙ ipſo iure legitima, &
trebellianica detrahantur, Corn. conſ.305.
ſub nu.5. vol.4.& ꝙ legitima reſecet ipſo iu-
re bona defuncti,probatur in l.lineam mar-
garitarum.& l.Plautius.ff.ad leg.Falci. Alex.
in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. eo. & ꝙ
dixi,ſi petatur,probat glo.Bar.& alij in l.ſci-
mus.in princ. C.de inoffic. teſta. & concord.
per Tiraquel. in l.ſi vnquam.in verbo reuer-
tatur.nu.12.& nu.210.C.de reuocan.donat.
& ibi addit, quod nihilominus cum fructi-
bus debetur à die mortis teſtatoris. Et ſit
iſtud ſupplementum in corporibus hæredi-
tarijs,nõ autem in pecunia numerata, Rui.
146 teſt, † an in calculanda quantitate legitimæ ſit habenda ratio bonorum, quæ pater poſſidebat tempore finium, & renunciationis, an verò ad tempus mortis eius. Qua in re breuiter videtur concludendum attendi debere tempus renunciationis, per Doct. in c.quamuis.de pactis.in 6.abundè Gramma. deciſ. 57.nu.34.verſ.quò verò ad illud.& plu.ſeq.& cócordan.per Didac.in d.c. quamuis. §.1.nu.1.in fi.& ſeq.& §.2.ſub nu.1.& ſub nu. 2. verſi. hoc ſiquidem caſu.atteſtans de magis * * communi.& de * communi fidem facit Rip. de iur. gent. reſponſ.7. nume.4.in princ.Illud enim tempus renunciationis, & acceptationis dotis loco legitimæ ſubrogatur loco tempore mortis patris, vt ipſi dicunt,Dec.in l.pactum, quod dotale. ſub nu. 18.verſi.prædicta concluſio. C. de collat. Et pro iſta opinione ſtat Bal.Alex.Craue.& alij, quos citat Gramma.vbi ſuprà.Boe.& Brun. quos refert Cepha.conſ.165.nume.1.volu.2. idemq; apertè reſpondit Pariſ. conſ. 26. nu. 88.& plur.ſeq.volu.3. vbi etiam diſputat, an ſit conſideranda congruitas dotis ad legitimam, & ſic tẽpore mortis, an verò dotationis, & concludit vtroq; caſu contra filiam renunciantem. Et hæc cócluſio ſolidam habet pro ſe rationem, ꝙ debeat attendi tempus renunciationis iuratæ,& dotationis; qa incertum eſt, an pater ſit ditaturus, ſeu ditior futurus, necne.

Eſt verum, ꝙ multi contradicunt,& poſt Bald. variantem,quem refert, ſcilicet Alex. & Feli. quos etiam ſequitur Gulielm.Benedic. in c. Raynutius.in verbo In eodem teſtamento.il primo,nu.220. verſi.ſimiliter ſi pater,&c. de teſtam.& ſignanter etiam Crot. conſil. 120. nume.15.44.& ſeq. vbi tamen plures auctoritates citat, quæ nihil habent de hac quæſtione.Et magis facit Bal.nouel.in tracta.de dot.in 6.part.principa.ptiuileg.17.nu.4.qui loquitur in ſtatuto,vel ordine, ꝙ mulier dotata competenter non ſuccedat ſtante maſculo. ꝙ debet intelligi de dotata competenter inſpecto tempore mortis patris,non autem tempore dotationis. ſic & in materia authenticæ prætereà.C.vnde vir,& vxor. attendi debet tempus mortis mariti, an ſit diues,vel pauper,latè Rolan.conſi.15.vol.3.& latè hanc partem comprobat Decia.cóſ.54. nu.25.& ſeq. vol.5. vbi etiã refert Grammat. deciſ. 101. atteſtantem ſic fuiſſe iudicatum

147 pro filia. † quia fines iuratæ intelligantur ſtantibus rebus,prout ſtant.& hanc partem * receptiorem, & veriorem eſſe teſtatur Cepha.conſi.165.nu.16.& ſeq. vol.2.& ibi latè quo iure probetur ſupplementũ. Sed à priori ſententia, quæ eſt * verior, & magis recepta, non eſt recedendum.

Quamuis vt dixi, multi dicant, inſpiciendum eſſe tempus mortis patris,Cepha. conſil.34. nu.15.& ſeq.quorum opinionem * communem eſſe teſtatur Bertazo.conſi.7.nu.3.ſpreta opinione contraria, quæ fuit originalis Iaco.Butriga.in d.l. pactum, quod dotale. C.de collat. vt ibi per eum nu. 1.& ſeq. Opinio tamen Butrig. & ſequacium ſaluari poteſt in principalibus caſibus,vt ibi per eum, nu.5.& latiſſimè etiam conſ.25.nume.83.& ſeq.& nu.120.& ſeq.

148 Trigeſimanona concluſio eſt, † quando legitima cœpta eſt ſolui in quantitate, an ſupplementum,ſeu reſiduum ſit ſoluendum in ſpecie,an verò in quantitate legitimæ. In quo quidem articulo breuiter puto negatiuè concludendum, ꝙ ſolum in pecunia numerata ſolui debeat,vt tenuit Guid.Pap.deciſ.487. de quo tamen vide aliqua per Doct. vbi debitum eſſet alternatiuum ſpeciei, vel quantitatis,in l.ſi ex toto.§.fin.ff. de legat.1. Sed quòd ſibi prȩiudicet mulier in toto,ſi in parte obtinuit ſolutionem in numis, reſpódit Pariſ.conſi.16.nu.70.& ſeq.vol.2.Rimin. iun.conſ.31.num.16.vol.1. pulchre Cepha. conſi.42.num.6.& 8. Et licèt, vt ille ſubijcit, hæc opinio ſit dubia,tamen Pariſ. vbi ſuprà ad hoc,& concord. citando refert,& ſequitur in augumento etiam loquens Menoch. de qq.arbitra. caſu 163. num.30. poſtquam iam cœptum eſt ſolui in pecunia, licet ea nõ eſſet hæreditaria,vt ibi per eum.debẽtur tamen etiam fructus prædicti, Alex. conſil.69. vol. 1. Et ꝙ filius, vel filia acceptans certam quantitatem pecuniæ ſibi datam, vel relictã in dictam cauſam, ꝙ cenſeatur tantã quantitatem bonorum ſibi pro legitima debitorum remiſiſſe pro dicta quantitate, Ruin. conſi.56.nu.4.vol.2.& probat Cepha. d.cóſ. 42.nu.6.vbi poſt Guid.Pap.concludit,quòd ſupplementum legitimæ eſt faciendum in pecunia numerata, non autem de reliqua ſubſtantia, vel bonis paternis. Et hanc partem, ꝙ ſcilicet filius poſſit cogi ad accipiendum reſiduum legitimȩ in pecunia,nec poſſit hæres cogi ad aliud, eſt * communis opinio, de qua per Bertazol.conſi.108. In contrarium tamen pungit l. non amplius. quæ eſt 26.§.fi.ff.de leg.1.& ibidem Caſtr.nu.7.loquens in legitima,& apertè in l. 2. §. 1. nu.7. verſi.limitatur etiam.ff.de verbor.obliga. Et quando legitima fuit relicta in quantitate, & ex parte in nũmis exacta fuit, ꝙ reſiduum non poſſit peti in ſpecie, plures concordan. adducit Rip.in l.in quartam.num.123.ff. ad leg.Falcid. Et hoc,quando filius, vel filia acceptauit legatum in quantitate,vel ſolutionem

ne in quantitate; ſic & multò magis idem dicendum, quando iamdiù alienauit tot de bonis per teſtatorem relictis, quę ad ſummã legitimæ ſufficiunt, vel pauló minus. Nulla enim ratio ſuadet, quod eorum æſtimatio fieri debeat, prout nunc, dum quęritur modò de deductione legitimæ.

Et ad prædicta facit Curt. iun. conſ. 191. nu. 26. & ſeq. vol. 3. dicens, ꝙ vera concluſio eſt, ꝙ legitima debita filio non debeatur in quantitate, vel in genere, ſed de ſubſtantia bonorũ teſtatoris debetur, & eius repletio, & ſic in corporibus hæreditarijs, licet pater filium in quantitate, putà in centum inſtituerit. Sed ꝙ iſto caſu poſſit iudex in quãtitate ſolui facere reſiduum, ſi iam partem in quantitate ſibi relictam acceptauit, Ripa in l. in quartam. nu. 123. ff. ad leg. Falcid. Sed quando in parte fuit in pecunia iam acceptata, res nõ habet dubium, ꝙ poteſt ſolui reſiduũ in pecunia. Imò etiam tota legitima poteſt in pecunia ſolui, ſi ea ſit hæreditaria, Menoch. vbi ſuprà nu. 29. & ſeq.

Quadrageſima concluſio ſit pertinẽs ad computationem, ſeu calculationem legitimæ. In qua breuiter concludo, quòd in computatione legitimæ huiuſmodi, vidi quandoq; ſuper pluribus dubitari. Et primò, an ſupplemẽtum legitimæ, quod debetur vni filio, qui nõ habuit integram eius ratam, ſed minus patre forſan viuente, nec eo mortuo illud petijt, accreſcat alijs filijs, ſeu eorũ portionibus, an verò remaneat in hæreditate patris, & ſub eius fideicommiſſo.

Secundò, quia ſcimus legitimam debitam iure naturæ eſſe, vel tertiam, vel dimidiam bonorum relictorum per patrem ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato, Bal. in l. Pap. §. quarta. & in §. vnde ſi quis. ad fi. ff. eod. & in Auth. nouiſſima. & l. cum quæritur. C. de inoffic. teſt. inſpecto valore eorum ad tempus mortis teſtatoris, Natta conſil. 352. in fin. Surd. conſil. 128. pone, ꝙ pater viuens, in princip. dotauit aliquam eius filiam in minori ſumma, quàm importaret legitima ei debita; & poſteà illa petat ſupplemẽtum, an illud erit ſoluendum in quota bonorum, & ſic in ſpecie, & tot corporibus hęreditarijs, an verò in pecunia ad æſtimationem illius temporis mortis teſtatoris.

Tertiò, retẽtò eodem themate, quia etiam nouimus habita per filium, vel filiam ex ſubſtantia patris imputari debere in eius legitimam, & ea conferre debere in ratiocinando ſupplemento legitimæ, l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſt. Soci. conſi. 95. col. pen. & fin. vol. 1. an data per patrem debeant conſiderari, & calculari ſimul cum alijs bonis tanquam relicta in eius hæreditate, & bonis, an verò ſolum id, quod reuera reperitur tempore eius mortis, & qualiter fieri debeat hęc imputatio.

Circa primum breuiter videbatur dicendum ceſſare ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi, quia ius accreſcẽdi non habet locum, vbi portio omninò, & in totum non vacat, & ſic poſt acquiſitionem, l. 1. §. interdum. ff. de vſufruc. accreſ. & concord. per Rip. in l. re coniuncti. nu. 396. ff. de leg. 3. vbi proptereà concludit, ꝙ adita hæreditate per cohæredem non habet locum ius accreſcẽdi ad fauores cohæredis, & in terminis Bal. in d. l. Papin. §. unde ſi quis. verſi. pen. dum concludit, quod ſtante ſtatuto, quod fœmina non ſuccedat, niſi in dote ſtante filio maſculo, tunc legitima maſculi erit tertia pars bonorum patris deducta prius dote filiæ tanquàm ære alieno, & ſic de reſiduo bonorum tertiam habebit pro ſua legitima, non autem iure accreſcendi habebit etiam ſupplementum legitimæ, alias debitum filiæ, quia portio filiæ nõ eſt defecta, cum admittatur ad partẽ. ideq; tenuit Caſtr. conſi. 52. ſuper primo puncto. nu. 2. in princ. in 1. par. verſi. de primo patet, quia ius accreſcendi locum non habet, niſi in portionibus omninò deficientibus, &c.

Cõtrarium tamẽ ego putaui in contingentia facti, quod imò illud reſiduum, quod deficiebat ſupplemẽto legitimę pdictę accreſcat ipſo iure portioni legitimæ filij, quia non eſt dubium, quin in legitima locum habeat ius accreſcendi ex diſpoſitione legis, ut tradunt Doct. in d. l. re coniuncti. vbi Ripa. num. 211.
* vbi teſtatur de * communi. idem reſpondit
* Alex. conſi. 19. nu. 2. volu. 6. & de * communi etiam fidem faciunt Cephal. conſil. 245. nu. 48. volum. 2. Rimi. iun. conſi. 17. & de magis
** ** communi Gabriel. conſi. 11. num. 42. & ſicut ſi tota portio vacaret intrat ius accreſcendi in totum, itá ſi pro parte tantùm pro ea parte, quia idẽ iuris eſt de parte ad partẽ, quod de toto ad totum, l. quæ de tota. ff. de rei vendic. & itá in terminis Aret. in l. ſi pluribus. §. ſi duobus. col. 4. ad fi. ff. de lega. 1. vbi
* etiam Iaſ. num. 22. teſtatur de * communi. & idem reſpondit Cepha. vbi ſuprà. num. 34. & idem reſpondit Bello. conſi. 83. nume. 18. vbi etiam citat Bal. in d. §. vnde ſi quis. qui tamẽ aliter loquitur, vt ſuprà dixi, niſi ad effectũ impinguãdi aliqualiter legitimam filij, quæ in effectu impinguatur ex eo, quòd filia dotata non habet integram legitimam, ſed nõ per ius accreſcendi, quò ad illud ſupplemẽtum. idem etiam ſentit Ang. conſi. 300. ſub nu. 3. quatenus concludit, quod ſtante ſtatuto, quòd filia dotata non ſuccedat ſtanti-

bus

bus maſculis, ſi filia ſit inſtitnta in legitima ſua debita in teſtamento patris, maſculi nõ cõſequuntur portioné, quę aliàs circumſcripto ſtatuto filia fuiſſet conſequuta, non conſequuntur per ius accreſcẽdi, quò ad legitimam, quia illa habet eam integram, & ſic nihil eſt, quod eis accreſcat, & reſiduum hęreditatis conſequuntur ex ſtatuto per renũciationem fœminarum. ergò ſentit, quod ſi aliquid deeſſet pro ſupplemento legitimæ ſaltem ex diſpoſitione ſtatuti, illud cõſequeretur: quod & probat in ſpecie in legitima Gabriel. d. conſi. 11. nu. 42. & ſeq. & ſecũdum hanc partem fuit pronunciatum hoc anno de mẽſe Maij in cauſa illa ardua Scottorum Caſtri de Varſio.

Ad ſecundum dubium reſpondendo etiã breniter, quandoq; putaui, q̃d poſtquàm legitima cępta eſt ſolui in pecunia, & ſic in quãtitate, reſiduum, & ſic ſupplemẽtum quoq; ſit pariter ſoluendum in pecunia, iuxta valorem bonorum ad tempus mortis patris: ità enim concludit Guid. Pap. deciſ. 487. in princ. vbi addit, quod ità ſeruatur in praxi. nam poſtquàm filius, vel filia acceptauit legitimam ſibi relictam, vel datam in quantitate, videtur conſenſiſſe, quod reſiduum ẽt ſibi ſoluatur in pecunia, & ſic poteſt iudex mãdare ſatisfieri in quantitate, vt poſt Bal. & plur. concord. per eum citat. concludit Ripa in l. in quartam. nu. 122. ff. ad leg. Falci. idem etiam reſpondit Pariſ. conſi. 16. nu. 70. & ſeq. vol. 4. Cephal. conſ. 42. nn. 6. & 8. Rimi. iun. conſ. 31. nu. 16. Menoch. de q q. arbitrar. caſu 163. nn. 30.

Sed poſteà melius conſiderando, putaui hanc opinioné non eſſe vſquequaq; tutã, vt ẽt reſpondit Bertazo. conſi. 108. col. 1. & ſequen. in ciuilib. niſi vbi pecunia eſſet hęreditaria, quæ intenditur ſolui pro ſupplemento. Et ratio eſt, quia legitima, & eius ſupplementũ debetur de ſubſtantia patris, & ſic in corporibus hæreditarijs, alias ſecus: ità concludit Alexan. conſi. 69. vol. 1. Ripa vbi ſuprà, & Menoch. vbi ſuprà nu. 28. & ſeq. Ruin. conſil. 16. nu. 4. vol. 2. Caſtr. in l. nou amplius. §. 1. nn. 7. ff. de leg. 1. & in l. 2. §. 1. num. 7. verſi. limitatur etiam. ff. de verb. oblig. Et ſequitur etiã Cur. inn. conſ. 191. nu. 26. & ſeq. vol. 3. & ità etiam fuit tentum in illa cauſa Varſij.

Quod autem attinet ad tertium quæſitũ, concluſiuè procedendo, exiſtimo, quòd id nullam, vel modicã habeat difficultatem; quia ſi habita per filium, vel filiam ſunt conferẽda in ratione iſtius legitimæ, & imputanda in eius portionem, d. l. quoniã nouella. certè conſideranda ſunt, ac ſi fuiſſent reperta in bonis, & hæreditate patris, & ſic bona ſtabilia, & cætera per eum relicta, & inuẽta in hæreditate erunt æſtimanda, prout valebanc tempore mortis patris, & illi æſtimationi, & ſummæ addi debebũt habita per filium, vel filiam, ſi erant in quãtitate. ſi autem in ſpecie conſiſtebant, putà, aliqua prędia, vel mobilia pariter erunt ad illudmet tempus æſtimanda, & valor eorum adijcietur ſummæ, & valori eorum, quæ in effectu comperta ſunt in hæreditate, & eis ſummis ſic in vnũ ſummatis, & computatis, ac coaceruatis ab ea ſumma, quam conſtituunt omnes illæ partitę, detrahetur legitima omnium filiorum, ſiue ſit triẽs, ſiue ſemis pro eorum numero, qui faciunt partem in ea, & ea quota ſit in tot partes diuiſa, prout eſt numerus filiorũ, apparebit, quantum capiat portio eorum, quibus pater viuens dedit in quantitate, vel corporibus; & ſi comperiatur portionem eius, quę ei tangit ex dicta diuiſione, excedere ſummam, & valorem eorum, quæ filius, vel filia habuit, ſuppleri debebit, vel in pecunia hæreditaria arbitrio iudicis, vel in tot corporibus hæreditarijs, iuxta ea, quæ dixi in præcedenti dubio. Et hunc modum calculandi didici à Corn. conſilio 238. col. 3. ad med. verſi. vnde reducẽdo rem ad calculum. volu. 2. cui addo, quod ſi contingat ſupplementum aſſignari in tot ſtabilibus bonis, tunc ad dignoſcendum, quantum de dictis bonis debeat aſſignari, ſic erit faciendum. videlicet, finge enim, quòd habita per filiũ, vel filiam ſint centum, & legitima eius importet cẽtum & viginti, tunc erit inſpiciendus valor prædictus bonorum repertorum in hęreditate, & pariter eorum quantitas, & illa diuidetur intellectualiter ĩ tot libras, vel aureos, quot capit eorum valor, & ſic habebitur, quantum ſit ſupplementum. idemq; eſt dicendum circa deductionem trebellianicæ ex reſiduo, quod ſupereſt deducta legitima, vt per Corn. vbi ſuprà.

Et prædicta procedũt, nedum in computatione habitorum per filium à patre, ſed etiam in computatione eorum, quę ipſe poſt mortem patris alienauit bona fide, quia certum eſt, vt ſuprà dixi, ea omnia imputanda in legitimam, & trebellianicam, ſi valor eorum capit vtranque, l. Marcellns. §. res, quæ. ff. ad trebel. & l. in quartam. ff. ad leg. Falci. & vti o-
* bique Docto. not. & eſt * communis opinio, Burſat. in d. conſi. 13. Surd. d. conſ. 128. cenſetur enim filius alienando elegiſſe pro ſua legitima, & Trebellianica res per eum alienatas, &, vt etiam ſuprà dixi, niſi ſint de melioribus arbitrio iudicis, talis alienatio ſuſtineri debet, maximè fideicommiſſario ægrè non ferente, vt habetur in locis ſupradictis.

Et in

Et in hoc erit aduertendum, quia valor, & æſtimatio, ſeu pretium per fili uni perceptum ex dictis bonis alienatis erit conſiderãdum, & ad tempus factę alienationis, quia tunc dicitur ſibi elegiſſe filius ſuam legitimam, & trebellianicam, & ſibi ſatisfeciſſe eo tempore, non autem inſpiciendum erit tẽpus mortis teſtatoris, vt de ſe patet, & ſignanter conſiderat Surd. vbi ſuprà nu. 21. in fin. & ità reſpondi in illa Placen. Caſtri Varſij, dum ageretur de alienationibus factis per Bartholomæum filium patris fideicommittentis.

Et ni fallor, quilibet vel mediocris ratiocinator diſcernere poterit, hunc eſſe verum modum calculandi legitimam, & Trebellianicã prædictam, quæ eſt quarta pars reſidui deducta legitima, vt dixi, & ita etiam conſului ſic fieri debere in illa Placẽ. Caſtri Varſij hoc anno in executione, & liquidatione conformium. & in liquidatione huiuſmodi debet per hæredem, vel ſaltem cauſam habentẽ ab eo contra fideicommiſſarium agentem probari valor bonorum huiuſmodi ad illud tẽpus, & quot bona relicta ſunt per patrẽ teſtatorem, Natta, & Alex. ſuprà in princi. per me citati. cõſtare etiam debet ex actis, quòd ſupplementum ſit petitum, aliàs non debetur, Natta vbi ſuprà.

Dixi etiam in eadem cauſa aduertendum eſſe, quod malè fuerunt iudicati principales mei ad ſoluendum dotem vxoris Bartholomæi filij teſtatoris, & dotem vxoris Ioannis nepotis dicti teſtatoris ex dicto D. Bartholomæo, nec eis deductis ſoluendam eſſe dd. reis conuentis legitimam, & Trebellianicam ex perſona dicti Bartholomæi. quoniam poſitis calculis, aut apparebit eius portiones ſolutas fuiſſe ex alienationibus per dictum Bartholomæum, & forſan etiam per eius filios modo & forma premiſſis, aut aliquid ſupererit ſupplendum: & primo caſu manebit obligatio reſtitutionis dotiũ prędictarũ, q͡a illæ ex fideicommiſſo eo in caſu, vbi nihil aliud ſupereſt, veniũt ſoluẽdæ, Auth. ex cauſa. C. communia de lega. & dixi ſuprà, ſed tũc ceſſabit ſolutio legitimę, & trebellianicę, ſeu eius deductio, poſtquàm iam apparebunt ſolutæ, & ſeu deductæ. Secũdo caſu non debent integræ illæ dotes ſolui per dd. meos principales, ſed ſolum quatenus non ſupererit ex dicto ſupplemẽto: neq; enim vtrunq; eſt ſoluendum, ſcilicet legitima, & Trebellianica, & dictæ dotes ex dicto debito: ità ſignanter reſpondit Caſtr. conſi. 219. viſis, & conſideratis his, quæ ſupra dixi. col. penul. in fi. & ſeq. in 1. par.

Nunc videndum eſt de tertia ſpecie deductionis, quæ pertinet ad Trebellianicam, in quã aliquantulum libet inſiſtere. Quoniam igitur in hac materia prohibitionis trebellianicę, in qua vt plurimum Docto. mirè variarunt, & pauci fuerunt ſibi ipſi conſtantes, procedendum eſt breuiter, & per compendium per qq. omiſſis diſputationibus, quæ aliàs ſurgerent in volumen magnũ, præmit-
149 to illud vulgatum, † ꝙ duo ſunt, in quibus omnium humanorum actuum conſtat effectus, videlicet poteſtas, & voluntas agentis. Quorum ſi alterum deficit, nihil eſt, quod perfici poſſit, inquit Boet. de conſola. philoſophica lib. 4. quod & voluit Curt. ſen. conſ. 66. nu. 8. dicens, ꝙ omnes actus humani pẽdent, & regulantur à poteſtate, & voluntate. ſequitur Soci. iu. conſ. 72. nu. 13. vol. 1. A poteſtate igitur erit initium ſumendum, ſcilicet an, & quibus caſibus poſſit teſtator prohibere trebellianicam, quia aliàs minimè præſumitur velle, quod non poteſt explere, Natta conſil. 145. nu. 2 . loquẽs in terminis, deinde quando hoc voluiſſe cenſeatur, diſcutiendum eſt.

150 Secũdò præmitto, ꝙ in hac materia iura, & Doct. ſæpè ponunt Falcidiam pro Trebellianica, & è contrà, & mixtim loquuntur, & ideò dictum de vno intelligitur etiã de alio, vt ſuprà diximus, & probat Caſtr. conſil. 28. col. 1. & 3. in fi. in 2. par. & latius Natta cõſil. 528. nu. 34. vol. 3. poſt Bal. & Sali. per eum citatos. quamuis impropriè Trebellianica dicatur Falcidia, Rolan. conſi. 54. nu. 39. vol. 3. Et ꝙ appellatione Falcidiæ veniat etiã Trebellianica, citat multa iura Rolan. conſi. 27. nu. 3. & ſeq. vol. 1. Maizar. conſi. 1. in prin. Sic & Bal. in l. ſed in ea. C. ad leg. Falci. text. illum loquentẽ in Falcidia extendit ad Trebellianicam, & ꝙ appellatione Falcidiæ cõtineatur Trebellianica, plura iura citat Bero. cõſ. 138. nu. 2. vol. 2. & ꝙ * communis ſit opinio, ꝙ dicta Authen. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid. quę loquitur in Falcidia habeat locũ etiam in Trebellianica, Socin. iun. conſil. 31. num. 8. vol. 1.

151 Prima igitur ſit quæſtio, † an Trebellianica poſſit per teſtatorem prohiberi, & ſic an detrahatur contra voluntatem teſtatoris. Qua in re breuiter tenuit glo. prohiberi nõ poſſe, in glo. 2. in fi. in Authen. ſed cũm teſtator. C. ad leg. Falcid. & in l. ſi vt allegas. eod. Idem tenuerunt Belui. Bar. Corn. Alex. Imo. Alciar. & Crot. quos refert Vaſqu. in tracta. ſucceſſio. in 1. par. lib. 1. §. 8. nu. 5. in prin. & ꝙ detrahatur contra voluntatem teſtatoris multi tenuerunt atteſtãtes etiam de * communi, de quibus per eũdem Vaſq. vbi ſuprà nu. 18. & ꝙ Trebellianica detrahatur cõtra tacitam voluntatem defuncti teſtatoris, te-

net

ſiet Abb.in c.Raynutius.in vlt.notab.de te-
ſtamentis.quem refert, & ſequitur Curt. iu.
conſ.54.nu.15.in fi.& Vaſq.vbi ſupra,nu.18.
* vbi atteſtatur de* communi, quod detrahatur
contra voluntatem teſtatoris. Idem tenet
Ancha.conſi.152.nu.9.& Caſtr. d.conſil.28.
nu.2.in fi.in 2.par.per tex.in l.Titia.ff.ad leg.
Falcid.& non eſt dubium, quod dicitur detrahi
contra voluntatem teſtatoris, quando ex-
preſsè fuit prohibita, vt etiam tenuerunt
Corn. Bolognin.Curt.ſen. quos refert,& ſe-
quitur Marza.conſi.7.col.§ 5. in princ. verſi.
non obſtat,ſi dicatur.Idemq; probat ipſe de
fideicom. q. 49.col.4.& quod non poſſit prohi-
beri Trebellianica etiam in extraneis, multi
etiam tenent, de quibus in l. quod de bonis.
§.fideicommiſſum. ff.ad leg. Falcid. Quòd ſi
expreſsè ſit prohibita,non eſt dubium, quod di-
citur detrahi contra voluntatem teſtatoris,
ſicut de legitima reſpondit Rui.conſ.58.col.
2.nu.3.vol.2.& nu.12. Et quod dicatur fieri de-
tractio Trebellianicæ contra volũtatem te-
ſtatoris,& in dubio fauendum ſit conſerua-
tioni eius uoluntatis, Marza.cõſ.10.col.129.
& col.ſequen.vol.1.

Contrariam ſententiam tenuit glo.in §.ſed qa.
Inſti.de fideicom.liber.& glo.in Authentico
de hæred. & falcid. vnde ſumitur d. Authen.
ſed cum teſtator.Bar.Bald.Fulgo.Saly.& alij
pleriq; in d. Authen. & quamplur. atteſtan.
* de* communi, & in vſu foréſi obſeruata re-
fert,& ſequitur Vaſq.d.§.8. nu.5.& eam ipſe
* tuetur à morſibus aliorum.Et de* commu-
ni, quod non detrahatur contra uolũtatem te-
ſtatoris, multos atteſtantes refert, & ſequi-
tur Vaſq.ubi ſuprà nu.18.uerſic.ſed in con-
trarium. Quo vltimum ego habeo pro
abſoluto, quando teſtator non prohibuit
eam, vt concludit Aemilia.conſ.39.num.49.
prohibendo enim eius detractionem non
cenſetur à contrario ſenſu eam permittere,
vt ibi per eum: licèt hanc rationem impu-
gnet Vaſqu. vbi ſuprà, & malè iudicio meo.
Et hæc opinio procedit, etiã ſi non expreſsè,
ſed tacitè etiã prohibita appareret, adhuc
enim valet prohibitio,ut tenet Bar.in l.cen-
turio.char.pen.ff.de vulga.& pupill.& latius
ibi per Moder. & quod non detrahatur hodiè
contra voluntatẽ teſtatoris, reſpondit Dec.
conſ.157.in fin. reprobato Anchar. ſuprà in
contrarium citato, ſuper quo ſcio aliàs me
abũdè ſcripſiſſe in vna Veronẽ. Et de eius ef-
* fectibus, & quamplures de* communi at-
teſtantes refert Roland. conſi.12.num. 4. &
ſeq.volu.1.

Sed iſtæ opiniones poſſent conciliari, ut inſpe-
cto iure antiquo, quo quidem prohiberi nõ
poterat Trebellianica, procedat prima opi-
nio,ſed hodiè de iure Cod.& Authenticorũ,
quo cautum eſt poſſe prohiberi, procedat
ſecunda opinio, vt conſiderat poſt plur. per
eum citatos concord.Io.Annibal. in repeti-
tio.l.nemo poteſt.num.221.& plur.ſeq.ff. de
lega.1. vbi tuetur ſecundam partem.

Certum eſt autem, quod Trebellianica hodiè po-
teſt prohiberi detrahi, quidquid aliàs erat
* de iure antiquo, ut eſt* communis opinio,
de qua per Alex.conſ.5.num.16.vol.3.Curt.
* iun.conſi.314.nu.18.ubi etiam de* commu-
* muni. de* communi etiam Iaſon conſ.146.
num.6. uol.4. & latiſſimè infinitos de magis
** ** communi atteſtantes refert,& ſequitur
Gabriel.in ſuis concluſio.lib.4.titu.ad Treb.
concluſio.1. in princip. per unam integram
** col.Et de magis ** communi Soc.iun. in l.
in quartam.nu.87.ff.ad leg.Falci.

152 Secunda eſt quæſtio. An† dicta communis
concluſio procedat in liberis primi gradus,
quod eis poſſit prohiberi conſtitui Trebel-
lianica huiuſmodi.Et breuiter Bald. in l.iu-
bemus.C.ad Treb.& Bald.Caſtr. & Sali.in d.
Authen.ſed cum teſtator.negatiuam tenue-
runt.Cuma.Roman. legendo & conſulendo
conſil.206.Corn.conſulendo conſil.207.ſub
* num.10.volu.2.ubi teſtatur de* communi.
Alex.Iaſ.Cror.Dida.Rip.Soc.iun. Rui.Crot.
* Pic.& Dec.etiam teſtatur de* cõmuni con-
ſil.81.& conſi.218. prout etiam refert Vaſq.
* d.§.8.nu.12.in princ.& * communem opi-
nionem fatetur eſſe Burſat.qui plures refert
idem atteſtantes conſi.44.num.19.& de ma-
** gis ** communi Clar.in §.teſtamentum.
* q.63.& de* communi etiam teſtatur Natta
conſi.145.nu.23.vbi etiam citat Bal.& Ro-
ma.vbi ſuprà,Barbat.in c.Raynutius.de te-
ſta.Pic.in l.in quartam.ff.ad leg.Falcid. Dec.
* cõſi.81. Et infinitos de* communi, ſeu ma-
** gis ** communi & ueriore, & æquiore at-
teſtantes refert,& ſequitur Rolan. conſi.12.
nu.6.uol.1.& latiſſimè eam tuetur Neuizan.
* conſi.1.col.3.& plur.ſeq.& multos de* com-
muni atteſtantes refert, & ſequitur etiam
Marzar.de fideicommiſ. q.49. col.1.& 2. vbi
tamen refert, quod in caſum contingentiæ Ro-
ta mandauit partes concordari. Et hanc
partem negatiuam in liberis primi gradus
ad differentiam extraneorum, tenuit Guid.
Pap. deciſ.51. col.1. vbi addit ab ea non eſſe
recedendum in iudicando,& quod ità ſeruatur.
** Et hãc partem uti magis ** communem,
& veram in iudicando, & conſulẽdo ſemper
tenuit Bero.vt ipſe teſtatur conſi.137.nu.7.
& conſi.ſeq.uolu.1. in fi. uol.2.& ibi eam de-
fendit. Et quod in legitima, & trebellianica, vel
earum fructibus, qui debentur à die mor-
tis teſtatoris,filio grauamen aliquod impo-
ni non

tti non poſſit, abundè reſpondit ipſe conſil. 135. uol. eod. & latiſſimè de * communi, & eã tuetur Soci. iu. conſi. 131. num. 2. & plur. ſeq. vol. 1. & nu. 58. vbi pro ea citat glo. Butriga. Cyn. Bal. Fulgoſ. Saly. Cuma. Guid. Pap. Barbat. Corn. Caſt. Alex. Soci. Iaſ. Crot. Galliau. Picc. Io. de Ana. Ant. de Prato vete. Dec. Bologni. & ibi nu. 65. addit, ꝙ hodiè hæc opinio recepta eſt per totum mundum, & idẽ repetit conſi. ſeq. & eaſdem auctoritates, & fundamenta refert, & ſequitur conſ. 137. nu. 7. & plur. ſeq. eo. uolu. vbi dicit, ꝙ per hoc limitatur opinio contradicentium, ut non procedat in liberis primi gradus. & de * communi etiam probat, teſtatur, & ſequitur conſ. 132. in princ. eod. volu. Et ꝙ hodie iſta ſit magis * * communis opinio reſpondit Soci. iun. conſi. 28. nu. 4. volu. 2. & ibi addit, ꝙ ità aliàs cõſuluit, & fuit iudicatum apud Veronam, ꝙ filijs primi gradus non poſſit Trebellianica prohiberi. & ꝙ iſta opinio ſit verior, ęqor, & * * communior reſpondit Soci. iun. conſi. 131. num. 58. uol. 1. ubi addit, ꝙ totus mundus eam obſeruat, & conſi. 112. in fi. uolu. 3. vbi addit, ꝙ qui dicunt communem eſſe in contrarium, errant. & de magis * * cõi teratur etiam ipſe conſ. 50. num. 18. uol. 4. vbi quamplur. concord. citat. idem firmat ipſe in l. in quartã. nu. 68. ff. ad leg. Falc. Et ꝙ iſta opinio negatiua ſit magis * * cõis, & vera, Gabriel. cõſ. 96. nu. 4. & ſeq. Et ꝙ hæc opinio ſit æquior, & magis * * communis, teſtatur Pariſ. cõſi. 43. nu. 26. vol. 3. & de * communi teſtatur etiam Curt. iu. conſi. 91. nu. 3. Et latiſſimè nouiſſimè Rimin. iu. conſi. 9. nu. 103. & plur. ſeq. & iterum conſi. 110. nume. 12. vbi quamplures citat de * communi atteſtãtes, ꝙ hæc opinio eſt in iudicando, & cõſulendo tenenda, & ꝙ ſecundum eam ſæpè fuit iudicatum. & de * communi Dida. in c. Raynutius. §. x1. ſub num. 7. de teſta. & pro hac opinione negatiua, ꝙ ſit * cõis, tradit Rub. coſ. 43. nu. 9. & ſuper omnes omnia argumẽta, & auctoritates vtriuſq; opinionis, & ꝙ iſta ſit * receptiſſima ſententia, & in iudicijs approbata refert, & ſequitur Rolan. conſ. 5. per totum. vol. 4. & conſi. 9. num. x1. & plu. ſeq. eo. & latè de * cõi Iaſ. conſi. 99. nu. 2. volu. 4. & de * communi in iudicando, & conſulendo ſequenda, etiam ſi reſtitutio per filium ſit facienda filio, vel extraneo, Bero. conſi. 79. nu. 37. uol. 2. & infinitos de * communi atteſtãtes, & ꝙ ab ea non ſit recedendum refert, & ſequitur Marius Anguiſſola conſi. pen. col. 1. & 2. & hæc opinio eſt * cõmunis, ꝙ filijs primi gradus nõ poſſit prohiberi, Clar. in §. teſtamentum. nu. 64. verſi. ſed retẽra indiſtinctè opinione Bald. &c. & pro hac opinione vti * communi, & æquiore, latè Curr. iun. conſi. 199. nu. 40. & plur. ſequen. & conſ. 314. num. 18. & ſeq. hanc partem etiam tanquam magis * * communem latè defendit Iaſ. cõſ. 146. nu. 6. vol. 4. vbi addit propterea, non eſſe ab ea recedẽdum in iudicando, & conſulendo. Et pro hac opinione Bald. qui fuit auctor iſtius opinionis infinitos propè, & multos de * communi atteſtantes refert, & ſequitur tãquam magis * * communem Gabriel. in ſuis concluſio. lib. 4. tit. de Treb. concluſio. 1. nume. 4. citando Bald Salyc. Roma. Guid. Pap. Corn. Barbat. Alexan. Socin. Bertran. Iaſ. Dec. Rub. Curt. iun. Piccum, Ruin. Pariſ. Socin. iun. Gozad. Manr. Crot. Et in dubio pro liberis primi gradus, Piccus in l. in quartam. nu. 282. ff. ad leg. Falcid. Et hanc partem negatiuam tanquam magis ueram, & * * communem ſequitur Biret. conſil. 60. & hæc pars negatiua etiam, quãdo legitima venit detrahenda, eſt æquior, verior, & magis * * communis, Decian. conſi. 127. nu. 27. uolum. 3.

Sed contrarium tenuerunt Cyn. Cuman. legendo, Bald. Ang. Alexan. Soci. Roma. Corn. Pariſ. Picc. Corſe. & Ioan. Ana. quos refert, & ſequitur abundè Vaſqu. vbi ſupra dicta 1. par. de ſucceſſio. lib. 1. §. 8. num. 12. verſi. contrariam ſententiam. Et abundè eam tuetur, & de * communi teſtatur Alexand. conſi. 66. uol. 1. conſi. 5. uolu. 3. & conſil. 201. nu. 6. & in l. Marcellus. in princ. ff. ad Trebellia. ubi infinitos refert concordan. & eam tenendam eſſe in iudicando, & conſulendo teſtatur. & latè tuetur, & pariter * communem eam, & in practica ſeruãdam teſtatur Picc. in dicta repeti. l. in quartam. ff. ad leg. Falci. & abundè de * communi teſtatur etiam Pariſ. conſ. 17. nu. 18. uerſi. tñ Alex. & Soci. in d. l. Marcellus. &c. & conſi. 93. nu. 46. & nu. 49. uolu. 2. & de magis * * communi teſtatur Bellon. conſ. 30. nu. 19. in fi. & ſequen. & ꝙ poſſit Trebellianica prohiberi filijs primi gradus latiſſimè tenuit Rot. deciſ. 4. de teſtam. & infinitos de * communi, & vera opinione, & in practica tenenda refert, & ſequitur Noni. conſi. 32. nu. 45. col. pen. uerſi. 1. arguẽdo, &c. Quamuis Neuiza. d. conſi. 1. col. 2. dicat poſt Picc. ꝙ vix poteſt diſcerni, quæ ſit communis, poſtquam talis hincinde reputatur. & ꝙ Trebellianica poſſit filijs primi gradus prohiberi, reſpondit Bellon. conſi. 80. nu. 16. Et ꝙ iſta ſit magis * * communis opinio, verior, & canonizata plu. ſic atteſtãtes refert, & ſequitur Marza. d. deciſ. 49. col. 2. in fi. verſ. ſed pro parte affirmatiua, & duabus ſequen. & ibi addit, ꝙ maximè in foro poli eſt attendenda, quia detrahitur contra voluntatem

teſtatoris, vt ſuprà fuit dictum, ſi prohibitio repetitur etiam in filijs primi gradus. Et qđ iſta ſit * cõmunis opinio, ꝙ filijs poſſit prohiberi Trebellianica, per tex. in Authentica, ſed cùm teſtator. C. ad leg. Falcid. reſpondit Alex. conſ. 5. nu. 16. vol. 3. ſicut enim teſtator poteſt Falcidiam prohibere, d. Authent. ſed cum teſtator. ità & Trebellianicam, ut ibi dicunt Docto. hanc partem tenentes. & in l. Marcellus. in princip. ff. eo. & ꝙ iſta ſit magis * * communis opinio, tenet Soci. iun. conſ. 170. num. 24. vol. 2. & ꝙ iſta opinio ſit magis * * communis teſtatur Marzar. conſil. 10. col. 129. licèt referat ſæpè propter pugnam Doctorum rem diuiſam fuiſſe per medium. & de * communi teſtatur Iaſ. conſi. 89. col. 1. vol. 1. & Rub. d. conſi. 43. num. 12. dicit, quod qui dicunt communem in contrarium non benè dinumerarunt Doct. & ſecundum eum fuit iudicatum. & de * cõmuni, ꝙ poſſit prohiberi filijs primi gradus, Rui. conſi. 118. nu. 28. vol. 3. & de * communi Pariſ. cõſi. 1. nu. 83. & ſeq. vol. 3. Et pro iſta parte facit una ratio ineuitabilis, quæ habet, ꝙ fili' in detractione Trebellianicæ reputatur vt extraneus, vt conſuluerat Rub. conſil. 72. nu. 10. & ſeq. vbi etiam de * communi. Et pro hac opinione multos citat etiam de * communi atteſtantes Gabriel. ubi ſuprà, nu. 6. & in ſpecie Cyn. Fulgoſ. Cuman. Bellamere. Bal. Ang. Roma. Homode. Corn. Alex. Aret. Bertrà. Cur. Rui. Pariſ. Grat. Gozad. Caſſiodo. & hanc partem vti * communem, & veram refert, & ſequitur Purpura. conſi. 375. nu. 7. & ſeq. vol. 1. & eam defendit ea potiſſimum ratione. quia filius eam detrahit tãquam extraneus. & eam tenet etiam vti * communem, & veram Pancirol. conſi. 98. nu. 23. in fi.

Quòd ſi etiam teneamus primam opinionem, ſecundum quam uidi ſæpè iudicari in hoc foro, adhuc tenentes eam fatentur nõ procedere in pluribus caſibus. Quorũ primus eſt, vbi expreſsè fuit per teſtatorem prohibita, per tex. in §. ſi verò expreſſim. Authentico de hæred. & Falcid. & d. Authen. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falci. ſecùs autem ſi tacitè, & ità conſiderat Curt. iu. conſi. 54. nu. 14. in fi. verſ. nam præſuppoſito ſine veri præiudicio, ꝙ in liberis primi gradus poſſit prohiberi, puto nouiter aduertendum, ꝙ requiritur expreſſa prohibitio, non autem ſufficit tàcita, &c. per Abb. in c. Raynaldus. in vlt. notab. de teſta. & ibi ſaluat primam opinionem, de qua ſuprà in 1. q. vt procedat, & vera ſit in filijs primi gradus, dummodò non reperiatur expreſsè prohibita. Et quando dicatur expreſsè, vel tacitè prohibita, dicemus infrà. & ante eum idem apertè tenuit Ang. in §. hinc nobis. Authentico de hæred. & Falcid. Et ra-
153 tio poteſt eſſe iſtius concluſionis, † quia Trebellianica eſt tanquam æs alienum, quæ non cenſetur tacitè prohibita detrahi per tacitam prohibitionem de non alienando, quæ oritur ex ſubſtitutione, ſed requiritur expreſſa, Authẽ. ſed & in ea. C. ad leg. Falcid. & ità concludit Natta conſi. 528. num. 33. &
154 ſeq. vol. 3. † expreſsè autem dictum intelligitur, quando ità de voluntate diſponentis conſtat, ꝙ intellectus non laborat in intelligendo, vel quando verba non poſſunt aliud importare, vt in materia renunciationis legitimæ habetur abundè per Soci. iun. conſi. 136. vol. 1. non enim ſufficit prohibitionem colligi per coniecturas, & generalia verba, vt poſt Oldra. conſi. 248. et Ange. vbi ſupra reſpondit Anchar. conſi. 152. & Soci. iun. conſi. 170. num. 25. uol. 2. Aret. & Iaſ. ibidem citati nu. 28. Et hanc declarationem probat Marius Anguiſſola conſ. pen. col. 4. & ibi ponit varia exempla, in quibus dicitur expreſsè prohibita, putà, ſi dictum eſt, Omnia, & lingula bona, vel totam hæreditatem, &c.

Veruntamen hæc opinio, ꝙ non ſit neceſſaria expreſſa, & ſpecifica prohibitio, vt dicatur prohibita Trebellianica, videlicet, ꝙ teſtator expreſsè dixerit, ꝙ non detrahatur Falcidia, vel Trebellianica, prout videtur ſentire Curt. vbi ſuprà, ſed quòd ſufficiant verba æquipollentia, & quæ aliud non poſſunt importare, quàm Trebellianicæ prohibitionis detractionẽ, vel ex quibus appareret de intẽtione teſtatoris circa dictam prohibitionem, tenuit Bald. in l. precibus. C. de impub. Caſtr. in d. Authentica, ſed cùm teſtator. nu. 2. C. ad leg. Falcid. quos ſic refert, & ſequitur Alexan. de Neu. d. conſi. 76. nu. 6. & Caſtren. vbi ſuprà, ſequendo in quodam eius cõſilio idem reſpondit Aemilia. conſi. 39. nu. 49. in fi. & ſequen. Et verum eſt, quòd Caſtr. ponit hanc concluſionẽ cõtra Ang. quod imò ſufficiunt verba æquipollentia expreſſę prohibitioni, & dicit ſe etiam ità tenuiſſe in cauſa ſibi commiſſa de Florentia. Et verum dicit, vt patet in conſil. 28. col. 1. in 2. par. et hoc idem repetit conſi. 77. nu. 3. in ea par.
155 † Nam expreſſum dicitur verbis ſpecialibus, & verbis generalibus, Bero. q. 1. nu. 5. & ꝙ imò ſufficiat tacita prohibitio, eſt * communis opinio, vt teſtatur Curt. iun. conſil. 91. num. 3.

Et pro hac concluſione facit, quod alibi habetur, ꝙ expreſſum, & nominatum dicitur non ſolù quod oculis corporeis legitur ſcriptũ, Iaſ. in §. fuerat. col. 2. Inſtitu. de actio. Alban. conſi. 37. nu. 5. ſed etiam id, quod ex mente, vel ex relatione ad aliud, vel ex ratione colligitur,

gitur, vel ex verbis expreſſis colligitur, aut eli
citur, vt concludit Dec. conſi. 68. nu. 3. Pariſ.
conſ. 2. nu. 56. & ſeq. vol. 2. & verbis ſpecialiter
expreſsis dicitur, quod ex mēte, & in genere
expreſſum eſt, Alex. conſ. 129. ſub nu. 3. vol. 1.
Item quod ex coniecturis colligitur, Afflict.
deciſ. 44. nu. 15. & ſeq. & cōcord. per Neuiza.
conſ. 2. num. 40. Item quod ex iuris præſum-
ptione, ut in terminis iſtis inquit Caſt. d. cōſ.
28. col. 1. & abundè varia exempla ponit Me-
noch. conſ. 5. Item quod ex mēte, Niconi. in
rub. nu. 52. C. de eden. Cepha. conſ. 74. Item
tacitè ineſt, quod colligitur ex natura, vel vi
verborū, Zanch. in repeti. §. cum ità. nu. 238.
Zuchard. in l. fi. nu. 187. & plu. ſeq. C. de edic.
diui Adri. tollē. Item quod reſultat, & ſequi-
tur ab expreſſo, Crauet. in conſil. pro genero
nu. 308. Item ꝙ ſubintelligitur per interpre-
156 tationem, Alex. conſ. 126. vol. 6. † Sic etiam
ſcriptum dicitur, quod virtualiter contine-
tur in inſtrumēto, vel diſpoſitione, latè Nat
ta conſi. 497. nu. 3. in 3. uol. Quamuis Bal. in
l. precibus. col. 2. in fi. in 6. oppoſitio. nu. 9. C.
de impub. & alijs ſubſti. velit expreſſum non
dici, quod venit in cōſequentiā ab expreſſo.

Et pro iſta opinione, quæ tenet mediam viam,
vt inquit Caſt. d. conſ. 28. col. 1. facit, qa aliàs
verba, quæ non poſſunt importare aliud, q̃
prohibitionem Trebellianicæ, vel Falcidiæ
eſſent otioſa, vt etiam conſiderat Caſtr. vbi
ſuprà, vbi etiam num. 3. addit, ſufficere tan-
quam expreſſam voluntatem, vbi verba ex-
preſſa non requiruntur, & text. in d. §. ſi ve-
rò. expreſsim ponit verba enunciatiua, non
autem diſpoſitiua. & ꝙ ſufficiat tacita pro-
hibitio, quæ colligitur ex verbis teſtatoris,
Bello. conſi. 80. nu. 66.

157 Secundus caſus eſt, † quando filij hæredes
inſtituti, & prohibiti detrahere Trebelliani-
cam, omiſſerunt conficere inuentarium bo-
norū, & hæreditatis teſtatoris. adhuc enim
iſto caſu tenentes primam partem conſen-
tiunt valere dictæ detractionis prohibitio-
nem, ità ut filij hæredes inſtituti amiſiſſe di-
cantur beneficium detractionis huiuſmo-
di, ità tenuerūt Iacob. de Are. Pet. Cyn. Bal.
Saly. & Fulgoſ. in dicta Authentica, ſed cum
teſtator. C. ad leg. Falcid. Oldrad. Soci. Ang.
Barbat. Dec. Pariſ. Ruin. & Didac. quos re-
fert, & ſequitur Vaſq. vbi ſuprà nume. 13. in
princip. & verſic. ſed priorem ſententiam. &
Socin. in l. Marcellus. in prin. ff. ad Trebellia.
inquit, ꝙ ab iſta opinione nunquam voluit
recedere in iudicando, & conſulendo, & de
* * communi etiam tēpore ſuo teſtatur Ful-
** goſ. conſi. 42. & ꝙ ſit magis ** communis,
& vera teſtatur Dec. conſil. 337. vbi referunt
infinitos eam tenentes. Et probat expreſsè
Curt. iun. dicto conſi. 54. num. 7. vbi teſtatur
* de * communi, & egregiè defendit, & ſubdit
nu. x1. & addit, ꝙ hæc ſententia facilè ſuſti-
netur, ſi Trebellianica expreſsè prohibita
reperitur, quia tunc euitantur contentio-
nes Doctor. Idem probat ſequendo Curt.
Noni. conſi. 44. num. 4. vbi etiam citat Bald.
conſil. 349. ſuper eo. in 3. part. de quo non
meminit Curt. & Curt. ſimpliciter refert, &
ſequitur Gabriel. lib. 4. tit. ad Treb. conclu-
ſio. 10. in fi. & ibi nu. 4. infinitos propè refert,
tenentes, ꝙ ob non confectionem inuenta-
rij perdatur Trebellianica etiam per filios
primi gradus, & ibi nume. 3. ſubdit, ꝙ hodiè
** hæc opinio eſt magis ** communis. & de
* * communi teſtatur Pariſ. etiam d. conſi. 93.
nu. 52. uol. 2. & plures atteſtantes hanc par-
** tem eſſe magis ** communem, & benignio-
rem, refert Barbat. d. conſi. 44. ſub nu. 19. Il-
lud autem indubitatum eſt, ꝙ in extraneis,
ideſt in filijs non primi gradus amittatur
Trebellianica, latiſſimè per Senatum Pede-
montanum deciſione 47. & latiſſimè etiam
Alexan. de Næu. de hoc vltimo in extraneis,
conſi. 28. num. 6. & plur. ſeq. Sed pro iſta opi-
nione in filijs primi gradus, ꝙ ſit veriſſima
maximè per tex. in §. hinc nobis. in uerbo le-
gatarios, & fideicommiſſarios, Authentico
de hæred. & Falcid. & per rationes, quas ipſe
citat, reſpondit idem Alex. de Næu. conſ. 76.
** num. 7. & plu. ſeq. & de magis ** communi
etiam teſtatur Aemilia. conſi. 127. num. 7. &
* ſeq. & ꝙ iſta opinio uti * communis, & vera
ſit ſequenda, reſpondit Dec. conſi. 48. col. fi.
Corſet. in tracta. de Trebellia. q. 73. ubi citat
Oldr. Cyn. Guil. de Cun. Rayne. Pet. Ricard.
* Albe. Saly. Feli. & de * communi etiam Dec.
conſi. 495. nu. 25. col. pen. in fi. & ſequen. & de
* * communi, & ꝙ ſecundum eam ſæpè fuit
iudicatum, plures ſic atteſtantes refert, & ſe-
quitur ipſe conſi. 480. nu. 16. & ꝙ iſta opinio
** ſit magis ** communis, & tenenda reſpon-
dit, & defendit Alcia. conſ. 264. per totum. &
pro hac parte Natta conſi. 321. nu. 6. refert
Cyn. Bal. Saly. Aret. Dec. & Cur. iu. & pro iſta
parte ſtant ſupradictæ auctoritates, & Gal-
liau. Cuma. Corn. Mattheſi. Capel. Tholoſa.
Curt. iu. Bertran. Pariſ. Soci. iun. Guid. Pap.
Rui. Tigri, Soci. & Crot. & multi atteſtantes
* de * cōmuni, quos refert Rolan. conſil. 27. &
iſta opinio vbi ſit dubia, tamen tenenda eſt,
quia fauet uoluntati teſtatoris, præſuppo-
ſita prohibitione, l. ſi pars. ff. de inoffic. teſta.
ſaltem in conſcientia, ut probat Marzar.
conſi. 10. col. 129. & cōſ. x1. col. 1. & ibi repe-
tit conſi. 10. col. 129. conſi. 13. col. 145. & de
fideicommiſſo q. 49. col. 4. & ꝙ hæc opinio
affirmatiua, quod etiam filij primi gradus,

ob non confectionem inuentarij amittant
Trebellianicam, eſt magis * * communis, vt
teſtatur Soci.iu.conſi.132.nu.3.vol.1. vbi ad
hoc citat Cyn.Bal.Bar.Aret.Saly.Caſt. Imo.
Cuma.Oldra.Soci.& Guid.Pap.& Dec. cõſi.
136.nu.5. & ſeq.de * communi atteſtantem.
& de * communi pro iſto caſu Pariſ. conſil.1.
nu.87.& ſeq.vol.3.& de * communi, ꝙ amit-
tatur ob non confectionem inuẽrarij, Rub.
conſi.43.ſub.nu.6.& hanc partem tanquam
magis * * communem approbat Gabriel.
in ſuis concluſ.lib.4.tit.ad Treb. concluſ.10.
nu.2. vbi infinitos concordã. citat etiam de
* communi atteſtantes: & de * communi
etiam in liberis primi gradus num.4.& con-
cordan.per Gabriel.conſi.124.nu.3.& quod
amittatur, eſt magis * * communis, Socin.
iu.conſi.132.vol.1. Multi tamen dicunt, hãc
concluſionem non habere locum, vbi ꝑ te-
ſtatorem facta ſit deſcriptio, ibidem.& hanc
partem tenet vti * cõmunem Purpura.conſ.
375.nu.7.& ſeq.volu.1.ex eo, ꝙ duo concur-
runt, & prohibitio hominis, & negligentia
hęredis. & ꝙ amittatur per non confectionẽ
inuentarij, de * communi Senat. Pedemont.
deciſ. 147. & de * communi, & ꝙ ſecundum
eam fuit iudicatum Ferrariæ, & ꝙ tenenda
eſt in iudicando, & conſulendo, Cepha.con-
ſil.155.nu.72.

Non deſunt tamen, qui contrarium intrepidè
tenuerunt, ꝙ.ſ. per non confectionem in-
uentarij filij primi gradus non amittãt Tre-
bellianicam, nec eorum hæredes, Oldra.Bal.
Corn.Ang.Barto.& Rub. quos etiam refert
Vaſq.in d.§.8.nu.13.verſi. contrariam ſentẽ-
tiam. & hanc partem vti * communem, &
ab ea non recedendum ſæpè ſequutus fuit
Caſt.conſi.77.nu.3.in 1.par.vbi addit, teme-
158 rarium eſſe ab ea recedere,† quia hæres nõ
tenetur conficere inuentarium ſubſtituto,
ſed ſolùm legatarijs, & creditoribus. & de
* cõi ẽt teſtatur cõſi.198.in fi.in 2.par.& hãc
rationem multi ſequuti ſunt, de quibus per
Nartam infrà citandum. & hanc partem in
filijs primi gradus ad differentiam aliorum
tennit Guid.Pap.deciſ.53.vbi ꝓ ea citat Iac.
de Rauen. Bal. Guliel.de Cun. Felin.& Io.de
Imo.contra Iaco.de Belui.Iac. de Are. Bart.
Ang.& Franc.de Thom. ſicut etiam nõ amit
tunt legitimam debitam iure naturæ, ſecũ-
dum * cõem opinionem, quæ probatur in
Authent. hoc amplius. C.de fideicom.vt ibi
per eum.& quamplures atteſtan. de * cõi, ꝙ
filius primi gradus nõ amittat Trebelliani-
cam ob non confectionem inuentarij, refert
abundè Gabriel.vbi ſuprà col.1.& ſeq.vbi tñ
in prin.dicit, ꝙ Docto. in hoc articulo adeò
ſunt varij, vt vix poſſit diſcerni, quę ſit magis
cõis opinio. & finis iſtam opinionẽ tanquam
* cõem, & humaniorem fuit iudicatum per
Senat.Pedemon.deciſ.147.col.fi.& de magis
* * cõi in contrariũ in filijs primi gradus,
ſecùs aũt in cœteris. Et ratio eſt, qa filij pri-
mi gradus tractanr de damno vitando, cum
eis quodãmodo ſit debita hæreditas, Dec.d.
conſ.495.col.fi. in prin. Et latiſſimè ꝙ iſta ſit
magis * * cõis, verior, & tenenda in iudican-
do, & conſulendo, reſpondit Alex. conſi. 39.
vol.5.& ꝙ ità ſeruetur ĩ practica latè ꝑ Nat-
tam ẽt plures de * cõi atteſtantes referẽtem
conſ.220.col.pen.& fi.vbi refert hãc opinio-
nem tenuiſſe Io.And.Bar.Bal.Iaco.de Belui.
Rofre.Caſt.Cyn.Fulg.Saly. Io.de Ana.Ang.
Alex.Iaſ.& Dec. quos & ipſe ſequitur; & pa-
riter conſi.323.col.1.& ibi col.2.addit, ꝙ nõ
ſolum poteſt detrahere Trebellianicam non
confecto inuentario, ſed ẽt id, quod aliundè
ſibi debetur. Sed quia multi tenent contra-
rium, dicit ipſe conſi.321.nu.6.quod articu-
lus eſt dubius. Sed ꝙ hæc opinio ſit magis
* * communis, teſtatur Roland. à Valle
conſi.26.nu.26.verſi.quia reſpõdetur. vol.3.
Et adeò Doct. varij ſunt in hac ardua, & dif-
ficili quæſtione, ꝙ indigeret deciſionẽ Prin-
cipis, inquit Caſſado.deciſ.3.in fi.de teſta.cũ
de facili diſcerni non poſſit, quę nam ſit ma-
gis cõis, inquit Dec.cõſ.236. in quinto præ-
miſſo.& quòd hæc ſit magis * * communis,
æquior, & magis pia, & cõſuetudine appro-
bata, tenet, & tuetur abundè Rolan.d.conſi.
27.nu.14.vol.1.& ibi num.2 .pro ea citat vl-
tra ſupra relatos, Iaco de Are.Oldra. Franc.
de Thoma.Dyn.Guid.Pap. Rizar. Angel. de
Gambellio. Iaco. de Put. Franciſ. de Camp.
Homodè. Io. Pet. Ferra.Corn. Rot. Caſſad.
Crane.Iaſ.Calca.Seyſel.Rub. Pariſ. Rui. So-
ci.m.& de magis * * communi etiam teſta-
tur conſi.31.nu.29.eo. vol.1.& ſecũdum iſtã
partem iudicatũ fuit in partibus Pedemon.
Neuiza.d.conſi.1.in fi. & latiſſime de * com-
muni teſtatur Rolan.conſi.27.vol.1.loquẽs
in quocunque hærede. & de * communi ſe-
quenda in iudicando, & conſulendo, Beto.
conſi.79.nu.47. uol.2.& pariter Rolan.cõſil.
26.num.26.volu.3. & de * communi Rub. d.
conſi.43.nu.6.in prin.

Et hæc opinio videtur poſſe ſuſtineri, vbi ſaltẽ
non probaretur ſcientia teſtamenti, & fidei-
commiſſi in perſona filiorum primi gradus
inſtitutorũ, vt tenuit Bellon.conſi.65.col.3.
in princ.verſi.4.non obſtat. quæ non præſu-
mitur, licèt ipſi nihil allegẽt, ſed faciunt tra
dita per Bart. & alios in l. qui Romæ.§. duo
fratres.in 2.q.ff.de verb.oblig. ꝙ & ipſe pro-
bat conſil.67.nu.8. licèt Maruſſus conſil.66.
nu.3. velit præſumi ſcientiam hodiè in teſta-
mentis

mẽtis nuncupatiuis,& codicillis. Et pro iſta
ſecunda opinione in filijs primi gradus etiã
non conficientibus inuentarium, reſpondit
Cephal.conſ.272. nu.41. qui plures concor-
dã.citat.vol.4. quamuis indigeret deciſ. Cæ-
ſarea inquit Alcia. in l.cum proponas. C. de
pac.de quo etiam meminit Marzar.conſ.x1.
Q nõ fit,vt inaduertẽter loquutus ſit Grat.
d.conſi.160.nu.25.volu.2.dicens, ꝙ iſto caſu
ceſſat altercatio Docto.Nam vt patet ex ſu-
pradictis, eſt adhuc maxima contẽtio inter
eos. Et pro iſta parte, ꝙ filij non amittant
159 Trebellianicam, videtur facere: † quia illi
etiam non amittũt legitimam debitam iu-
re naturæ, vel debitum ipſorum ob non cõ-
fectionẽ inuentarij,ſi filius poſſideat,vt con-
cludit poſt alios Dec.in l. debitori. col. 1. C.
de pac.& latè probat Ruin.conſi.57.nu.3.&
* plur.ſeq.volu.2.vbi etiam teſtatur de * com-
* muni. Et ꝙ ea ſit * communis,patet ex rela-
tis per Appoſtilla.ad Alex. conſil.67.volu.4.
* Bal.in l.fi.§.fi.C.de iur.delib. & de * commu-
ni,ac vera teſtatur Bero.conſil.138.col.1.ad
fi.vol.2.vbi pro ea citat Bar.Ang.Ioan.And.
Caſt.Iac.de Belui. Imo. Franc. de Rampo.&
Alex. & conatur eã defendere ex multis ſpe-
cialibus,quæ lex conceſſit filijs primi gradus
160 in eorum prærogatiuam, † videlicet,quod
ipſi non poſſunt cogi ad cauendum de con-
161 ſeruando fideicommiſſo, † nec tenentur
compenſare fructus in Trebellianicam, &
quia dicuntur tractare de damno vitando.
Et hæc opinio ſaltem videtur tenẽda,quan-
do filius primus hæres ſaltem deſcriptio-
162 nem bonorum confecit,† quia inuentariũ
facere non tenetur hæres fideicommiſſario,
niſi ad effectum,vt ipſum non fraudet, Soci.
iun.d.conſi.132.num.4.& ſeq.vol.1. Et ꝙ ſit
* * communis opinio in filijs primi gradus, ꝙ
non amittant Trebellianicam, ob non con-
fectionem inuentarij,reſpondit idem Socin.
iun.conſi.88.in fi.vol.4.

Quinimò hæc ſententia, & concluſio vera eſt
* etiam in hęrede extraneo,ſecundum * com-
munem opinionem,de qua per Cepha.conſ.
* 392.nu.59. vol.3. & de * communi ſequenda
* in iudicando, & de * communi quamplur.
concordan.citat Gabriel.vbi ſuprà,concluſ.
10.in princ.vbi infinitos concordan.citat in
extraneo.

Tertius caſus eſt,quando duæ quartæ veniunt
detrahendæ, quia ſcilicet hæreditas per fi-
lium primi gradus inſtitutum eſt ad certũ
tempus, vel ſub conditione reſtituenda al-
teri; tunc enim quia agitur de detractione
legitimæ debitæ iure naturę,& de Trebellia-
* nica,vt eſt * communis opinio,maximè Ca-
noniſtarum, quam totus mũdus ſeruat, in-
quit Guid. Pap. deciſ. 52. vtiq; iſto caſu po-
tuit per teſtatorem Trebellianica prohibe-
ri: & ita ſaluari põt dicta opinio negatiua,
ſecus ſi ageretur de deductione ſolius legiti-
mæ, quia ſcilicet hæreditas incontinenti eſ-
ſet reſtituenda poſt mortem teſtatoris; ità
declarat,& ſaluat iſtas opiniones Pariſ.cõſi.
17.nu.25. vbi quamplures concord. citat,&
conſi.93.nu.50.vol.2.poſt Caſt. Alex. & con-
cordã.per eum citatos. & latius idẽ probat
Bellon.d.conſi.80.nu.20.ad fin.in 2.reſponſ.
* vbi teſtatur de * cõmuni.& plures concord.
citat Clar.in d.§.teſtamentum.q.63.verſ. ſed
retenta indiſtinctè opinione Bald. &c. Et de
* * magis * * communi hodiè teſtatur Nom.
conſi.44.nu.2.& ante eum plur. cõcord. pro
ea refert,& ſequitur Dec. conſil.480. nu.13.
ſequitur Natta cõſ.321.nu.8. & latè quam-
* plures de * communi ſequenda in iudicãdo,
& conſulendo atteſtantes refert Rolan.cõſi.
12.nu.7.volu.1.Et pro iſta opinione videtur
162 facere,† quia ſecundum vnam opinionem,
quæ fuit Bal.Alex. & Dec. Trebellianica ceſ-
ſat, vbi legitima eſt ſemis, quia ſcilicet filij
relicti ſunt plures,quam quatuor, Bal.conſ.
260.Alex.conſ.68.vol.4.Dec.conſ.228.col.fi.
quod & conſiderauit Marzar.conſi.x1.col.1.
in fi. & ſeq.

Veruntamen rectius cõſiderãdo, hoc nihil eſt;
quia Doctores diſputantes hanc quæſtionẽ
præſupponunt caſum detractionis Trebel-
lianicæ,& quęrunt de poteſtate,an potuerit
prohiberi in filijs primi gradus. nam ſi non
eſſet de iure cõi locus detractioni,quia ſcili-
cet legitima ſolum capiat dimidiam, vtique
fruſtrà tunc eſſet hæc dubitatio, an poſſit p
teſtatorem prohiberi detrahi, quod à iure
communi eſſet prohibitum,l.ſi quãdo. ff. de
lega.1.cum vulg. Præterea Oldra. Ang. Pice.
contradicunt dictæ opinioni Bal. & Craue.
conſi.50. quam indeciſam reliquit, vt etiam
habetur per Marzar.vbi ſupra.& inſuper idẽ
tenuerunt Cagnol.Corn.Bertran.& Zanch.
quos refert,& ſequitur idẽ Marzar. de fidei-
com. q.51. & hãc partẽ tenuit abundè Alex.
in l.Marcellus.in prin.ff.ad Trebel. & cõſ.29.
col.1. volu.5. vbi ad hoc citat Dyn. Rayn.de
Forli. Nicola. de Neap. Albe. Cuma. & Imo.
* & de * cõi Clar.in §.teſtamentum. q.63.verſ.
ſed retenta.licèt ipſe eã impugnet, vt ĩ dicã.

Veruntamen iſte caſus, & opinio iſta ſupra re-
lata, iudicio meo eſt ſomnium vigilantium,
quia in actu practico non poteſt habere lo-
cum.nam ſi,vt etiam ſupra dixi, quãdo agi-
tur de hæreditate reſtituenda, ſolùm duo
tempora conſiderantur. Primum eſt, an ſit
mortuo teſtatore reſtituenda: & iſto caſu
fruſtra tunc agitur de deducenda Trebellia-

nica, quia tunc de iure non debetur Trebellianica, & conſequenter nec de prohibitione dictæ detractionis agẽdum eſt; quia fruſtrà eſſet per teſtatorẽ prohibita eo caſu dicta detractio, quę de iure interdicta eſt; quia ſolùm detrahitur Trebellianica, quando ex interuallo, vel ſub conditione hæreditas eſt reſtituenda; vt patet toto titulo ff. & C. ad Trebell. vt etiam fatetur Pariſ. Secundo igitur tempore ſupradicto dico, quòd in filijs primi gradus ſemper agitur de detractione duarum quartarum, ſcilicet, legitimæ iure naturæ debitæ, & trebellianicæ, quando ex interuallo, vt dixi, hæreditas eſt reſtituenda, ergò fruſtrà ponitur caſus iſte; ꝙ valeat prohibitio, quando duæ quartæ ſunt detrahendæ, & ità reperi Clarum in d. §. teſtamẽtum. q.63. ad fi. verſ. ego, vt verum fatear, nunquã potui intelligere, qd ſibi velint iſti Doct. &c. id animaduertentem. ſequitur Burſa. d. cõſ. 44. ſub nu. 20. & ideo inanis eſt iſte caſus. Et meritò Rip. in l. in fideicõmiſſariam. nu. 30. ff. ad Trebell. teſtatur contrariã partem * cõmunem eſſe. & apertius Cagnol. in l. Papin. §. meminiſſe. nu. 11. & ſeq. ff. de inoffi. teſt. quos in ſpecie refert, & ſeqtur Burſa. cõſ. 24. nu. 19. * Sed vt ſuprà dixi, magis * * cõmunis eſt in cõtrarium, quod in filijs primi gradus poſſit etiam prohiberi Trebellianica, & ſic etiã vbi agitur de duabus quartis. & ideò hic caſus magis conuenit pro ampliatione primæ concluſionis, quæ generalis eſt, ꝙ Trebellianica poſſit prohiberi per teſtatorem, vt procedat, etiam ſi de detractione duarũ quartarum ageretur. Et quod hæc ſecũda opinio * ſit magis * * communis, & tenenda, infinitos propè ſic atteſtantes refert, & ſequitur Rolan. d. conſ. 12. nu. 8. vol. 1. per vnam integram columnam, & vltrà. & ita tenuit etiam Dec. de quo per Neuiza. d. conſ. 1. ad fi. & ante eos Iaſ. conſ. 146. col. pen. vol. 4. vbi latè. Et pro ea tenuit etiam, & tanquam * communi reſpondit Bero. conſil. 137. nu. 16. vol. 2.

Et ex hoc colligitur alia differentia inter Trebellianicã, & Falcidiam; quia cum legitima nunquàm cõcurrit Falcidiæ deductio, ſecus autem in trebellianica, Soci. iu. conſ. 136. nu. 12. vol. 1. & ꝙ hæc opinio ſit * communis, & vera in puncto iuris, idẽ reſpondit ipſe conſ. 132. nu. 2. eo. vol. per caſum ſcriptũ in c. Raynutius. & c. Raynoldus. de teſta. & de * cõmuni etiã per dicta iura teſtatur Soci. iu. cõſi. nu. 22. vol. 2. & ibi addit, ꝙ hodiè iſta eſt indubitata opinio, ſaltem in via deciſiua.

Et ideò meritò contrariam opinionem reprobat Clar. in §. teſtamentum. q. 63. in fi. ea ratione, quàm dixi ſuprà in princ. huius quæſtionis, qđ ſcilicèt filius deducit Trebellianicam vt extraneus; quidquid dixerit Rub. conſi. 72. nu. 10. dicens, vtranq; deduci ſcilicet, & legitimam, & Trebellianicam etiã de puro fideicommiſſo. Etenim de fideicõmiſſo puro, & ſtatim reſtituendo, vt dixi, Trebellianica non deducitur. Et pulchrè cõtra dictum caſum reſpondit Iaſ. conſ. 146. col. pen. verſ. nec prædictis videtur obſtare, ſi per aliquem diceretur, &c. vol. 4.

163 Quartus caſus eſt, † vt ſaltem per indirectũ Trebellianica poſſit filijs primi gradus prohiberi, putà, ſi teſtator mãdet fructus hæreditatis in eam computari, vel Trebellianicã imputari in legitimam, prout de vtroq; multos concord. citat Gabriel. in ſuis concluſio. lib. 4. tit. ad Treb. concluſio. 1. nu. 10. & ſeq. in 4. & 5. limit. vbi pro prima citat Dyn. Rayn. Nico. de Neap. Alberi. Bal. Imo. Cuma. Prat. Alex. Foleri. Rub. & Cuma. Iaſ. Pariſ. Rui. Et in contrarium Scyſell. & Picc. & pro ſecunda adducit Caſtr. Curt. ſen. Alex. Dec. Crot. Iaſ. Rub. Rui. Pariſ. Craue. Gozad. Et in contrarium Oldra. Bal. Ang. Caſt. Alex. Corn. Picc. Rui. Iaſ. Pariſ. Gozad. Scyſell. & Socin. iun. & plures de * communi atteſtantes.

Et pro illo caſu, ꝙ per indirectum poſſit pater filio prohibere Trebellianicam, ita dicendo, Inſtituo filium meum hæredem, & eo decedẽte ſine filijs, volo, quòd hęreditas reſtituatur Titio, ita vt in debitum iure naturæ cõputetur Trebellianica; ità poſt Dyn. & Bartholo. de Prato vete. concludit Bal. in l. quoniam in prioribus. in fi. C. de inoffic. teſta. qa ſi pater poteſt facere, ꝙ verum debitum cõputetur in legitimã, multò magis quaſi debitum, quod eſt Trebellianica, vt ibi per eũ. & iſta eſt * cõmunis opinio, de qua per Gabriel. de Trebellia. concluſ. 1. nu. 10. lib. 4. licèt multi velint, & fortè magis * * communiter, ꝙ filius grauatus reſtituere extraneo poſſit grauari, vt in Trebellianicam fructus computet, Alex. in l. in fideicommiſſariam. col. 1. & ſequẽ. ff. ad Treb. Rub. latè conſi. 40. col. pen. verſic. circa caſum, &c. & latè Gabri. vbi ſupra concluſ. 12. in prin. & nu. 5. Zanch. in §. cum ità. nu. 816.

Contrarium tamen abundè concludit Picc. in repetit. d. l. in quartam. nu. 273. & plur. ſeq. & per bonas rationes. primam tamen partẽ tenent Dyn. Albe. Cum. & Imo. in l. Lucius. §. maritus. ff. ad Treb. quos refert, & ſequitur Alex. in conſi. 29. uol. 5. de quibus etiam meminit Rimin. iu. conſi. 9. nu. 125. licèt non videatur ei aquieſcere, & citat Port. in ſuis cõcluſio. contradicentem. Sed malè: quia imò ipſe, cum ſit cõcluſio Gabriel. atteſtatur de * communi in contrarium. Et ꝙ poſſit teſtator mandare filijs, ꝙ imputent fructus in

Trebel-

Trebellianicam, Rub. cõſ.62. nu. 12. Sed hoc pendet à poteſtate prohibendi Trebellianicam, Curt. iu. conſil. 314. ſub nume. 18. verſi. licèt contrarium voluerit Cyn. & in ſpecie in conſil. 146. ſub nu. 6. uol. 4. & contra fructuum computationem de magis ** communi pro filijs primi gradus, Ripa in l. in fideicommiſſariam. num. 30. ff. ad Trebellia. & de * communi Cagnol. in l. Papinianus. §. meminiſſe. nn. 12. ff. de inoffic. teſta. Eſt tamẽ argumentum à maiori ad minus, Soci. iun. cõſ. 131. nu. 57. vol. 1. & ratio eſt in promptu, ex defectu eiuſdẽ poteſtatis. nam ſi teſtator non poteſt prohibere dictam detractionem, ità etiam non poteſt per indirectum eã pro-
164 hibere, † vt de teſtatore prohibente bona alienari, quòd nõ poſſit propterea ſe eximere ab obligatione dotandi, vel reſtituendi dotem, vt dixit Caſtren. conſil. 80. in 1. part.
165 Quintus caſus eſt, † qñ ꝓhibitio detractionis Trebellianicæ facta fuit fauore ipſius filij grauati, puta, intra certum tempus, vel niſi conſilio, vel de conſenſu talis, tunc enim valebit prohibitio, Alba conſi. 7. num. 21.
166 Sextus caſus eſt, † vbi prohibitio Trebellianicæ facta non fuit in perſonam filiorum primi gradus, ſed imperſonaliter, vel in rem, putà, quia teſtator non grauauit filios ad reſtituendum, ſed dixit, v.g. Si quis decedat ſine liberis hæreditas perueniat ad ſuperuiuentes, vel præmortuorum liberos, ſeu ſubſtituit ſuperuiuentes, tunc.n. quia in dubio niſi expreſſa perſona filij ſit grauata, & datus ſit ei ſubſtitutus, cenſetur hæreditas ipſa grauata, vel hæres filij, valet grauamẽ prohibitionis detractionis Trebellianicæ, & ſic ſaluatur opinio negatiua, de qua ſuprà, ità concludit Noni. d. conſi. 32. nu. 47. & ſeq. vbi ad hoc citat Alexandrum, Decium, Gozadinum, & Ruinum, & conſil. 44. nu. 6. Et ratio eſt, quia Docto. in Authentica ſed cùm teſtator. C. ad leg. Falcid. ſolùm dubitant, an valeat prohibitio Trebellianicæ in filijs primi gradus, qñ ipſi reperiuntur prohibiti eam detrahere, & non alius, vt ibi per eum. & hunc caſum approbat Dec. apertè, qñ non reperiretur dare onus reſtitutionis, & ſubſtitutionis iniũctũ filio, in conſil. 48. nu. 14. in fi. & hanc partem, qñ filij nominatim grauati nõ reperiuntur, tenuit Gozad. conſi. 46. num. 25. Bellon. conſilio 80. num. 20. in fi.

Et pro hoc facit, quia grauamine ceſſante ceſſat etiam detractio Trebellianicæ, vt etiam inquit Craue. inter conſilia Marzar. col. 73. cir-
167 ca med. & pro iſta parte facit, † quia licèt hæres potius, quã alius in dubio cenſeatur grauatus ad onera hæreditaria, Alex. conſ. 72. in prin. vol. 5. tñ in dubio grauamen potius cenſetur adiectum hæredi heredis, ſi non potuit
168 valere in perſona hæredis, † & qui hæres hæredis dubio procul ſemper poteſt grauari, ut reſpondit Rui. conſ. 52. nu. 4. & col. 3. in 2. caſu. vol. 2. loquẽs in ſubſtituto dato per teſtatorem, qui hæredem fecit pupillum, & poſt eius mortẽ fecit ſubſtitutum, quod ſi teſtator voluit integrè bona ſua reſtitui, licèt grauamen reſpectu legitimæ nõ valeat in perſona filij, tñ valet in perſona eius hæredis, per l. ſi filiũ. §. ſi. ff. de lega. 1. & cõſ. 58. nu. 12. eo. vol. vt ibi nu. 1. teſtatur de * cõmuni, ꝙ in dubio fideicommiſſum non intelligatur relictum à filio inſtituto, ſed ab eius heredibus. Et id ꝓcedit, qñ expreſsè legitima, vel Trebellianica prohibita reperitur, alias ſecus, vt ibi per eũ d. nu. 12. & ſeq. & hanc partem, qñ grauamen non eſt ſpecialiter impoſitum filio, ꝙ valeat ad hunc effectum, putà, quia teſtator mãdauit, ꝙ hæreditas ſua poſt mortem filij deueniat ad talem, tenuit ẽr Bero. conſ. 137. nu. 1. & ſeq. & nu. 15. vol. 2. & ꝙ Trebellianicam detrahant ſolùm, qui ut hæredes grauantur, in propoſito noſtro rñdit Soc. iun. cõſ. 131. nu. 75. & ſeq. vol. 1. & ibi nu. 70. & ſeq. addit, ꝙ grauamen dr iunctum, qñ fuit dictum, ꝙ filio decedenti, ſiue filijs ſubſtituit Caium, vel is fuit rogatus reſtituere Caio. Et qñ grauamẽ eſt reale, & in rem ſcriptum ex prohibitione alienationis, ꝙ tunc non poſſit detrahi Trebellianica, tenuit poſt Alex. Dec. Gozad. Pariſ. Galliau. Curt. iun. & Rub. Marzar. cõſi. 10. col. 129. ſic & onus imperſonaliter iunctũ ſuper legitima valet, ſecundum * communẽ opinionem, vt dixi ſuprà. de legit. concluſio. 39.

Sextus etiam caſus eſt, in quo ſaluari põt dicta opinio negatiua, ꝙ nõ poſſit in liberis primi gradus prohiberi Trebellianica, ꝙ ſaltẽ fructus partis hæreditaris, dempta legitima debita iure naturæ, percepti medio tẽpore per filios hæredes poſt mortem teſtatoris, ſint in dictam Trebellianicam computandi, etiam ſi ageretur de reſtitutione facienda hæredi extraneo ſubſtituto, ut latè concludit Pariſ. d. conſ. 93. nu. 53. & plu. ſeq. vol. 2. vbi teſtatur ** etiam de magis ** cõi. & fuit opinio Cumani originalis in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulga. & pupi. qnam multi tenent, qñ prohibita reperitur Trebellianica, de quibus per Nattam cõſ. 321. nu. 5. de quibus etiam dicã infrà 6. exemplo. licèt multi etiã teneant idẽ, qñ non reperitur expreſsè prohibita, ut concludit Maruffus cõſ. 64. nu. 5. vbi teſtatur de * communi. & conſentit Bellon. cõſ. 59. col. 3. verſ. 5. non obſtat, dummodò ipſa perceptio probetur. vt ibi per eum. idem probat Curt. ſen. conſ. 51. nu. 26. & ſeq.

Sed hæc opinio videtur contra tex. in l. in bem*. C. ad

169 C.ad Trebell.vbi habetur, † ꝙ teſtator non
poteſt expreſsè diſponere, ꝙ fructus cõputẽ-
tur per liberos primi gradus in, Trebelliani-
cam . Et pro hac ſententia ſtat Neuiza.cõſ.1.
* col.3.& ibi col.pen.ad fin. teſtatur de * com-
muni pro iſta parte , & ibi refert Corn. atte-
ſtãtem, ꝙ ità practicatur,& tenetur pro Euã
gelio,ẽt contra ſupradictum caſum,etiam ꝙ
duæ quartæ veniant detrahẽdæ, ꝙ nihilomi-
nus fructus nõ ſint computandi in Trebel-
lianicam, eſt caſus in c. Raynutius . de teſta.
quem ſic expendit Bero.in conſi.138.nu.6.&
ſeq. vol. 2. vbi dicit, ꝙ contraria opinio fuit
170 noua opinio Caſtrenſ. Et ex hoc elicit† dña
inter Trebellianicam,& Falcidiam,quia hæc
imputat fructus,illa nõ;Soc.iun.cõſ.136.nu.
** 6.& plur.ſeq.vol.1.Et hęc eſt magis* *cõis in
filijs primi gradus , vt rñdit Pariſ. conſil.43.
171 nu.73.& ſeq.uol.3.†imò teſtator minorem
poteſtatẽ habet circa fructus poſt eius obi-
tum perceptos , quàm in proprietate ipſorũ
bonorum circa Trebellianicam , ut latè ha-
* betur per Noni.conſ.32.& de * communi te-
ſtatur Alex.de Nęuo conſi.75.in princ.& hęc
opinio de plano procedit , qñ non reperitur
expreſsè prohibita , Gabriel.conſi.124.nu.9.
in fi.& ſeq.& ſup.dixi in quarto caſu.
Septimus caſus eſt, vbi prohibita eſt in codicil-
lis,Curt.iun.conſi.71.col.fin.vbi pro affirma-
* tina, & de * communi conſi.73.nume.26.col.
fin.& conſi.71.num.16.
172 Octauus caſus eſt,†qñ per hæredem fuit ac
ceptatum teſtamentum, in quo Trebelliani-
ca prohibita reperitur ; adhuc enim iſto ca-
ſu,vbi aliàs prohibitio nõ valeret in filijs pri-
mi gradus , nihilominus ceſſat dicta opinio
negatiua,Ancha.cõſ.152.nu.9.ſequitur No-
nius d.cõſ.44.nu.5.Et ꝙ in caſu, vbi expreſsè
prohibita eſt Trebellianica , tũc approbatio
teſtamenti præiudicet deductioni Trebellia-
nicæ,rñdit Gozad.cõſ.97.in prin.& aliàs abũ
dè ſuper hoc ſcio me reſpondiſſe annis præ-
teritis pro Vegio contra de Roncho veteri,
vbi probaui opinionem Ancha.eſſe veram,&
* * communem,& defendi a morſibus aliquo-
rum,& ibi etiam dixi, maiorem expreſſionẽ ,
& pinguiora uerba deſiderari ad præiudiciũ
legitimæ , de quo vltimo etiam vidẽdum per
173 Marzar.de fideicommiſs.q.50. † & ꝙ etiam
ſimpliciter adeundo hæreditatem , hæres ẽt
filius intelligatur teſtamentum approbare,
reſpondit Rui.conſ.58.nu.4.vol.2. & videtur
etiam ſentire Cagnol.in l. Papinianus.§.me-
miniſſe.nu.17.ff. de inoffi.teſtam. dummodò
reperiatur prohibita,vt ibi. & ꝙ approbatio
iſta operetur hũc effectum , qñ expreſsè Tre-
bellianica reperitur prohibita,ſic intelligen-
do Ancha. vbi ſuprà,rñdit Pariſ.conſ.17.nu-
mero 19.& ſeq. vol.2.licèt ipſe cõtrarium di-
xerit cõſi.43.nu.38.vol.3.vbi etiam ponit,qñ
dicatur expreſsa approbatio , an. ſ. per rela-
tionem ad teſtamẽtum. Hanc etiam partem
tenuit Maruffus inter cõſilia Bellon. cõſ.64.
174 nu.4.vbi etiam ad hoc citat Iaſ.& Dec.†ſe-
cùs ſi expreſsè nõ reperitur prohibita ꝑ teſta
torem, quia tunc approbatio teſtamẽti etiã
cum iuramento nõ excludit à Trebellianica,
latè damnato Anchar.vbi ſup. declarat Cur.
ſen.conſi.75.nu.5.& plur.ſeq.& quod expreſ-
ſa approbatio aliter quàm per ſimplicẽ adi-
tionem hęreditatis firmetur,Cepha.cõſ.153.
nu.73.& ſeq.& ibi ẽt de ꝓhibitione legitimę.
175 Sic tñ iſte caſus eſt temperandus , † vt non
ſufficiat approbatio tacita per ſimplicẽ hæ-
reditatis aditionem , vt rñdit Rub. conſ.43.
nu.11.& plur.ſeq.& conſ.73.nu.1.& plur.ſeq.
Bellõ.cõſ.67.nu.9. poſt Signoto. de Homod.
& Dec. per eum citatũ. & ità intelligo Pariſ.
conſil.43.vol.3.dicentem , per ſimplicem ap-
probationem teſtamenti non cenſeri prohi-
bitam Trebellianicam:& pariter Alcia. conſ.
573.nu.10. & Ripam in l. in quartam.nu.10.
ff.ad leg.Falcid.& ꝙ per ſimplicem agnitionẽ
teſtamenti etiam per agnitionem legati filio
facti nõ dicatur filius amittere Trebelliani-
cã,nec legitimam,probat Rui.conſ.57.nu.3.
vol.2. nec in eam fructus imputantur , vt ibi
latè nu. 9. & ꝙ nec etiã ſufficiat expreſſa ſim-
plex approbatio teſtamẽti , in qua ſit prohi-
bita Trebellianica, probat latè Gabriel.cõſi.
96.nu. 2. & ſeq.
176 Nonus caſus eſt,† vbi ad tempus prohibita
fuit detractio filio primi gradus,putà, vſque
ad certam ætatem, valet enim talis prohib.-
tio , ſicut & legitimæ debitæ iure naturæ , vt
latè probat Rolan. à Valle conſ.31.nu.30.&
ſeq.vol.1.quẽ ſufficit vidiſſe, quia citat iura,
& auctoritates , & Bero.cõſ.146.nu.11.vol.2.
177 Decimus caſus eſt,†qñ filij ſunt grauati ex-
traneo reſtituere, vt tunc valeat prohibitio,
Zanch.in l.hæredes mei.§.cum ita.nu.816. ff.
ad Trebell.
178 Vndecimus caſus eſt,†qñ vltra prohibitio-
nem factam filijs primi gradus adeſt clauſu-
la Omni meliori modo , quia tunc cẽſentur
alij ſequentes grauati ad inſtar pupilli graua
ti in legitima,& Trebellianica, Curt.iun.cõſ.
71.conſ.72.& cõſ.573.Et facit, quia qñ fidei-
commiſſum eſt iunctum ſimpliciter , intelli-
gitur iunctum hęredibus filij,ſi ipſi filio iun-
* gi non potuit,ſm * communem opinionem,
de qua per Gabriel.in ſuis concluſio.libro 4.
tit. ad Treb. concluſio. 1. nu. 15.
179 Duodecimus caſus eſt,†qñ hęres grauatus
reſtituere hæreditatẽ erat de filijs primi gra-
dus,& fuit etiam priuatus hæreditate,& bo
nis,

nis, ſi non paruiſſet volũtati teſtatoris,& or-
dinatis per eum in eius teſtamẽto. Nam iſto
caſu, ſi nõ paruit ordinatis,& ſibi impoſitis,
vel contumax,aut rebellis fuit eius volũtati,
** nõ detrahit Trebellianicam, ſm magis** cõ
munem opinionẽ,de qua per Alcia. cõſ.556.
col.1.Alba conſil.7.nu.8.& hunc caſum pro-
bat expreſsè etiam Ruin.cõſi.58.nu.3. vol.2.
vbi loquitur etiã in legitima debita iure na-
turæ. Quod tñ vltimum ipſe reprobat cõſil.
180 48.nu.18.vol.eo.†Et ꝙ per non paritionem
voluntati teſtatoris,vel conditionis non im-
plementum, amittat hæres hæreditatem, &
ea priuatus dicatur,rñdit abundè Pariſ.cõſ.
19.nu.198.& plur.ſeq.uol.2.vbi etiam addit,
ꝙ propterea tenetur etiam ad fructuũ per-
ceptorum reſtitutionẽ, quaſi hæreditas fue-
rit caduca, & ꝙ plus operatur dicta pœna,
quam patitur hæres,non adimplens volũta-
tem teſtatoris,ſ. priuationis hæreditatis, &
ſic tacita renunciatio hęredis, quàm expreſ-
ſa renunciatio hęreditatis. & contra hæredẽ
non cõficientem inuentarium, ſi hoc ei ſuit
demandatum per teſtatorem, Caſtren.cõſil.
392.in 2.par.vbi etiam ponit, an eſſet neceſ-
ſaria monitio.& hunc caſum in extraneo hæ
rede expreſsè tenet Alcia.cõſi.556.nu.2.& in
filio etiã idẽ rñdit Rui.d.cõſ.48.nu.18.vol.2.
181 Nihilominus Docto.tenent,† ꝙ ſi filius pri
mi gradus granatus reſtituere hæreditatem
poſt certum tempus, uel poſt mortem ſuam
non deduxit in vita ſua Trebellianicam per
alienationem tot bonorum, ubi ea nõ repe-
ritur prohibita,quod tamen eius hæres poſ-
ſit eam detrahere, ut per Dec.in conſil.81.in
princ.& plur. cõcordan.citat Pariſ.d.cõſ.93.
nu.43.& ſeq.vol.2.idem probat Noni.d.cõſ.
182 44.nu.7. † dicens, ꝙ ſolus hæres inſtitutus
poteſt detrahere Trebellianicam, nõ autem
fideicommiſſarius, per Craue.conſi.131.nu.
11.& ꝙ Trebellianicę detractio pertineat ad
primum hæredem iuſtitutum,uel grauatũ,
eſt tex.in l. quanquam. C. ad leg. Falcidiani.
quam ſic expendit Caſtren. cõſil.126.in fi.in
1.par.idem tenet Bal.in d.l. quanquam. & in
l.1.C. quorum legat.dicens, ꝙ ius detrahen-
di Trebellianicam tranſmittitur ad hæredes
grauati.ſequitur Natta conſil.220.in princ.
183 Si tamẽ† hæres grauatus decedat ante euẽ
tum conditionis, nõ tranſmittit,Natta cõſ.
323.nu.4.Addit ipſe conſil.528.nu.33.vol.3.
ꝙ ſi bona fuerint confiſcata hæredi grauato
fideicommiſſo poteſt fiſcus ex perſona ipſius
detrahere legitimam, & quartam, ſi ſit de li-
beris primi gradus. & ꝙ hæres grauati onere
fideicommiſſi ex iure tranſmiſſo ad eum poſ
* ſit detrahere dictas duas quartas, eſt * com-
munis opinio, nt per Rolan.conſil.25.nu.8.
& ſeq.vol.1. & ꝙ filius grauatus reſtituere hę
reditatem alteri ſub conditione, ſi ſine filijs
decedat,poſſit detrahere legitimam, & Tre-
bellianicam eo in caſu, Bellon.conſil.80.nu.
14. & ꝙ filius hæres filij grauati poſſit dedu-
cere id totũ, quod poterat filius ipſe grana-
tus,tenuit etiam Alex. de Nęuo conſ.75.nu.
7.& ſeq.licèt multi voluerint fideicommiſſa-
rium etiam hęredem grauati non poſſe ad-
uerſus ſecundum fideicommiſſarium detra-
here ex perſona primi hęredis,de quibus per
Marza.conſi.10.col.129.in fi. & in caſu, quo
filius eſt granatus poſt mortem ſuam, ſi de-
cedat ſine filijs reſtituere hęreditatem, ꝙ ip-
ſe, vel eius hęres poſſit Trebellianicã detra-
here,reſpondit Bero.conſi.138.in prin.& nu.
5.uol.2.Soc.iun.conſ.131.nu.16.vol.1.& cõſ.
184 137.nu.5.& ſeq.eo.vol. † volens,ꝙ alienata
in vita per hęredem imputentur in Trebel-
lianicam. & quod hęres etiam extraneus fi-
lij grauati fideicommiſſo poſſit ex perſona
ipſius Trebellianicam deducere, reſpondit
Socinuſmet cõſ.132.nu.9.eo. vol. ſicut pote-
rat facere filius ipſe grauatus, vel alienare
tantum, quantum important legitima,.&
Trebellianica,Soc.iun.conſi.28.nu.1.vol.2.&
ꝙ hæres grauati poſſit Trebellianicã detra-
here,Gabriel.conſil.96.in princ.faciunt,quę
infrà dicemus in ſexta concluſ.

Decimuſtertius caſus eſt in alijs liberis, quàm
primi gradus,tunc.n.procedit prima opinio
negatiua,Clar.in §.teſtamentũ.q.63. in prin.
Gabriel.in ſuis concluſ.lib.4. tit. ad Treb.cõ
cluſ.1.& Cagnol.in l.Papinianus.§.meminiſ-
ſe.nu.13.ff.de inoffi.teſta. Sed certè iſte caſus
* non tenetur * communiter, Soc.iun.conſil.
131.num.65.vol.1.

Decimuſquartus caſus eſt, quòd quamuis Tre
bellianica non poſſit prohiberi filijs primi
gradus in caſu d.l. iubemus. C. ad Treb.ſ.in
caſu, quo filij primi gradus ſunt grauati re-
ſtituere alijs filijs, vel proprijs deſcendentib.
ſecus tamen eſt in alijs hęredibus, vt probat
* Gabriel.de Treb.conclu.1.nu. .& eſt * com-
munis opinio,ut per Zanch. in repeti.§.cum
ità.num.116. & Gabriel.concluſ.12.nu.1.

Sed hęc opinio, iudicio meo, eſt falſa.quia fauo
re filiorum introducta eſt, ne Trebellianica
poſſit ꝓhiberi per patrem detrahi. ergò re-
ſtitutio hęreditatis nihil habet commune cũ
ea, & inſuper deſcendentes a filijs primi gra-
dus, qui ſunt dubio procul magis dilecti, ꝙ
extranei,eſſent deterioris conditionis,quam
extranei, quia illi minorem haberẽt hęredi-
tatem,& extranei pinguiorem;quo nihil ab-
ſurdius: & ità etiam poſt cõcordan. per eum
citatos concludit Marzar. conſil.pen.in fi.&
ſubſtitutus nõ debet eſſe melioris conditio-
nis,

nis, quàm inſtitutus, Curt.iun.in propoſito
conſi.91.num.6.

Decimusquintus caſus eſt, qñ teſtator filiũ hæ-
redem inſtituit in rebus particularibus, tũc
enim dubio procul, quia non poteſt tractari
185 de detractione Trebellianicæ, † quæ ſolùm
cadit in fideicõmiſſo vniuerſali, dubio pro-
cul valebit prohibitio huiuſmodi, Pariſ.cõſi.
17.nu.16. vol. 2. etiã ꝙ ſit rogatus reſtituere
dictas res, & concordan. per Berengar.in l.in
quartã. nu.231.ff.ad leg. Falcid. & ibi addit,
idem eſſe, ſi quis legatarius ſit alicuius quotę
hæreditatis, & grauatus ſit eam reſtituere:
cùm enim hæres nõ ſit, cui Trebellianica de-
betur, nõ etiam eam habebit, vt ibi per eum,
de quo aliqua dicemus infrà in 6. concluſio.
& quòd filius hæres in certa re nõ detrahat,
* niſi legitimam ſecundum* communem opi-
nionem cõtra Curt. iunio. qui volebat vtrã-
* que detrahi, Crauet. conſ.31.nu.13.& de* cõ-
muni etiam teſtatur Soc.iun. conſ.122.nu.7.
volumine 1.

186 Decimusſextus caſus eſt, † vbi teſtator mã-
dauit filium debere computare in legitimã
Trebellianicam ipſam, de quo infrà dicam in
12. exemplo. & ſuprà etiam tetigi.

187 Decimusſeptim' caſus eſt, † qñ legitima eſt
ſemis; tunc enim ſecundum vnam opinionẽ,
quæ fuit Bal.in conſulendo, poterit Trebel-
lianica ꝓhiberi etiam in filijs primi gradus,
vt dimidiũ hæreditatis duntaxat conſequan
tur. Sed eam pleriq; damnãt, ut per Cagnol.
in d.l.Papinianus.§.meminiſſe.num.19.ff. de
inoffic.teſtam.& concordã.per Marzar.cõſil.
11.col.fi. & idem Marzar. de fideicommiſſ.q.
54. & eum etiam damnat Alba conſil.41.nu.
2. quicquid Craue. dixerit ſubdubius con-
ſilio 50. in fin.

188 Decimusoct. caſus eſt, † qñ teſtator expreſsè
ꝓhibuit Trebellianicam filijs primi gradus,
& poſteà adiecit clauſulam, ꝙ volebat diſpo-
ſita per eum valere omni meliori modo, quia
tunc licèt non valeat grauamen iniunctum
eis, valebit tamen vt iniunctum venientibus
ab inteſtato, vel alijs ſubſtitutis, Curt.iun.cõ
ſil.71.num.12.conſi.72.nu.8.& conſ.ſeq. No-
nius conſi.32.in fi. Sed verè iſta clauſula non
operatur hunc effectum cum etiam ex clau-
ſula prædicta ſubſtitutio vires accipere poſ-
ſit, etiam ſi aliàs teſtamentum erat nul-
lum, & ſic operatur, vt poſſit Trebellianica
deduci, Berengar.in l.in quartam.num.227.
ff.ad leg. Falci. Sed in dubio onus cẽſetur in-
iunctum hæredi, niſi ſpecialiter ſit alij iniun-
ctum, vt per Alex.conſi.72.in prin.vol.5.& de
hac clauſula in propoſito Cepha. conſi.153.
nu.66.& ſeq.vol.2.& omninò per Borgnin.in
tracta. de vſufruct.nu.227.

189 Decimusnonus caſus eſt, † qñ imperſonali-
ter prohibita eſt Trebellianica, puta, iubeo,
ꝙ bona mea ſine detractione Trebellianicæ
vadant ad talem, tunc enim ceſſat diſpoſitio
d.l.iubemus. quæ loquitur perſonaliter, qñ
prohibitio facta eſt filio, ſecus ergò ſi imper-
ſonaliter, quia cenſetur facta filio hæredis,
Non.conſil.32.num.47.& ſeq. vbi teſtatur de
* * communi. Sunt etiam infiniti alij caſus,
in quibus Trebellianica dr̃ à iure prohibita,
de quibus per Berenga. in l. in quartam. nu.
228.& plur.ſeq.ff.ad leg.Falcid.

Verũ quia, vt ſuprà dixi in primo præmiſſo, nõ
ſufficit teſtatorem, vel alium quemuis diſpo-
nentem potuiſſe prohibere, niſi etiam appa-
reat voluiſſe prohibere Trebellianicæ, ſeu fal
cidiæ detractionẽ, & ei, qui dicit eum voluiſ-
ſe, incumbit onus probãdi, ſaltẽ ex præſum-
ptionibus iuris, vel per vrgẽtes, & neceſſarias
coniecturas reſultantes ex verbis ab eo pro-
latis conſtare de ſua intentione, ꝙ talis fuit,
vt voluit Caſtren.d.conſ.28. num.1.& 2.in 2.
190 par. ideò vidẽdum eſt modò, † per quæ ver-
ba cenſeatur prohibita Trebellianica per te-
ſtatorẽ. Et breuiter, ut ſuprà diximus in pri-
mo caſu in fi. oportet, ꝙ nominatim teſtator
mentionem fecerit de ea, uel uſus ſit verbis
æquipollentibus, & neceſſariò idem inferen-
tibus, qa ſermones noſtri particulares ſunt
veriores, ideò ponenda ſunt exempla ſignan-
ter, quæ ſparſim per Docto. ponuntur.

Primum itaq; exemplum ſit, ꝙ non habet con-
trouerſiam aliquam, qñ, vt dixi, ſingulariter
teſtator, & nũcupatim prohibuit Trebellia-
nicam. Nã de hoc eſt caſus in d.§. ſi verò ex-
preſſim. Authẽtico de hæred. & Falcid. Pariſ.
d.conſi.93.nu.45.in fi.vol.2. Alexan.de Nevo
conſi.76.num.6.

191 Secũdum ſit exemplum, † qñ teſtator pro-
hibuit bonorum alienationem: ſic enim re-
ſpondit Noni.d. conſi.44.ſub nu.4.loquẽs ẽt
in liberis primi gradus, argumento Authen-
ticæ ſed & in ea.C. ad leg. Falcid. Bald. & alij
ibidem. & citat etiã Guid. Pap. deciſ. 51. Pa-
riſ.conſi.126.nu.34.vol.1.& conſi.9.num.14.
vol.2. & idem firmat Pariſ. conſ.17. nu.20. &
conſil.93.nu.47.vol. 2. loquens in caſu, quo
teſtator expreſsè prohibuit alienationẽ om-
nium quorumcunq; bonorũ ſuorum, vt oia
bona ſua remaneant perpetuò in familia, ꝙ
dicatur per hæc verba prohibita Trebellia-
nica, ut habetur in Authentica ſed & in ea.
C.ad leg. Falcid.& in corpore, vnde ſumitur.
& ꝙ per prohibitionem alienationis dicatur
prohibita Trebellianica, obiter, & ſimplici-
ter voluit Caſtren.conſi.64.col.5. in princ.in
2. parte. ſed deliberatè, & apertè hoc voluit
Bal.in d.Authẽtica ſed & in ea. per illum tex.

loquentem in prohibitione alienationis rei
particularis,quod quatenus loquitur de Fal
cidia intelligat etiã in Trebellianica, vbi vni-
uerſaliter bona ſunt ꝓhibita alienari:& eius
* opinio eſt * communiter approbata,ut inqt
Marzar. conſil.13.col.143.in fi.& ſeq.in fi.re-
putans eius deciſionem ſingularem eſſe.Pro
192 qua videtur facere, † quia idem iuris eſt de
toto ad totum , quod de parte ad partem, l.
quæ de tota.ff.de rei vendicat. & hanc partẽ,
vbi bona expreſsè ꝓhibita reperiuntur alie-
nari,ꝙ cenſeatur etiam prohibita Trebellia-
nica,ſecus autem ſi tacitè alienari prohibita
ſit per ſolam ſubſtitutionem datã,rñdit Bel-
lon. conſil.30.nu.7.per Bal.vbi ſuprà Ang.in
d.§.ſi verò expreſſim.Authentico de hæred.&
Falcid.Roma.& Aret.per eum citati. & ꝙ re-
bus expreſsè alienari prohibitis non poſſit
detrahi Trebellianica, vel Falcidia, rñdit Al-
ba conſil.7.num.7. & probat etiam poſt Bal.
Soc.iun.cõſ.49. ſub nu.21.vol.3.& ꝙ per alie-
nationem prohibitionis bonorũ dicatur ẽt
prohibita Trebellianica,per Bellon.in d.Au-
thentica ſed & in ea.reſpõdit Alcia.cõſi.484.
ſub nu.7. & pro iſta concluſione Marzar.cõ-
ſil.13.col.43.in fi.& ſeq.

Nihilominus iſtud exemplum nõ puto verum
in filijs primi gradus , neq; per prohibitionẽ
alienationis neceſſariò dici poteſt expreſſim
prohibitam detractionẽ Trebellianicæ, quia
intelligi poſſunt verba prohibitionis de bo-
nis dempta legitima,& Trebellianica , ut re-
ſpondit Pariſ.d.conſ.93.num.45.in prin.vol.
2.loquens in caſu,quo teſtator mãdauit bo-
na tranſire ſemper integrè de gradu in gra-
dum,ꝙ non propterea dicatur expreſsè pro-
hibita detractio Trebellianicæ,ſed duntaxat
tacitè. quod an verum ſit , dicemus infrà in
4.exemplo. & Curt.iun.d. conſ.54.nu.15.lo-
quens in caſu,quo teſtator mandauit,ꝙ oĩa
bona deuoluantur ad talem,ꝙ dicatur taci-
ta voluntas,& tacita prohibitio,quæ non cõ
uenit d. §. ſi verò expreſſim . Authentico de
hæred. & Falcid. & apertꝰ idem rñdit Aemi-
lian.conſ.39.nu.50.dicens,non eſſe dubium,
ꝙ per prohibitionem alienationis bonorũ ,
ex eo,quòd teſtator vult illa perpetuò eſſe in
familia,nõ dicitur prohibita Trebellianica,
& ꝙ illa verba non æquipolleant expreſsę ꝓ-
hibitioni Trebellianicæ.& contra iſtud exem
plum poſt Roma. per eum citatum expreſsè
etiam reſpondit Alba conſ.7.nu.7. & latius,
ac apertius Natta conſil.528. nu.33. & plur.
ſeq.volu m.3.

Poſſet tamen forſan ſaluari contraria opinio,
vbi teſtator ꝓhibuiſſet alienationem in to-
to, vel in parte, ut apertè reſpondit Maruſ.
inter conſi. Bellon.cõſi.64.nu.3.& ꝙ ſimplex
prohibitio alienationis non operetur hunc
effectum,tenet Bellon. conſ.65.nu.4.& abun
dè etiam in quocunq; debito perſoluendo
conttacto per teſtatorem,per Soc.iun.conſi.
28.nu.3.vol.2.& ꝙ in d.Authentica, & in cor
pore , vnde ſumitur, intelligatur in prohibi-
tione facta legatario , vel fideicommiſſario,
non autem in alienatione prohibita hæredi,
ut in propoſito capiendo hanc opinionem ,
reſpondit Pariſ.conſ.43.nu.22.& ſeq.vol.3.&
ibi etiam addit dicta iura non procedere,qñ
alia bona nõ ſuperſunt, ex quibus poſſit Tre
bellianica deduci, quia.ſ. oĩa bona ſint alie-
nari prohibita; nec etiam in filijs primi gra-
dus,vt ibi per eum.& latè probat hanc partẽ
* Alcia.conſi.572.& de* communi Neuiza.cõſ.
2.nu. 43.& ꝙ non ſufficiat dicere omnia bo-
* na , Gabriel.de * communi conſ.124. nume.
9. in fi. & ſeqnen.
193 Tertium exemplũ eſt,†qñ teſtator manda-
uit bona ſua pleno iure reſtitui debere ſub-
ſtituto,ita cõcludit Noni.d.conſi.44.ſub nu.
6.qui tñ nihil allegat, ſed benè hoc dicit Bal.
in l. precibus. nu.44.in princ.C. de impu.be.
cuius deciſio an vera ſit, dicam in 5.exẽplo.
* Et hanc partem veram , &* communem eſſe
teſtatur Guid. Pap. deciſ.537. vbi pro ea ad-
ducit Bal.in l.centurio.ff.de vulgar.& pupill.
Bal.vbi ſuprà, & Albe.& pro ea adducit text.
in l.ſi decem.in fi.ff.de fideicom.liber.Sed ille
tex.loquitur in verbo Tota,& de verbo Inte-
gra , ut infrà dicam , & Guid. non reſpondit
rationi,quam ipſe mouet in prin. in contra-
rium, ꝙ dicta uerba nõ ampliant reſtitutio-
nem , ſed ſolùm diſponunt , quod reſtitutio
eorum,quę fiet,fiat plena,& integra.nec etiã
alteri rationi , quæ habet , ꝙ iſta prohibitio
non ſufficit , quod ex verbis generalibus eli-
* ciatur . Et in hoc exemplo ſunt , qui * com-
munem hinc inde dicunt , ut per Gabriel.in
ſuis conclu.lib.4.tit.ad Treb.concluſio.4.ſed
ipſe amplectitur negatiuam , niſi alia verba
concurrant.Sed contrarium expreſsè tenuit
Caſtren.in d. Authentica ſed cũ teſtator.nu.
2. ad fin. verſicu. ſed ſi poſſunt aliud impor-
tare, ut ſi dixit,pleno iure, &c.C. ad leg. Fal-
cid.Et ratio eſt,qa dicta verba poſſunt aliud
importare,quã detractionem Trebellianicę,
ſed falcidiæ , quia poſſunt intelligi reſpectu
proprietatis,& vſusfructus,ſeu dominij dire
cti , non autem ꝙ ſine diminutione bona re-
ſtituantur. & ante eum idẽ reſpondit Oldra.
conſi.246.Roma.conſi.75. & conſi.79.& cõſ.
* 239.nu.3.ubi de * communi: quos etiam re-
fert,& ſequitur AEmilia.d.conſi.39.nu.51.&
idem clarè reſpondit Caſtrẽ. quem etiam ip-
ſe citat,licèt corruptè ,d.conſi.28.col.3.in 2.
par. dicens, ꝙ illa uerba, Pleno iure, habent
plures

plures effectus,& diuerſos ſenſus, ut ſuprà ẽt fuit dictum: poteſt etiam operari in reſiduo bonorum,detracta Falcidia,ſeu Trebellianica, vt ibi per eũ, & ad hoc citat Oldrad. Bar. & Ang. quidquid cõtrarium dixerit Bal. vbi ſuprà,quem ipſe ibi reprobat, & audacius in .6. exemplo. Videtur tamen iſtud exemplum differre ab eo, qñ dictum eſt Plenũ feudum, vel patrimonium, &c. de quo infrà in 8. exẽplo,& idem in hoc verbo Pleno iure, Neuiza. d.conſi.2.ſub nu.34.& de uerbo Plenariè numero 37. & ꝙ non ſit dubiũ in iſto caſu, quin per dicta verba cenſeatur prohibita Trebel- * lianica, ſecundum* communem opinionem reſpondit Bellon.conſ.80.nu.17.ad fi. ſeqnẽdo Bal.in d.l.precib. ſed Caſtren. contra Bal. refert,& ſequitur Rui.cõſ.59.nu.4.& 10. vol. 2.vbi plur.concordan.citat.& quod imò hęc verba Pleno iure non importent hũc effectũ, Soc. iun.conſ.49.nu.16.in fi.& ſeq.vol.4.& latius conſ.88.col.1.& nu.6.eo.vol.& ꝙ iſta verba non importent prohibitionem Trebellianicæ,vel falcidię contra Bal.cõcludit Roma. conſ.39. nu.3. & iſta verba Pleno iure, & ſine diminutione non importent prohibitionem Trebellianicæ,ſecundum multos,quos tamẽ * ſub dubio ſequitur, dicens* communem in contrarium eſſe, Soc.iu.conſ.51.nu.17.vol.4.

194 † de verbo Plenariè,ꝙ alteret diſpoſitionẽ, & importet liberam, & abſolutam adminiſtrationem, Barbat.conſ.2.col.4.nu.4.vol.2.

Quartum exemplum eſt, qñ fuit dictum Totã hęreditatem,vel Totum patrimonium,illud enim verbum Totum importat illum effectũ prohibitionis detractionis Trebellianicæ,ut eſt tex.in l.decem.ff.de fideicom.liber.& l.qui * totam.ff. ad Treb. & eſt* communis opinio, * Alex.conſ.5.nu.14.vol.3.& de* communi inter conſil.Bello.conſ.64.nu.2.Neuiza.conſ.2. nu.33.& plur.ſeq.vbi ſi ſit dictum Quodcunque. Rolan.de lucro dot.q.38. Menoch.cõſi. 71.nu.12.& latiſſimè plures citat Gabriel. in ſuis concluſ.lib.4.tit.ad Treb.cõcluſio.6. vbi citat Guid. Pap.Bal.Ang.Roma.Corn.Aret. Alex.Plõbi.Soc.Iaſ.Seyſel.Gallian.Grat.Rui. * Pariſ. Caſſan. & multos de* communi atteſtanteș, & eos ſequitur.

Sunt tamen, qui contradicunt, Ang. Caſtren. Bertran.Soc.iun.Iaſ.& abundè defendit Soc. conſi.33.num.16. vol.1. quos refert Gabriel. vbi ſuprà. Iaſ.conſi.146.nu.5.vol.4.

Concordatur hæc diſcordia, ut prima opinio ꝓcedat, qñ verba ſunt poſita in diſpoſitione; ſecunda opinio procedat, quando illa verba ſunt poſita in parte exequutiua, vt per Gabriel. vbi ſuprà.

Quintum exemplum, quando teſtator mãdat legata, vel fideicommiſſa integraliter ſolui, vel ſimilia verba expreſſit, ità cõcludit Alex. de Nen.d.conſ.75.nu.6.in princ.per Bal.in d. l.precibus.C. de impub.& Caſtren. in d. Authentica ſed cùm teſtator. C. ad leg. Falcid. Quorum tamen alter, ſ. Caſtren.tantùm facit mentionem de hoc verbo Integraliter. Quòd ſi etiam Alex. uoluit eos inducere, dũ loquuntur vnus de verbo, Inſolidum, alter de verbo,Totum,ꝙ iſtud exemplum non poſſit ſuſtineri, ut infrà dicam in ſeq.exemplo. Sed pro iſto exemplo videtur caſus in l.decẽ. in fi.in verbo integra. ff. de fideicom.liberta. ** & hæc eſt magis** communis opinio,ut pro ea infinitos concordan.citat, & multos, qui * de* cõmuni teſtantur refert Gabriel. in ſuis concluſ.lib.4.tit. ad Treb.concluſio.5.& latè etiam Neuiza.conſi.2.nu.33. & plur.ſeq. Idẽ etiam reſpondit Caſtren.conſ.77.nu.3.ad fi. in 2.par.dicens idem, quod dixit in d.Authẽtica,videlicet,quod uerbum Integrè, vel ſine aliqua diminutione æquipollet expreſsæ ꝓhibitioni, & importat prohibitionem detractionis Trebellianicæ. Et ꝙ verbum Plenum, & Integrum importet hunc effectum, ac ſi fuiſſet dictum Sine diminutione,idem reſpõdit A Emilian. conſi.127.num.8.& ſeq.citans Alex. conſi.208.vol.2.alios referentem. & de verbo iſto Integrum, eſt bonus tex.in l.1.§. ſolùm.ff.ſi cui plus quam per leg.Falci.& de verbo Pleno, in l.fideicommiſſa.§.quanquam.ff. de legat.3. quæ iura citat etiam ipſe ibidem. Quò fit, vt malè contrarium tenuerit Pariſ. d.conſi.93. quem ſuprà citaui in 2. exemplo. Et hanc partem, quando fuit dictum Integraliter, vel Sine diminutione, tenet Caſtrẽ. d.conſi.28. col.1. in 2.par.de quo tamen põt dubitari ex his, quæ dicemus in 7. exemplo, & ſic etiam ille, qui ꝓmiſſit integraliter obſeruare teſtamentum, nõ poterit hanc deductionem facere, ſecus tñ ſi hoc verbum ſit in vltima voluntate prolatum, Neuizan. conſi. 2.nu.34.& in eo verbo Sine deductione ibidẽ ſub num. 9. in fi. per tex.in l.ſi quis ad declinãdam.C.de Epi. & cle. & idem de verbo Cũ integritate, Neuiza.vbi ſuprà nume.39.in fi. & in caſu, vbi teſtator dixit, quòd bona ſua integrè reſtituantur,reſpondit Ruin.cõſ.52. col.3.in 2. caſu. vol.2. vbi æquiparat iſta verba, Omnia bona ſua integrè,vel Sine vlla diminutione,vel Quòd tota ſua hæreditas,vel integra reſtituatur. & ꝙ qñ dictum fuit Sine detractione, vel Integraliter ſine diminutione, ꝙ dicatur prohibita, Ioan.Annibal in d. rep.d.l.nemo poteſt.nu.271.ff.de lega.1.

195 Sed contra dictam cõcluſionem facit, † ꝗa hæreditas dr̃ integra, licèt Trebellianica deducta ſit,glo. in l.2. C. qñ, & quibus 4. pars detrahitur. libro 10. & Bertachi. in verbo Integra.

integra. verſic.3.& ad hoc poſſent plura exé-
pla adduci, & ſimilia, in quibus non putaui
immorari: ſed à priore ſententia non eſt re-
cedendum.

Sextum exemplum, vbi inſtituens mãdauit re-
ſtitui omnia bona ſua, vel ſubſtituit in om-
nibus bonis ſuis, tũc enim teſtator cenſetur
voluiſſe prohibere Trebellianicam; ità enim
concludit expreſsè Bal. in d. l. precibus. col.
12.in fi.nume.40. verſic,procedo vlterius, &
quæro.C.de impub.& alijs ſubſtitu.vbi quę-
rit Bal.quid ſi teſtator adiecit hæc verba,Ple
no iure, vel Inſolidum,vel In totũ,vel In om-
nibus bonis, vel poſuit aduerbium liberè,vel
dixit ſine diminutione aliqua,& refert,quòd
Bar. (ſcilicet in l.centurio.ff. de vulga.& pu-
196 pila.) dicit,† quòd omnia verba repugnan
tia detractioni alicuius falcidiæ, ſunt dire-
cta, quando apponuntur verbis communi-
bus, & poſteà concludit, quòd per iſta verba
nihil aliud intelligit ipſe, niſi falcidiam eſſe
prohibitam à teſtatore in ſubſtitutione fi-
deicommiſſaria, quia intentio teſtatoris eſt
applicare hæreditatem ſuam ad ſubſtitu-
197 tum: † nam qui totum dicit, &c.l. decem.
ff.de fideicommiſſa.liber.idem apertè reſpõ-
dit Alba conſil.17.numero 5.dicens, quòd ſi
teſtator grauat aliquẽ reſtituere omnia bo-
na ſua, vel totam hæreditatem, ſeu totum
patrimonium, cenſetur prohibuiſſe Trebel-
lianicam,per d.l.decem.& ibi glo.Bar.vbi ſu-
prà, num.27. Iaſ.in d.l.precib.col.11.& Dec.
12.col. quia verba huiuſmodi ſunt vniuerſa-
lia,& denotant id,quod ſonant. idem voluit
conſi. 57.in fi.vbi concludit, quòd Trebellia-
nica ceſſat ſtantibus verbis teſtamenti, vide-
licet omnis eius hæreditas,ac Omnia, & ſin
gula eius bona, per Dec. conſil.495.col.pen.
& idem, quando dictum fuit, De omnibus,
& ſingulis bonis, Neuiza. d. conſil.1. ſub nu.
33. & pro iſto exemplo, quando fuit dictum
Totam,vel Omnem hęreditatem,Bello.con-
* ſil.80.nu.17.teſtatur de * communi. & quod
iſto caſu dicatur prohibita, ſi dictum fuit
Omnis eius hæreditas, & omnia, & ſingula
eius bona, conſi.57. in fi. per Dec.conſ.495.

Et pro iſta parte multos concordan. citat Ga-
briel. lib.4. titu.ad Treb. concluſ. 3. verſicu.
contrarium. &c.

Contrarium reſpondit expreſsè AEmilia.d.cõ-
ſil.39.num.51.dicens,quòd quando teſtator
vtitur iſtis uerbis, Lego omnia bona mea,
vel Pleno iure, vel Pono legatarium in locũ
meum, vel his ſimilibus, non cenſetur velle
detractionem Trebellianicę prohibere,quia
poſſunt habere alium ſignificatum, & ad
hoc citat Caſtrenſ. in d. Authentica ſed cùm
teſtator, qui tamen nõ loquitur in iſtis ver-
bis,& exemplo, ſed de uerbo Toto, quod ta-
men non videtur minus ſonare, quàm illa
uerba Omnia bona. melius tamen facit Ca-
ſtren.d.conſil.28. colum.3. in 2. parte.quem
tamen AEmilia. corruptè citat, quoad nu-
merum conſiliorum; vbi concludit,quòd il-
la verba Omnia,& ſingula bona, item Pleno
iure, itẽ Quòd poſuit eum in locum ſuum,
non operantur hunc effectum,quia poſſunt
aliud importare, & conſiderat, quòd illa
verba Omnia bona, &c. poſſunt importare,
ut veniant omnia, excepta ſpecie,non tamẽ
inferunt, quòd integraliter, & ſine diminu-
tione, ſed cum falcidiæ detractione, ad dif-
ferentiam, quando dictum fuit indefinitè
de bonis; quia illud verbum non ſuppleret
omnem bonorum ſpeciem, & idem pariter
dicit de illis verbis In omnem locum ſuum.
& hanc partem etiam tenet Neuiza.d.conſi-
lio 2. numero 44.in vndecimo fundamento.
Iaſ. conſil.84.nume.9. volum. 1.& idem Ne-
uizan. vbi ſuprà nume. 82. in octauo funda-
mento.per tex.in c.Raynaldus.de teſtamen.
vbi teſtator mandauit omnia bona deuolui
ad auunculos, & tamen non cenſetur prohi-
bita Trebellianica.& ità etiam ponit Bellon.
conſil.67.nume.3. & quòd iſto caſu, quando
dictum fuit, Etiam in omnibus, & ſingulis
bonis, non dicatur prohibita Trebellianica,
tenuit Corn.conſil. 207.numero 10. & plur.
ſequen.volumne 2. de quo infrà dicam in vl-
timo exemplo. quem refert, & ſequitur Ma-
ruff.inter conſilia Bellon.conſilio 66.colum.
ſecunda. in princip.& ante eum abundè fir-
mat Ruin.conſilio 52.numero 5.& colum.3.
in ſecundo caſu. volum. 2. niſi adiectum ſit
verbum Integrè, ut ibi per eum, putà, Om-
nia bona ſua integrè.Et ratio eſt,quia quan-
do ſimpliciter fuit dictum de omnibus bo-
198 nis, † verbum illud Omnibus, licèt ſignifi-
cet uniuerſalitatem omnium bonorum, nõ
tamen denotat integralitatem ſingulorum,
& cuiuſlibet rei, ut ibi per eum. & contra
iſtum caſum apertè reſpondit Socin. iun.
conſilio 170. numero trigeſimoſeptimo. vo-
lumine 2.

Hanc partem probat Socin.conſilio 33. nume-
ro decimoſexto, volumine primo. vbi de il-
lis verbis Omnia bona. & pro hac parte
Gabriel. vbi ſuprà refert Angel.Caſtren.Ro-
man. Aret. Cuman. Socin. Galliaul. Ca-
pram, Bertran. Ruin. Seyſel. Iaſ. Caſtane. &
* Mantuam, & plures de * communi atteſtan-
** tes, & hanc tanquam magis ** communem
approbat ipſe.

Septimum exemplum eſt, vbi teſtator
vſus eſt verbo, Tota bona, vel Totam hæ-
reditatem, tunc enim, quidquid dixerit

Bal.in d.l.precibus.de quo in pręcedēti exēplo, dicendum videtur, quòd non importet hunc effectum detractionis Trebellianicę,ſecundum Caſtren.in d. Authentica ſed cum teſtator. nume.2.in fi. verſic. idem ſi dixerit, lego totum fundum, quia aliud eſt dicere lego totum fundum, aliud mando totum fundum tradi. & apertius d.conſi.77. nume. 3.ad fin.in 2. parte. vbi concludit, quòd teſtator dicendo, quod hæres reſtituat totam hæreditatem non propterea cenſetur voluiſſe, quod poſſit detrahi Trebellianica, quia illud verbum hoc neceſſatiò illud non importat: quia & ſi ſimpliciter intellexiſſet reſtitui hæreditatem, nihilominus intelligeretur de tota; & ſubdit, quòd Bal. vbi ſuprà, minus conſideratè loquutus eſt, & largius, quàm expediret.nam verbum Totam poteſt importare ità quòd non partem, vel dimidiam tantum, non autem quod ſine diminutione, & eum reprobat d.conſil.21.col.3. in 2. parte. verſic. plus videtur, quòd etiam hodie ſi rogatus ſit hæres reſtituere totam hæreditatem,non cenſetur prohibita detractio Trebellianicæ, &c. per rationem ſupradictam, de qua etiam latius colum.fin.verſi. ſed ratio,quam ſupra feci, &c. & conſiderandum eſt, quod illud conſilium Caſtren. eſt deciſiuum, & ab eo vti iudice probatum,cui videtur magis ſtandum eſſe. & pro iſta opinione Caſtren. videtur tex.in l. qui totam.ff. ad Trebell.& de * communi teſtatur Bellon. conſil.67. Veruntamen pro opinione Bal. videtur tex.in d.l.decem. in fin. in verbo tota decima.ff.de fideicommiſſ. hæred. & pro iſta parte reſpondit apertè Alexan. conſil. 5. numero 14.volum.3.vbi dicit, quòd ea, quæ videntur contrarium innuere, procedunt ſecundùm iura antiqua,ſecundum quæ nō poterat prohiberi Trebellianica.& probat Rui. conſ.52.colum.3.in 2.caſu. vol.2.vbi æquiparat has formulas, Omnia bona ſua, Integrè, vel Sine vlla diminutione, vel Tota, vel Integra hęreditas. & cum Baldo ſtat* communis opinio in hoc verbo Totū, vt teſtatur Zách. in repeti.§.cum ità.nu.461.vltra Bal.ſuprà citatum, ꝙ iſtud verbum Totū, operetur hūc effectum,eſt* communis opinio,ſi verum eſt, quod dixit Alex.cōſ.14.in fi. vol.2.& conſil.5. col.fin.vol.2.& conſ.133.vol.5.poſt Ang.cōſ. 125.quos refert,& ſequitur Maruff.inter cōſilia Bello.conſ.64.num.2.in fin. Clar.in §.teſtamentum.q.12.ad fin. & de * communi teſtatur, & idem reſpondit Maruff.inter conſi. Bello.conſ.66.colum.1.& 2.in princip.tenuit clarè Alba, quem ſuprà retuli in 5.exemplo. ſed Bar. per eum citatus nō ſic intelligitur, vt ipſe refert, ut docet Caſtrenſ.in d. Authētica ſed cùm teſtator. & latius d.cōſi.28.col. 2.& pariter Iaſ.& Dec. per eum citati non ponunt hunc articulum, aut verborum formulam, de qua agitur, & pariter Dec. conſi. 495.num.23.loquens in caſu, quo teſtator dixerat Totam, & Integram, teſtatur,quod quidquid dicat Alex. & Ang. vbi ſuprà, alij pleriq; contrarium tenent, quamuis citet ſolùm Roma.& Socin.Sed quòd imò importet hunc effectum, quādo teſtator dixit velle totam eius hæreditatem permanere in agnatione, reſpondit Natta conſil.321.nu.7. per tex.in d.l.decem. in fi.& ibi gloſſ. ff. de fideicommiſſ.liber. Alexan. conſ.201.vol.6.& Crot.in l.nemo poteſt.ff.de legat.1.quinimò vt ille ait, nume.5.per illud verbum, Totam, filius tenetur fructus hæreditatis vltra legitimam cōpenſare in legitimam,per Cuman. in l.cohærede.§.cum filiæ.ff. de vulgar.& pupil.& Curt.iun. conſi.120. ad fi.contra Alex. de quo ſuprà tetigi in 8.caſu.& pro illa parte quod verbum Totam operetur hunc effectum prohibitionis Trebellianicæ, innumerabiles penè auctoritates refert, & ſequitur Neuiza.conſil.2.nu.33.verſ.contrariam partem,quæ eſt magis communis,&c.licèt alios multos in cōtrarium referat nume.2.& plur. ſeq.& id probat per bona iura num.9.in fi.& plur. ſequen. & nu. 47.& hoc tam in diſpoſitione legali vltimæ voluntatis, vel contractuum, ut latè ibi habetur,vel ſaltem in vltima voluntate nu. 24.& pro iſto exemplo reſpondit etiam Bello.conſ.80.nu.17. Quāuis Bello.ipſe conſ.65.poſt principium dicat* cōmunem opinionem eſſe in contrarium, & de * communi latè teſtatur ipſe, & eam pluribus rationibus tuetur conſ.67.col.1.& 2.& ibi addit nu. 5. ꝙ licèt vbi eſſemus in dubio, an cēſeatur prohibita necne Trebellianica,poſſit iudex inclinare in quam partem voluerit, ſecùs tamen in uerbo Totam.& pro opinione Caſtren.latè reſpondit Soc.iun. conſ.170. nu.12.& plur.ſeq.nu.37.verſi.non obſtat ſecūdò.& ibi nu.39.reſpondet ad tex.in d.l.decem.volum.2.& idem probat ipſe conſil. 84. numero 3. volum. 4. Sed pro Bal.ſtat * communis opinio per verbum Totam, vt reſpondit Alcia.conſilio 556.num 2.& quòd per illud uerbum Totam intelligatur prohibita Trebellianica, eſt* communis opinio, vt per Ancha.iun.quæſt.51.num.14.ſequendo Bal. in d.l. precibus. tanquam* communiter approbatam. & vbi dictum fuit Totam, Corn. conſilio 207.nume.12.volum.2.& de* communi Rolan. in tracta.de lucr.dot.q.38.in fi. & ꝙ quando dictum fuit Totam hæreditatē, quod non dicatur prohibita, latè defendit Ioan. Annib. in repetitio.l. nemo poteſt. num.250.

numero 252.& plur. ſequen.ff.de legat.2.Sed
contrà, quòd imò dicatur prohibita, quan-
do fuit dictum Totam hæreditatem, vel To-
tum patrimonium, Alba conſilio 17. nume-
ro 5. & quando fuit dictum De tota hæredi-
198 * tate, eſt * communis opinio; Alcia. conſilio
556. numero 2. & quando fuit dictum Tota
hæreditas, quòd excludatur detractio Tre-
* bellianicæ, eſt * communis, Alexan. conſilio
5. numero 14. vol.3.& eſt tex.in l.qui totam.
ff.ad Trebel. & per illum Ripa in l.centurio.
numero 150. ff.de vulga.& pupilla.& in l.de-
cem.vbi glo.ff.de fideicommiſs.liberta.Clar.
in §.teſtamentum.q.62.ad fi.

Octauum eſt exemplum, quãdo dixit teſtator,
vel alius diſponens Integram hæreditatem;
nam & hoc quoque caſu Trebellianica vide-
tur prohibita, ſecundum illam opinionem,
quam multi tenuerunt relati per Dec.conſi-
lio 495.numero 23. Alba conſil.57.in fi.& eſt
text.in l.1.§. ſolet.ff.ſi cui plus quam per leg.
Falcid.quem ſic in terminis expendit AEmi-
lian.conſil.127.numero 10.in fi.dicens,quod
iſtud verbum importat idem, quod ſine di-
minutione, ut etiam ſuprà dixi in quarto
exemplo. Idem probat poſt plures concor-
dantes, Neuiza. conſil.2. nu.9. in fi.in quar-
to fundamento. & plur. ſequen. & nume.47.
& hæc ſaltem in vltima voluntate,ut ibi latè
habetur,& nume.34. & nume.36. & idem de
verbo Integrè ſub nume.39.ad fi. & de uerbo
Integrè numero 40. in quarto fundamento.
& numero 41.loquens de uerbo Tota vel In-
tegra. idemq; firmat Bellon.conſilio 80.nu-
mero 18. Idem, quod dixi de uerbo Integra,
reſpondit Ruin.conſil.58.num.17.& ſequen.
volum.2.& iſtud verbum, Integra, quod im-
portet hunc effectum reſpondit Socin. iun.
d.conſil.170.numero 34.volum.2.& quando
fuit dictum Integram, Corn.d.conſilio 207.
numero 12.vol.2.& pro iſta opinione, quan-
do dictum fuit, Integrè, quod non veniat
quidquam diminuendum, eſt tex. in d.l. de-
cem. vbi etiam gl.ff.de fideicom.liber.& con-
cordan.per Rub. in terminis conſilio 43.nu-
mero 12. & ſequen.vbi etiam dat exemplum
de promiſſione reſtituendi integrã dotẽ, &c.
* & de * communi, quando fuit dictum Inte-
grè, uel Sine diminutione, Pariſ. conſilio 1.
numero 84.

Adhuc tamen iſto caſu, quòd uerbum Inte-
grum non operetur hunc effectum, ex men-
te Roma. & Socin. tenuit Dec. conſilio 495.
numero 23. verſicu. quia tamen plerique te-
nent contrarium, &c. & hanc partem etiam
tenuit Bellon. conſilio 65. numero tertio. &
& conſilio 67. columna ſecunda, & conſilio
66. columna ſecunda.in princip.vbi teſtatus

* Maru ff.de * communi.& pro iſta parte Ioan.
Annibal contra Crot.in l.ſi quãdo. nu. 268.
in fi.& ſeq.ff.de leg. 1.

Nonum ſit exemplum, quando dictum fuit
Plenum, adhuc illud importat prohibitam
detractionem Trebellianicæ, ut concludit
AEmilia. d. conſilio 27. numero 2.in fin. per
text. in l. fideicommiſſa. §. quanquam. ff. de
199 legat.3.† Nam iſtud verbum, aut ille ait,
idẽ importat, quod ſine diminutione,quod
quidem citra omnem dubitationem opera-
tur hunc effectum, vt ſuprà dixi in quarto
exemplo. & facit etiam tex. in l. plenum. in
princip.ff. de vſu, & habita.

In contrarium tamen videntur facere, quæ ſu-
prà diximus in tertio exemplo.

Decimum ſit exemplum in verbo Quæcunque,
vel Quodcunque, quod operetur hunc ef-
fectum, Neuiza. d. conſilio 2. numero 35. in
fi.quod operatur idem, quod verbum Totũ,
vel Integrum. Et quòd verbum Quicquid
operetur etiam prohibitionem legitimæ iu-
re naturæ, reſpondit Ruin. conſilio 58. nu-
mero 18. volumine 2. & de verbo Quidquid
Socin.conſilio trigeſimotertio, numero 16.
volumine 1.

Vndecimum exemplum eſt, vbi diſponens vſus
eſt verbo Vniuerſum, quod operetur hunc
effectum, Neuiza.d.conſi.2.num.38.

Sed contrà Soci.d.conſi.33.nu.16.vol.1.& idem
Neuiza. vbi ſuprà ſub num.39.

Duodecimum ſit exemplum, ubi dictum fuit
Sine diminutione,tunc enim imputatur hic
effectus, ut ſuprà dixi in quarto exemplo, li-
cèt Socin. iun.conſi.49.nu.16.in fi.& ſequen.
contrarium dixerit. vol. 4.

Decimumtertium ſit exemplum in filio, Cui
fuit certum quid relictum pro omni eo, &
toto, quod ipſe poſſit petere in bonis ſuis,
tunc enim ſatis dicitur prohibita Trebellia-
nica, Curt. iun.conſilio 91. numero tertio.
ſed per iſtud exemplum non valet, niſi acci-
piatur ſecundum ea, quæ dicam infrà in
ſexta concluſio.

Decimumquartum exemplum adduci poteſt,
quando dictum fuit, Liberè bona mea ha-
beat.uerbum enim,Liberè, importat, ideſt,
ſine aliqua diminutione, Iaſ. conſilio 14. co-
lumna 1. ad fin. & columna ſequen. volumi-
ne tertio. Curt. iun. conſilio ſecundo. circa
principium. Ruin. conſilio primo, colum.1.
volumine 1.

Aliud quoque exemplum adduci poteſt,quan-
200 do diſponens vſus eſt verbis geminatis:† nã
geminatio plurimùm operatur, & oſtendit
magis deliberatam intentionem diſponẽtis,
l.Balliſta.ff.ad Treb.& ita cõcludit AEmilia.
d.conſ.127.nu.10.in fi.& ſeq.loquens in caſu,

vbi fuerat dictum, Plenum, & integrum, & ad hoc adducit text. in §. ſi verò expreſſim. Authentico de hæred. & Falcid. & hunc caſum habet pro abſoluto, vbi fuit dictum Totum, & integrum, & ſimilia, Neuiza.d.conſilio 2. ſub numero 33. & numero 42. ad fin. & hoc maximè in vltimis voluntatibus: vel ſi dictum ſit Totum, & vniuerſum, vt ibi per eum, numero 38. & pro hoc etiam ſtat Bellon. conſilio 80. numero 17. vbi dictum fuit, Omnem, vel totam hæreditatem. & quando dictum fuit Totam, & integram, Clar. in §. teſtamentum. quæſt. 66. verſi. ſed nunquid, ſi teſtator vſus ſit verbis vniuerſalibus, vel æquipollentibus. vbi de * communi, Alcia. cõſilio 497. numero 2. & 4. etiam in legitima, Socin. iun. in l. centurio. numero 152. & poſt Areti. per eum citatum inter conſilia Curt. iun. conſilio 73. ad fi. & ideò ſi dictum ſit, Omnia bona pleno iure, tunc cenſetur prohibita, Gabriel. in ſuis concluſio. libro 4. titulo ad Trebellia. concluſ. quarta, nume. 2. Idem quando fuit dictum Integra, & omnia bona, per eundem Gabriel. vbi ſuprà concluſ. 5. in fin. & quando fuit dictum Tota, & integra, res eſt clara, Neuiza. conſilio 2. numero 33. ad fin. vbi etiam teſtatur de * communi.

Contrarium tamen reſpondit Caſtren. d. conſilio 28. colu. 2. in ſecunda parte. vbi dictum fuerat Omnia bona, & integra pleno iure, & poſuit eum in locum ſuum. Conſiderat enim, quòd ſi ſingula hunc effectum non operantur, non etiam eum importent ſimul iuncta. col. penul. & idem qñ fuit dictum Tota, & integra eius hęreditas, reſpondit Dec. d. conſil. 495. nume. 23. verſi. tamen quia pleriqne tenent contrarium. & ante eum Corn. conſil. 207. volum. ſecundo. loquens, vbi dictum fuit, Totum, & integrum. ſequitur Rolan. conſilio 65. numero 3. & idem quando fuit dictum, De omnibus, & ſingulis bonis, vt ſuprà tetigi in quinto exemplo, in ſecũda opinione; & ita reſpondit Socin. iun. conſil. 49. numero 16. in fi. & ſequen. volum. 4. loquens in caſu, vbi fuerat dictum Pleno iure, & ſine aliqua diminutione, & quando fuit dictum Omnia, & ſingula, reſpondit Corne. d. conſil. 207. numero 10. & plur. ſequen. vol. 2. vbi abundè hoc probat, quid importent dicta verba abſque prohibitione detractionis Trebellianicæ, vel Falcidiæ, de quo etiam ſuprà dixi in quinto exemplo.

201 Tertio principaliter quæri poteſt, † an prohibitio detractionis Trebellianicæ interdicta filijs primi gradus, extendatur etiam ad alios ſubſtitutos. Concludendum eſt à fortiori, quod ſic, ita firmat Guid. Pap. deciſ. 592. & de hac quæſtione, an Trebellianica prohibita primo hæredi cenſeatur etiam ſecundo prohibita, & è conuerſo, latè ponit Zanch. in repetit. §. cum ita. num. 455. in fi. & plur. ſequen.

202 Nam hæres † ſolùm primus ius habet detrahendi Trebellianicam, non autem fideicommiſſarius aduerſus fideicommiſſarium, declarando, an idem ſit, ſi primus hæres nõ detraxit, etiam ſi ſecundus hæres ſit primi hæredis, ut per Marzar. conſilio 10. col. 129. in fi. & dixi ſuprà quæſtio. 2. & quòd non detrahantur duæ, ſed vna tantum Trebellianica, latè per Nattam conſi. 321. numero 10. & quòd primus fideicommiſſarius non detrahat aduerſus ſecundum fideicommiſſarium, tradit etiam Zanch. in d. §. cum ità. nu. 460. & num. 453. vbi de hac quæſtione, an primus fideicommiſſarius hæres primi hæredis detrahat Trebellianicam ex perſona primi. & ideò in caſu Alexan. in l. quoties. in princ. C. de hęred. inſtitut. vbi teſtator inſtituit aliquem hæredem in quota hæreditatis, & nihilominus teſtator tacitauit eũ in certo fundo, iubens eum eſſe tacitum, & contentum tali fundo, concluditur, quòd talis dicitur hæres inſtitutus, & grauatus reſtituere dictam quotam retẽto fundo, tamen videtur, quòd poterit deducere etiam Trebellianicã: eſt enim hæres, non legatarius, ut ibi per eũ, niſi fortè adiectum fuiſſet Pro omni co. & toto, qđ poſſet petere iure Trebellianicæ. &c. vt fuit in caſu Bal. conſil. 111. in 3. parte. loquen. in vna Placentina de Lando. Sed quòd quando ſunt plures gradus fideicommiſſi, ſi primus hæres non detrahit, quòd poſſit primus fideicommiſſarius aduerſus ſecundũ detrahere, eſt glo. in l. facta fuit. quæ eſt 63. §. ſi cum ſuſpecta. in uerbo legatarios. ff. ad Trebellia. & glo. in l. ſancimus. in verbo ipſo iure. C. de fideicom. per quos ſic concludit Berengar. in l. in quartam. numero 233. ff. ad leg. Falcid. Niſi dicamus, quòd in caſu Alexan. non poteſt tractari de detractione Trebellianicæ, quia purè hæres ille grauatus eſt reſtituere, & Trebellianica ſolùm debetur grauato in diem, uel ſub conditione, de quo tamẽ infrà in 9. cõcluſi. Et ꝙ ſoli hæredi vniuerſali vniuerſaliter grauato competat onus deducendi Trebellianicam, Bal. in conſilio prædicto. & ità accipienda ſunt, quæ ſuprà dixi in 14. exemplo. & late probat Iaſ. conſil. 114. nu. 2. vol. 4. vbi cõcludit, ꝙ ius deductionis quartæ Trebellianicę tranſit ad hęredes, per l. quanquam. C. ad leg. Falcid. & ibi per Docto. & ſubdit, quòd hæres grauatus reſtituere totum, ſi totum reſtituit, cenſetur facere gratiam primo fideicommiſſario, ut

illam

illam pro ſe detrahat aduerſus ſecundum,
* per gloſſ. * communiter approbatam in l.1.
§. denique. ff. ad Trebell. & ibidem declarat
text. in dicta l. prima. §. Neratius. in dubio
autem ipſe præſumitur, quòd voluerit de-
ducere, & retinere id, quod potuit, Bal.
in l. penult.§.2.ad fi.ff.ſolutio.matrim.
Dubium tamen facit, quia videmus in legiti-
ma dubium eſſe, an ipſo iure, vel eius ſupple-
mentum debeatur filio, an verò ipſi petenti
ſolum. quamuis tex. in l.ſcimus. in princip.
C.de inoffic.teſtamen.dicat ipſo iure, tamen
in hoc ſunt opiniones, quarum vtraque cô-
munis dicitur, ità ut uix poſſit diſcerni, quæ
ſit magis communis, vt patet per Vaſqu. in
dicto tractat.ſucceſſio. in 3. parte. libro 1. §.
15. & ſequen. & in d. 3. parte. in d. l. ſcimus.
in princip.
203 De † fideicommiſſo autem reciproco, an
detrahatur Trebellianica, vide latè per Ro-
lan. à Valle. conſi.25.vol.1.
204 Trebellianica † etiam deduci poteſt de fi-
deicommiſſo concepto in donatione inter
viuos, ut per Caſtren. conſil. 28. in ſecunda
parte. ſed benè debetur ex fideicommiſſo in
donatione cauſa mortis, Imo. in l. cum pa-
ter.§.1.ff.de legat.2.per illum text.
Sed contrarium probat latè Berengar. in l. in
quartam. nume.239.ff. ad leg. Falcid. dicens
poſt concordan. per eum citatos, quòd Tre-
bellianica non deducitur de fideicommiſſo
in contractu, uel pacto dotali facto.
205 Deducitur † autem Trebellianica dunta-
xat in caſu reſtitutionis fideicômiſſi,& euen-
tus conditionis, & non aliter, vt concludit
Dec.conſilio 480. numero 14. Alba conſilio
7. numero 8.& detrahitur, ſiue fideicommiſ-
ſum ſit reſtituendum, ſiue in diem, ſiue ſub
conditione, Berengar. in l. in quartam. nu-
mero 324. & ſequen.ff.ad leg. Falcid. & in fi-
lijs primi gradus, per Bal. in l. iubemus. nu-
206 mero 6. C. ad Trebellia. † & quando legi-
tima poſſit eſſe pinguior Trebellianica, vel è
contrà, vide per eundem Berengar. vbi ſu-
prà nume. 326. & ſequen. & quòd Trebellia-
nica detrahatur ſolùm in euêtum conditio-
nis, & ſic reſtitutionis hæreditatis, vide Bal.
in l. quoniam in prioribus. in fin.C. de inof
fic. teſtamen. & dicitur eueniſſe caſus reſti-
tutionis etiam per bannum cum bonorum
confiſcatione, Alba conſi.7.
207 Detrahitur † autem Trebellianica ſolùm
de fideicommiſſo vniuerſali ad differentiam
Falcidiæ, quæ de particulari detrahitur, So-
cin.iun. conſilio 136. nume.4.volumine 1. &
etiam poſui ſuprà in 9. caſu poſt Pariſ.conſ.
17.nu. 26. volum.2.
208 Trebellianica † etiam deducitur dedu-
cta legitima debita iure naturæ, ſecundum
* * communem opinionem, Socin.iun. conſil.
132. numero 8. volum. 1. & quòd hęc quar-
ta ſit deducenda poſt deductam legitimam
ex reſiduo, idem tenet ipſe conſilio 50. nu-
mero 16. volumine 4. idem voluit Cagnol.in
l. Papinianus. §.meminiſſe. numero 19. ff.de
inoffic.teſtamen. & facit, quia grauatus re-
tinet quartam eorum, quæ reſtituere fuit
grauatus, toto titulo. ff. & C. ad Trebellia.
Berenga.in l. in quartam.num.226.ff.ad leg.
Falcid. & apertius per eundem poſt dictam
repetitionem in tertio capite in articulo de
Trebellianica numero 32. vbi concludit, quòd
eſt quarta reſidui bonorum deducta legiti-
ma, imò etiam ſecundum communem opi-
nionem deductis etiam legatis, vt per An-
char. iun.quæſt.6.& ità etiam reſpondit Bal.
conſili[illegible]2. proponitur, quòd Chriſtianus.
209 in quarta parte.† dicens,quòd filius hæres
inſtitutus, & grauatus per fideicommiſſum
reſtituere hæreditatem teſtatoris, detrahit
legitimam etiam [illegible]ictis Deo, Eccleſiæ, &
pauperibus, Tre[illegible]ica verò nequaquā.&
concludit, quòd [illegible] quatuor filij, videli-
cet vnus maſculus hæres vniuerſalis inſtitu-
tus, & tres fœminæ, legitima filij eſt quarta
pars tertię partis totius hęreditatis,quia fę-
minæ faciunt ei partem per côcurſum, cum
ipſæ habeât legitimam in dotibus ſuis, Tre-
bellianica autem eſt quarta reſidui per hæ-
redes filij deducenda, per l. iubemus. C. ad
Trebelli. ſalua hæreditate pauperibus reli-
cta, & reſiduum diuiditur inter ſubſtitutos.
& clarè idem dicit Alba conſilio 41. nume.2.
in fi. loquens in caſu, quo legitima erat ſe-
mis, quòd adhuc Trebellianica ſit quarta
reſidui, ideſt, alterius dimidiæ.
210 Quarta ſit concluſio, † quòd Trebelliani-
cam amittit, qui negat bona fuiſſe in bonis
teſtatoris, Bar.in l.fi.§.licentia.in fi.C.de iur.
deliberan. Iaſ. in l.quod re.numero 50. verſi.
item hæres, qui negat rem legatam eſſe hæ-
reditariam, &c.ff. ſi cert. peta.
211 Quintò quæri pôt, † an Trebellianica poſſit
deduci,vbi legitima reperitur eſſe ſemis pro-
pter numerum filiorum quatuor exceden-
tem, de quo in Authentica nouiſſima. C.
de inoffic. teſtamen. Et breuiter Bal. conſi-
lio 94. in ſecunda parte. reſpondit pro ne-
gatiua. ſequitur Alexan. conſil. 3. nume. 4.
volum.7. aliàs eſt 68. volum. quarto. & Dec.
conſilio 228. circa fin. quos refert Crauc.cô-
ſilio 50. in fin. conſiderans, quòd in caſu Ale-
xand. & Dec. quinque aderant filij,& tamen
ſolùm ſemis detrahitur, licèt ipſe Craueta
non audeat aliquid determinare, quia di-
cit neminem uidiſſe, qui hunc paſſum

tetigerit, & dicit controuerſiam illam fuiſſe concorditer deciſam, nulla habita ratione de d. deciſ. Bal.

Contrariam opinionem, quòd imò adhuc poſſit detrahi Trebellianica, tenuit Oldra. conſ. 171. in fi. Curt. ſen. apertè conſil. 59. nu. 25. & conſ. 75. num. 4. in fi. quem refert, & ſequitur Alba conſil. 40. nu. 2. & ante eos Cagnol. in l. Papinianus. §. 4. nu. 19. ff. de inoffic. teſta. & vltra dictas auctoritates refert etiam Aug. in conſ. 287. col. 2. & licèt ipſe Marza. in fi. relinquat articulum tanquam dubium, & nouũ irreſolutum, ſentit tñ pro iſta parte contra Bal. & idem tenet q. 51. & ſic ex iſtis auctoritatibus patet hanc partem eſſe magis ** cõmunem, quia eam tenuit Oldra. Aug. Curt. ſen. Cagno. Alba, & Marza.

212 Sextò quæritur, † de quibus relictis detrahi debeat Trebellianica, & breuiter, vt etiam ſuprà tetigi, conſtat, non poſſe detrahi, niſi de fideicommiſſo vniuerſali, nõ etiam de particularibus relictis, ſecundum * communem opinionem, de qua per Docto. maximè Bar. & alios in [illegible] ſeruum. §. fin. ff. de lega. 2. & de * communi Pariſ. conſil. 43. num. 45. vol. 3.

Sed punctus ſtat, quando fideicommiſſum dicatur vniuerſale, vel non. Et breuiter concludendo, hoc totum pendet à voluntate teſtatoris, l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Treb. & probat Pariſ. d. conſi. 43. num. 43. & plur. ſeq. vol. 3. & ibi addit conſtare de voluntate ex pluribus. Et primò, ſi dixit De omnibus bonis, item ſi hæredibus dedit ſubſtitutum abſolutè, & ſimil. & pariter ſi nihil penes hæredem remanet vltra bona reſtitutioni ſubiecta, ut ibi per eum nu. 60. & ſequen. quia. ſ. in bonis particulariter enumeratis conſiſtebat totũ patrimonium teſtatoris.

Pro habenda autem pleniore intelligentia, hic cadunt plures conſiderationes. quarum prima eſt, an deductiones huiuſmodi poſſint fieri per hæredem etiam non confecto inuentario.

Secunda eſt, an in deductione huiuſmodi imputari debeant fructus percepti medio tempore.

Tertia eſt, an in facienda huiuſmodi deductione debeant tot bona hæreditaria teſtatoris deduci ad valorem temporis mortis teſtatoris, an verò ad tempus reſtitutionis fideicommiſſi.

Quarta eſt conſideratio, quid dicendum in deductione legatorum in quantitate conſiſtentium, vel æris alieni ipſius teſtatoris ſoluti per hæredem.

De prima etiam non confecto inuentario, Docto. maximè Dec. in l. debitori. colum. 1. C. de pact. Alciat. conſil. 572. arbitror. in fin. Port. conſi. 92. num. 93. & ſequenti.

Secunda probatur ex communi, quòd non cõprehendantur fructus, Marzar. conſi. 23. col. 1. & per totum, Menoch. conſi. 183. nu. 38. & plur. ſequen. vol. 2.

Tertia pro deductione in tot bonis hæreditarijs, quòd facta cenſeatur ipſo iure ſtatim mortuo teſtatore, ſtat Socin. iun. conſi. 170. nu. 6. ad finem, & ſequenti. vol. 2. Port. d. conſil. 92. num. 94. in fin. Alciat. dicto conſil. 572. in fin. quos refert, & ſequitur Menoch. cõſil. 183. nume. 34. in fin. & ſequen. [illegible] 2. vbi etiam citat Marzar. vbi ſuprà, qui tamen hoc non tangit.

Mouẽtur iſti patres per tex. in l. quod de bonis. §. fructus. ff. ad leg. Falcid. vbi habetur, quòd hæredi Falcidia debebitur vnà cum fructibus à die obitus teſtatoris, ergo idem dicendum eſt in his deductionibus, ita Socin. i[n] [illegible] vbi ſuprà.

Secundo mouentur per deciſionem Caſtren. in l. peculiũ. la 2. in prin. ff. de peculio. alias eſt l. ſed ſi damnum. §. 1. vbi inquit, quòd ſi teſtator inſtituta vxore grauat eam ad reſtituendũ bona ſua omnia vnà cum fructibus poſt mortem ſuam, in reſtitutione bonorum huiuſmodi ipſa poteſt deducere dotem ſuam vnà cum fructibus à morte mariti citrà perceptis ex tot bonis ipſius, quot importat eius dos, quia ſuccedẽdo marito dicitur, ſeu fingitur ſibi ipſi ſoluiſſe, per Bar. ibi concludentem, quòd creditor ſuccedendo debitori dicitur ſibi ſoluiſſe creditum ſuum in omnibus bonis debitoris, quia vt idem Bar. ait in l. ſi ei, cui. §. 1. ff. de euict. ſucceſſio habet vim ſolutionis, & exactionis factæ in iudicio.

Tertiò ad idem facit, quod dicitur de legitima debita iure naturæ filio, quòd debetur ei à morte patris vnà cũ fructibus, vt ſuprà diximus, ità concludit Alciat. vbi ſupra.

Veruntamen hæc concluſio, quamuis propter auctoritatem ſcribentium quandoq; ſecundum eam conſuluerim, in puncto iuris mihi videtur dubia duplici ratione. Altera eſt, quia creditor ſuccedendo debitori, vel è conuerſo confunditur actio, ſecundum Bal. in l. ſi ei, cui. ſiue magis extinguitur, quia actio, & paſſio nõ poſſunt in eodem ſubiecto ſtare, dicta l. de iure. ità vt non poſſit cognoſci creditum à [illegible]to, dicta l. debitori. C. de pact. quomodo ergò poteſt dici creditorem ſibi ſoluiſſe, ſi non poteſt conſtare amplius de credito ſuo, nec de eo poſſit demonſtrari corpus, in quo magis, quam in alio ſibi ſatisfecerit, & hoc non ſolum ad effectum agendi, quia, vt dixi, actio extincta eſt, ſed etiam ad effectum retinendi.

Secunda

Secūda eſt ratio, quia res incerta ratione loci,
& quotæ poſſideri nō poteſt, l. 3. ff. de acqui.
poſſeſ. ſed ſic eſt, ꝙ creditor ſuccedendo de-
bitori pro quātitate ſibi debita non poteſt
conſtare, ꝙ poſſederit vnam rem magis, ꝗ
aliam, ergò nec etiam potuit effici dominus
illius, & fructuum, l. traditionibus. ff. de pac.

Et dicere ſecundum Bart. ꝙ ſibi ſatisfecerit in
omnibus bonis debitoris, hoc eſt impoſſi-
bile de iure, ſi creditum erat modicum, &
hæreditas erat opulenta.

Præterea in d. l. peculium. in quæſtione for-
mata per C[illegible] d debuiſſet vxor reſtitue-
re, quæ omnia bona ſibi ipſi ſoluerat, & ta-
men Caſt. admittit vxorem ſolum creditum
ſuum vnà cū fructibus poſſe retinere; & be-
nè, quia reſiduum cum fructibus citra om-
nem dubietatē reſtituere tenetur, l. 3. §. mu-
lier. ff. de dot. prælegat. verſi. reſiduum verò,
quod præterea illi relictum eſt, &c. & probat
poſt Roma. per eum citatum Alciat. vbi ſu-
pra, ergo dubia videtur concluſio Bart. ꝙ in
omnibus bonis ſolutio facta dicatur.

Niſi dicamus eū loqui in caſu, quo nulla erat
reſtitutio facienda, quo caſu non facit pro
Caſtr. & ſequacibus.

Et quod attinet ad priores duas rationes faci-
lis eſt reſponſio, quia illæ quartæ ſunt certæ
ratione quotæ ex diſpoſitione legis, nimirū
ſi ſtatim mortuo teſtatore detrahitur vnà
cum fructibus, quia debitæ ſunt filio, & hæ-
redi reſpectiuè, inſpecta autē Caſt. & ſequa-
cium auctoritate non facilè ab eorum con-
cluſione eſſet recedendum.

Quò verò ad quartam cōſiderationem, idem
quoq;, vt ſuprà fuit concluſum in præcedēti
conſideratione, videtur dicendum, vt ſuprà
ab ipſo tempore ſoluti æris alieni ſolutio
facta quoq; dicatur in totidem bonis ipſius
teſtatoris, quia ex benignitate hæredis, qui
ſoluit æs alienum de proprio factum eſt, vt
non fuerint vendita bona hæreditaria, quæ
vendi poterant, l. filiusfamilias, §. diui. ff. de
legat. 1. & ibi * omnes notant, ergò hoc non
debet ei eſſe damnoſum. & ità ſignanter re-
ſpondit Socin. iun. conſi. 109. num. 19. & ſeq.
vol. 1. quem refert, & ſequitur Menoch. dicto
conſi. 183. nu. 37. verſic. quantum autem at-
tinet ad credita, &c. vol. 2.

Sed ego eorum ſententiæ longè minus poſſum
me ſubſcribere per ſuprà adducta, & quia
eorum fundamētum, ni fallor, minimè ſub-
ſiſtit. etenim dicere, ꝙ ex quo hæres ſoluēdo
æs alienū teſtatoris de ſuo, fuit in cauſa, ne
tot de bonis hæreditarijs venderentur, ergò
intelligi debent eis vendita, vel inſolutum
data, conſequentia non probatur iure, ra-
tione, vel auctoritate: quia videmus in eo,
qui ſoluit debitum meum poteſt ſolùm ſo-
lutum repetere, vt legitur in l. ſi pupilli. §. itē
quæritur. & §. ſequenti. ff. de negot. geſt. & ibi
* omnes not. & per totum. vel ſi poſſidet bo-
na mea, datur ei retentio pro tantundem, l.
ſi quid poſſidere. in princ. & ibi Alber. nu. 2.
ff. de petitio. hæredia. vnde ſatis ei eſſe debet,
ſi in præſenti ſpecie ſoluenti ſatisfiat de eo,
quod ſoluit, nec prætendere poteſt intereſſe
aliquod poſtquam debitorem ſiue fideicō-
miſſarium nō interpellauit, l. acceptam. ibi
Bald. & alij. C. de vſur.

Supereſt modò vltima deductionis ſpecies, quę
reſpicit impenſas, & melioramēta facta per
grauatum, vel eius auctorem. in quo breuis
213 ero. Etenim duæ † principales ſpecies con-
ſtituendæ ſunt meliorationum. Altera, quæ
extra rem ipſam eſt, de qua quæritur, pro-
pter eam tamen, & ſeu eius contemplatione
eſt. Altera, quæ eſt in ipſa re.

Circa primam melioramenta, ſeu impenſa cir-
ca rem, ſeu propter eam ſunt plura. Quorū
plura etiam poſſunt adduci exempla.
214 Primum ſit, † verbi gratia, ſi res erat alicui
oneri ſubiecta & obnoxia, & fuit per graua-
tū fideicommiſſo liberata. Certè non video,
quare huiuſmodi melioratio non ſit ſoluē-
da per fideicommiſſarium, cuius propterea
vtile negotium geſtū eſt, & ità in ſpecie Ber-
tazol. in ciuilibus reſpondit, qui concord.
citat conſi. 107. in fi.
215 Secundum ſit exemplum † in impenſa fa-
cta in recuperādo bona ipſa fideicommiſſo
ſubiecta, quæ erant per tertium occupata.
hæc enim pariter, vt puto, vitari non poteſt
per fideicommiſſarium, vt reſpōdit Ioan. de
Ana. conſ. 32. loquens in eo, qui multas fecit
expenſas in recuperādo caſtro alieno, quod
nō tenetur illud domino reſtituere, niſi ſibi
prius refuſis expenſis, & eum referr, & ſequi-
tur Iaſ. in l. ſi non ſorteni. §. ſi centum. ad fin.
ff. de condit. indebi.
216 Tertium ſit exemplum † in expenſis factis
propter rem, in eam manutenendo, puta, in
defendendo à moleſtationibus, vel in arcen-
do ab ea impetū alicuius fluminis, & ſimil.
hæc enim impenſa vtilis ſatis, ſuperq; dici
poteſt, in l. 1. §. 1. ff. de flumi. & per conſequēs
nō poteſt recuſari ſolui. Et facit, quod ſcitè
217 à ſapiente dictum eſt, † ꝙ Non minor eſt
virtus, quàm quærere parta tueri.
218 Quartum ſit exemplum † in impēſa facta
in cuſtodia rei, puta, ſi eſſet aliquod fortali-
cium, vel turris, & huiuſmodi, vt concludit
Bal. in l. 1. num. 9. C. de fruct. & lit. expenſ. &
omnes iſtæ expenſæ deducuntur tanquam
neceſſariæ, vt firmat Alex. conſi. 168. col. fin.
219 nu. 8. vol. 2. † loquens in terminis expenſa-
rum

tum factarum per vnum ex cõſortibus pro
recuperando caſtro communi de manibus
eius, qui illud occupauerat, ꝙ debeãtur pro
rata per alios conſortes. Imo ſi odio, & cul-
pa aliorum fuit amiſſum caſtrum, & odium
fuit rationabile, vel ſi irrationabile, tamen
peccarunt illi in cuſtodiendo diligenter ca-
ſtrum, tunc adhuc iſtis duobus caſibus po-
teſtis, qui non peccauit, & ſuis impenſis re-
cuperauit, impenſam petere ab alijs, vt ibi ꝑ
eum. ſic & impenſæ factæ per hæredem in re
alteri ſub conditione legata, in ea recuperã-
da debentur, Imo. in l. domos. in princi. ff. de
legat. 1. conſ. 20. col. fi. vol. 5. loquens propriè
in expẽſis factis in recuperãdo caſtro, quod
niſi fuiſſet recuperatum aduerſarius auctor
amiſſionis potuiſſet in ſolidum conuenire
etiam ad damna, & incõmoda, l. cum duo-
bus. §. damna. ff. pro ſocio. Bal. in conſ. 8. erãt
quinq; nobiles conſortes cuiuſdam fortiſſi-
mæ arcis. in 3. parte. & de caſtro hoſtiliter
ablato odio vnius ex conſortibus, vel ex eo,
ꝙ ipſe minus diligenter cuſtodiuit caſtrum,
ꝙ is teneatur cæteris ad omnia dãna, & ex-
penſas factas in recuperatione, firmat Alex.
conſi. 170. col. fi. vol. 1. idem firmat Bal. cõſi.
234. factum, ſuper quo conſilium petitur. in
fi. in d. 2. par. ꝙ ſi propter culpam vnius ſocij
alter damnificaretur, omne dãnum ſocius
læſus recuperat à culpabili, per text. in l. ſi vt
certo. §. ſed vbi. ff. commoda. Idẽ firmat Iaſ.
in l. diuortio. §. interdum. nu. 4. ff. ſolu. mat.
vbi concludit, quòd ſi aliquis fecit impen-
ſam pro recuperando caſtro aliquibus no-
bilibus, nõ tenetur illud reſtituere, niſi prius
illis ſibi refectis, quas illi tenebantur facere,
& feciſſent, ſi recuperare voluiſſent, & dicun
tur neceſſariæ, vt ille ait, per Io. de Ana. conſ.
32. in fi. licèt aliàs malè eum alleget per con-
trarium, ſicq; eum ſequatur in l. ſi nõ ſortẽ.
§. ſi centum. col. fin. ff. de condi. indebi. prout
etiam animaduertit Rui. conſ. 100. in fi. vol.
4. & aliàs etiam reſpondi. & loquitur Ruin.
in d. conſ. de expenſis factis in expugnando,
& recuperando caſtrum commune, & illud
defendendo per vnum ex conſortibus, ꝙ nõ
teneatur illud reſtituere, niſi prius ſolutis
220 impenſis. Quamuis enim † feudum occu-
patum per tyrannum, & recuperatum per
vnum ex inueſtitis debeatur omnibus, Ca-
ſtren. conſ. 176. videtur dicendum D. Mariã.
in fi. in 1. par. tamen expenſæ factæ per eum
221 in recuperatione reſtitui debent. & ꝙ † ex-
penſæ factæ in recuperatione rei dicantur
neceſſariæ, eſt glo. aperta in l. 1. §. inter neceſ-
ſarias. in verbo proiectas. ff. de impẽſ. in reb.
dotali. factis. quam ibi not. Ange. in princip.
222 Quod ſi caſtrum † non fuiſſet recupera-
tum, magis dubium eſſet, ſecundum Bal. in
d. conſi. 8. erant quinque nobiles conſortes
cuiuſdam fortiſſimæ turris. in 1. par. vbi lo-
quitur de duobus cõſortibus ex quinq; ex-
pulſis per alios, & tertio nõ admiſſo per eos:
ꝙ ſi illi duo fecerunt magnam impenſam, vt
recuperarent turrim, quam recuperare non
potuerunt, non obligãt tertium, ſi negotiũ
fuit temerè inchoatum, quod apparet, quia
turris erat inexpugnabilis; magis temerè
proſequutum, quia per viam armorum, &
infeliciter deſtitutum, quia nihil actũ fuit.
223 † debet enim, vt ille ait, qui negotium ali-
quod aggreditur animaduertere, ꝙ ſit poſ-
ſibile, ꝙ ſit vtile, & quòd non ſit nimis one-
roſum alteri.
224 Conſiderandum tamẽ eſt, † ꝙ ità demum
expenſæ in re cõi per vnum ex ſocijs debent
per alios reſtitui, dummodò tamẽ contem-
platione aliorum factæ ſint, nõ autem ſi fa-
225 ciens aliàs erat facturus: † & in dubio non
præſumitur feciſſe cõtemplatione aliorum,
ſi ad expendentem principaliter res pertine-
bat, & modicum ad alios, vt reſpõdit Alciat.
conſi. 230. num. 6. Qua ratione videmus res
ſubiectas reſtitutioni fideicommiſſariæ ex
cauſa neceſſaria, fideicommittentem, vel res
ipſas tangentem alienari poſſe irreuocabili-
ter, l. ſi fundum per fideicommiſſum. in prin.
ff. de leg. 1. Authen. res quę. C. communia de
lega. & l. Marcellus. §. res, quæ. ff. ad Treb. dũ-
226 modo alienatio fiat ſine culpa, † id eſt, ꝙ
prius res ſteriles, & quæ ſeruando ſeruari nõ
poſſunt alienentur, Ang. in tract. de teſtam.
gloſ. 86. nu. 10. in prin. & ẽt ex cauſa neceſſa-
ria ipſum hęredẽ reſpiciẽte, putà, æris ꝓprij
ſoluendi gratia, ſed reuocabiliter, reſpectu
eius, cui fieri debet reſtitutio, l. peto. §. 1. ff. de
lega. 2. l. fi. §. ſin autem ſub conditione. C. cõ-
mun. de lega. & Ange. vbi ſuprà. Et prædicta
confirmat Ang. per glo. ibi in l. 1. §. inter ne-
ceſſarias. ff. de impenſ. in reb. dotali. fact. in
227 prin. dicens, † ꝙ omnes ſumptus, qui fiunt
in munitionibus inſtrumentorũ fortalitio-
rum dicuntur ſumptus neceſſarij, & ideò re-
petuntur, ſi ad perpetuam fortalitij vtilita-
tem facti ſunt, ex eo, ꝙ ipſa munitio erat ꝑ-
petua, puta, bombardæ, & ſimilia. Imò etiã
ſi nõ erat perpetuò duratura, putà, ſi ſit mu
nitio victualium, per quæ in vno pũcto for-
talitium defenſatum, perpetuò cõſeruatur,
vt ille ait, per tex. in l. omnes iudices. C. de fe-
rijs. & ibi reprobat Bar. qui aliter ſentire vi-
detur in l. cum quæreretur. §. fi. ff. de leg. 3. dũ
228 concludit, † ꝙ expenſæ factæ cauſa cuſto-
diæ, putà, in tenendo homines ad cuſtodiam
caſtri, non dicuntur fieri gratia quęrendorũ
fructuum, proptereà non debentur impen-
denti:

denti: quoniã imò ſumptus,qui fiunt in cuſtodiendo, dicuntur fieri gratia fructuum, ſecundum Bal.in l.1.ad fi.nu.25. C. de fruct. & lit.expẽſ.p l.ſi itá. §.villæ. ff. de fundo iuſtr. leg.1.& Bar.in l.fi.quoniam iure debentur vt tales,in l.fi.ff.de impẽ.in reb.dotal.factis. dicens, ꝙ expenſæ,quæ fiunt ad temporalẽ rei cuſtodiam, non repetũtur:& infert ad duo, videlicet,ꝙ expẽſæ factæ per maritum in cuſtodia caſtri dotalis non repetantur, nec ſi aliquis detineat caſtrum alienũ, & in eo cuſtodiendo impendit,impenſas repetit,ſed cũ fructibus compenſat, quĩ ſunt tãquam impenſæ factæ gratia quærẽdorum fructuum, quæ debent deduci per quemcunq; eas facientem,etiam ſi ſit malæ fidei poſſeſſor, niſi excedat fructus perceptos, quia aliàs nõ repetũtur,ſi ſunt maiores, vt infrà dicemus in 3.dubio.& ſic Bar.loquitur circa hoc, an expenſæ factæ in caſtro rei, dicãtur fieri gratia fructuum,quia in primo loco tenet,ꝙ nõ,in d.autem l.fi.tenet,ꝙ ſic,& ità non põt ſaluari iudicio meo. Nec placet cõciliatio Doct. qui intelligũt Bart.in d.l.cùm quæreretur.ꝙ loquatur de temporali cuſtodia, in d. autẽ l.fi.de perpetua. quoniam iſta eſt mera diuinatio. In eo autẽ, quod dicit circa tales impenſas, ꝙ non repetuntur p eũ, qui pignori accepit caſtrum,prout loquitur in d. l.cùm quæreretur.nec per maritum circa caſtrum dotale,prout ipſe loquitur in d.l.fin.per aliũ autem detinentem caſtrum alienum,ſi factę ſint, ꝙ debeãt compẽſari cum fructibus,nec repetantur in eo, quod excedant fructus perceptos: oportet omninò intelligere Bar. loqui de expenſis factis ad temporalem vtilitatem,ſecùs ſi ſint perpetuæ, quia tunc indiſtinctè debentur, vt diximus ſuprà. Itẽ dum Bar.in locis prædictis facit differẽtiam inter eum, qui tenebat caſtrum alienũ nullo titulo, ꝙ compenſet expenſas factas in cuſtodia cum fructibus perceptis,& inter maritum, & eum, qui pignori accepit caſtrum, quia iſti non repetunt tales expenſas, pariter intelligi debet de expẽſis ad temporalem cuſtodiam,ratione prædicta. Et differentia inter iſtos caſus ſtat i hoc,quia iſti, videlicet maritus,& is, q pignori accepit, tenetur ex natura contractus ad cuſtodiam,ille autem tertius nõ tenetur,nimirùm ſi poteſt eas petere, & compenſare cum fructibus, vt infrà dicemus paulò poſt.& hoc modo intelligendo Bar.oportet dicere, ꝙ iſtæ expenſę neceſſariæ, in cuſtodia caſtri non repetuntur per eos,qui ad cuſtodiam tenẽtur, & fructus p-
129 cipiunt pro tempore, † niſi vt ait Ang. tales expenſę fuerint vltra ſolitum propter aliquam neceſſitatem belli, vel ſuſpicionis, quæ ſcilicet vnico momento defenſum ſit caſtrũ: & probat Cuma.conſ.19.in fi.dicens, ꝙ maritus tunc etiã repetit tales impenſas factas pro ipſa defenſione,dicens, ꝙ ità ſimpliciter voluit Bar.in d.l.cũ quæreretur.§.fi.ff.de leg. 3.ſed,ut dixi,Bar.imò ibi ſibiipſi cõtradicit, vel nihil de hoc tangit in marito,nec de talibus expenſis perpetuæ cuſtodiæ. allegat etiã. Ang.in d.l.diuortio.§.fi. ff. ſolut.mat. qui tũ ſimpliciter loquitur de ſumptibus in genere factis per maritum, & quemlibet aliũ in cuſtodia caſtri,ꝙ poſſint repeti, & ꝙ debeãtur. & Ang.ſequitur Imo.& Alex.in d.l.ſumptus. quam legit cum l.domos.in fin.ff.de legat.1. eandem ſententiam tenet Roma.ſing.132.& in d.l.diuortio.§.interdũ.in princ.vbi apertè damnat Bart.in d.l.cùm quęreretur.dicens, concluſionem Bart.eſſe falſiſſimam,& miratur de eo, ꝙ velit impẽſas factas pro cultura deberi,non autem factas pro cuſtodia.quoniam imò etiã malę fidei poſſeſſor deducit impenſas factas gratia quęrendorum,& cõſeruandorum fructuum,l.ſi à patre §.fi.ff.de petit. hęred. & tales impenſę ſunt huiuſmodi,ergo,&c. & licèt tex.in d.l. cũ quęreretur. §.prędijs. dicat; ꝙ ea, quę pertinẽt ad cuſtodiam fundi,non dicantur, pertinere ad culturam,tamen ſufficit, ꝙ pertineant ad acquiſitionem,vel cõſeruationem,& Roma.ibidẽ ſequitur deciſionem Ang.ſuprà d.cum d.diſtinctione, quoad maritum, & Caſtr.in l.ſi à patre,vel domino.§.fi.nu.2. ff.de peti. hęred. cum Ang.tamen tranſit etiam Iaſ.in d. l. diuortio.§.impendia.qui eſt §.fi.nu.8. ff. ſolut. matr.vbi concludit, ꝙ expenſę factę pro cuſtodia perpetua caſtri,putà in emptione ſeruorum,ut perpetuò cuſtodiant caſtrum,vel in munitionibus caſtri,putà,in machinis,dicuntur neceſſarię, & debentur impendenti: additq; ibi nu. 4. ꝙ ſi aliqui nobiles habent caſtrum commune cum quadam Dña,& illi fecerunt impẽſam pro cuſtodia dicti caſtri, ꝙ etiam ipſa domina tenetur contribuere, per Ang.d.conſi.quędam dña.cum plu.concord.de quibus per eum. Idem tenet ẽt Bal. in l.1.nu.9.verſi.quęro nunquid expenſę cauſa cuſtodię deducantur.C.de fruct.& liti.expenſ.ubi concludit, ꝙ expẽſę cauſa cuſtodię factę deducũtur, & ſic earum ratio habetur duobus concurrentibus.Primò,ꝙ petitoris interfuerit tales expenſas fieri, ſcilicet cauſa rei cuſtodiendę,putà,caſtri, uel cuſtodiẽdorum fructuum. Secundo, ꝙ non ad ęmulationem,& pręiudicium creditoris factę ſint. Idem firmat Saly.ibi nu,4.verſi.ſed dubitatũ fuit pridie. dicẽs, ꝙ impenſę factę gratia cuſtodiendi caſtrum, quod reſtituendum eſt, imputari debent petitori,quatenus eius intereſt,

tereſt, alias ex ſuperabundāti factæ non ve-
niunt reſtituendæ,nec imputādæ,per l.ſi ità.
§.fi.ff.de fund. inſtruc. lega. ne petitor coga-
tur petitioné ſuam deſerere, contra l.in fun-
do.ff.de rei vēdica. & Bal.cōſ.303.ad euiden-
tiam præmittendum eſt, ꝙ creditor. col. 1.
verſi.2.præmittendū eſt.in 1. par. vbi cōclu-
dit, ꝙ expēſæ factæ per creditorem in cuſto-
dia pignoratæ arcis,putà, in militibus poſi-
tis ad cuſtodiam,quibus ſingulo mēſe quin-
quaginta floreni ſoluebātur, reficiēdæ ſunt,
quia cauſa defendēdi arcem ab incurſu ho-
ſtium factæ ſunt,& non debet dominus rem
defenſatam ab hoſtibus ſic recuperare, quo
minus impēſam ſoluat, quoniam fuit vtilis
impenſa,& neceſſaria, quæ conſeruauit rem
in eſſe ſimilis impenſæ factæ pro cōſernatio-
ne rei, de qua infrà dicemus, & hoc proba-
tur per tex.in l.ſi neceſſarias.§.fi.ff.de pigno.
acti.& d.l.ſi ità.§.fi.ff.de fundo inſtruct.lega.
& refert ibi,ꝙ Ang.ità etiam conſuluit.& eſt
verum,ꝙ conſuluit conſ.149.quædā Dña, &
quædam nobiles habebant cōe palatium. &
loquitur Bal.in re pignori data, ſeu vendita
cum pacto, ꝙ poſt certum tempus ad Dñm
reuerteretur. Nec refert, vt Bal.ait, quod fa-
cti neceſſitas defendendi,& illa defenſio fue-
rit tranſitoria; poſtquam effectus illius eſt
perpetuus, propterea huiuſmodi impenſa
non deſinit dici, & eſſe facta ad perpetuā rei
exiſtentiam,vt ibi per eum ēt nu.2.in fine.

Et ꝙ huiuſmodi impēſæ factæ gratia cuſtodiæ
rei dicantur neceſſariæ, firmat Cuma. conſ.
19.col.3.ad fi.vbi loquitur in impenſa cauſa
cuſtodiæ facta per creditorem in caſtro pi-
gnori accepto,ꝙ dicatur neceſſaria, ubi cu-
ſtodia eſt quotidiana, & ordinaria; ꝙ ſi for-
ſan ex cauſa belli, vel ratione alterius ſuſpi-
cionis expenſa cuſtodiæ creuiſſet, tunc con-
cludit, ꝙ ēt dicatur facta ad perpetuam rei
vtilitatem,vt ſuprà dixi, & ꝙ ità etiā loquun
tur Imo.& Alex.in d.l.domos.in fi.ff.de leg.1.
vbi ſequendo Angelum,concludunt, ꝙ illa
impenſa,quæ concernit cuſtodiam,& cōſer-
uationem temporalem,non debetur illis, q
tenebātur ad cuſtodiam, ſecùs ſi eſſet ad p-
petuam cuſtodiam, & conſeruationem rei,
quia tūc affert commodum domino, etiam
poſt factam reſtitutionem,l.pen.vbi gl. ff. de
impēſ.in reb.dotal.fact.vbi tex.ille loquitur,
ꝙ marit' tueri debet res dotales ſumptibus
ſuis,quia intelligi debet de cuſtodia tempo-
rali,non autem de perpetua, vt etiam decla-
rat ibi glo.& Ang.in l.diuortio.§.fin.qui pro
contradicente adducitur per Iaſ.in d.l.ſum-
ptus.nu.6. ff.de leg.1. intelligi debet in ſum-
ptibus cuſtodiæ tēporalis, poſtquàm refert
eandem contingentiam facti ibidem, quam
retulit in d.l.ſumptus. & ità ī effectu eſt cōis
diſtinctio,prout refert, & ſequitur Iaſ. vbi s̄
230 nu. 21. † vbi appellat cuſtodiam perpetuā
emptionem ſeruorum ad perpetuam cuſto-
diam caſtri, item impēſam factam in muni-
tionibus caſtri, putà in machinis,vel tormē-
tis,per d.l.§.inter neceſſarias.dum exemplifi-
cat in munitionibus,& ſic concludit Iaſ.qđ
tales impenſæ dicuntur neceſſariæ,& perpe-
tuæ,quia, vt dixi, afferunt domino vtilitatē
etiam poſt reſtitutionem. Idem etiam ſentit
Io.Fab.in l.1.nu.2.& ſeq. C. de rei vxo. actio.
dicens, ꝙ maritus non repetit impenſas fa-
ctas ad tempus pro habendis vberioribus
fructibus,ſecùs autem ſi impendit pro utili-
tate rei perpetua, & loquitur de impēſis ne-
ceſſarijs:quod & firmat Caſtrē.in conſi.270.
viſo puncto ſuprascripto.col.fi.verſi.nec ob-
ſtat prædictis.in 2.par.dicens, ꝙ maritus re-
cuperat impenſas factas ad perpetuam vti-
litatem rei dotalis,per d.l.diuortio. in fin.ff.
ſolut. matri. ſicut in emphyteota,ut ille ait.
Nec obſtat,ꝙ iſti percipiāt fructus,& ſentiāt
cōmodum ex huiuſmodi meliorationibus,
& rebus ſubiectis reſtitutioni, quoniā ſatis
eſt, ꝙ differant impenſas recuperare vſq; ad
ſolutum matrimonium,vel finitam emphy-
teoſim,vel locationem, ideò debeāt interim
in recompenſationem fructibus gaudere, &
eos lucrari,vt ibi per eum,per ea, quæ ponit
Ang.in l.ſumptus.ff.de leg. 1. ubi concludit,
231 † ꝙ ſi quis ex natura contractus, uel alicu-
ius obligationis tenetur ad cuſtodiā rei, tūc
impenſas, quas facit in cuſtodiendo, nō re-
petit, exēplo hæredis, qui tenetur ad cuſto-
diam rei legatę uſq; ad tempus reſtitutionis
fiendæ,& in marito,qui tenetur ad cuſtodiā
rei dotalis,ut ille ait,& huiuſmodi;nimirùm
itaq; ſi Bart.in d.l.fi.in princ.ff.de impenſ.in
reb.dotal.fact.concludit, ꝙ maritus non re-
petit impenſas factas in cuſtodiendo caſtrū
dotale, idem etiam dicendum eſſe in credi-
tore circa expenſas in cuſtodiendo pignus,
tenetur enim ex natura contractus ad eius
cuſtodiam,l.ſicut vim.C.de pigno. §.fi. Inſti.
quib.mod.re contrahi.obligatio.quod Bar.
placuit in d.l.cū quęreretur.§.fin. ff.de leg.3.
dū dicit,ꝙ creditores,qui pignori recipiunt
caſtra,& fortalitia,impēſas, quas faciunt in
cuſtodia ipſorum,non repetunt.Et hęc qui-
dem vera ſunt, ut diximus, quoad expenſas
factas per hęredem,vel maritum,dummodò
non ſint perpetuę, quia tunc haberet repe-
* tere,l.domos.ff.de lega.1. vbi etiam * omnes
not. ꝙ expēſę factę in recuperatione domus
ſub conditione legatę repetuntur per hęre-
dem reficientem ab ipſo legatario, cōditio-
nę eueniente,& Rui.conſ.165.nu.5.vol.4. ad
differen-

differentiam ſumptuum factorum in cuſto-
dia tpali rei legatæ, de quibus in d. l. ſum-
ptus.ſm vnam lecturam, vt ibi Angel. & alij
animaduertunt poſt glo.quamuis Soci.cōſ.
26.nu.3.ad fi.vol.1. intelligat hæredem poſſe
quaſcunq; expenſas petere,ſed malè.
Secus aūt videtur dicendū,quò ad expenſas fa-
ctas in re legata per legatarium, antequam
eueniret cōditio, ſub qua fuit legatum reli-
ctū,tunc enim eas non repetit, d. l.ſumptus.
& Soci.conſi.26.nu.3.in fi.vol.1.
Durum tamē videtur, ꝙ iſto caſu creditor im-
penſas non repetat, duabus rationibus.
232 Prima eſt, quia † contractus pignoris eſt
cōtractus,qui fit gratia debitoris, vt eò ma-
gis pecunia ei credatur, & etiam creditoris,
quò magis ei in tuto ſit creditū ſuum, vt di-
cit tex.in d.§.fin.cū ergò gratia vtriuſq; fiat,
cur eſt,ꝙ dicamus impēſam cuſtodiæ huiuſ-
modi reputari ſoli creditori, contra legem,
233 quę vult, † ꝙ onꝰ impenſæ in cōſeruatione
rei pertineat ad dñm,l.diuortio. §. impēdia.
ff.ſolut.matrim.l.omnium. C.de ope. pub.
234 Secūda eſt ratio,quia oibus notum eſt,† ꝙ
ad eum pertinent onera impēſarum, ad quē
fructus,& commoda rei pertinent, l.3. ff. de
impēſ.in reb. dotal. fact. & clarius in l. neq;.
235 ff.de impenſ.in reb.dotal.fact.† ſed ſic eſt,ꝙ
fructus pignoris ſunt debitoris, eiuſdemq;
dñi,l.pactus.§.1.ff.de pigno.l.1.& 2. C. de pi-
gnorati.actio.cum concordā. de quibus per
Alex.coſi.121.nu.2.vol.4 vbi apparet,ꝙ fru-
ctus perceptos computat in ſortē, ergo, &c.
Nimirum igitur ſi ad hæredem etiam pen-
dente cōditione onus impēſæ in cuſtodien-
da re legata pertinet, quoniam etiā fructus
ad eum pertinent,d.l.ſumptus.& l. Licinius.
in princ.ff.de lega.2.cū ſimili. & probat Rip.
in terminis in l.vbi purè.§.fi.col.1. ff. ad Tre-
bellia. & ad maritum onus cuſtodiæ rei do-
talis,cum fructus quoq; illius ſint, d. l. neq.
& d. §. impendia. & etiam res ipſa dotalis ſit
ſua, l. ancilla. C. de furt.& pro iſta parte cō-
ſuluit Bal.in d.conſi.303.in d.1.part.de quo
ſuprà memini. Et quamnis in d.l.ſicut.& in
d.§.fin.Inſti.quib.mod. re contrahitur obli-
236 gatio.is, † qui pignori accepit rem, tenea-
tur ad exactam cuſtodiam rei, nō tamen di-
citur,ꝙ impenſas de ſuo facere debeat: quā-
uis in effectu videatur illud intelligi debere,
ꝙ creditor pignus ſumptibus ſuis cuſtodire
237 debeat, † quia quando aliquid faciendum
eſt ab aliquo,qui obligatus eſt facere, debet
id fieri ſumptibus ſuis, l. ſuo ſumptu. ff. de
ope.liber.Caſtr. conſi.270. viſo pūcto ſupra-
ſcripto.col.2.ad fi.in 2. par. loquens in eo, q
tenetur agrum colere, ꝙ debeat etiā de ſuo
disboſcare, cum ſimil. de quibus per Socin.
conſ.26.nu.3.vol.1. Sed nihilominus Cuma.
conſi.19.col.fi.verſi.non obſtat,ꝙ dicebatur
expenſas cuſtodiæ ad creditorem pertinere,
cōcludit,hoc non eſſe verum, quia abſurdū
eſſet,ꝙ creditor tales impēſas faceret,& fru-
ctus non lucraretur, cum hæc impēſa ſit ne-
ceſſaria,l.ſeruos.ff.de pignorat.actio.
238 Vbi † aūt impendens in re aliena pro ipſius
cuſtodia non tenetur aliquo contractu, vel
obligatione ad cuſtodiam, tunc recuperat
omnes impēſas, vt cōcludit Saly.in d.l. ſum-
ptus.in fi. dicens, hoc eſſe menti tenendum,
quia quotidiè inter magnos Dños eſt con-
tentio. cum tractatur de reſtitutione ciui-
tatum, aut caſtrorum, de impenſis factis in
cuſtodia ipſorum, ꝙ tales impenſæ non per-
tinent ad impendentem,& reſtituentem.ſed
ad eum, cui fit reſtitutio, ſi nullus contra-
ctus,aut obligatio præceſſit, ex cuius natu-
ra cuſtodia veniat: additq;, ſe hoc vidiſſe de
facto in ciuitate Vrbis veteris in quibuſdā
nobilibus dictæ ciuitatis: idemq; repetit in
l.diuortio.§.fi.nu.1.ff.ſolu.mat.quem refert,
& ſequitur Socin.iun.conſi.26.nu.9.vol.1.&
hanc partem etiam firmant Docto. * oēs in
l.vbi purè.§.fi.ff. ad Treb. & præſertim Ripa
ibi in princ.& nu.4.verſ.declara primò.dum
concludunt,ꝙ impenſæ factę ad cauſam cō-
ſeruationis perpetuæ ipſius rei, dicūtur ne-
ceſſariæ.& ſunt reſtituendæ facienti,ut ibi ꝑ
eundem in 1.notab.niſi ſit hæres,ut dixi, qa
etiam fructus iure dominij percipit,per tex.
in l.1.ff.de impēſ.in reb.dotal.fact.& in l. im-
penſæ.& l.ſeq. ff.de verbo.ſigni.& de expenſis
iſtis in cuſtodiendo, & defendendo caſtrum
cōmune factis per vnum ex ſocijs, ꝙ debeāt
reſtitui impendenti,firmat etiam Rui.conſ.
100. Et in terminis expenſarum in cuſtodia
caſtri,quod poſſint repeti, tenet etiam inter
conſilia edita in fauorem Ducis Mantuæ in
cauſa Marchionatus Mōtis Ferrati cōſ.38.
& ſeq.& in caſtro recuperato, & inueſtitura
accepta per fratrē nomine cōi, Rui.cōſ.100.
vol.4.Idem in terminis termināntibus reſpō-
dit Soci.conſi.26. uol.1. ubi cōcludit,ꝙ im-
penſæ factæ per Georgium auum Comitem
Aurorati Gonzaghæ, & Franciſcum ſeniorē
in cuſtodiendo, & defendendo caſtrum Ba-
gnoli, quod erat Comitis Guidonis, ab in-
curſionibus, & inuaſionibus comminatis
per Dnos de Corrigio, qui caſtrum Nuuo-
lariæ etiam occupauerant, debēt reſarciri ꝑ
ipſum Comitem Guidonem, ex eo ꝙ nego-
tium ipſius neceſſariò, & utiliter fuit geſtū
per talem defenſionem, ſtantibus dictis te-
ſtium,qui deponebāt,ꝙ niſi præfatus Geor-
gius ſuccurriſſet, & defendiſſet dictū caſtrū,
fuiſſet deperditum, & occupatum a Dñis de
Corrigio,

Corrigio,ut ibi per eum num.8.qui per hoc
inducit in negotium de impēſa defenſionis
ſerui, aut alterius rei, vel ne in re alterius in-
iuria inferatur, ꝙ reſtituenda eſt impendēti,
l.1.& 2.& l.quæ vtiliter.§.Titius. ff. de negot.
239 geſt. † Vnum tamen non omitto, ꝙ ſi is,q
impēdit in cuſtodiendo caſtrū, erat vnus ex
condominis, tantum impendiſſet in defen-
dendo portionem ſuam, quantum in defen-
dendo etiam illam partem ſpectantem con-
dominis, non poſſet repetere partem aliquā
ſumptuum, & impenſarum huiuſmodi, l. ex
parte.in princi.in uerbo amplius. & ibi Ful-
goſ.pulcherrimè notat nu.2.& ſeq. ff. famil.
erciſc.inferens ad cohæredem, & ſocium, q
in defendendo cauſam communem, induxit
teſtes ex remotiſſimis partibus, ꝙ nō poſſet
repetere partem ſumptuum, ſi tm̄ expendiſ-
ſet in defendendo partem ſuam, & ad ſtatu-
tum Placentinum taxans ſalaria notariorū,
aduocatorum, & iudicum eis conſtituendo
certum ſalarium taxatiuè, ubi cauſa mille
excedit, quod ſi ſocius, vel cohæres habens
partem excedentem talem ſummam, defen-
dit totum, ideſt, etiam partem ſocij, nihilo-
minus nō poteſt repetere ab eo partem im-
penſarum, poſtquam tantundem pro rata
ſua erat impēſurus, niſi forte eſſemus in cau
ſa indiuidua, ſecūdum vnam opinionem, vt
ibi per eum. idem etiam probat Natta con-
ſil.303.nu.3.
240 Tertiò neceſſariæ etiam † dicuntur in caſu,
quo, niſi illæ impenſæ factæ fuiſſent, res de-
teriores futuræ erant, ut concludit Ange.in
d.l.1.§.inter neceſſarias.nu.2. ff. de impen. in
reb. dotal. fact. loquens in impenſa piſtrini
facti in prædio, ꝙ ità diſtabat à molendino,
ꝙ nullus colonus ibi ſtare volebat, & illud
colere, ꝙ dicatur vtilis, & neceſſaria. & pro-
bat Bal.conſi.303.ad euidentiam pręmittē-
dum eſt, ꝙ creditor.nu.2.in 1.par.vbi cōclu-
dit, ꝙ impenſa, quę conſeruat rem in eſſe, di-
citur neceſſaria, & ſimilis eſt impēſæ refectio
nis, per nota.in l.1.ff.de impenſ.in reb.dota.
fac.& per Bar.in d.l.cū quæreretur. ff. de leg.
3.intelligendo tamen de perpetua cōſerua-
tione rei, vt not.Doct.in l.vbi purè.§.fi. ff. ad
Treb.vbi Ripa in prin.& num.1.& 4.& ſuprà
diximus in 2. ſpecie impenſarum neceſſaria-
rum.& probat Caſt.conſi.247.in cauſa, quæ
vertitur Sauonæ.col.pen.verſi.ſi verò fuerāt
expenſæ vtiles.in 1.par.loquens in propaga-
tionibus vitium de nouo factis in reſtaura-
tionem vineæ, ꝙ dicantur factæ ad perpetuā
rei vtilitatem, vt computētur inter neceſſa-
rias, per l.3.in prin.ff.de impen. in reb. dota.
fact. & propriè impenſa neceſſaria dicitur,
ſine qua vel res peritura erat, vel deterior fa-
cta fuiſſet, vt dicitur in l.1.§.fi.ff.de impen.in
reb.dota.fact.l.impenſæ.in prin. ff.de verbo.
ſignifi.& Loffred.conſi.42.in prin.vbi addit,
ꝙ iſtæ impēſæ poſſunt probari per teſtes, vel
etiam per viſitationem, & inſpectionem rei.
Item quæ factæ fuerunt in reparationem, ſm
Bal.d.conſi.303.nu.2. de quibus latè loqui-
tur Boe.deciſ.44.in prin.nu.7.ad fi..vbi con-
cludit, ꝙ expenſæ factæ in ędificādo nō ſem-
per ſunt neceſſariæ, ſed quę fiant in repara-
tionibus, & reædificationibus communiter
ſunt neceſſariæ. & probat Caſtr. in d. conſil.
247.loquēs in propagationibus factis in re-
ſtaurationem vineæ, & clarè in materia ædi-
ficationū Caſt.& Alex.in l.domos.col.1, verſ.
ſi autem ad perpetuam rei vtilitatem. ff. de
lega.1.vbi loquitur in expenſis factis nedum
in reficiendo, ſed etiam in faciēdo de nouo,
ꝙ dicantur ad perpetuam rei utilitatē. quā-
uis illud de expenſis factis in ædificando de
nouo, non ſit perpetuum, ſed intelligi debet,
ſecundum exemplum Ang. vbi ſuprà. Item
quę fiunt in ſolutionibus debitorum, ut lo-
quitur Boe.d.deciſ.44.nu.9.poſt Bal.d.conſ.
303.in prin. l.ſolnenda. cum materia ſua. ff.
de negot.geſt.Item expenſę factę in ędificijs,
putà pro laboratoribus factis, qui non poſ-
ſint aliter laborare, ut cōcludit Caſt.in cōſi.
270.uiſo puncto ſuprāſcripto.col.fin. verſic.
quantum autem ędificia.in 2.part.ubi con-
cludit, ꝙ ex quò tales expenſę computantur
inter neceſſarias indiſtinctè debentur, & re-
ſtituendę ſunt impendentibus, uel cauſam
habentibus ab eis, d.l.1.& ſeq.ff.de impen.in
reb.dot.fac.& d.l.domum.C.de rei vendica.
& probat etiam Roland. à Valle d.conſi. 28.
nu. 18. loquens in ędificio cōſtructo in fun-
do, ſine quo aliter fundus non potuiſſet la-
borari, ibiq; plur.concordā.adducit. & am-
plius Ruin.conſ.157.nu.21.uol.1.licèt quę-
dam glo.contradicat, ut ibi per eum.
Quartò, neceſſariæ etiam dicuntur illę im-
penſæ,, quæ in litigando factæ ſunt pro de-
fenſione iurium rei. Item in petēdo inneſti-
turam, de quibus loquitur etiam Rui.d.cōſ.
100. in princip.uol.4. Quòd ſi in litibus reus
conuentus ſuccubuiſſet, quamuis habuiſſet
bonam cauſam, adhuc poſſet expenſas re-
petere, dummodò tamen temerè iudicium
non nouiſſet, l.inra tamē.§.in hoc.ff.iud.ſol.
ità pulchrè declarat Bal. conſ.8.erant quin-
que nobiles. in prima par.
Quintò impenſæ etiam neceſſariæ dicuntur il-
læ, quę cauſa fructuum percipiendorum, vel
conſeruandorum factę ſint: & iſtas naturali
ratione deducit quilibet poſſeſſor, etiā ſi is
prædo ſit, l.ſi à patre, uel domino.§.fructus.
qui eſt fin.ff. de peti.hæred.ubi Ang.not. eas
eſſe,

eſſe, uerbi gratia, in quærendo domũ ad pẽſionẽ, ubi ſtare poſſint fructus, ſcilicet in cõduceẽdo uegetes, & granaria, in ſoluẽdo operarijs, qui uina, & cellã uinariã permutent, q ſegetes, & frumenta de loco ad locum tranſponãt, puluerẽ eijciant, & uermes eadẽ corrodentes expellant, ſubditq́;, ꝙ iſtas impenſas nullus caſus contingere põt, q hoc gen' deductionis impediat, per l. fundus, qui dotis. ff. famil. erciſc. Itẽ ęſtimatio laboris, & induſtriæ hominis, ut ibi p eũ in fi. exemplificando in ruſtico, qui cum ſua familia manu ſua colũt terrã, licèt nullã pecuniã impenderit, tñ eſt habẽda cõſideratio iſtorũ laborũ, & repetit in l. ex diuerſo. nu. 3. ff. de rei vẽdica. dicẽs, ꝙ fructus ĩtelligũtur deductis laboribus, & impenſis, ut quatenus labor patitur eos nõ reſtituat. Et ideò ẽt impẽſæ factæ in aggeribus, & foſſatis dicuntur ẽt neceſſariæ, Ruin. conſ. 157. ſub nu. 21. uol. 1. licèt hæ quoq; expẽſę dicant potius factæ in re ipſa, de quibus ſtatim dicemus, quam extra rem, ad quas tendit præſens articulus.

Quòd aũt ptinet ad expenſas in rebus ipſis factas, pro earum diſcuſſione plures mihi occurrunt inſpectiones enucleandæ.

Quarũ prima eſt, an oporteat, ꝙ res ſit melior, & pretioſior facta, perpetuamq́; reſpiciat vtilitatem, & quando hoc ſit.

Secunda eſt, quot ſint ſpecies meliorationum.

Tertia eſt inſpectio, an pro omnibus meliorationibus excipiens de eis audiendus ſit.

Quarta principalis iſpectio eſt, an debeãtur, ẽt ſi minus extẽt, qa fortè conſumptę fuerunt.

Quinta eſt inſpectio, ad qđ tps ſit earum ratio habenda, an ſcilicet ad tempus reſtitutionis rei, an verò ad tempus, quo factæ fuerunt.

Sexta, qualiter debeant meliorationes hmõi, & expẽſæ articulari, & qualiter ꝓbari poſſint.

Septima ſit inſpectio, an retardãda ſit reſtitutio, donec impenſæ iſtæ erunt liquidatæ.

Octaua eſt inſpectio, an hæredi, qui impẽſas, & melioramenta hmõi fecit, poſſit per fideicõmiſſarium opponi de compẽſatione eorum cum fructibus per ipſum perceptis.

241 Circa quam inſpectionẽ, † breuiter, qđ ad primam partẽ pertinet, affirmatiuè eſt concludẽdũ. Neq; n. aliàs melioramenta, & impenſæ hmõi poſſent dici conſiderabiles ad effectũ, de quo q̃ritur, ut cõcludit Caſt. cõſi. 377. nu. 1. in 1. par. Alex. cõſ. 162. ĩ prin. vol. 7. Boe. deciſ. 44. nu. 7. quos ẽt refert, & ſequitur Bertazo. cõſ. 107. nu. 68. & ſeq. in ciuilibus. & iterum Caſt. conſi. 270. viſo pũcto ſupraſcripto. col. fi. uerſi. ad unum tñ aduertendũ eſt, in quo totũ uidetur conſiſtere. nume. 4. in 2. par. ubi loquẽdo in conductore, eodẽq; hærede cõductoris eccleſiaſticæ rei, q cũ finita
locatione p tẽpus eſſet in poſſeſſione cõtra eccleſiã petẽtẽ rem locatã, excipiebat de impẽſis factis in meliorationibus, & cõcludit,
306 Tertius modus eſt † etiã æſtimandi & probandi meliorationes per officium iudicis, vt cõcludit Bar. in l. ſi quod ex Pamphila. ff. de leg. 3. & probat Bar. in d. l. hac edictali. §. his il lud. C. de ſecundis nupt. dum ſe remittit ad dicta per eũ in l. creditores. C. de pignor. vbi hoc etiam dicit.

Et licèt Bar. in d. l. ſi. ꝙ ex Pamphila. loquatur in valore rei, ꝙ ſi non eſt probatus debet iudex ex officio illum taxare, & arbitrari ex ei⁹ circunſtantijs; tñ idem eſt in liquidatione intereſſe, Alex. conſ. 77. nu. 63. vol. 6. & conſil. 112. num. 20. vol. 6. Cagnol. in d. l. nu. 141. C. de ſenten. q. æ pro eo, ꝙ intereſt. & in materia expenſarum, quæ non ſunt probatæ circa quantitatem, reſpondit Alex. conſ. 37. nu. nu. 33. vol. 2. & i valore rei, Parlam. Delphin. deciſ. 485. nu. 43. in 1. par. & in materia melioramẽtorum, Cagnol. vbi ſuprà. Quæ omnia ſemper ſunt ſic accipienda, qñ. conſtat de qualitate, ſed non de quantitate, Bero. in c. grauis. nu. 52. de reſti. ſpo. Nam vbi intereſſe paſſum non eſt probatũ, nec probata ſunt melioramenta, non poteſt iudex ea æſtimare, Soc. iu. conſ. 62. nu. 8. vol. 1. Rebuf. in d. l. 1. nu. 477. & ſeq. aliàs iudex malè faceret, non liquidãdo valorem, vt ibi per eum. Plot. in d. l. ſi q. n. 1. 663. prout etiam in materia liquidationis fructuum, Natta conſ. 536. vbi etiã de iuramento parti deferendo.

Eſt verum, ꝙ iudex non poteſt ſe informare de quantitate, & valore huiuſmodi, niſi parte citata, Iaſ. conſ. 88. in fi. vol. 1. Phanut. in tractã. de iureiuran. in 3. par. in fi. in 1. membro. Et hoc caſu procedit, qđ dicunt alibi Doct. ab arbitrio iudicis plurimum pendere, quæ melioramenta ſint perſoluẽda, & quonam modo, Menoch. in tracta. de quæſt. arbitrar. caſu 258. motus per tex. in d. l. in fundo. ff. de rei véd. & eum ſimpliciter refert, & ſequitur Rot. Peruſi. deciſ. 58. num. 1. in 2. par. ſed ille tex. aliá habet intentioné, quæ reſpicit facultatem ſoluendi melioramenta, an ea habeat actor, necne, vel ſit locus eatũ abraſioni. Et hoc eſt, ꝙ dicit Ang. in l. domos. ff. de leg. 1. dũ vult ad iudicis officium, & arbitrium pertinere in diſcernẽdo exceſſum valoris melioramẽtorũ. & de hoc iudicis arbitrio põnit etiã Rimi. loquens in impedienda exequutione,

307 Ad ſeptimam inſpectionem accedens † dico ſatis eſſe, quòd conſtet melioramẽta, vel impenſas factas fuiſſe, licèt non conſtet de earum quãtitate, ita concludit Gall. de obligat. Came. pag. 86. Menoch. latè in eius remed. recupe. poſſeſs. nu. 569. & plur. ſeq. & vltra eum Pute. deciſ. 471. lib. 2. & Verral. deciſ. 150. libro 2.

Et ꝙ attinet ad retentionem, quod ei locus ſit, donec meliorationes ſint perſolutæ, tenet ẽt Rot. Peruſi. deciſ. 24. nu. 23. in 2. par. & añ eã Bellon. conſ. 20. nu. 2. Quò fit, vt cauendum ſit ab Alcia. conſ. 512. in fi. quatenus voluit, per exceptionem melioramentorum nõ impediri exequutionem teſtamẽti. niſi eum intelligamus, qñ etiam non conſtabat aliqua melioramenta facta fuiſſe. & hanc partem comprobat Ripa in l. vbi purè. §. in diſtrahẽdis. ff. ad Trebellian. & ratio eſt in promptũ,

308 † quia nullum aliud remedium competit reo conuento, & excipienti, niſi per retẽtionem, l. ſi in area. ff. de condit. indeb. & concordan. per Rotam Peruſi. vbi ſuprà, nu. 26. vbi proptereà concludit in ſententia nõ eſſe relaxanda bona actori, niſi prius refuſis meliaramentis, uel eis detractis per abraſioné, vel iuxta determinationem Iuriſconſulti in l. in fundo. ff. de rei vẽdicat. de qua latius ſuo

309 loco infrà dicemus. † ſed contra hanc concluſionem, ꝙ nullum aliud remedium competat ei, qui meliorauit, niſi retẽtionis, multi tenuerunt, quos refert, & ſequitur Tiraq. de retract. tit. 1. glo. 1. nu. 7. dum concludit, ꝙ ſi is, qui meliorauit, vel habens cauſam ab eo retrahẽti rem dimiſſerit nulla habita cõmemoratione meliorationum, tñ ſilentium huiuſmodi ei non præiudicabit, quò minus poſſit repetere impenſas. quod & ego puto verius in bonæ fidei poſſeſſore habente cauſam à domino, quia non præſumitur credi-

torem

torem huiuſmodi voluiſſe donare iſtas im-
penſas, ut & in propoſito conſiderat Corn,
conſ.86,nume,2,vol.4,& hoc etiam defendit
Afflict.in c.1.§. ſi vaſallus. nu. 10. hic finitur
lex, &c. Et prædicta abundè confirmat pro
emphyteota, uel habente cauſam ab eo, Ri-
minal.iun. conſ.41,nu.4. vol.4. concludens,
locum eſſe retentioni, vel repetitioni melio-
rationum, ſiue per ſententiam, vel extraiudi
cialiter res fuerit relaxata etiam ſine aliqua
reſeruatione,& ad hoc plures concordan. ci
tat,& ibi nu.9.inquit, ꝙ contraria opinio,&
diſpoſitio d.l. ſi in area. ꝙ.ſ. detur retentio,
procedit in bonæ fidei poſſeſſore, qui nõ ha-
bet cauſam à dño, vt ibi per eum.
310 Nec impedenti,† aut eius hæredi in mate-
ria iſta replicari poterit de fructibus perce-
ptis,& eorum cõpenſatione, quia quidquid
ſit in alijs bonæ fidei poſſeſſoribus, qui non
habuerunt cauſam a dño, uel qui non fue-
runt dñi pro tempore, certè in illis,& maxi-
mè in hærede grauato, uel eius hærede, aut
habente cauſam ab eo, conditio fideicõmiſ-
ſi poſteà purificata non trahitur retrò, nec
dñij, nec etiam fructuũ, vt eſt tex. in l. domos.
* & ibi * omnes not.& Iaſ. poſt alios nu.3.ff.de
lega.1. Rui.conſ.117,nu.1. vol.3. & idem rũ-
dit Rimin.iu.d.conſ.411,nu.9.vol.4.
Hinc manifeſtò patet, cauendum eſſe à Garſia
in d. ſuo tractat. de expenſ.& meliorat.cap.6.
nu.19. quatenus concludit, ꝙ ſi impenſæ, &
meliorationes, de quibus agitur, nõ ſunt de
facili liquidabiles,& cauſa ſit ſummaria, tũc
non eſt retardanda reſtitutio rei actori, præ-
ſtita per eum cautione de reficiendis expen-
ſis, eis liquidatis, vel locus eſt ſequeſtro, per
Neguſan. per eum citatum: contrariũ enim
verius eſt, ut ſuprà probaui.
311 Certum eſt autem,† ꝙ ſi in ſententia res a-
ctori adiudicetur, & is quoq; condemnetur
ad ſolutionem melioramentorum, ꝙ nõ eſt
locus relaxationi, niſi ſolutis melioramẽtis,
quamuis uerba ſententiæ nihil de priorita-
te ſolutionis ad poſterioritatem dicant, vt
etiã ipſe fatetur vbi ſuprà. Et ratio eſt, quã-
312 uis ipſe non dicat, † quia ſententia debet
intelligi, ut magis ſit cõformis diſpoſitioni
iuris, l. Herennius.§. Caia. ff. de euict.& eſt bo
nus tex. in l.1. vbi etiã Bal. notat. C. de fruct.
& lit. expenſ.
Quò verò ad octauam inſpectionem, pro reſo-
313 lutione puto concludẽdum eſſe,† ꝙ quan-
tum ad propoſitum noſtrum, ſi agatur de
fructibus poſt litem conteſtatam perceptis,
& iſto caſu, quia omnes poſſeſſores ſunt pa-
res, illi ſunt fideicommiſſario relaxandi, l.1.
* C. de fructibus,& lit. expẽſ.& ibi * omnes not.
& rectè hoc caſu, aut opponitur de compen
ſatione, aut quæritur de fructib⁹ anteà per-
ceptis, & alia opus eſt diſtinctione. nam per
purificatam conditionem fideicommiſſi res
eſt clara, ꝙ pertinet ad grauatum, ut tetigi
ſuprà in 3.q. principali in ſecunda differẽtia,
& in octaua quæſt. princ. Poſt purificatam
autem conditionem percepti an ſint omnes
relaxandi, in hoc paſſu infinita cumulat, &
plures caſus firmat Didac. in 1.lib. varia. re-
ſolut.cap.3. Et præmitto in primis, ꝙ Doct.
* * communiter concludunt, quòd ſi quis
314 † ſimpliciter facit expenſas in re aliena, &
fructus percipit, tunc debet fieri compenſa-
tio prædicta, l. ſumptus. & l. emptor. ff. de rei
vendicat. ſecùs ſi in re ſua, licet reſtitutioni
ſubiecta, ut latè concludit Rolã. a Valle cõ-
ſil.28.nu.17. Hoc ſic præmiſſo, videtur dicẽ-
dum, ꝙ non fecerunt fructus ſuos, ex eo, ꝙ
videmus etiam bonę fidei poſſeſſorem tene-
ri ad reſtitutionem fructuum toto tempore
ſuo perceptorum, ut eſt tex. in l. ſumptus. &
in l. emptor. in princ. ff. de rei vendicat. & illa
iura loquuntur nedum in bonæ fidei poſſeſ-
ſore ſimpliciter, ſed etiam in eodem, qui vl-
tra bonam fidem habebat & titulum. vt de
Caſtren. conſ.270. viſo puncto ſupraſcripto,
ad finem, verſ. illud autem notandum. in 2.
par. cõcludit, ꝙ talis bonæ fidei poſſeſſor ha-
bens etiam titulum tenetur compẽſare ex-
penſas vtiles,& neceſſarias cum fructus per-
ceptis per eum, l. fructus. in fi. ff. de rei uẽdic.
315 Nec ſufficit poſſeſſori,† ꝙ cauſam etiam ha
beat ab ipſo dño rei, niſi etiam habeat cau-
ſam lucrãdi fructus, ut de creditore in re pi-
gnorata ſentit Bal. in conſ.303. ad euidentiã
præmittẽdum eſt, ꝙ creditor. in 1.par.& cla-
riùs Cuma. conſ.19. & clariùs Alex. conſ.121.
nu.6.vol.4. vbi concludit, ꝙ ad effectum lu-
crandi fructus irreuocabiliter, non ſuffi cit,
ꝙ quis naturaliter,& ciuiliter poſſideat, exẽ
plo creditoris, qui poſſidet naturaliter,& ci-
uiliter rem pignoratam, l. ſi de eo. in princ. &
ibi Bar. ff. de acqui. poſſeſſio. cum concordã.
de quibus per eum, & tñ non lucratur fru-
ctus, ut etiam ſuprà diximus, ſed requiritur,
ꝙ poſſideat bona fide, & exiſtimet ſe dñm ad
hoc, ut ex tali poſſeſſione faciat fructus ſuos
perpetuò, l. qui ſcit. §. in alieno. ff. de vſu. &
ità intelligit tex. in l. in bonæ fidei. ff. de ac-
quir. rer. domi. Additq; Alex. vbi ſuprà, ꝙ nõ
poteſt quis exiſtimare ſe dñm, niſi habeat ti-
tulum habilem ad tranſlationem dñij, vt ibi
per eum. quòd etiam placuiſſe videtur Bal.
in l.2.nu.3.C. de fruct.& lit. expenſ. dum con-
316 cludit, † ꝙ poſt litem conteſtatam omnes
poſſeſſores ſunt pares, ante autem eſt diffe-
rẽtia, quia bonæ fidei poſſeſſor lucratur fru-
ctus, quos natura ſimul cum hominis dili-
gentia

gentia producit, ideſt, induſtriales, ex eo, ꝙ
cogitatione dñi ſuos faciunt ſtatim, quòd
ſunt ſeparati à ſolo.
Quamuis huic fundamento facilè poſſit reſpō
317 deri, id falſum eſſe, exemplo coloni, † qui
nummis colit, qui facit fructus ſuos, l. colo-
nus. in prin. ff. de loca. cum ſimil. de quibus
per Caſtren. d. conſ. 270. col. pen. l. ſeruus. §. lo
cum. ff. de iur. Bar. in l. ex diuerſo. nu. 3. ff. de
rei vendica. vbi etiam exemplificat in vſufru
ctuario col. pen. & tamen non poteſt credere
ſe dominum, nec vllum habet titulum trāſ-
latitium dominij.
318 In contrarium tamen facit, † quia vbi im-
pendens, idemque poſſeſſor iuſtam cauſam
percipiendi fructus habet, tunc eos perpe-
tuò facit ſuos, nec tenetur ad reſtitutionē,
ut concludit Caſtren. d. conſi. 270. viſo pun-
cto ſupraſcripto. col. fin. uerſicu. non obſtat
etiam l. ſumptus. ff. de rei vendicat. in 2. pat.
vbi limitat d. l. cum ſimil. non habere locum
in bonæ fidei poſſeſſore habente cauſam à
domino percipiendi, & lucrandi fructus, exē
plo mariti in re dotali, emphyteotæ, & con-
ductoris in re emphyteotica, & conducta,
qui habent cauſam à domino percipiendi,
& propterea inſuper repetunt ſumptus ne-
ceſſarios, & utiles factos in re tempore reſti-
tutionis, l. colonus. & l. dominus horreorū.
§. 1. ff. loca. quod & probat argumento fidei-
commiſſarij, qui ante reſtitutionem hęredi-
tatis fructus, quos percipit, non reſtituet, l.
in fideicommiſſarium. ff. ad Trebel.
319 Idem in emptore † cum pacto de retrouē-
dendo, quòd expenſas factas, non dico quò
ad culturam, & quò ad fructuum collectio-
nem, ſed benè factas ad perpetuam rei exi-
ſtētiam repetit in caſu reſtitutionis, nec eas
compenſat cum fructibus perceptis, quoniā
interim res eſt ſua, licèt ſit ſubiecta reſtitu-
tioni, ut conſuluit Bal. conſi. 303. ad euiden
tiam præmitto, quòd creditor. nu. 2. in fi. in
320 1. par. † Et conſtat, quòd fructus percepti
ità demum ſunt cum impenſis compenſan-
di, quando tempore, quo impenſæ factę fue-
runt, res, uel fructus rei peti poterant, aliàs
ſecus, ut concludit Alexā. in addit. ad Bar. in
l. impenſæ. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. &
latè Bero. deciſ. 22. per totum. loquēs in im-
penſis factis per maritum, & fructibus per
eū perceptis ex re paraphrenali uxoris. quin
321 imò † etiam ratione poſſeſſionis poſſeſſor
facit fructus ſuos, glo. in l. ſed & ſi lege. §.
ſcire. ff. de petit. hæred.
Sed ad illud ultimum poteſt reſponderi, quòd
etiam ſi talis, qui poſſidet, faciat fruct⁹ ſuos,
non tamen ſequitur, quòd non teneatur ad
eorum reſtitutionem, ità concludit Alexan.
conſi. 121. nume. 6. volu. 4. per not. in l. ex di-
uerſo. ff. de rei uendicat. & in l. certum. C. eo.
& ibi num. 14. Alex. concludit, quòd quam-
uis bonæ fidei poſſeſſor faciat fructus ſuos,
ità vt non poſſit dici prædo ratione poſſeſ-
ſionis, quam habet, ut dicit d. glo. in d. §. ſci-
re. ſecus tamen quantum ad effectum reſti-
tutionis, per ſuprà citata.
322 Adduci poteſt, † quòd bona fides excuſat
hęredem à perceptione fructuum, ut eſt tex.
in l. bonæ fidei emptor. ff. de acquir. re. domi.
cum concordā. de quibus per Alex. conſ 44.
nu. 2. verſ. 2. probatur bona fide poſſidens ti
tulum habens, &c. vol. 3. & quamuis ipſe, &
ille text. loquatur in bonæ fidei poſſeſſore cū
titulo, tñ idem videtur dicendum, etiā ſi nō
habeat titulum, ſm Alex. cōſ. 44. nu. x. vol. 3.
323 dum cōcludit, † ꝙ qui poſſedit longo tēpo-
re, i. per 10. annos, præſumitur in bona fide,
& is nō tenetur ad reſtitutionem percepto-
rum fructuū, & ad hoc adducit notab. deciſ.
Ang. in l. pen. C. quibus non obſtat lōgi tem-
po. pręſcrip. quamuis Ang. in d. l. pen. in mea
lec. nihil de hoc dicat. ſed tñ ēt in ſimplici bo
næ fidei poſſeſſore ēt non habēte titulū, eſt
tex. in d. l. certum. C. de rei vendic. vbi eſt tex.
324 † ꝙ bonę fidei poſſeſſor tenetur ſolū ad fru
ctus extātes tpe litis cōteſtationis, & ad re-
liquos oēs perceptos poſt litē conteſtatā, ad
dñam malę fidei poſſeſſoris, qui ad oēs quo-
cunq; tpe perceptos tenetur, ut ibi. imò ēt
ad eos, qui percipi potuerūt, l. domñ. C. eod.
Bar. in l. ex diuerſo. col. 3. ff. eo. & ꝙ ille tex. lo
quat in bonæ fidei poſſeſſore ſine diſtinctio-
ne, an habeat titulū, uel ne, ità ēt declarat, &
tenet ibi glo. in verbo bonæ fidei, & probat
Bar. in d. l. ex diuerſo. nu. 5. & Ripa ī l. vbi pu-
rè. §. in diſtrahēdis. in fi. ff. ad Treb. vbi cōclu-
dit, ꝙ rōne ſolius poſſeſſionis poſſeſſor facit
fructos ſuos, per l. ſumptus. & l. emptor. in
prin. ff. de rei vendic. Quod vltimum tū fal-
ſum eſt, quia in dd. iuribus ultra ſimplicem
poſſeſſionem cōcurrebat etiam bona fides,
imò & titulus donationis, & emptionis. &
etiam clarè hoc probat Caſtren. conſil. 247.
in cauſa, quæ uertitur Sauonæ. col. pen. verſ.
in vtilibus ergò videtur dicendum. in 1. par-
te. vbi concludit, quòd propter bonam fi-
dem poſſeſſor lucratur fructus, dict. l. ſum-
ptus. ff. de rei vendicatio. & hoc ex æquitate,
loquendo de perceptis ante litem conteſta-
tā, ut ibi dicitur. Quò fit, ut hoc modo am-
plietur diſpoſitio d. l. in bonæ fidei. ut pro-
cedat etiam in bonæ fidei poſſeſſore, etiam
titulum nō habente. & hanc concluſionem
latius firmat Cyn. in d. l. certū. nume. 7. in 3.
quæſtio. colum. fin. vbi concludit, quòd ad
acquiſitionem fructuum non requiritur ti-

 tulus,

tulus, per gl.ibi, & per tex.in l.item veniunt.
§.eos.& l.ſed & ſi legc.§.ſcire.ff.de petitio.hæ-
red.licèt aliqua iura,ut ille ait,ex abundan-
ti loquantur etiam de titulo.
Verum eſt, quòd Docto.in hoc faciunt differē
tiam inter iudicium ſingulare, & iudicium
vniuerſale, ut in iudicio vniuerſali benè te-
neatur bonæ fidei poſſeſſor,quatenus eſt fa-
325 ctus locupletior, † quoniam pretium ſuc-
cedit loco rei, ideſt, fructuum conſumpto-
rū. quod ceſſat in iudicio ſingulari, in quo
pretium non ſuccedit loco rei:ita concludit
Cyn.in d.l.certum.nu.4.col.2.verſi. ſi quæri-
tur de bonæ fidei poſſeſſore, & clarè firmat
Bal.in l.2.num.4.C.de fruct.& lit.expenſ.per
d.l.item veniunt.§.fructus. & probat Barba.
* in addit.ad Bar.in d.l.certum.& iſta eſt * cō-
munis opinio,& diſtinctio in effectu, ꝓ qua
reſpondit Cæpo. conſil.25.nume.9.etiam in
poſſeſſore ſine titulo.Sed hoc non placet mi
hi ex pluribus.
326 Primò, quia † fructus naturales non effi-
ciuntur bonæ fidei poſſeſſoris ſine titulo,
Bar.in d.l. ex diuerſo.nu. 5. qui ſic reſtringit
d.l.in bonæ fidei. vt non procedat in bonæ
fidei poſſeſſore ſine titulo, quò ad fructus
naturales, quin teneatur eos reſtituere, ſeu
eorum æſtimationem etiam in ſingulari-
bus iudicijs, & quemadmodum pro eis da-
tur remedium, ut eos reſtituat, cōdictionis
ſine cauſa, ità etiam pro alijs, ut conſiderat
etiam Cyn. ad aliud propoſitum d. nu.4.
327 Secundo, quia † ſicut malæ fidei poſſeſſor
ad omnes conuenitur fructus perceptos, &
qui percipi potuerunt, ſeu ad eorum æſti-
mationem, d.l.certum. vbi etiam Cyn.nu.4.
col.fi. in 6.q.nu.10.cur nō eiſdē remedijs cō-
uinci poterit iſte bonæ fidei poſſeſſor ad om
nes etiam fructus in ſingularibus iudicijs,
quemadmodum poteſt in vniuerſalibus?
Tenendo tamen in propoſito,ꝙ bonæ fidei poſ
ſeſſor lucretur fructus ratione ſuæ poſſeſſio-
nis, dico, ꝙ idem firmat Bal.in d.l.certū.nu.
328 3.verſ.tu dic.vbi cōcludit,† quòd quatuor
ſunt cauſę,ex quibus quis facit fructus ſuos
in rebus corporalibus.
Prima eſt,quæ potentior cæteris eſt, dñium.
Secunda, ciuilis poſſeſſio bona fide habita.
Tertia, naturalis poſſeſſio cū aliquo iure cor-
reſpondente illi poſſeſſioni, exemplo vſufru-
ctuarij, & ſic ſola naturalis non ſufficeret ad
acquiſitionem fructuum ſuorum,glo. Bart.
& Soci.in l.3.§. ex contrario.nu. 15. ff. de ac-
quir.poſſeſs.
Quarta,nuda detentio cum voluntate dñi.cō
cluditq;,quòd ideò bonę fidei poſſeſſor per-
cipiendo fructus induſtriales facit eos ſuos
pro cultura, & cura ſua, per §. ſi quis à non
domino.inſtit.de rerū diuiſ. Bar.in d.l.ex di-
uerſo.in prin.nu.6.ad fi.ff.de rei vendica.qui
text. licèt loquatur in bonæ fidei poſſeſſore
cum titulo,tñ illud de titulo eſt ex abundan
ti, per Cyn.in d.l.certum.nu.7.in 3.quæſt.
Nec obſtat,quòd Bal. in d.l.ſed & ſi lege.§.ſcire.
ff.de petitio.hæred.ſimpliciter dicat ad effe-
ctum acquiſitionis fructuum ſufficere ma-
lam fidem abeſſe, & ſic videatur ſentire non
requiri bonam fidem poſitiuè: quia reſpon
detur,quòd Bar. hoc non ſentit, ſed potius
contrarium, quamuis nihil alleget. Nam ſi
329 requirit † malam fidem abeſſe, de neceſſi-
tate præſupponit habitum bonæ fidei: ſ.n.
mala fides abeſt,ſtatim intrat bona fides, &
iura omnia in hac materia nunquam conſi-
derant,niſi bonā, aut malam fidem: videan-
tur omnia iura ff.& C. de rei uendicat. & de
petitio.hæredit.& alia ſuperius adducta. Et
iure meritò:quia inter bonum, & malū non
datur medium. hinc eſt, ꝙ dubitans ſi ſuc-
cūbit, habetur pro malæ fidei poſſeſſore, l.
manifeſtiſſimi.§.1.C.de furt.
* Eſt verum, ꝙ * communiter Docto. in hac
materia dicunt dari medium inter bonam,
& malam fidem, putà, in eo, qui errat in iu-
re, Bero.in c.grauis.num.21.de reſti.ſpolia.
Tertiò pro iſta parte in propoſito facit in fauo
330 rem hæredis, † quia certum eſt,ꝙ bonæ fi-
dei poſſeſſor, qui tenetur ad fructuum per-
ceptorum reſtitutionem eatenus tenetur,
quatenus locupletior factus eſt, & nō vltrà,
vt latè per Bero. poſt alios in d. cap.grauis.
nu.29.de reſtitu.ſpoliat. Vnde qui tales fru- x
ctus petit,debet probare,quantum locuple-
tior ſit factus,l.illo quoq;.§.in bonæ fidei au
tem.& l.ſed & ſi lege.§.cōſuluit.& l. idem de-
inde.§.eos.ff.de petit. hæred.& ità reſpondit
Alex. conſi.44.in fi. vol.3.per nota.in l.ex di-
uerſo.ff.de rei vendicatio. & ibi addit, ꝙ etſi
probetur reum poſſediſſe domum, non ta-
men ex hoc probatur, quod ſit factus locu-
pletior.quod tamen,vt infrà dicam,dubita- x
bile videtur. & iſtud fundamentum firmat
etiam Caſtr.de quo Alexand. non meminit,
conſi.247.in cauſa,quę vertitur Sauonæ.nu.
6.in fi.col.pcn.in 1.par.vbi loquitur in bonę
fidei poſſeſſore cum titulo, ꝙ non teneatur
ad fructus perceptos conſumptos, niſi eate-
nus, quatenus ꝓbetur ex aduerſo factus lo-
cupletior, alias à perceptis abſolui debet,
331 † & Caſtren.ibi diſtinguit in fi.plura tem-
pora,videlicet,tempus vēditionis vſq; ad tē-
pus obitus vēditoris, q iure poterat fructus
percipere,durante eius vita,quia erat de vo-
catis à teſtatore,& iſtos,cōcludit, ꝙ emptor
fecit ſuos, quia ſucceſſit in omne ius, quod
venditor habebat, argumento legis peto.§.
prædium.

prędium.ff.de leg.2. & l.Statius. §. Cornelio Felici.de iur. fiſci.

Secundum tempus à morte prohibiti alienare vſq; ad diem ante litem conteſtatam,& iſtos dicit, ꝙ de æquitate propter dictum errorē iuris lucratur, ideò etiam debet compēſare cum ſumptibus factis, per l. ſumptus. ff. de rei vendicat.

Tertium tempus poſt litē conteſtatam, & iſtos omninò reſtituit.

Sed ad illud fundamentum pōt reſponderi, ut procedat,quòad bonę fidei poſſeſſorem tm̄, per ea,quæ ſuprà diximus in præced. fundamēto per Cyn.& Bal.qm̄ in malæ fidei poſſeſſore non ſit diſtinctio, quoad fructus induſtriales,an perceptos,an extent,vel ne,vel an ſit factus locupletior , uel ne, ſed indiſtinctè ad omnes tenetur, d.l.certum. C. de rei vendicat. & d.l.domum.

Sed tm̄ quòad naturales conſideratur, ut is nō teneatur, niſi in quantum eſt effectus locupletior,ſicut in bonę fidei poſſeſſore,Cyn.in d.l.certum.nu.3.verſ.aut quęritur de fructibus naturalibus. Bar.in d.l.ex diuerſo.nu.xi. poſt glo. ibidem.

332 Et † modus probandi eſt, ꝙ aliquis ſit factus locupletior , ꝙ aliàs de ſuo tantundem conſumpturus fuiſſet, quantum percepit, ſm Cyn.in d.l.certum.nu.x.col.fin.in 6.q.C. de rei vendica. & ꝙ bonæ fidei poſſeſſor non dicatur , nec pręſumatur effect⁹ locupletior ex eo,ꝙ percepit fructus, firmat Ang.in l.inſulam.§.1.ff.ſolut.matrimo.& cōſ.130.ſuper puncto. Alex.in l.mulier.§. cū proponeretur. in fi.ff.ad Trebellian. quos refert,& ſequi videtur pro vlt. opinione Bero. in d.c. grauis. nu.30.in prin.de reſti.ſpo.Et ꝙ requirat hoc probari,ſentit ēt Fulgoſ.in cōſ.25.col.fi.verſ. amplius ſunt,qui putant. & clariſſimè Natta cōſ.15.nu.7.in fi.& ſeq.vol.1.Idem ante eū clarè firmat Curt.ſen.cōſ.71.nu.xi.in 7. concluſio.vbi vltra Ang.& Caſtrē. de quibus infrà,concludit, ꝙ hoc probatur etiā viua ratione; quia certū eſt , ꝙ bonæ fidei poſſeſſor facit fructus ſuos, §. ſi quis à non dn̄o.inſtit. de rerum diuiſ. cum concordan. de quibus per eum ibi nu.6.& iſtud eſt regulare.& quāuis excipiatur caſus, niſi poſſidens effectus fuerit locupletior, excipiens tñ debet hanc ſuam exceptionē probare,glo.in rub.de reg. iur.in 6.idem reſpondit Riminal. conſi.315. in fin. vol. 2.

Et ꝙ ſit neceſſe probare poſſeſſorem locupletiorem factum, patet,quia non præſumitur in dubio eum factū locupletiorem,nec ſufficit probare,quòd inhabitauir domum, ſi agatur de fructib.domus, ut concludit Alex. d.cōſil.44.in fi.vol.3.vbi expreſsè firmat hoc probandum eſſe. Idem & clarius tenet Ang. in conſi. 160. Domina Catherina adulta. in fi.vbi cōcludit, quòd cautus aduocatus debet probare reum locupletiorem factum, & deducere ſpeciem locupletationis,aliàs non ſufficeret probare,quòd fructus in ſuos vſus conuertit , quia non ſequitur , quòd propterea ſit factus locupletior, quia fortè in ſuos, & familiæ ſuæ vſus conuertit, ſplendidius viuendo, quo caſu non diceretur factus locupletior, ut ille ait, per tex. in l. ſed & ſi lege. §. ſi quis re ſua.ff.de petit. hæred.& eum ſequitur Felin. in c. de quarta. nume. 31.de præſcriptio.vbi etiam adducit Caſtrē. in alio conſ. Idem firmat,& tenet Curt. iun. conſil.6.nu.26.in fi. & Moder. ſuper conſuetud. Pariſien.§.22.nu.52.& cum Ang.vbi ſuprà,& Curt.ſen.trāſeunt Iaſ.in l. Neſennius. §.fundum. ff. de re iud. Dec. & poſt eum Cagnol. in l.ex pęnalib. nu.2. 3. & ſeq.ff.de reg. iur. Ruin.conſil.204.nu.19.vol.1.verſ.eſt benè verum. & plures concordan. citat Pott. in ſuis concluſio.lib.3.conclul.12.

333 Sed iudicio meo † iſtud non puto verum, quòd ſcilicet actor teneatur probare reum factum fuiſſe locupletiorem, quoniam imò cenſetur, & pręſumitur factus locupletior eo ipſo, quòd probatur factus, uel rem ad eum perueniſſe,ſecundum glo.in l.verum.in 2. glo.in princip.ff.de petitio.hæredita. quæ vult, quòd poſſeſſor videtur factus locupletior, ſi non probatur eum conſumpſiſſe in malos vſus, vel donaſſe, aut ꝑdidiſſe fructus perceptos.& probat ibi Ang.num. 4. dicens, ꝙ ideò bonę fidei poſſeſſor, vt non condēnetur ad reſtitutionem fructuum, debet probare ſe conſumpſiſſe in malam partem,ſubdens, hoc eſſe menti tenendum, quia habebitur magnus honor. Idemq; repetit Ang. in l.illud.§.prędo.in fin.ff.eo tit.de petit. hæredit.dicēs,quòd in dubio præſumitur quis factus locupletior,niſi probetur contrariū, quia nemo præſumitur iactare ſuum,aut in vanum effundere, l. cùm de indebito. ff. de probat.& d.gl.& Ang.refert,& ſequitur Soc. conſi.24.nu.41.& ſeq. vol.3.dicens, quod in caſibus,in quibus leges obligant aliquem,ſi ſi ſit factus locupletior, tunc ſi res ad eum peruenit,pręſumitur factus locupletior, niſi probetur contrarium, Ruin.conſ.113.nu. 5.uol.5.ubi ſequitur Ang.& glo.ubi ſuprà.& ꝙ pręſumatur in dubio factus locupletior, quatenus eſt valor fructuum, idem tenet Ruin.conſilio 24.in fin. volum. primo. & latè hoc probat Riminal. iun.§. fin.nume. 58. & ſequen.Inſtitut.quibus alien.licèt , vel nō dicens, ꝙ ſi conſtat pecuniā ad manus alicuius,etiam pupilli perueniſſe,eo ipſo apparet

eum factum locupletiorem, ac ſi ex aduerſo probetur eum in malum vſum conſumpſiſſe, & plenariè ad hoc adducit, & in ſpecie Ang. in d.l. verùm. Idem probat Ioan. Maria Riminal. conſi. 526. in vltimis verbis. vol. 3. & Rolan. à Valle conſ. 49. nu. 10. Anch. Abb. & Alex. de quibus per Fel. vbi ſuprà. pro quo facit, quod reſpondit Dec. cõſ. 192. ad fi. vbi cõcludit, ꝙ liberatio legata tutori nõ probat, quatenus factus eſt locupletior, & ꝙ ipſe tenetur probare ſe non factum locupletiorẽ, vbi conſtet pecuniam pupilli ad eum perueniſſe. & pro iſta parte videtur eſſe tex. in l. verũ. §. fi. ff. de petit. hæred. ibi, Quia locupletior. Et ꝙ quilibet præſumatur factus locupletior ex perceptione fructuum, quia præſumitur, ꝙ tantundem de ſuo expendiſſet, niſi ex aduerſo probetur, ꝙ tales ſunt expenſi, & conſumpti in aliam cauſam, ex qua cõſtat eum non locupletatum, probat Bal. cõſ. 293. ad fi. nu. 10. in 3. par. & hanc partem etiã ſequitur Ripa in tit. de decimis reſponſo 2. nu. 14. dicẽs, illam gl. eſſe ſingularem. & dictũ Ang. in d.l. verũ. eſſe verius, & ꝙ iſtud approbant Alex. conſi. 61. vol. 2. & Soci. cõſ. 83. nu. 8. ad fi. nu. 27. loquẽs in marito fructus ſuos paraphrenalium percipiente. vol. 4. maximè in fructibus naturalibus. & gl. in d.l. verum. & Ang. vbi ſuprà, ſequitur Bero. in c. grauis. nu. 47. in fi. de reſti. ſpolia. & ibi latè diſſerit, quibus modis quis dicatur factus locupletior. & etiam hoc probat Ruin. conſ. 29. col. fi. nu. 13. vol. 2. vbi concludit, ꝙ ex fructibus perceptis, & conſumptis dicitur quis factus locupletior eo ipſo & de hac materia, & modo probandi aliquem factum locupletiorẽ, vide multos concordan. remiſſiuè allegatos per Cagno. in l. generaliter. in fi. ff. de reg. iur. & qñq; locupletior factus dicitur, qui non eſt factus pauperior, l. in pupillo. ff. de ſolut. & ſi eccleſia. non dicatur meliorata eo ipſo, ꝙ non deteriorata eſt, Abb. in conſi. 41. col. 2. in 1. part.

Vbi tamen iſta 2. opinio eſſet verior, poſſet in caſu iſto facillimè probari, ꝙ reus conuentus magis lautè, & ſplendidè viuendo in vſus ſuos, & familiæ ſuæ conuertit, vt animaduertit etiam Socin. Sen. d. conſil. 71. in d. ſeptima conclu. in fi.

334 Concludendo † itaq; in hac materia fructuum, an poſſeſſor faciat fructus ſuos in iudicio particulari, ut ſuprà diximus, ſecundũ * communem opinionem, diſtinguendi ſunt duo caſus principales. Aut loqmur de bonę fidei poſſeſſore, aut de malæ fidei poſſeſſore.

Primo caſu, ut dixi, aut loquimur de naturalibus, aut de induſtrialibus. ſi de naturalibus, & tunc, quamuis ſm aliquos etiam bonæ fidei poſſeſſor, etiam cum titulo, teneatur etiã ad cõſumptos, Curt. ſen. conſ. 71. nu. 8. in 4. concluſio. tñ ego diſtinguo, ꝙ aut de exiſtentibus poſt moram litem loquimur, aut de conſumptis: ſi de exiſtentibus, tunc ex quo nullus poſſeſſor facit tales fructus ſuos, reſtituendi ſunt, l. fructus. ff. de vſufruc. Cyn. in l. certum. nu. 3. verſ. aut quæritur de fructib. naturalibus. C. de rei vendic. nam lite conteſtata oẽs poſſeſſores malæ fidei ſunt, & ut prædones iudicãtur, l. 1. & 2. C. de fruct. & lit. expen. Aut loquimur de cõſumptis: & tũc aut ſum⁹ in bonę fidei poſſeſſore cũ titulo, aut ſine titulo: ſi de poſſeſſore cũ titulo, dicit gl. in §. ſi qs à nõ dño. in vlt. gl. in fi. inſtit. de rer. diuiſ. & Bar. ꝙ indiſtinctè oẽs fructus hmõi facit ſuos, prout indiſtinctè loquitur tex. in l. in bonæ fidei. in prin. ff. de acquiren. rer. dom. ità Bar. in d.l. ex diuerſo. in princip. nu. 5. ff. de rei v. dic. loquor añ litẽ cõteſtatã.

Si autem ſine titulo ſit bonæ fidei poſſeſſor, & tunc tenetur eatenus, quatenus eſt factus locupletior, & nõ vltrà, & hoc cõditione ſine cauſa ex æquitate legis ſi me, & Titium. ff. ſi cert. peta. ità concludit gl. in d.l. ex diuerſo. Cyn. in d.l. certum. nu. 4. Bar. in d.l. ex diuerſo. nu. 6. poſt Petrũ de Bellaper. in d. l. certũ. col. fi. in prin. verſ. ſi aũt quęritur de naturalibus conſumptis. Et iſta eſt certior regula, quæ ſit in corpore iuris, ꝙ bonæ fidei poſſeſſor nunquã tenetur, niſi quatenus eſt factus locupletior, gl. & Ang. in l. itẽ veniũt. §. cũ antequã. nu. 3. ff. de petit. hęred. Aliàs. n. ſm Caſtrẽ. in l. ſed & ſi. §. itẽ veniũt. in princ. ff. eo. bona fides ei eſſet nociua; qđ nõ eſt cõcedẽdũ, quia ſicut non debet aliquid lucrari, ità etiam non debet damnum pati.

Si aũt cõtrouerſia ſit de fructibus induſtrialibus, i. de his, quos natura ſimul cum hominis cura, & induſtria producit, prout loquitur Bal. in d.l. 2. nu. 3. C. de fruct. & liti. expẽſ. & iſto caſu, aut loquimur ante litẽ conteſtatã, aut poſt eã cõteſtatã. Primo caſu, aut ſum⁹ in iudicijs vniuerſalibus, aut ſingularib.

Primo caſu in iudicio vniuerſali vidẽtur Doct. tenere, ꝙ circa conſumptos teneatur bonæ fidei poſſeſſor, quatenus factus ſit locupletior, l. itẽ veniũt. §. fructus. ff. de petit. hæredi. & eſt tex. clar⁹ in l. illo quoq;. §. in bonæ fidei. ff. eo. & in l. 1. C. eo. vbi ht dña in fructibus pceptis ante litẽ conteſtatã, ꝙ bonæ fidei poſſeſſor illos teneatur reſtituere, quatenus eſt factus locupletior, poſteà autem tenetur ad perceptos, & ad eos, qui percipi potuerunt. & ita intelligi debet tex. in l. 2. C. eo. dum ſimpliciter dicit bonæ fidei poſſeſſorem teneri ad fructus, quos percipit a die motę litis. idẽ tenet Cyn. in d.l. certum. num. 4. Bal. in d.l. 2. nu. 4.

nume.4.& glo.in d.§.fructus.quæ tñ dicit,ꝙ
conſumptos lucratur, quia ex re ſua perce-
pti ratione bonæ fidei, l.quæſitum.in fi.ff.de
acquir.re.dom.& ꝙ licèt eos faciat ſuos, ta-
men tenetur ad eorum reſtitutioné,& abſq;
alia particulari ipſorũ petitione, & actione
veniunt in illo iudicio. Idem firmat Bar.ibi-
dem, vbi ſimpliciter refert,& ſequitur glo.
335 Quo autem tempore† locupletior eſſe de-
beat, dicit tex.in l.ſi à patre.§.quo tempore.
ff.de peti.hæredit.inſpiciendum eſſe tempus
rei iudicatæ.& probat glo.in l.1. C.eod.
Si verò ſumus in ſingularibus iudicijs,& iſto ca
ſu indiſtinctè bonæ fidei poſſeſſor facit fru-
* ctus ſuos irreuocabiliter, ſin * communem
opinionem, de qua per Cępo.d.conſ.25.nu.
9.& eſt tex.in §.ſi à non domino. inſtitu. de
rerum diui.ibi, De fructibus ab eo conſum-
ptis agere nõ poteſt.& in l.4.§.poſt litem.ibi,
Nam aut bona fide percepit, & lucrari eum
oportet, ſi eos conſumpſit.ff.fini.regun. vbi
gl. in verbo lucrari,notat, ꝙ ità demum eos
lucratur,ut omninò nihil reſtituat,licèt ali-
quãdo dicatur quis lucrari, quod aliquãdo
reſtituit. Idem probatur in l.in bonæ fidei.
ff.de acqui.rer.domi. & glo.in d.l.ex diuerſo.
quæ vult, ꝙ nullum remedium cõpetat pro
recuperatione eorum, etiam ſi locupletior
ſit factus, Io. Fab. in l.certum.nu.11.in fi.C.
de rei vendicat.per glo.ibi. Idem tenet Azo.
ibi,gl.& Saly.in l.fruct⁹.ff.de vſu. & Bar.in d.
l.ex diuerſo.nu.5.verſ.in fructibus induſtria-
libus.ff.de rei vendicatio.vbi dicit, hanc eſſe
* * communem opinionem.& Bal.in d.l.2.nu.
3.C.de fruct.& liti.expē. Et ratio iſtius lucri
ea eſt, propter culturam,& curam,quæ fuit
neceſſaria in eis percipiendis, & ſic iſtam ra-
tionem naturalē appellat tex. in d.§.ſi quis
à non dño.ibi,Naturali ratione placuit,&c.
& ſequitur gl. in d.l.ex diuerſo.& ibi nu. 6. &
* iſta cõcluſio,& ratio*communiter tenetur,
ut etiam refert Ang. in d. l. ex diuerſo. nu.3.
Ant. de But.in c.grauis. nu.11.de reſti. ſpol.
circunſcripta opinione contradicentium.
* & Ancha.ibidem nu.9.& * communem dicit
Abb. ibidem nu. 6. & iſtam partem tenet ēt
Imo.ibi nu.12.& Anch.nu.9.verſ.ſi verò ſunt
conſumpti.poſt Cardin.ibi, & etiam Feli. in
c.de quarta.nu.31.de præſcriptio. vbi refert
pro iſta parte Anto.de But.& Imo. tñ,licèt
dicat iſtud eſſe magnum dubium.& hãc par
* tem vti*communem, & ueram fatentur Mo
derni.ſuper conſuet. Pariſien.§.22.nu.49.cõ
tra Bar.& ſequaces, de quibus infrà dicem⁹.
Quamuis Cyn. aliam adducat rationem in
d.l.certum.num.4.dicens, bonæ fidei poſſeſ-
ſorem ideò fructus conſumptos lucrari, &
non teneri ad reſtitutionem, ex quo nõ de-
ſijt eos dolo poſſidere, nimirum ſi etiam of-
ficium iudicis contra eum locum nõ habet.
& Alberi.in l.fructus.nu.6. verſi. ſi verò quę-
ritur de bonæ fidei poſſeſſore.ff.de rei vendi-
cat. ſed iſta ratio non eſt tuta, quia ſaltem
videtur teneri ad reſtitutionem condictio-
ne ſine cauſa,prout expreſsè dicit gl.in d.§.ſi
quis à non domino.in uerbo fructus. in fin.
dum dicit, quòd naturales conſumptos te-
netur reſtituere cõdictione ſine cauſa, quã-
uis non deſierit eos dolo poſſidere. Sed iſta
concluſio dubitabilis redditur per Docto.
ꝙ imo bonæ fidei poſſeſſor omninò faciat
fructus huiuſmodi ſuos irreuocabiliter, ſed
teneatur de cõſumptis, quatenus eſt factus
locupletior, quemadmodum de naturalib.
& in primis iſtud tenuit glo. in §.1. inſtit. de
offi.iud. ſed ille tex. & glo. loquitur de natu-
libus tantum,non autem de induſtrialibus;
ſicut etiam loquitur glo.in d.§.ſi quis à non
domino. vt animaduertit Petrus & Cyn. in
d.l.certum.Albe.in d l.fructus.num.6.verſ.ſi
verò quæritur de bonæ fidei poſſeſſore.ff. de
rei vendica.& iſtam partem ſub dubio vide-
tur tenere Pet. & Cyn.in d.l.certum.nu.4.in
fi.& Albe.in d.l.fructus.nu.6.in fi.ff.de rei vē
dicat.dicens eadem formalia uerba.& latius
gl.alibi,qm licèt ad earum reſtitutionem bo
næ fidei poſſeſſor non teneatur in iudicio,&
336 actione rei uendicationis, † quia in iudi-
cio particulari ad rem non ſuccedat pretiũ
loco rei, poteſt tamen bonæ fidei poſſeſſor
officio iudicis cõueniri rei vendicatione par
337 ticulari ad earum reſtitutionem. Et† iſta
rei uendicatio fructuum eſt alia a rei uendi-
catione rei,ità notat gl. in d.l.item ueniunt.
§.fructus.& ibi Bar.ff.de petit.hæred. vbi ad-
dit, hoc eſſe notãdum.& ità debent intelligi
iura ſuprà citata.& iſtud fuit etiam de men-
te Ang. in l.emptor.in fi.prin.ff.de rei vendi.
dum concludit, ꝙ reſtitutio fructuum con-
ſumptorum per bonæ fidei poſſeſſorem po-
teſt venire condictione ſine cauſa, & tũc ip-
ſe eos compēſat cum ſumptibus per eum fa-
ctis in re, quos aliàs videbatur lucrari irre-
uocabiliter. & clarius Bar.in d.l. ex diuerſo.
nume.6.in fi. & ſeq.ff. de rei vendic. vbi con-
cludit, quòd imò eadem æquitate, qua te-
netur factus locupletior ex re mea ad reſti-
tutionem rei, d.l.ſi me, & Titium.ità etiam
teneatur, quatenus eſt factus locupletior ex
re mihi debita, & ſic etiam ex fructibus cõ-
ſumptis huiuſmodi. & ante eum dubitati-
uè tenuit Cyn. in d.l.certũ.nu.4.in fi.ſed cla-
rè hãc partem tenet Petrus de Bellaper. ibi-
dem col.pen.verſic. in iſto mēbro diſtingue-
bat quidã Doc.meus.vbi reprobata opinio-
ne illorũ, & pſertim gl.ibi,qui dicebãt bonæ

fidei poſſeſſorem non habẽtem titulum teneri de cõſumptis, quatenus eſt effectus locupletior, ſecus ſi titulum haberet, ex eo, ꝙ nulla eſt lex in mundo, quæ dicat bonæ fidei poſſeſſorẽ ſine titulo facere fructus ſuos, vt ait gl. cõcludit, ꝙ ſiue bonę fidei poſſeſſor habeat titulum, ſiue nõ, ſemper tenetur de cõſumptis, quatenus eſt fact' locupletior, & ꝙ
338 iſta opinio eſt æquior, † quia non debet qs locupletari cũ aliena iactura, d. l. ſi me, & Titium. cum ſimil. & dicit, ꝙ dña gl. deſtruitur per ſimile in petitione hæreditatis, in qua non ſit differẽtia, an bonæ fidei poſſeſſor habeat titulũ, vel non. Idem videtur ſentire Io. Fab. ibidem in princ. dicens, ꝙ fructus induſtriales cõſumpti vendicãtur à quocũq; poſſeſſore cõdictione ſine cauſa, & inſuper cõdictione furtiua, & rei vendicatione à malæ fidei poſſeſſore. & hanc ſententiam aperte tenet Ang. nullam faciens mẽtionem de antiquioribus in d. l. ex diuerſo. num. 3. verſ. ego ſemper fui iſtius opinionis. ff. de rei vẽdic. vbi concludit, ꝙ bonę fidei poſſeſſor tenetur reſtituere fructus hmôi conſumptos, quatenus eſt factus locupletior ex æquitate d. l. ſi me, & Titium. ff. ſi cert. petat. quemadmodũ cõgruit bonæ fidei, ꝙ vltra teneatur, quàm ſit factus locupletior, d. l. item veniũt. §. eos. ff. de petit. hæredit. ità etiam eidem bonæ fidei cõgruit, vt nullum lucrum ſentiat, l. ſi rẽ, & pretium. cum l. ſeq. ff. eo. & l. ſed & ſi lege. §. cõſuluit. eod. & ſicut conuentus petitione hæreditatis tenetur, quatenus eſt factus locupletior, licèt millies ſit bonæ fidei poſſeſſor, ità etiam in alijs caſibus, & iudicijs. & ad illam rationem ſuprà citatã, ꝙ. ſ. faciat fructus ſuos ratione culturæ, & curę, ipſe rñdit, illud procedere, ꝙ faciat fructus ſuos, quatenus ratio culturæ, & curæ requirit, & non amplius, quia fructus intelligũtur deductis impenſis, & labore perſonæ, vnde quatenus labor patitur, eos non reſtituit. l. per diuerſas. C. mãda & dicit, ꝙ ipſe ſemper fuit iſtius opinionis. idem repetit in l. illud. §. prædo. ff. de petit. hæred. dicẽs, ꝙ licèt in ſingularibus iudicijs in fructibus conſumptis ceſſet ratio augumenti, quæ conſideratur in petitione hæreditatis, quia in eo iudicio augent hæreditatem, tamen adhuc debẽt reſtitui in iſtis iudicijs, quatenus bonæ fidei poſſeſſor effectus eſt locupletior, & hoc ex æquitate dictæ l. ſi me, & Titiũ. per Inno. in c. in literis. de reſtit. ſpol. & per gl. in §. 1. inſtit. de off. iud. in verbo cùm fructus. quod dicit eſſe perpetuò menti tenendum. Hanc opinionem etiam ſequitur Bar. in d. l. ex diuerſo. tenet Abb. in d. c. grauis. nu. 6. in fin. de reſtitutio. ſpoliato. dicens, ꝙ iſta opinio ſibi placet tanquam æquiſſima, & dicit, quod eam tenet Anto. de But. ſed hoc non eſt verum, & pro ea adducit tex. in l. item ſi verberarum. ff. de rei vendicat. & in l. indebiti. ff. de condit. indeb. quæ tamen iura poſſunt intelligi in naturalibus, vt ipſe animaduertit. & pro iſta parte Cotn. conſ. 301. nu. 4. vol. 1. & pariter adducit Ant. de But. vbi ſupra, qui tamen, ut dixi, hoc nõ dicit, & eum videtur ſequi ibi Cotn. dum iugit, ꝙ magna eſt auctoritas Bar. But. & Abb. ſed in effectu dicit, quòd nunc non firmat. eandem opinionem expreſsè firmat. Inno. in c. in literis. de reſtitut. ſpolia. vbi facit feſtum de d. l. ſi me, & Titium.

Et pro iſta parte apertè conſuluit etiam Ang. in cõſ. 160. Domina Catherina adulta. in fi. dicens, hoc eſſe ſingulariter attendendum, ꝙ bonæ fidei poſſeſſor etiam cum titulo ex ęquitate d. l. ſi me, & Titiũ. reſtituit fructus conſumptos, quatenus factus eſt locupletior, & hoc eſſe quotidianum, & vtile, per Inno. in d. c. in litteris. de reſtitu. ſpoliat. & hãc
** opinionẽ magis ** communem apppellat Ioan. Copi in tracta. de fruct. lib. 2. cap. 7. in fin. licèt ſolum referat Bart. Anto. de But. & Abb.

Ego autem non puto à communi recedendũ, ꝙ imò bonæ fidei poſſeſſor faciat fruct' ſuos induſtriales cõſumptos, nec teneatur ad reſtitutionem, etiam ſi locupletior ſit factus, per iura ſuprà primo loco citata, qa nimis fieret magna violẽtia reſtringẽdo ea iura in eo, quod loquuntur, quatenus factus nõ eſt locupletior, cum tñ tex. in d. l. in bonę fidei. ff. de acquit. rer. domi. vtatur verbo Omnes, quod eſt vniuerſale, ſaltem quoad certã ſpeciem integram fructuum. ſ. induſtrialem, fm
* * communem intelligentiam, de qua per gl. & Saly. in d. l. fruct'. ff. de vſucap. cũ alijs citatis. Nec obſtat, ꝙ intelligi debeant, verũ eſſe, ꝙ faciunt fructus ſuos, tñ teneatur ad reſtitutionem, quatenus factus eſt locupletior: quia illa iura ſi ità intelligantur, exercerentur,
339 tur, & eſſent impoſita verbis; † vt qd. n. releuat, ꝙ res mea eſſiciatur, ſi ad illius reſtitutionem tenear? & quamuis aliquibus caſib. id cautum ſit, fm glo. in d. l. 4. §. poſt litem. ff. fin. regundo. regula tamen eſt in cõtrarium, quæ nobis hac in re ſufficit; & ita in effectu concludit Cardi. in c. grauis. verſic. dic contrà. de reſtitutione ſpol. vbi dicit reprobando Cynũ in d. l. certum. quòd ex quo bonæ fidei poſſeſſor conſumpſit fructus tempore, quo non ſubiacebãt reſtitutioni, falſum eſt, quòd aliquid de alieno ad ipſum prouenerit, ſicque ceſſat ratio dictæ legis ſi me, & Titium. aliàs fruſtatoria videretur legis diſpoſitio, quæ habet, quòd conſumptos

luctatur,

lucratur, quia hoc modo cum effectu non
lucraretur eos bonę fidei poſſeſſor, ſubdens
hoc eſſe notandum, quia multi decipiuntur,
& ſcribẽtes nõ declarãt. Et pro iſta parte fa-
340 cit, † quia qui bona fide fructus alienos
poſſedit triennio, dicitur eos acquiſiuiſſe
per vſucapionem, l. ſequitur. §. fructus. vbi
Barto. not. ff. de vſucap. Abb. in c. de quarta.
col. pen. & ibi Felin. nu. 31. de præſcrip. quod
& probat expreſsè Iaſ. in d. l. ſi me, & Titium.
nu. 2. ff. ſi cert. peta. dicens, ꝙ in omni mate-
ria, in qua quis tenetur ad reſtitutionẽ fru-
ctuum, ſi prætereũt tres anni à perceptione,
præſcribitur, vt amplius nõ teneatur ad re-
ſtitutionem, per gl. quam appellat ſingula-
rem in d. §. fructus. & plu. concord. ibi addu-
cit. & probat Io. Copi in d. tractat. de fruct.
lib. 2. c. 7. in fi. ꝙ talis poſſeſſor eorum plenũ,
& irreuocabile dominium acquirit, ergò in
omnem caſum non eſt dicẽdum, ꝙ vnquam
bonæ fidei poſſeſſor poſſit cõueniri, niſi per
triennium. Et hãc partem firmat etiã Corn.
conſi. 251. nu. 4. uolu. 4. ubi concludit, ꝙ fru-
ctus rei meæ mihi debẽtur, & mihi quærun-
tur, niſi alius bonæ fidei poſſeſſor eos quæ-
rit, qui ſunt induſtriales, per d. l. ex diuerſo.
ff. de rei vẽdicat. & d. l. fructus. ff. de vſu. Idem
etiam tenet Angel. in conſil. 9. pro euidentia
quæſiti. nu. 4. dicens p d. §. ſi quis à nõ domi-
341 no. Inſtitu. de rer. diui. † ꝙ bonæ fidei poſ-
ſeſſor lucratur fructus pro cultura, & cura,
& ad hoc etiam allegat gloſ. magiſtralem in
d. l. fructus. ff. de rei vendica. ad differentiam
domini, qui non habet eos ut lucrum, ſed vt
fructus rei ſuæ. Idem tenet Guid. de Suza. in
tracta. de ordi. iudi. num. 27. & ſeq. dicens, ꝙ
bonæ fidei poſſeſſor de comſumptis nullo
modo tenetur, fortè nec ad pretiũ, quia eos
lucrifacit pro cultura, & cura, d. §. ſi qs à nõ
domino. & Abb. in c. querelam. nu. 5. de elec.
dicens, ꝙ fructus pertinent ad bonæ fidei
poſſeſſorem, nõ autem ad dominum, per d. l.
in bonæ fidei. ff. de acqui. rer. domi. poſt Bal.
ibi nu. 23. vbi notat, ſufficere electo, ꝙ ſit ele-
ctus à poſſeſſore, licèt poſſeſſio poſteà euin-
catur, quia bonæ fidei poſſeſſor lucratur
fructus.

Nec me mouet argumentum de petitione hæ-
reditatis: quoniam ſpeciale eſt in illo caſu, in
quo ſic expreſsè cautum reperitur, ut habe-
betur in d. l. illud. §. in bonæ autem fidei poſ-
ſeſſore. ff. de petitio. hæredita. cum ſimil. ſu-
prà citatis.

Nec obſtat ratio æquitatis d. l. ſi me, & Titium.
quia minor eſt æquitas ex parte bonæ fidei
poſſeſſoris, ꝙ nõ teneatur ad reſtitutionem
fructuum conſumptorum, cum pro eo ſtet
ratio naturalis culturæ, & curæ, d. §. ſi quis à
non domino. Inſtitu. de rerum diuiſi. & cùm
in pari cauſa melior ſit conditio poſſidẽtis,
l. Seiæ autem. §. ſi duobus. ff. de publicia. prę-
ter id, ꝙ petitor tractat de lucro, & poſſeſſor
de damno uitando, l. ſed & ſi me putẽ. in
princip. ff. de condit. indeb. Dec. in l. emanci-
pata. C. qui admitt. etiam ſi lucrum ſit radi-
catum in poſſeſſore, Alex. conſi. 89. num. 13.
volum. 2.

Nec obſtat conſideratio Angel. ad illam ratio-
nem culturę, & curæ, de qua ſuprà dixi: quia
pręter id, ꝙ d. §. ſi quis à non domino. nimis
reſtringeretur, intelligendo illum text. hoc
modo, non eſſet differentia inter bonæ, &
malę fidei poſſeſſorem, qui etiam fructus ta-
les deducit, quatenus ratio laboris, & impẽ-
ſarum exigit, d. l. item veniunt. §. fructus. &
tamen differentia eſt aperta inter eos ante
litem motam, d. l. certum. C. de rei vendicat.
& l. 1. C. de petit. hęredit.

342 Limitatur in duobus caſibus, † ſecundum
glo. in d. l. certum. Primò in caſu l. ſumptus.
ff. de rei vendicat. videlicet, quando bonę fi-
dei poſſeſſor impenſas fecit in re ipſa, quo-
niam tunc iſto caſu non facit fructus ſuos,
ſed debet eos cõpenſare cùm impenſis, quę
ſi excedunt fructuum quantitatem repetit
exceſſum, ut ibi habetur. & probat etiã Iaſ.
in l. domos. nu. 5. ff. de legat. 1. vbi tamen hũc
caſum, & ſequentem unum, & eundem eſſe
putauit; & malè: ſunt enim duo caſus, per
glo. in d. l. certum.

Secundò limitatur in caſu l. emptor. in princi.
ff. de rei uendica. & ratio eſt, quia ibi expẽſæ
compenſantur cum fructibus, quia bonę fi-
dei poſſeſſor impenſas fecit in re aliena tan-
quam ſua, & ſic non animo repetendi cre-
dens rem ſuam, & fructus lucràtur de ęqui-
tate propter bonam fidem ipſius, & ideò ea-
dem ęquitate ſtatuitur, ut compenſentur
cum expenſis, vt conſiderat Corn. conſil. 86.
nu. 8. vol. 4. ſic reſpondẽdo ad d. l. ſumptus.
& vtroque caſu dictarum legum dicit Curt.
iun. conſi. 6. num. 23. ꝙ in dd. iuribus ex quò
bonę fidei poſſeſſor ſolum lucratur fructus
ratione poſſeſſionis, ideò compẽſat eos cum
impenſis, ſecus in eo, in quem trãſlatum eſt
dominium, licèt aliqualiter reſolubile,

Aut ſumus in perceptis poſt litem conteſtatã,
& tunc indiſtinctè tenetur ad omnes prędi-
cto tempore pẽdentes, & perceptos, d. l. cer-
tum. & ita diſtinguunt omnes Docto. in d. l.
ex diuerſo. & Bal. in d. l. 2. nu. 5. verſic. nota, ꝙ
poſt litem conteſtatam poſſeſſores omnes
ſunt pares, &c. C. de fruct. & liti. expenſ. quã-
uis Iaco. de Are. in d. l. certum. velit bonę fi-
dei poſſeſſorem cum titulo percipiẽdos poſt
litem motam lucrari, & probat Pet. ibidem
col. 3.

col.5.in princ.verſi.ſi quæritur de malæ fidei
poſſeſſore. & eſt * communis opinio, de qua
per Card.in c.grauis.ad fin.de reſtit. ſpoliat.
quia titulus excuſat malæ fidei poſſeſſorem
à percipiendis,& dict.l.certum. intelligitur,
quando ſine titulo.

Et iſta concluſio vera eſt, vbi is, qui erat bonæ
fidei poſſeſſor ſuccubuit, quia tunc præſu-
ſumitur, quod fuerit malæ fidei poſſeſſor, Corn,
in d.l.2.nu.3.C.de fruct.& lit. expenſ. ex quo
tunc efficitur malę fidei poſſeſſor,& ideo di-
343 xi poſt litem conteſtatam,† quia non ſuffi-
cit ſola motio controuerſiæ in iudicijs par-
ticularibus ad conſtituendum aliquem in
mala fide,gl.in l.ſed,& ſi lege.§.ſi antè litem.
ff.de petit.hæred.dummodò tamē is habeat
titulum,aliàs per motionem litis conſtitue-
tetur in mala fide, ſecundum Caſtren. ibi
nu.2.& 5.

Et hæc quidem vera ſunt in eo, qui ſemper fuit
bonæ fidei poſſeſſor, àliàs autem incipiunt
fructus deberi à tempore initij malę fidei,ſe-
cundum meliorem ſententiam, de qua per
Cyn.in d.l.certum.in 5.q.nu.9.C.de rei ven-
dicat.Bart.in d.l.ex diuerſo.in princ.num.9.
ff.eo.& Bal.in d.l.2.col.2.verſi.nota glo.quę-
ritur de quadam notab.q. C. de fruct. & lit.
expenſ.

344 Secundo autem caſu † principali in malæ
fidei poſſeſſore res ipſa clara eſt, quod in quo-
cunque iudicio, & ad omnes fructus tene-
tur, d.l. certum. ubi habetur certum eſſe, quod
malæ fidei poſſeſſor ad omnes fructus vnà
cum ipſa re præſtare debet. quod quidē in-
telligitur nedum in perceptis, ſed etiam in
his, qui percipi potuerunt, honeſtè tamen,
l.fructus.in princ.ff.de rei vendicat.vbi gloſſ.
Bart.Ant.& alij not.& ità intelligit text.in l.
ancillarum. in fin. ibi Nam & in multorum
honeſtorū virorum prædijs lupanaria exer-
centur.& ibi glo.not.ff.de petitio. hæredi. &
hoc intelligi debet poſt litem motam, quia
tūc omnes poſſeſſores pares ſunt, & vti præ-
dones,l.ſed & ſi lege.§.etiam. ff. de petit. hæ-
redit.l.2.C.de fruct. & lit. expenſ. Non enim
debet poſſeſſor lucrari fructus cum victus
ſit,& non debet habere id,quod aliàs nō ha-
buiſſet,ſi rem reſtituiſſet, cum petita fuit, l.
ex diuerſo.§.1. ff. de rei uendicat. etiam ſi ti-
tulum habuiſſet, ſecus autē ante litem mo-
345 tam, † quia titulus excuſat malę fidei poſ-
ſeſſorem a percipiendis,l.ſi fundum. vbi glo.
C.eo.tit.gl.in d.l.ex diuerſo. in prin.leg.in fi.
glo.magna,& ibi Bar. in nu.21. & Bal. in d.l.
ſi fundum.Abb.in c.grauis.nu.7. in 2. caſu.
de reſtitu.ſpolia. Qua in re tamen duo præ-
cipuè conſideranda ſunt. Alterum eſt,quòd
procedit,etiam ſi habuerit titulum, gloſſ.in
d.l.certum.C.de rei vendica. & Alberi.de Ro
ſa.in l.fructus.nu.5. ff.eo. Quamuis glo.in l.
ſi fundum.in vlti.gloſſ. in princ. C. eod. velit
titulum excuſare à percipiendis poſt litem
conteſtatam,arguendo à contrario ſenſu il-
lius text.qui loquitur de perceptis, & cum
ea videntur Docto.pertranſire.& malè iudi-
cio meo,per tex.in d.l.certum.quem pondo-
ro duobus modis. Primò,dum vult malę fi
dei poſſeſſorem teneri ad omnes fructus in-
diſtinctè, ergò non ad perceptos tantum;
346 † quia qui totum dicit, nihil excludit.
Secundò,quia vult ille tex.bonæ fidei poſſeſ-
ſorem teneri ad perceptos poſt litem conte-
ſtatam,& intelligit glo.& Docto. illum text.
in bonæ fidei poſſore cum titulo, ergò mul-
tò magis tenetur malæ fidei poſſeſſor,ut nō
dicamus eum cenſeri melioris conditionis,
propter eius malam fidē: & ità reperio Mo-
dern.Pariſien.reprobare glo.& Docto ſuprà
citatos ſuper conſuet.Pariſien. §. 22. nu. 50.
licèt nihil allegent.

347 Alterum eſt,† vtrum procedat iſta conclu-
ſio, quò ad fructus, qui percipi potuerunt
per ipſum malæ fidei poſſeſſorem, an de his,
qui percipi potuerunt per petitorem,an ve-
rò p quemcunq;. Et hoc eſt utile ſcire, quia
fieri poteſt, quod ratione induſtriæ,curę,& dili-
gentioris culturæ plures fructus forte per-
cipere poſſit petitor, quàm percipere potue
rit poſſeſſor,uel è contrà,prout dicit Pet.de
Bellaper.in d.l.certum.col.pen.in fin. uerſic.
ponā itaq;, quod ego non ſum hortulanus,&c.
facit tex.in d.l.domum.qui loquitur de ma-
lę fidei poſſeſſore,quod teneatur ad fructus,
quos ipſe percepit, vel percipere potuit. &
probatur etiam in d.l. fructus. ſecūdum in-
telligētiam Ang.ibi. qui illum tex.intelligit,
dum hi percipi potuerunt per ipſum malæ
fidei poſſeſſorem.& pro hac parte eſt text.in
l.1.§.1.ibi,ſed etiam qui percipi poterant.C.
de petit.hęredi.& probat etiam Roma.ſing.
333. malæ fidei poſſeſſor. intelligēdo tamen
non de his fructibus, quos poſſunt percipe-
re ex fundo propter meliorationem à ſe fa-
ctam,per tex.quem dicit ſing.in d.l.certum.
§.ibi in parte.ff.de rei vendica. additq; ſe ità
pronunciaſſe.

